# COMMENTARIVS
## IN PRIMVM LIBRVM
### SENTENTIARVM

B-11.736

*MAGISTRI GABRIELIS BIEL*

THEOLOGI LICENTIATI

PROFVNDISSIMI.

*CVM SVO INDICE.*

3
21-20



*RIXIAE APVD THOMAM BOZOLAM.*

M. D. LXXIIII.

BIBLIOTECA PUBLICA U.L. GRANADA

Del Colleg. de la Comp. de JHS. de Granada

# COMMENTARIVS
## IN PRIMVM LIBRVM SENTENTIARVM

B-11.736

*MAGISTRI GABRIELIS BIEL*

THEOLOGI LICENTIATI PROFVNDISSIMI.

*CVM SVO INDICE.*

3
27-20



*RIXIAE APVD THOMAM BOZOLAM.*
*M. D. LXXIIII.*

BIBLIOTECA PUBLICA U.I. GRANADA

Del Collegio de la Comp. de Js. de Granada

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Número

# INDEX LIBRI PRIMI.

QVAESTIO I. PROLOGI.
Vtrum ſit poſſibile intellectui uiatoris habere notitiam euidentẽ de ueritatibus theologicis. 3 A
Viator quid eſt: & an Paulus in raptu fuerit uiator. 3 A
Notitia euidens quid eſt: quõ ſe habẽt ad inuicem notitia euidens neceſſaria, & per ſe nota. 3 B C
Propoſitio per ſe nota quid eſt. Eſſe per ſe notũ cui primò conuenit. 3 C
Item diſt. iij. q. iiij.
Veritas theologica quid eſt. 4 D
An eadem ueritas pertinere poſſit ad diuerſas ſcientias. 5 E
Scientia ſumitur multipliciter. 5 E
Habitus ſumitur multipliciter ſicut ſciẽtia. 5 E
Item. q. viij. prologi. 25 D
Notitia multipliciter accipitur. 6 F
Notitia intuitiua qd eſt: quorũ eſt: unde cauſatur, & depẽdet naturaliter in eſſe, & fieri. 6. 9 F M
Notitia abſtractiua dupliciter accipit. 6 G
Notitia apphẽſiua quid eſt. Notitia iudicatiua quid eſt. 7 H M. Et ꝙ iudicatiua pſupponit apphenſiuam. 8 I M
Habitus iudicatiuus, & apphenſiuus quõ inclinant mediatè, uel immediatè. 8 I
Notitia adhæſiua præſupponit in eadem potentia notitiã terminorum. 8 I
Nullus actus potentiæ ſenſitiuę eſt cã immediata actus iudicatiui intellect⁹. 8 K
Habere eſſe obiectiuum in intellectu quid eſt. 8. 12 I O
Intellectus noſter pro ſtatu illo reſpectu eiuſdẽ obiecti eodẽ modo præſentati põt habere duas notitias incomplexas ſpecie diſtinctas. 8 K
An ſenſatio poſſit eſſe cauſa totalis, & immediata actus iudicatiui intellect⁹. 8 K
Incomplexi eſt duplex notitia. 8 K
Deus poteſt duplici notitia cognoſci. Intuitiua. ſ. & abſtractiua: ſed ſolũ abſtractiua eſt uiatori poſſibilis. 8 K
Deus de potẽtia ſua abſoluta põt cauſare in intellectu uiatoris notitiã euidentẽ aliquarum ueritatum theologicalium, & aliquarum non. 9 L
Quõ uerũ eſt: ꝙ notitia incõplexa terminorũ, appræhẽſio cõplexi, & iudicium ſequens realiter diſtinguuntur. 9
Quõ deniq; poſſunt ab inuicem ſeparari. Et utrũ iudicatiua poſſit ſeparari per diuinam potentiã ab apphẽſiua. 9 M
An poſſibile ſit aſſenſum eſſe: & non eſſe illud, cui aſſentitur. 9 M
Aſſenſus dupliciter accipitur. Et ſi poſſit ſeparari ab actu appræhenſiuo. 9 M
Quõ uerũ eſt ſecundũ doct. ꝙ res prædicantur, & ſubijciũtur. Et cuius eſt ſubijci, & prædicari: an rerũ, uel ſignorũ, latè explicatur. 11. 12 N O P
Intellectus an immediatè fertur cognitiuè in rẽ ipſam, uel ſolum mediatè, & an res ad extra ẽ obiectũ in eſſe reali, uel obiectiuo cognitionis nrę. 12 O P
Quomodo ſtare poteſt; ꝙ eadẽ eſt notitia, & abſtractiua, & ad quẽ ſenſũ. 12 Q
Intellectio reflexa quomodo ponitur in intellectu. Et ubi eſt ſtatus. 12 Q H

Vtrum cognitio intuitiua, & abſtractiua ſint ſynonymę. K. Et quid requiritur ad rationem notitiarũ ſynonymarũ. 8
Vtrum per notitiã intuitiuã conſeruatã a deo deſtructo obiecto, poſſet res eui dẽter cognoſci nõ eſſe, qñ non eſt. 14 S

Quæſtio. ij.

Vtrum notitia euidens ueritatũ theologicarũ ſit ſcientia proprie' dicta. 15 A
Propoſitio ſcibilis quid eſt. 15 A
Demonſtratio ſumitur tripliciter. 15 A
Demonſtratio quid eſt: quomodo pręmiſſę in demonſtratione ſunt notiores cõcluſione, quæ propoſitio eſt demonſtrabilis. 16 E
Propoſitiones demonſtrabiles ſunt duplices. 15 B
Cõcluſio qũo reſoluiẽ in principia. 15 B
Scientia proprie' dicta quid eſt. 16 C
Subiectũ primũ quid eſt. 16 E. Itẽ. q. iiij. A
Notitia concluſionis acquiſita per demõſtrationem, & per experientiam ſunt eiuſdem ſpeciei. 16 C
Ex uero cõtingẽti cauſatur ſciẽtia neceſſarij experimentaliter, non demonſtratiue'. 16 C
Breuiter ſummantur omnia, quæ habentur diuinis. 17 F
Quomodo diſtinguuntur, & quæ inter ſe realiter, & formaliter &c. 17 F
Item diſt. j. q. ij. 45. Item diſt. ij. in principio. e. q. j. 60 O P
Conceptus deũ repræſentantes ſunt duplices. Diſtincti: indiſtincti: cũ mẽbrorum pulchra declaratione, & ſubdiuiſione. 17 G
Itẽ de ordine conceptuũ multũ pulchre habetur. G. H. quantum ad eſſe magis, aut minus notum. 17 H
Omnis propoſitio de deo neceſſario dubitabilis: mediata eſt demõſtrabilis, & ſola talis. 18 I
Conceptus rei in ſe quid eſt. 17 G
Cõcept⁹ diſtinct⁹, & indiſtinct⁹ q̃d ẽ. 17 G
An de re non ſenſata poſſimus formare notitiam diſtinctam. 17 G
Impugnaẽ principiũ Scoti. Quæcũq; ordinẽ haberẽt aliqua inter ſe &c. 18 HI
Omnes propoſitiones conſtitutæ ex rationibus diſtinctis dei ſunt per ſe notę 18 I

Quæſtio. iij.

Vtrũ paſſio ſcibilis de aliqua ſcientia ꝓprie' dicta diſtiguaẽ ab ea realiter. 18 A
Paſſio eſt multiplex, ſeu multipliciter accipitur. Realiter, & logicaliter. 18 A
Item. q. iiij. 20 B
Quæ paſſio, & qualiter diſtinguitur, uel nõ diſtinguitur a ſuo ſubiecto: aut ſeparabilis eſt ab eodem. 18 B
Abſtractũ quid ſignificat: pro quo ſupponũt abſtracta, late' reſoluitur. 19 CDE
Res multipliciter, & a pluribus ſolent denominari. 19 C
Hinc colligitur, pro quo abſtracta connotatiuorum ſupponunt. D. E. multũ late' reſoluitur hæc materia. 20
Cæcitas eſt priuatio qũo eſt uera. 20 E
Cæcitas pro quo ſupponit, & riſibilitas. 20 D. E.
Quid reſpondendum eſt ad quid de abſtractis connotatiuis. 20 E

Quæſtio. iiij.

Vtrum omnis paſſio ſit demonſtrabilis de ſubiecto primo. Reſpondetur ad quæſtionem in litera. 21 C
Subiectum primum quid eſt. 20 A
Paſſio eſt quadruplex. 20 B
Quomodo inter ſubiectũ primũ, & paſſionem põt eſſe medium. 20 B
Et quæ paſſiones habent medium. 21 C

Quæſtio. v.

Vtrũ in omni demonſtratione diffinitio ſit medium demonſtrandi. Reſpondetur ad quæſtionem. 21 B
Demonſtratio potiſſima quid eſt. 21 A
Diffinitio quid rei, & diffinitio quid nominis quid eſt. 21
Diffinitio quid rei dupliciter accipitur, & ſimiliter quid nominis. 21 A
Et an diffinitio quid rei eſt ſolius cõpoſiti ſubſtantialis. 21 A
Qñ mediũ in demõſtratione potiſſima ẽ diffinitio cuius erit illa diffinitio. 21 B

Quæſtio. vj.

Vtrũ ſola ꝓpoſitio ꝑ ſe ſecũdo mõ eſt ſcibilis ſciẽtia ꝓprie' dicta: reſpõſio. 22 B
Propoſitio ꝑ ſe q̃d ẽ. 22 A. Itẽ. q. j. ꝓlogi. 3
Primus modus dicendi per ſe. Secundus modus per ſe a diuerſis diuerſimodè notificantur, A 22

Quæſtio vij.

Vtrum theologia, quæ de cõmuni lege habetur a theologis, ſit ſcientia propriè dicta: de hoc recitantur opi. A 22
Theologia ſecundum quòd communiter eam addiſcimus: non eſt ſcientia propriè dicta. A 22
Quem actum, vel habitum acquirit ſtudens theologiæ, & fidelis vltra infidelem aliquem nutritum inter fideles theologos. B C 23
De credibilibus non eſt ſcientia propriè dicta. C 23
Nullus poteſt habere ſcientiam alicuius veritatis: niſi euidenter noſcat principia, ſeu præmiſſas, ex quib⁹ infertur; non eñ poteſt eſſe maior euidentia concluſionis, quã pręmiſſarũ. C 23
Quomodo intellectus noſter formando conceptum compoſitum deo propriũ diſtinguit inter deum, & creaturam: ad quid deniq; terminatur ille actus intelligendi. D 23
An in aliquo ſenſu poſſit concedi, quòd de deo poſſum⁹ habere conceptum ſimplicem ſaltem qualitatiuè: licet non repręſentatiuè. E F G 24
Non poſſumus in via habere conceptum proprium deo niſi compoſitum. D E 23
Conceptus reĩ proprius, & abſolutus haberi non poteſt niſi de re intuitiuè cognita. F 24
Conceptus ſimplex dupliciter accipitur. F 24
Eſt eñ conceptus ſimplex qualitatiuè, & repręſentatiuè: 24
Cęcus an poſſit formare conceptum proprium ſimplicem, & abſolutum rei nõ intuitiuè cognitæ. F G 24
Vtrum per ſtudium theologicum poſſit acquiri opinio credibilis. H 24

Quæſtio viij.

Vtrum habitus theologię ſit realiter vn⁹ ſecundũ numerum. Reſponſio. F 26
Habitus quomodo diſtinguuntur ex diſtinctione actuum: & in genere de habituum diſtinctione. A 25
Scientiæ totales non ſunt vnus habitus uumero. A 25
Theologia acquiſita non eſt vnus habitus: ſecus de fide infuſa in vno intellectu. A 25
Habitus principij tantum dicitur ab habitu concluſionis. B 25
Diſtinctarum concluſionum diſtincti ſunt habitus. B 25
Principiorum, & concluſionis quandoq; poteſt eſſe idem habitus. C 25
Identitas, ac diuerſitas habituum, ſequitur identitatem, & diuerſitatẽ ſpecificam actuum, & nõ obiecti. D 25
Theologia ſumitur dupliciter. E 26
Item q. 9. G 29
Quomodo ſe habent ad inuicem quoad perfectionem habitus principij, & habitus concluſionis. G 26
An habitus principiorum ſit cauſa habitus concluſionis. G 26
Qualis eſt ille habitus, qui ponitur vnus reſpectus principiorum, & concluſionis. H 26
Sapientia dupliciter accipitur; & quando eſt vnus habitus totius demonſtrationis. H 26
Quomodo deniq; ſapientia eſt in artibus mechanicis. 26
Sapientia quomodo diſtinguitur ab intellectu, & ſcientia. H 26

Quæſtio ix.

Vtrum deus ſub propria ratione deitatis ſit ſubiectum theologiæ. 27
Qũo ſecundum Sco. de ratione ſubiecti primi eſt continere in ſe virtualiter omnes veritates illius habitus. Et quid eſt continere virtualiter. A 27
Nunquã notitia incomplexa rei vnius eſt cauſa ſufficiens cum intellectu primæ notitiæ incõplexę alterius rei. B 27
Subiectum non ſemper continet virtualiter ſuam paſſionem, B 27
Quid eſt, vel non eſt de ratione ſubiecti ſcientię ſecundum doctores. C D 26
Scientia aggregatiuè vna quomodo habet vnum ſubiectum. D 27
Et quomodo tot habet ſubiecta, quot cõcluſiones ſcitas. Ibidem; quodque

illa habent ordinem inter ſe. E 28
Ad quem ſenſum ſubiectum dicitur eſſe ſubiectum ſcientiæ : ſiue in ſcientia. E 26
Quid venit nomine ſubiecti ſcientiæ. E 28
Subiectum attributionis ſcientiarũ quid eſt. Et quomodo ſcientia habet vnum ſubiectum, vel plura:& quomodo poſſunt ſaluari cõmunia dicta de ſubiecto attributionis. E 28
Subiectum prædicationis, & inhæſionis quid eſt. F 28
Differunt ſubiectum, & obiectum ſcientiæ. F 28
Res intelligitur, vel in ſe, vel in conceptu. F 28
Item .j. diſtinct. 3. q. 2. 45
Subiectum theologiæ quid eſt. Et an ſit vnum, vel diuerſa in diuerſis partibus theologiæ. G 29
Ibi de theologia beatorum,& viatorum. 29
Theologiæ aggregatiuæ quod eſt primum ſubiectum. H 29
Et an de⁹ ſub ratione glorificationis, vel redemptionis ſit ſubiectum, Theologia de quibus eſt. I 29
Item q. 12. A 35


Quæſtio.x.


Vtrum ſola operatio potentiæ ſenſitiuæ ſit praxis:reſponſio in. F 31
Quis eſt proceſſus in actionibus noſtris humanis. A 29
Praxis quid eſt:& quod praxis multipliciter accipitur. A B C 30
Intellectus practicus,ſpeculatiuus,& conſiliatiuus,quo differunt. C 30
Et quomodo notificantur. 30
An intellectio, volitio, ſenſatio dicuntur praxes; & de quo primo dicitur praxis: de quibus verò mediatè. D F 30
Praxis virtuoſa,& vitioſa. D 30
An reſpectu cuiuſlibet praxis ſit ſcientia practica:cui debeat cõformari. E 31
An pura ſpeculatio poteſt dici praxis. E F 31
Praxis quid dicit an actum tantum ; & quid connotat. E 31
Cuius potentiæ operatio praxis dicitur. D F 31
An actus intellectus, & ſenſus. &c. ibidem. F G 31
An omnis actus voluntatis ſit praxis, ſiue elicitus,ſiue imperatus. Et quis primò dicitur praxis. F 31
Actus elicitus, & actus imperatus quid eſt. F 31
Speculatio quid eſt. G 31


Quæſtio. xj.


Vtrum notitia practica, & ſpeculatiua diſtinguuntur penes fines, vel penes obiecta. Reſponſio. F 33
Differunt praxis, & notitia practica. A B 32
Notitia practica quid eſt. A B 32
Item notitia ſpeculatiua. 32
Diſtinguunt quidam inter finem ſcientis,& ſcientię,qui duplex eſt. C 32
Finis quo:& finis gratia cuius. 32
Finis amatus amore concupiſcentiæ, & amore amicitiæ. E 33
Finis ſcientiæ quid eſt: ſeu quis eſt propriè loquendo. D 33
Idem eſt finis,qui eſt cauſa finalis ſcientiæ intentus;& amatus a ſciente : non autem cauſa ſcientis. D 33
Aliqua diſtingui contingit dupliciter per aliquod Et latius.j. diſtinct. 2. q. 1. 61
Scientiæ practicę,& ſpeculatiuę quomodo,& penes quid diſtinguuntur latè habetur. F 33
Scientia practica, & ſpeculatiua quomodo notificantur. G 33
Concluſio practica dupliciter dirigit circa operationem,dictatiuè, & oſtenſiuè. G 33
Grammatica,Logica, Rhetorica an ſint practicæ,vel ſpeculatiuæ:& quomodo dirigunt ad opus. G 33
Differentia inter prudentiam, & moralem philoſophiam: & ꝙ prudentia : vt eſt habitus ſimplex multipliciter accipitur. H 33
Item diſt. 36. tertij 349
Experimentum quid eſt;vnde ſumitur experimentum. K 35
Expertus, & artifex, quomodo differenter operantur. L 35





Prudentia aggregatiuè multipliciter accipitur. M 35


Quæſtio. xij.


Vtrum habitus theologicus ſit practic⁹, vel ſpeculatiuus. Reſponſio. B 35
An habitus theologicus pertineat ad aliquem de quinq; habitibus euidentibus. C 36
An habitus theologicus ponendus ſit in intellectu practico,vel ſpeculatiuo. D 36
Intellect⁹ practicus, & ſpeculatiuus quid dicunt: pro quo ſupponunt: quid connotant. D 36
An habitus theologicus practicus ſit nobilior habitu ſpeculatiuo : vel e contra. E 36
An theologia ſit practica, vel ſpeculatiua. B 35
Practicum, vel ſpeculatiuum non opponuntur immediate. B 35
Scientia quomodo accipitur:cum immediatè diuiditur in practicam, & ſpeculatiuam. B 35
Cũ concluſio practica deducitur ex principijs ſpeculatiuis:an habitus totius demonſtrationis ſit practicus, vel ſpeculatiuus. B 35


Diſtinctio.j Quæſtio j.


Vtrum tantum omni alio a deo ſit vtendum. A 38
Vti accipitur multipliciter. A 38
Aſſumere aliquid in facultatem voluntatis quid eſt : & ꝙ hoc contingit dupliciter:propter ſe,& propter aliud. B 39
Aſſumere in facultatem voluntatis propter ſe dupliciter intelligitur. B D E 39
Aſſumere aliquid in facultatem voluntatis propter aliud, dupliciter contingit. C E 40
Referre aliquid in finem debitum tripliciter contingit:& ſimiliter non referri ſcilicet actualiter,habitualiter,& virtualiter, cum declaratione clauſarum. D 40
Vſus ordinatus, & inordinatus quid eſt. E 41
Diligere propter ſe, vel propter aliud qd eſt: & quid dicit propter ſe. E 41
Deus non eſt obiectum vſus ordinati:ſed omne aliud a deo. F 41
De obiecto vſus ordinati qd eſt. F Per plures propoſitiones Quilibet actus voluntatis poteſt eſſe vſus. F 41
Dilectio dei propter retributionem temporalem an ſit vſus. F 41
Et quomodo deus poteſt amari propter retributionem. 41
Non eſt idem amare amore concupiſcentiæ,& aliquo vti. F 41
Vti proprijſſimè ſumptum quid eſt:& an obiectum vſus ſit tantum vtile : quid eſt vtile. F 41
An ſit ponendus actus medius inter vti, & frui. E G H 41
Actus dicitur eſſe malus negatiuè, vel cõtrariè. H 42
Et quomodo ſępe ſumuntur illa nomina peccatum,malum indebitum contradictoriè,non contrariè. 42
Non omnis defectus circoſtantiæ requiſitæ ad bonitatem actus facit ipſum malum contrariè. G H 42
An omnis actio infidelium ſit peccatum. H 42
Et quomodo philoſophi poſſunt dici referre actiones ſuas habitu in deum. Ibidem licet non cogitent de deo. 42
Vtrum actus,quo diligitur finis : & id, ꝙ eſt ad finem, ſit vnus actus, aut plures. I K L 43
Licet idem actus non poteſt eſſe intenſus,& remiſſus : tamẽ eodem actu poteſt quis diligere diuerſa non ęquè intenſè. L 44
Non eſt idem dicere aliquid actu ęquè intenſo: & ęquè intenſè:&quid eſt ęquè intenſè diligere. L 44
Deo contingit inordinatè vti: ſed vti deo pro nullo ſupponit. M 44
Virtutibus nemo malè vtitur formaliter:ſecus obiectiuè. M 44
In voluntate poſſunt eſſe plures actus ſimul. M 45


Quæſtio. ij.


Vtrũ frui ſit act⁹ ſolius voluntatis. A 45

Frui multipliciter accipitur, A 45
Intellectus, & voluntas connotant actus intellectionis,& volitionis, qui ſunt diſtincti: ideo quandoq; negantur de ſe inuicem. A 45
Omnis fruitio eſt in voluntate ſubiectiuè: ſed non oportet omnem fruitionē eſſe a voluntate effectiuè. B 45
Actus beatificus an ſit a ſolo deo effectiuè: & an reſpectu eius voluntas ſe habeat ſolum paſſiuè, B 45
Obiecto fruibili oſtenſo poteſt voluntas circa ipſum fruitionē elicere ex naturalibus;licet non meritoriam: neque beatificam ſi non pręuenitur a deo. B C 46
Quomodo differenter voluntas ſe habet ad meritum, & præmium. D 46
Lumen glorię quid eſt, D 46
Non oē agere eſt nobilius pati. D 46
Quomodo præmium datur propter meritum:quomodo accipitur ly propter. E 47

Quæſtio iij.

Vtrum fruitio ſit qualitas diſtincta realiter a delectatione. 47
Delectatio quid eſt A 47
Amor,& delectatio diſtinguuntur realiter. B 48
Quomodo diabolus quandoq; dicitur delectari,& exultare. B 48
Delectationis cauſa effectiua quę eſt tam in ſenſu,quàm in intellectu:& cur non habent eandē cauſam effectiuā. 48
Delectationis ſubiectū quod eſt. D 49
Dilectio an ſit nobilior delectatione, vel e contra. E 49
Quæ ſunt poſteriora generatione: ſunt priora perfectione quomodo intelligitur. E 49
An fruitio haberi poſſit ſine delectatione de potentia abſoluta dei. E 49
Latè examinatur illa forma arguendi: quæcūq; ſic ſe habent,quòd vnum manet alio non menente diſtinguuntur realiter. F 50
Quomodo intelligitur dictum Augu. ꝙ paſſiones dicuntur voluntates: quòd dilectio eſt delectatio, complacentia. &c. Item quòd quicquid eſt in voluntate eſt amor, vel odium. G 51

Quæſtio iiij.

Vtrum ſolus deus ſit debitum obiectum fruitionis,Reſponſio. D 52
Frui accipitur multipliciter. A 52
Fruitio ordinata, & inordinata quid eſt: ordinata duplex. B 52
An poſſit naturaliter probari, & demonſtrari fruitionem diuinæ eſſentiæ nobis fore poſſibilē:& quòd voluntas poteſt ſatiari,& quietari in aliquo extra deum. C 52
Beatitudo ſumitur dupliciter; C 52
Obiectum fruitionis quid eſt: ſeu quis eſt: an deus: an aliud a deo: an viſio dei, 52
De obiecto fruitionis, vel non quietantis. D 52
An quotieſcumq; homo cogitat de deo, teneatur eum actualiter diligere. E 53
Quid eſt,ſeu quis eſt finis vltimus naturalis creaturæ rationalis. F 53

Quæſtio v.

Vtrum voluntas poſſit frui eſſentia non fruendo perſona,& e contra.Recitantur opi. & concordantur,& dubia pleraque ſoluuntur materiam hanc concernentia per totam quæſtionē. 53
Cur eccleſia de perſonis diuinis diſtincta facit feſta; & diſtinctas habet orationes:cum ſit vnus deus, & vna eſſentia ſimplex. H I 57
An vna perſona poteſt adorari,coli,& venerari ſine alia. H 56
Quomodo poteſt ſaluari dictum doct. quòd nunquā concedi debent de aliquo contradictoria,niſi fides compellat. M 58

Quæſtio vj.

Vtrum voluntas contingenter, & liberè fruatur vltimo fine. Reſpōſio. C 59
Frui aliquo contingenter dupliciter accipitur. A 58
Producere aliquid contingenter dupliciter accipitur. A 58
Libertas eſt multiplex,& accipitur multipliciter, A 58



Affectio cōmodi, & iuſtitiæ. B 59
Finis vltimus dupliciter accipitur. B 59
Beatitudo obiectiua,ſubiectiua,& formalis quid eſt. B 59
Voluntas contingenter, & liberè fruitur vltimo fine: & poſſet beatitudinē nolle ſimiliter, & deum. C D 59
Libertas voluntatis an ſit res diſtincta a voluntate. E 60

¶ Diſtinctio. ij. Quæſtio i.

De identitate eſſentiæ diuinæ cum attributis diſt.2. q.1 per totum. 61
Quæ ſunt de diuinis piè tenenda, & credenda: ſummariè explicatur in concluſionibus literalibus. 61
Diſtingui cōuenit rei per ſeipſam,vel ſibi intrinſecum, & non per extrinſecum niſi arguitiuè. A Item q. 3. A 69
Potentiæ ad quem ſenſum dicuntur diſtingui per obiecta,& act9.&c. A 61
Conditio eſt medium arguendi diſtinctionem. B 61
In dictionibus gradus reperiuntur ſcilicet numeralis,realis,formalis. C 62
Diſtinctio generica,ſpeciuoca, & numeralis. C 62
Diſtinctio formalis qd eſt latè notificat. D E V X 62 Clari9 vide q.11. M 99
Deum velle aliquid, vel intelligere aliquid quid dicit. Y 71
Attributa diuina non diſtinguuntur ab eſſentia: tametſi attributorum nomina non ſint ſynonyma. K 64
Diſtinctio ex natura rei ſumitur dupliciter. D 62
Diſtinctio formalis præſupponit diſtinctionem realem; & oritur ex diſtinctione reali: & nunquā poteſt dari diſtinctio formalis ſine diſtinctione reali: nec reperitur in diuinis. E F G 63
Conditiones requiſitæ ad diſt. formalē quæ ſunt. H 64
An omnia contradictoria æqualiter repugnēt: & qūo ſeu in quo. L 65
Via contradictionis potiſſima eſt ad probandam diſtinctionem, & ſine ea incluſa nulla alia ſufficit. M N &c. 65
An pater,& paternitas diſtinguūtur formaliter. Q R S T V X 70
Diſtinctio formalis dupliciter accipitur. T 69
Ibi qd eſt diſtinctio formalis. T V X 70
Velle dei,& intelligere dei qūo differūt. Y T 70 & diſt.39.
Item deus intelligit malum: & vult malum,quomodo differunt.
Item actus dicendi eſt actus memoriæ, & non voluntatis: & ſimiles quomodo intelliguntur. Y 71
An relatio, & ſuppoſitum diſtinguantur formaliter. X 70
An ſit aliqua non identitas inter intellectum,& voluntatem dei. Y 71

Quæſtio ij.

Vtrum perfectiones attributales ſit realiter diuina eſſētia. Reſpōſio. C D 72
Perfectio attributalis ſumitur realiter, & logicaliter, & hoc dupliciter: quia quidam ſunt conceptus affirmatiui: quidam negatiui. 72
Itē abſoluti,& relatiui.i.cōnotatiui A.72
Perfectio ſimpliciter dupliciter accipitur. A 72
Sępe doct. per conceptum abſolutū intelligit conceptū nō relatiuum. A 72
Attributum diuinum quomodo notificatur,& quid eſt, B 72
An concedendum ſit in deo eſſe perfectionē de virtute ſermonis. C D 73

Quæſtio iij.

Vtrum aliquod reale poſſit diſtingui ſecundū rationē ab aliquo reali. D 74
Idem, & diſtinctum ſunt paſſiones immediatè conſequentes illi, cui conueniunt. A 73
Diſtingui ratione multipliciter accipitur. B C 74
Et de ea diuerſi diuerſimodè loquuntur. 74
Nihil reale poteſt diſtingui ab alio reali ratione;nec eſſe idem ratione cum alio reali. D 74
Quomodo intelliguntur hę propoſitiones. 74
In eis,quæ ſunt forma,diſpoſitio,& diſpoſitum reducitur ad vnum in eſſe duo in conſideratione. 75
Intellectus natus eſt diuidere adunata.&c. 75
Multiplicitas eſt,vel non eſt in deo. 75

Ens, & vnum dicunt eandem rem. Item bonum, & verum.

Sortes in choro differt a ſorte in foro. 75

Sortes puer differt a ſe ſene. E F 75

An ſciens ſignificatione ſynonymorum poſſit ignorare, ſi vnum ſynonymum de alio poſſit dici. G 26

Synonyma accipiuntur dupliciter. G 26

Deus, & deitas, homo, & humanitas an ſint ſynonyma. G Item quantus, & quantitas. 26

Quæſtio. iiij

Vtrum illud, quod immediatè, & proximè denominatur ab intentione vniuerſalis, & vniuoci; ſit aliqua res vera extra animam intrinſeca, & eſſentialis illis, quibus eſt communis, & vniuoca diſtincta realiter ab illis. C 77

De vniuerſali ſecundum opi. Platonis per totam quæſtionem quid eſt. Contra quam ponit hanc concluſionẽ. Nulla res realiter diſtincta a ſingularibus, & intrinſeca eis eſt vniuerſalis, & communis eis. C 77

Diffinitio primò eſt ſubſtantiæ. Diffinitio, & diffinitum ſunt eadem res, quomodo intelligitur. D 77

Quid requiritur ad hoc quod aliqui termini dicantur conuertibiles. D 77

Diffinitio per additamentum quid eſt. D 77

Propoſito eſt multiplex: & quòd ſcientia eſt de ſolis præpoſitionibus ſiue ſit realis, ſiue rationalis. E 78

Aliquarum propoſitionum ſcientia eſt realis: aliarum rationalis, quomodo intelligitur. E 78

Scientia quomodo dicitur eſſe de rebus. Et quid eſt ſcientia realis, vel ſermocionalis. E 78

Vox homo quid primò ſignificat affirmatiuè, vel negatiuè. F 78

Vox poteſt imponi ad ſignificandum primò plura. F 78

Intellectus intelligens hominem quid habet pro obiecto: quid primò intelligat. F 78

Color eſt obiectum viſus, quomodo conceditur. F 73

Paſſio realis dupliciter accipitur: & quid eſt eius ſubiectum. G 78

Homo eſt primò riſibilis, quomodo conceditur. G 78

Agens naturale quid intendit: & quomodo quod producit, intendit. H 78

Quomodo concedi poſſunt hę propoſitiones ſubnotatæ ipſius philoſophi. 78

Species eſt collectio multorum in vnam naturam. 78

Participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo. 78

Eorum quæ ſunt: quædam dicuntur de ſubiecto. &c. 78

Diuiſio ſubſtantiæ in primam, & ſecundam, cui' eſt vel rerum, vel ſignorũ. 78

Species ſunt magis ſubſtantiæ, quàm genera. H I 78

Quomodo concedendæ ſunt illæ propoſitiones. 78

Aliquæ proprietates ſubſtantiæ ſunt communes ſubſtantiæ primę, & ſecundæ, quomodo conceditur. 78

Rerum quędam vniuerſales: quędam particulares. Et quare termini vocantur res. I 79

Quæſtio. v.

Vtrũ vniuerſale, & vniuocum ſit vera res extra animam ab indiuiduo, cui ineſt realiter deſtincta: & ad multiplicationem indiuiduorum realiter multiplicata, & variata. 79

Quæſtio. vj.

Vtrum aliquid, quod eſt vniuerſale, & vniuocum: ſit realiter extra animam: ex natura rei diſtinctũ ab indiuiduo, quãuis non realiter. Reſponſio. C 80

Opinio Sco. de vniuerſalibus ſummatur. A B 80

Et quomodo in qualibet re extra animam eſt natura, & differentia contrahens ad ſingularitatem; quę natura formaliter diſtinguitur a differentia contrahente: & eſt prior ea naturaliter. Et licet natura ſit cõmunis: non tamen completè vniuerſalis. 80

Quęlibet res ſingularis ſeipſa eſt ſingularis C 80

Quid requiritur ad hoc, vt aliquid ſi commune, ſeu vt ſit vniuerſale. B 80

Quid eſt vniuerſale. Et quid requiritur ad hoc, quòd aliquid ſit vniuerſale. B C 80

Omnis res extra animam eſt realiter ſingularis, & vna numero. C 81

Impugnatio rationum Sco. de differentia contrahente. D. 80

An, & quando a ſuppoſitione determinata ad confuſam valet conſequentia E 81

Naturæ repugnat multitudo numeralis, & eſſe in multis ſecundum ſuppoſitionẽ perſonalem, ſed non ſimplicẽ. Sic etiam dicendum de prædicari de multis. F 81

Vnitas ſumitur multipliciter. F 81

In omni genere eſt vnum primum, quod eſt metrum, & menſura aliorum: quomodo intelligitur. G 82

Solum in ſpecie athoma ſit comparatio, quomodo intelligitur. G 82

Tantum vnum vni eſt contrarium quomodo intelligitur. G 82

Vnitas ſpeciuoca eſt realis, quomodo intelligitur. G 82

A ſorte, & Platone poteſt abſtrahi conceptus cõmunis: ſed non a ſorte, & albedine quare hoc. H 82

Sortes, & Plato conueniunt aliquibus: quia ſeipſis, & non in aliquo. Et quomodo dicuntur conuenire in hoc in ſuppoſitione ſimplici. H Item q. 11. G 82

Prima diuerſa quæ ſunt, & quod non eſt idem aliqua eſſe diuerſa, & eſſe differentia. H 82

Equinitas eſt de ſe indifferens ad eſſe vniuerſale, & ſingulare quomodo intelligitur. H 82

Quæſtio. vij.

Vtrum id, quod eſt vniuerſale, & cõmune vniuocum ſit quomodcunq; realiter a parte rei extra animam. Reſponſio. B 83

Opiniones de vniuerſalibus, ſummarim colliguntur, exercitantur. 83

Ad quem ſenſum res poteſt eſſe ſubiectum, aut prædicatum. C 83

Nulla conſideratione intellectus res poteſt mutari: ſed bene denominatione extrinſeca nominari. C 83

Intellectus non poteſt rem vniuerſalem facere ſingularẽ; nec e contra. C 83

Res cognita ex partibus verè, & realiter diuiditur in ſuas partes reales: non ſic ſignum in ſignata. C 83

Nihil in rerum natura eſt communicabile pluribus per identitatem præter eſſentiam diuinam. D 83

Superius non eſt de eſſentia inferioris: nec includitur in eo. D 83

In creaturis non eſt diſtinctio realis inter ſuppoſitum, & naturam. D 83

Quęſtio. viij

Vtrũ vniuerſale vniuocum ſit aliquid reale alicubi exiſtens ſubiectiuè. 83

Opiniones quatuor de vniuerſalibus recitantur: & adduntur duo modi alij probabiles, quos doctor diffusè declarat ſecundum quod vniuerſale eſt in anima. Et quod vniuerſale habet eſſe reale in anima, vel tantum obiectiuum. A B C 83

Opinio ponens entia habentia ſolum eſſe obiectiuum latè impugnatur: & oſtenditur, quòd huiuſmodi ficta non ſint ponenda.

Et quòd ſi ponantur, nõ ſunt vniuerſalia, D per totam quæſtionem. 84

Diffuſè recitatur opinio de vniuerſalibus: tenensquod vniuerſale habet tantum eſſe obiectiuum in anima, & nullum eſſe reale. Et latè ponitur imaginatio ſecundũ illam opinionẽ. B 84

Alia opinio, quòd conceptus habet eſſe ſubiectiuum: & ſic etiam vniuerſale recitatur. C 84

Ibi quid ſit conceptus ſecundum duplicẽ opinionem. Et ſoluũtur rationes, quas adducit OcKam pro illa opinione, quę ponit huiuſmodi entia ficta. 84

Quęſtio. ix.

Vtrum aliquod vniuerſale ſit vniuocum deo, & creaturę. A 90

Vniuocum quid eſt: cui attribuitur. Vniuocum ſumitur multipliciter. B 90 Ibi quid æquiuocum: quid denominatiuum. 90

Dabilis eſt conceptus communis deo, & creaturæ, prædicabilis de eis in quid, & per ſe primo modo. D 90

Conceptus entis eſt communis vniuocus omnibus exiſtentibus realiter extra animam. E G 91
Ens prædicatur in quid de omnibus conceptibus aſſolutis. 91
Non tamen prædicatur quidditatiuè de omnibus terminis: quia non de connotatiuis. F G H Item diſtin. 4.q.8.C Quod latè,& clarè explicatur ibidem. H 121
Denominatiuum reſoluitur in duos conceptus. D 90
Ens eſt vniuocum deo, & creaturis. G 91
Ens poteſt quidditatiuè prædicari de qualibet re mūdi ideſt cuiuslibet rei termino eam abſolutè ſignificante. H 92
Item diſtin. 3. q. 8 C 120

Queſtio x.

Vtrum ſit tantum vnus deus. A 92
Opinio Scoti an poſſit probari, quod eſt aliquod ens ſimpliciter primum, A 92
Deus habet duplex quid nominis. B Et ſecundum hoc vel poteſt demonſtrari vnitas cauſe efficientis, vel non poteſt. C D E 93
Primitas cauſe efficientis efficatius probatur ex rerum conſeruatione, quàm factione. E H 93
Tantum vnum eſt ens ſimpliciter primū: & illud eſt creditum. F G 93
Differentia inter cauſas eſſentialiter, & accidentaliter ordinatas quæ eſt; in quo ſubſiſtit. I K 84
An ſit notum per experiētiam, vel ſolum creditum eſſe cauſas ſubordinatas eſſentialiter, & accidentaliter. I K 94
Aliquid dependere eſſentialiter ab alio dupliciter poteſt intelligi. L 94
Secundum veritatem fidei omnis cauſa in cauſando dependet a deo eſſentialiter. Deus verò a nulla cauſa dependet eſſentialiter. K 94
Secundum fidem nihil dependet eſſentialiter ab aliqua cauſa creata, ſiue in cauſari, ſiue in eſſe. K 94
Per ſe, & per accidens quandoq; dicunt conditionem rei naturalis; quandoq; conditionem propoſitionis. M 95
Et ſecundum hoc multe propoſitiones veniunt diſtinguendæ, quia ſecundum aliam, & aliam acceptionem per ſe, vel per accidens vere ſunt, aut falſe.
Quomodo illæ ſunt vere. Calidum per ſe calefacit. Album per accidens calefacit. Muſicus eſt per accidens cauſa ſtatuæ; & ita de ſimilibus multis. M 95

Quæſtio xj.

Vtrum cum vnitate numerali diuine eſſentie, ſtet pluralitas perſonarum realiter diſtinctarum. A 96
Recitatur opinio de hac materia. B 96
Quomodo probari poteſt non idemtitas inter eſſentiam, & relationem ſecundum Scotum ex natura rei. C 96
Diſtinctio realis perſonarum vnde colligitur, & ſumitur. Et quare perſone diſtinguuntur realiter. C 96
Diſtingui quid eſt. & quomodo illa, de quibus dicuntur termini contradictorij, neceſſariò habent inter ſe aliquam diſtinctionem, ſeu nō idētitatem. E 97
Quandoq; de duobus terminis ſignificatiuè ſumptis: idem affirmatur, & negatur, ibi eſt aliqua diſtinctio. F 97
Cum vnitate eſſentie ſtat pluralitas perſonarum realiter diſtinctarum. D 97
Eſſentia, & proprietas relatiua diſtinguūtur: & recipiunt predicationem contradictoriorum, & diſtinguuntur formaliter. E 97
Modus loquendi de diſtinctione formali ſecūdum OcKam, nec eſt improprius, nec habet repugnantiam: nec implicat, nec eſt fruſtra. M 99
Vtrum conceſſo, quòd in diuinis ſit diſtinctio formalis: veniat concedendum, qđ ibi ſint plures formalitates. G 98
Non eſt concedendum de conuenientibus, quod conueniant in aliquo: ſed in aliquibus, ſicut, & de diſtinctis. G 98
Eſſentia ſeipſa formaliter diſtinguitur a relatione. G 98
Et ſeipſa identificatur realiter relationi. 98
Formaliter, & formalitas an ſint conditiones rerum, vel propoſitionum: & an diſtinctio formalis ſit diſtinctio formarum. 98
Item quod formaliter, vel formalitas nō eſt



eſt inferius ad realiter, uel realitas. 99 I.K.M
Quodq; formaliter, & formalitas ſunt ſyncathegoremata mixta, ſicut perſeitas per ſe. 99 I
Non ſequitur eſſentia, & paternitas diſtinguuntur formaliter: ergò in patre ſunt formalitates. 99 K
Formalitas quid eſt, ſeu quid importat in propoſito. 99 k.M
Non ſequitur a & b diſtinguuntur formaliter: ergo a & b ſunt formaliter diſtincta ſecundum Camera. 99 K
Quomodo ſumitur eſſe in, cum in diuinis eſſentia dicitur eſſe in patre: aut relatio in perſona. 97 F
Et idem formaliter quid eſt. 98 K
Seu clarius quid dicit eſſe idē alicui formaliter. Ibidem. Et cui æquiualet eſſe idem formaliter. 98
Regula ubi ponēda eſt diſtinctio formalis ſecundum Cameracen. 99 L
Quare, uel unde eſt; ꝙ eſſentia dr̄ formaliter a patre ſcđm Oyta.
Et eſt generalis notificatio diſtinctionis formalis. 99 L. M
Quid eſt hoc dicere: pater, & eſſentia diſtinguūtur formaliter. 100 M
Diſtingui formaliter quid eſt. 100 M
Conſtitutio perſonarum non opponitur ſimplicitati naturæ diuinæ: ſed neque perſonarum realiter diſtinctarum pluralitas. 101 P.Q
Diſtinctio quandoq; eſt conditio propoſitionis, & non rerum. 100 M
Formaliter hoc uocabulum ſumitur dupliciter. 102 R
Cum inter rem, & rationem non eſt medium: an diſtinctio formalis poſſit dici realis, uel rationis. 98 H

Diſtinctio.iij. Quæſtio.j.

Vtrum primum cognitum ab intellectu noſtro ſit diuina eſſentia. 102
Aliqđ eſſe obiectū primū multipliciter intelligit̄ ſcđm multos modos primitatis, qui oēs notificantur. 103 B
Deus non eſt primum cognitum a nobis primitate generationis: nec primitate adæquationis: ſed primitate perfectionis. 103 B.C.D
Eſt tñ principiū nr̄æ cognitionis 103 D

Quæſtio.ij.

Vtrum eſſentia diuina ſit a nobis cognoſcibilis. 104 A
Res dupliciter cognoſcitur. in ſe, & in cōceptu. Et quid eſt hoc ſcđm utrāq; opinionem de conceptibus. 104 A.B.k
Deus non poteſt a nobis cognoſci in ſe pro ſtatu uiæ præſentis: ſed in conceptu non ſolum ſimplici, & cōmuni: ſed etiam compoſito. 105 C.D.F
Omnis cognitio diſtincta eſt ſingularis abſoluta. 104 B
Quomodo deus poteſt a nobis cognoſci an in ſe an in conceptu ſimplici, uel compoſito. 105 C.D.E.F
Quid eſt deum cognoſcere in conceptu. F. k. ſecundum utramq; opinionem de conceptibus. 106
An omnis conceptus ſignificat naturaliter propriè: & quæ ſic ſignificat. An aliquis conceptus ſignificat ex impoſitione: & unde abſtrahitur talis concept⁹ 106 G.H
Quomodo res poteſt cognoſci in alio, ſeu conceptu. 107 K
Conceptus quid, & qualiter ſignificat: & an ſignificat per ſub ordinationem: & quis conceptuum alteri ſubordinatur. 106 H
Quomodo conceptus cōnotatiuus dicit̄ ſimplex cum ſignificat unum in recto & aliud in obliquo. 107 I
An in uno conceptu ſimplici includant̄ diuerſi modi ſignificandi. 107 I
Quomodo notitia abſtractiua non pōt haberi ſine intuitiua 108 L

Quæſtio. iij.

Vtrū de deo poſſumus habere plures cōceptus quidditatiuos. 108 B.C
Cōceptus quidditatiuus quid eſt. 108 A
Quales conceptus pn̄t a nobis haberi de deo, latè explicat̄. 108 B.C.D
Ens, uerū, bonū an ſint cōceptus quidditatiui conuertibiles. 180 C
Et an ſint qđditatiui reſpectu dei. 110 H
Conceptus concretiui: ut ſapiens bon⁹, quomodo p̄dicantur de deo an cōnotatiuè, uel abſolutè. Sic de abſtractis huiuſmodi concretorū. 109 E

Termini conuertibiles connotatiui non ſunt ſēper termini ſynonymi. 107 D

Conceptus pro eodem ſupponentes:ſed diuerſa connotantes poſſunt dicit diſtincti,& non ſynonymi. 108 D

Quis conceptuum quidditatiuorū dei ſit ſimplicior,& perfectior.G.Item.q.ij.prologi. 100

De deo poſſunt haberi plures concept⁹ quidditatiui : ſed non conuertibiles. 108 B.C

Item ſimplices denominatiui, & conuertibiles. 108

Quæſtio.iiij.

Vtrum deum eſſe ſit per ſe notū. 110 A

Eſſe per ſe notum cui primò cōuenit rei uel propoſitioni. 110 A

Propoſitio per ſe nota quid eſt: quid requiritur ad eius formationem. B.D. Item.q.j.prologi. 111

Propoſitio:deus eſt,quā nos formamus & quā format beatus uidens deū,quō differunt:& an habeant eadem extrema. 111 C.D.E &c.

Item an ambæ,uel altera earum: & quæ illarum eſt per ſe nota, uel per aliam demonſtrabilis. 112 E.F.G.H.I

An uidens aliquid intuitiuè, uel abſtractiuè formet eoſdem conceptus cum non uidente reſpectu eiuſdem rei. 112 I

Quæſtio. v.

Vtrum uniuerſale communiſſimū ſit primum cognitum a nobis. 113 A

Cognitio rei confuſa,& cognitio diſtincta quid eſt. 113 B

Cognoſcere confuſum, & cognoſcere confuſè quomodo differunt:& ꝙ cognoſcere confuſè dupliciter accipitur. 113 C

Conceptus ſimplex,& conceptus compoſitus quid eſt. 113 D

Primum cognitum primitate generationis eſt ſingulare. 114 E

Primum diſtinctè cognitum ab intellectu poteſt eſſe ſingulare, aut aliud a ſingulari. 114 F.G

Solum ſingulare poteſt confuſè cognoſci. 114 H

Communiſſimū nō eſt primum cognitū a nobis. 114 I

An cauſa naturalis ſēper agat ad perfectiſſimū effectū,in quē pōt. 114 k

Quæſtio. vj.

Vtrum prima notitia intellectus primitate generationis ſit notitia intuitiua alicuius ſingularis. 115 A

Aperitur totus ordo generationis potentiarum cognitiuarum tam quoad operationem ſenſus,quàm intellect⁹. 115 B.C

Cognitio noſtra ortum habet a ſingularibus:& ſingulare ſenſibile primò intelligitur:& prima notitia ſingularis eſt intuitiua. 116 D.E

Vā eſt ꝙ pueri priò oēs uiros pr̄es:& fœminas matres appellāt. 117 G

Quæ requirunē ad hoc,ut ouis,uel aliud brutum:aut puer:uel fatuus unum ſingulare diſcernat ab alio : & unde eſt, ꝙ agnus primum ſequitur omnes oues &c. 117 G

Quomodo uerum eſt dictum philoſophi,ꝙ nobis manifeſtiſſima ſunt confuſa magis. 118 H.I

Cōmune,ſiue notitia communis eſt duplex ſcd̄m duplicem prædicationē,eſſentialem,& accidentalem. 118 H

Notitia uniuerſalior dupliciter accipitur. 118

Item incōplexum eſt prius notum alio, dupliciter accipitur. 118 H

In traditione doctrinæ qs ordo ſeruandus ſcd̄m auditoris qualitatē. 118 I

Et quō ordinē illū tradit philoſophus,& cōmentator dicens;ꝙ nobis manifeſtiſſima ſunt confuſa magis. 118 I.k

Triplex inuenitur modus compoſitionis. 118 I

Quomodo procedere oportet ab uniuerſalibus ad particularia : & quomodo uniuerſalia facilius cognoſcuntur. 118 I.K

Quæſtio. vij.

Vtrum ſingulare poteſt diſtinctè cognoſci ante cognitionem entis,uel cuiuſcunq; uniuerſalis. 118 A





Compræhendere accipitur multis modis. 118 A

Cognitio diſtincta ſingularis non requirit neceſſariò diſtinctam notitiā uniuerſalis. 119 B

Quomodo ſingulare poteſt intelligi ſine uniuerſali:& res poteſt diſtinctè cognoſci ſine eius diffinitione quidditatiua. 119 C.D.E

Diffinitio quomodo facit ad cognitionē rei. 119 E

Quæſtio.viij.

Vtrum ens,ꝙ eſt commune ad decem p̄dicamenta, & ad deum & creaturam ſit obiectum adæquatum: & primum intellectus noſtri. 119 A

Aliqd eſſe obiectū adæquatū potentiæ intelligitur multipliciter. 120 A.B

Ad quem ſenſum conceditur:ens eſſe obiectum adæquatum intellect⁹ noſtri: & quomodo poteſt prædicari quidditatiuè,de qualibet re mundi ideſt de termino cuiusſlibet rei eam abſolute ſignificante.120 C. Itē diſt.ij.q.ix.

Communiſſimum, quod poteſt a nobis appræhendi,eſt ens, quod eſt uniuocū omni enti reali. 120 D

Vtrum ens communiſſimum ſit naturaliter appræhenſibile ab intellectu : & quodlibet contentum ſub eo. 121 E

An ſit aliquod obiectum motiuum intellectus adæquatum. F

An dari poſſit terminus uniuocus ſignificans abſolutè omnes ſubſtantias, & omnia accidentia. 122 G.H.I

An poſſit dari terminus quidditatiuè ſuperior ad ſubſtantiam,qui ſit genus ultra ſubſtantiam 122 G.H.I

Quæſtio. ix.

Vtrum in omni creatura ſit ueſtigium trinitatis. 123 A

Veſtigium, & imago in quibus conueniunt. 123 B

In quibus differunt. 123 C

Aliquid ducit in notitiam alterius dupliciter:mediatè:uel immediatè. 123 B

An imago ſit prima ſimilitudo toti⁹,uel accidentium. 124 E

Veſtigium,& imago in corporibus quō tr̄asferuntur reſpectu dei. 124 F

Veſtigium in creaturis capitur dupliciter. 124 D

Imago in creaturis capitur tripliciter. 24 E

Trinitatē dupliciter cōcipimus:per propria,& appropriata perſonarū. 124 F

Veſtigium quid eſt. 125 G

Imago quid eſt. 125 G

Quælibet creatura metaphoricè:& trāſſumptiuè poteſt dici ueſtigium trinitatis:ſed non propriè. 125 H

In qbus proprietatib⁹,quæ ſunt in creatura cōſiſtit ratio ueſtigij. 125

Item an in realiter diſtinctis,uel non. 125 I

Quæſtio. x.

Vtrum cratura rationalis ſit imago trinitatis. 126 A

In qualibet creatura rationali, & ſolum tali impropriè reperitur imago trinitatis. 126 A.B

Et quare rationalis creatura dicitur imago dei:cum tamē ens uniuocè dicatur de deo,& creatura. 126 B

Ratio imaginis in quo præciſè conſiſtit: an in ſubſtantia animæ,an in eius actibus,uel habitibus, 126 C.D

Quomodo in anima ponitur imago trinitatis cum de ratione imaginis ſit diſtinctio. 126 E

Cum inter partes imaginis debet eſſe cōſubſtantialitas quomodo ponitur imago in animæ ſubſtantia, & eius actib⁹: inter quæ cum actus ſint accidentia non poteſt eſſe conſubſtantialitas cū anima. 127 E.F

Reſpectu cuius obiecti præciſè eſt imago in anima. 127 G

Quomodo uerum eſt dictū Auguſtini, ꝙ imaginem creatam nō ſeruauit homo:ſed perdidit. 127 H

Imago ſumitur dupliciter. 127 H

Diſtinctio.iiij. Quæſtio.i.

Vtrum hæc ſit concedenda : deus generat deum. 128 A

Deus ꝓ quo,& quō ſupponit. 128 A

Nomina, & uerba prædicabilia de deo ſunt multiplicia. 128 B

Duplex eſt prędicatio in diuinis formalis,& identica. 128 C

Regulæ plures de prædicatione nominũ in diuinis. 129 D
Suppoſitio termini multipliciter uariatur:& ſecundũ hoc eſt ſuppoſitio perſonalis,ſimplex,materialis. 129 E
Terminus abſolutus, & terminus cõcretus pro quo ſupponunt. 130 FG
Et ꝙ terminus concretus duplex hẽt, ſignificatum, ſed ſolum ſupponit pro materiali. 130 FG
Terminus habens ſignificatũ principale ſemper ſupponit pro illo, & ꝑ minus principali non ſupponit, niſi ex adiuncto. 130 G
Deus,q̃a cõcretũ rõne ſui modi ſignificãdi ſupponit pro ſuppoſito, ſiue perſona. 130 H
Attamen quãdo ponitur reſpectu termini p̃ciſe ſupponẽtis ꝑ eſſentia,uel perſona: ſupponit etiã quandoq; pro eſſentia quod clare explicatur. 130 H
Differenter accipiunt doctores terminũ deus in affirmatiua,& negatiua. 130H
Deus, & deitas q̃uo ſe habẽt ad inuicẽ,& pro quo ſupponit q̃dlibet eorũ. ibidẽ.
Deus poſitũ cũ ſigno alietatis,aut pluralitatis:q̃uo & pro quo ſupponit. 130 I
Deus generat cõceditur,ſed nõ illa: deus non generat deum. 131 KL
An cõcedendũ ſit(cũ deus genuit deũ) ꝙ genuit aliũ deũ,uel ſe deum. 131 MN
Cum deus genuit deum, an illa ſit concedenda: deus eſt alius a deo. 131 M

Quæſtio. ij.

An hęc ſit uera: Deus eſt pater, & filius, & ſpirituſſanctus: ꝑ totã q̃ſtionẽ. 132

Diſtinctio.v. Quæſtio. j.

An eſſentia generet, uel generetur: per totam quæſtionem. 132 A
Prædicabilium de aliquo quædam ſolũ immediatè, & primò dicuntur de aliquo modo: quædam mediatè, & quid eſt dici prædicari de aliquo primo. 133 B
Generare,generari ponuntur in diuinis ſolum immediatè. 133 B
Eſſentia nec generat, nec generatur: annectitur perſuaſio huius ueritatis. 133 C.A.
Generare quandoq; ſumitur nominaliter, & hoc dupliciter: adiectiuè, uel ſubſtantiuè. Quandoq; participaliter. D. Et ſecundum hoc aliter, & aliter ſaluantur,uel negantur illæ propoſitiones. Eſſentia eſt generans: eſſentia eſt pater generans &c. 134 D.E
Eſſentia eſt res generans an ſit concedenda, & ſimiliter illa: eſſentia eſt pater generans. 134 E
Forma ſyllogiſtica an teneat in diuinis ſicut in creaturis. 134 F
Eſſentia eſt pater filij an ſit concedenda. 135 G
An bene ſequitur: pater generat. ergo eſſentia generat. 136 H
An regula Ockam ſit uera, ob quam negat illam: Eſſentia eſt res generans.ſ. quando determinabile cum ſua determinatione prædicatur de ſubiecto: requiritur ueritas trium propoſitionũ ſi debet eſſe uera. 136 E.I

Quæſtio. ij.

Vtrum filius generetur de ſubſtantia patris,& ad quem ſenſum conceditur, filius eſſe de ſubſtantia patris, per totã quæſtionem. 137
Quid eſt aliquid de nihilo produci. 137 A B.
Cum filius dicitur eſſe de ſubſtantia patris,quid dicit ly de. 137 CD
An potentia,& actus ſicut reperiuntur in creaturis: ita habeant locũ in diuinis: ut eſſentia ſe habeat tanquam potentia reſpectu relationis. relatio quaſi actus, & in quibus reperitur actus, & potentia. 138 E
An eſſentia diuina ſe habeat quaſi materia reſpectu perſonarum in diuinis, & an cõcedẽda ſit in diuinis quaſi cõpoſitio, quaſi imperfectio, quaſi potentia &c. 138 F
Eſſentia habet totum ſuum eſſe ſibi proprium in patre prius origine, quàm ſit in filio: quomodo intelligitur. 138 G

Quęſtio. iij.

Vtrũ eſſentia diuina ſit termin⁹ formalis gene



generationis. 139
Aliud eſt communicari per productionẽ & aliud eſt eſſe terminum formalem productionis A 139
Communicari per productionem tripliciter accipitur. B 139
Terminus ſumitur multipliciter. C 139
Terminus formalis in generatione ſubſtantiali: in productione rei ſimplicis: in nutritione. &c. quid eſt. D 140
An terminus mutationis, & terminus formalis productionis quãdoq; coincidant D 140
Termin⁹ formalis,& termin⁹ totalis q̃uo differunt latè explicatur: ſiue termin⁹ totalis ꝓductionis: ibi de termino formali ꝓductionis filij. D E F G 140
Terminus formalis quare ſic nominatur. D 140
Eiuſdem productionis poſſunt eſſe plures termini formales. D 140
Terminus formalis eſt ſuperior ad terminum totalem. G 141
An eſſentia, vel relatio, vel perſona eſt termin⁹ formalis generationis H 141
Q̃uo perſona capit eſſe per generationem: & q̃uo ſumitur ibi per. I K 141
An idem ſit terminus formalis productionis filij,& termin⁹ totalis. E 140
An filius ſit terminus formalis generationis paſſiuę. K 141

Diſtinctio.vj. Quæſtio vnica.

Vtrum pater genuit filium natura, vel voluntate B C D 142
Generare voluntate, vel neceſſitate, ſeu voluntariè multipliciter accipitur. A 142
Et ſecundum multiplicem diuerſam terminorũ acceptionem diuerſimodè reſpondetur ad quęſtionem. B C 142

Diſtinctio.vij. Quęſtio.j.

Vtrũ potentia generandi in patre ſit aliquod abſolutum,vel reſpectiuũ. 143
Potentia generandi quid eſt. A 143
Principium elicitiuum quid eſt. B 143
An generatio actiua eliciatur,vel ſit elicita. 143
An quicquid elicitur,producitur. B C D E 144
Quid eſt eſſe elicitum: quid dicit nomen elicitum, elicere. Item elicitiuum. B C D E 144
An perſona, vel eſſentia, vel relatio ſit principium elicitiuum generationis actiuè. E 144
Idem elicit ſe; & ad idem ſit elicere, & producere. E 144
Principium productiuum quo, & principium elicitiuum idem ſunt. E 144
An generatio paſſiua ſit producta. F 145
An relatio ſit principium determinatiuum eſſentię. G 145

Quæſtio. ij.

Vtrum abſolutum ſub ratione eſſentiæ, vel ratione attributali ſit potentia generandi. D 146
Intellectus, voluntas dupliciter accipiuntur; & quãdo ſunt termini ſynonymi: q̃uo differunt in cõnotato. A B 145
Item diſtin.2 q.1. Y 71
Intellectus eſt principium producẽdi verbum; voluntas eſt principium producendi ſpiritum ſanctum quomodo conceduntur: & quis eſt earum intellectus. A B 145
Et quomodo in illis propoſitionibus includitur quandoq; perſeitas conditio propoſitionalis. 145
An productiones in diuinis fundantur in actibus eſſentialibus: an ſint in diuinis actus eſſentiales. C 146
An ad diſtinctionem emanationum in diuinis requiritur diſtinctio in principijs elicitiuis. C 146
An eſſentia ſub ratione intellectus, vel voluntatis ſit principium filij, aut ſpiritus ſancti. E 146
Quicquid eſt in diuinis abſolutum, eſt principium elicitiuum tam generationis, quàm ſpirationis. D 146

Quęſtio iij.

Vtrum potentia generandi poſſit communicari filio: & quis eſt intellectus huius quæſtionis: & quotuplex. A C 147
Gerundium generandi tripliciter accipitur. B 147
Potentia generandi non poteſt commu-

B

nicari filio:ita vt filius generet. C 147
An aliqua perfectio ſit in patre, quæ non eſt in filio: nec poteſt ei communicari. D E 147
Perfectio ſimpliciter dupliciter accipitur. D Item diſt. 1. q. 1. tertij.
Diſtinctio. viij. Quæſtio. j.
Vtrum diuinæ ſimplicitati repugnet eſſe in genere prædicamentali. Reſponſio doct. ꝙ ſic. 148
Recitantur eius motiua. A B 148
Oſtendit oppoſitũ ꝓbabili⁹. C D E 149
Reſpõdet ad rationes OcKã. F G 150
Deus eſt in genere prædicamentali. C D E &c. Probatur auctoritate, & ratione. 149
Aliquid eſſe in genere prædicamentali dupliciter accipitur. D E 149
Et quo illorum modorum deus in genere. E 149
An ſit de ratione generis, ꝙ per ipſum genus contentum ſub genere ab aliquo ſeparetur. F 150
Quomodo intelligitur p̃hs. Tranſcendentia non ſunt genera. F 150
Quid requiritur ad eſſe genus. H Item q. 2. A 151
Deum poni in genere quid eſt. H 151
Deum ponere in prædicamento non eſt ipm incarcerare, ſeu impficere. H 151
Quæſtio ij.
Vtrum aliquod ſimpliciter ſimplex poſſit eſſe in genere. C 151
Simpliciter ſimplex quid eſt. A 151
Similiter ſimplex eſt in genere. B 151
Conditiones requiſitę ad eſſe generis quot, & quæ ſunt. A Secundum opi. OcKam. 151
An qualitati, & quantitati ſit aliquod genus commune. A 151
An quęlibet duæ ſpecies habent vnum genus eis adæquatum. D 152
Quomodo genus non eſt pars rei, neque differentia. 152
Item genus eſt pars formæ: ſpecies pars generis. D 152
Regulę tres plurimum valentes ad cognoſcendum multarum propoſitionũ veritates. D 152
Per actum exercitum ſępe intelligitur actus ſignatus. Item per res nomina rerum: & nomina rerum quandoq; attribuuntur ſignis. D 152
Quæ conuenientia, & qualis ſufficit, & requiritur ad abſtrahendum conceptum eſſentialem, vel accidentalẽ quid ditatiuum, vel connotatiuum latè examinantur. Ibidem quid tales conceptus ſignificent. E F 153
Item diſtinctione 17. q. 7. D 152
An quibuſcũq; indiuiduis ſpecie differentibus dabilis eſt conuenientia maior eſſentialis eis adæquata. F 154
Quęſtio iij.
Vtrum omne genus diuidatur in ſuas ſpecies per differentias diuiſiuas generũ, & conſtitutiuas ſpecierum. A B 155
Non omne genus diuiditur in ſuas ſpecies ꝑ differentias generum, & conſtitutiuas ſpecierum. A 155
Res ſimplex an ſit diffinibilis diffinitione propriè dicta. C 155
Conceptus ſpeciei an ſit ita ſimplex ſicut conceptus generis. C 155
Gen⁹ importat totũ eſſe ſpeciei. C 155
Quæſtio iiij.
Vtrũ genus, & differentia important eãdem rem primò. 155
Differẽtia accipiť multipliciter. A 155
Ibi de differẽtia eſſẽtiali, & accidẽtali: & vnde ſumiť q̃libet earum: B G 166
Genus, & differentia quomodo, & vnde differenter ſumuntur. C 156
Significare primò quid eſt. C 156
Quomodo aliqua differẽtia dicitur eſſentialis, ſi nõ eſt pars rei, nec de eſſentia rei: & ſic de conceptu. E 156
Differentiam ſumi ab aliqua parte quid eſt. B C 156
Quomodo differentia aliquid diſtinguitur ab alio. F 156
Ad quem ſenſum conceditur ſpeciem aliquam diſtingui ab alia per differentiam. F 156
Differentia an ſumatur a materia, & forma, vel a forma tantum. G 156
Gen⁹ quomodo importat totam rem: & cum additur ſibi differentia an fiat nugatio. H 156
Quomodo genus, & ſpecies diſtinguuntur ſi genus totum ſignificat, quod ſpecies, & multa alia. I 157
Quæſtio v.
Vtrum deus poſſit diffiniri diffinitione non data per additamentũ. A B 157
Diffinitio non data per additamentum accipitur dupliciter. A 157
Deus nõ poteſt diffiniri diffinitione propriè dicta. B 157
Quæſtio vj.
In omni diffinitione cõpletiſſima debet poni omnes differentiæ eſſentiales cũ ſuo genere generaliſſimo. B 157
Differẽtię ordinãtur dupliciter. A 157
Eiuſdem poſſunt eſſe duæ differentiæ conuertibiles. B 157
Differentia non eſt genus, nec ſpecies: quia non importat formaliter res totales: ſed partes rerum. B 158
ſecundum OcKam.
Quęſtio vij.
Vtrũ ſolus deus ſit imutabilis. B F 159
Mutari accipitur multipliciter. A 158
Et mutabile ſimiliter. F 159
Secundum aliam, & aliam acceptionem mutari, & mutabile deus eſt ſimpliciter immutabilis, & ſolus. Q̃nq; hoc etiam conuenit creaturę. B F G 159
Q̃uo de⁹ non eſt mutatus localiter ex nouiloci, in quo prius non fuit creatione. C 158
Q̃uo differenter angelus eſt ſimplex: & deus ac anima rationalis. D 158
Simplicitas vnde conuenit rei: & ꝙ eſt multiplex ſimplicitas. D 158
Quomodo deus eſt ſimpliciſſimus: & ꝙ perſonarum pluralitas, & conſtitutio earũdem nullatenus repugnat diuinæ ſimplicitati et ſimpliciſſimę. Quodq; taliſmodi ſimplicitas in nulla creatura repetitur. E 159
An propter vitare proceſſum in infinitũ oportet ponere qualitatem, ſiue creaturam nullius receptiuam actiuè: ſed quę tantũ poteſt recipi in alio. G 159
Diſtinctio. ix. Quęſtio. j.
Vtrum filius verè generetur a patre. Reſponſio, ꝙ ſic: ſed hoc ſolum fide creditur. A 160
Impugnatur ratio Scoti. qua probare nititur productionem in diuinis. B C D &c. 160
Per rationem formalem quid intelligitur: uel quid eſt aliquid conuenire alicui ex ratione ſua formali B 160
Producere notitiam genitam non eſt de ratione formali intellectus perfecti: ſed cognitiuè tendere in obiectum. C D E 161
Licet producere in genere non dicit imperfectionem: tamen producere notitiam ſui perfectiuam imperfectionis eſt. E 162
Quæſtio ij.
Vtrum generatio in diuinis ſit vniuoca, vel æquiuoca. 162
Generatio vniuoca, & æquiuoca in creaturis diſtinguuntur. A 162
In omni generante eſt conſiderare quid, & quo: ſimiliter, & in genito. A 162
Generatio vniuoca in generatione accidentis, vel ſubſtantiali quę eſt. Et quot ſunt gradus in eadem. B C 162
An eiuſdem generationis poſſunt eſſe plures termini formales.
Et de duplici acceptione termini formalis. C 163
An paternitas, & filiatio ſint alterius rationis. D 163
Sic conſtituentia, & conſtituta. 163
Quæ dicuntur eſſe eiuſdem rationis. D 163
Non poteſt eſſe minor diſtinctio in conſtituentibus, quàm in conſtitutis. F 165
Generatio in diuinis licet nec ſit ſimpliciter vniuoca, nec ęquiuoca: magis tamen aſſimilatur generationi vniuocè. E 164
An quia conſtituentia ſunt alterius rationis: oportet ſuppoſita conſtituta eſſe alterius rationis. F 165
An quia cõſtituentia ſunt primò diuerſa: conſtituta etiam ſunt primò diuerſa.
Quę dicuntur primò diuerſa. G 165
An aliqua eſſe eiuſdem rationis, vel primò diuerſa competit eis mediatè, vel immediatè ſolum. G 165
Aliqua prædicata denominant ea, quib⁹ conueniunt tantum immediatè; aliqua

quibus mediatè conueniunt. G 165

Stat aliqua plus conuenientia magis differre, quã minus cõuenientia. F 165

Quomodo differunt eſſe primò diuerſa, & eſſe alterius rationis. G 165

Quæſtio iij.

Vtrum generatio filij ſit æterna: concluſio ꝙ ſic. 166

An in diuinis ſit admittẽda aliqua prioritas, alia a prioritate durationis. B. 166

Pater eſt prior filio origine quomodo intelligitur. B 166

An ſicut in diuinis cõceditur aliqua prioritas: ita ſint concedenda ſigna prioritatis, & inſtantia. &c. 166

Recitatur opinio Scoti, & impugnatur a doctore, & explicantur modi ſeptem prioritatis. CD 166 Per totã quęſtionem. Et oſtenditur, qui ex eis habent locum in diuinis. 167

Ordinata ſecundum prius, & poſterius ſunt in duplici differentia E 167

Quibus ordinatis ſecundum prius, & poſterius correſpondẽt aliqua ſigna prioritatis ſecundum quæ ordinentur: & quibus non. EGH 169

An eſſentia ſit prior perſona, & proprietate relatiua.

Item ſpiratio actiua generatione actiua. &c. H 169

Qui modi prioritatis, & poſterioritatis reperiuntur in diuinis. F 168

Quis modus loquendi ſeruandus eſt in diuerſis locis prioritatis. GH 169

Pater prius creat filio: prius intelligit pater, quàm filius quomodo ſunt concedendæ. I 169

Ordinatis ſecundum prius, & poſterius quibus realiter correſpondent aliqua extrinſeca: ſed quę ordinantur ſecundum prius, & poſterius: his dumtaxat correſpondent ſigna prioritatis, & nõ alijs. EG 163

Diſtinctio. x. Quæſtio. j.

Vtrum voluntas ſit principium productiuum ſpiritus ſancti. 170

Recitatur opinio Scoti per certas propoſitiones, in quibus probatur emanatio perſonarum in diuinis per ſex propoſitiones. BCD &c. 170

In sũma deitatis eſsẽtia ꝓductio realiter eſt ponenda, ꝓbatio ſecũdũ Sco. B 170

Tm̃ duę productiones in diuinis ſunt poſſibiles. Probatio ſecũdũ Sco. CD 171

Dualitas diuinarũ productionum infert trinitatem ſuppoſitorum. E 171 Probatio ſecundum Sco.

Triũ diuinorum ſuppoſitorum vnum eſt producens tm̃: aliud producens, & productum: tertium productum tantum. Probatio ſecundum Sco. F 172

Perſona producẽs, & productę diſtinctę realiter in vna ſumma natura idẽtiſicantur eſſentialiter. Probatio ſecundum Sco. G 172

Licet inter ſuppoſita diuina nulla ſit perfectionis diſparitas: eſt tamẽ inter eas ordo originis, & prioritatis. H 172 Secundum Sco. probatur.

Voluntas eſt principium elicitiuum ſpiritus ſancti. I 173

Suppoſita productione in diuinis non poteſt ſufficienter probari: ꝙ ſint ibi plures productiones. 173

Aut dualitas productionum, ſeu duę perſonæ, & vna improducta: ſed hoc eſt fide creditum I 173

An voluntas inquantum voluntas, vel inquantum infinita ſit principium ſpirãdi ſpiritum ſanctum. K 174

An ſpiritus ſanctus, qui procedit actu voluntatis, ſit præcognitus. K 174

Quæſtio ij.

Vtrum ſpiritus ſanctus liberè producatur. DE 175

Quid eſt liberum neceſſarium naturale. B 174

Principium naturale neceſſarium, & liberum a diuerſis multipliciter notificatur. B 174

Agere naturaliter, vel liberè quid eſt. BC 174

Item producere liberè quid eſt ſecundũ Oyta. G 175

Et quomodo conceditur illa Spiritus Sanctus non producitur a voluntate. 175

Non eſt inconueniens idem produci naturaliter, liberè, & neceſſariò. D 175

Quomodo voluntas non potens peccare dicitur liberior voluntate potente peccare. Et de qua libertate loquuntur ibi doctores multipliciter explicatur. E 176

Libertas conuenit rei perfectæ in ordine ad id, ad quod contingenter ſe habet. F 176

An libertas conuenit deo reſpectu ſuijpſius: & an repugnet neceſſitati, F 176

An libertas voluntatis ſit quid diſtinctũ a voluntate. F 176

Diſtinctio. xj. Quæſtio. j.

Vtrum Spiritus Sanctus procedit a patre, & filio. 176

Concluſio fidei. Spiritus Sanctus procedit a patre, & filio: oſtenditur contra græcos, quorum error explicatur auctoritate eccleſiæ, & perſuaſione rationabili. AB 177

Ad productionem amoris quæ requiruntur, & ſufficiunt. C 177

Qũo temporum ſucceſſu alia, & alia in ſymbolis ſunt poſita de veritate fidei ſine additione impertinenti, vel nouæ veritatis edicione. D 177

Intellectus, & voluntas non ſunt in deo duo principia productiua ordinata inter ſe: neq; ſunt potentiæ operatiuæ in deo: ſed in creatura ſunt operatiuę, & productiuæ. C 178

Non oportet tantam eſſe diſtinctionem in relatiuis ſicut ĩ correlatiuis. D 177

Quæſtio ij.

Vtrum Spiritus Sanctus poſſet diſtingui a filio, ſi non procederet ab eodem: & ꝙ multiplex poteſt eſſe intellectus huius quæſtionis. AD 178

Habens aliquid reale ſibi intrinſecum diſtinguitur per ipſum ab alia re non habente tale intrinſecum. B 178

Filiatio diſtinguitur a ſpiratione paſſiua realiter. E 178

Quot ſunt relationes realiter diſtinctæ in diuinis: tot ſunt ibi perſonæ, 178

Non ſequitur euidenter: pater, & filius, & Spiritus Sanctus ſunt tres perſonæ, & vnus deus: ergo Spiritus Sanctus procedit a filio. C 179

Neceſſariò ſequitur: Spiritus Sanctus non procedit a filio: ergo non diſtinguitur realiter ab eo. C 179

Cum in diuinis ſunt quatuor relationes: cur non ponuntur etiam ibi quatuor perſonæ; & penes quas relationes diſtinguuntur perſonæ. E 179

An illa ratio valeat contra græcos: Spiritus Sanctus non procedit a filio: ergo non diſtinguitur a filio. D 179

Diſtinctio. xij. Quæſtio. j.

Vtrum pater, & filius ſint vnum principium ſpirans Spiritum Sanctum.

In patre, & filio eſt vna ſpiratio actiua. A 180

Cum ſpirare primò, & immediatè prædicatur de conſtituto, quòd nõ eſt formaliter ſuppoſitum: qũo etiam prædicatur de patre, & filio, M 184

Quare pater, & filius dicuntur vnũ principiũ ſpirans ſpũm ſanctum. BC 181

Opinio OcKam de conſtituto, quòd nõ eſt formaliter ſuppoſitum, cui primò conuenit ſpirare impugnatur a Gregorio. C 181

Reſpondetur ad rationes Gregorij. P 185

Reſponſio ſecundum OcKam; an illæ affirmatiuè ſint concedendæ, pater, & filius ſunt vnus ſpirator; vnum principium ſpirans, H 182

Sic de negatiuis non ſunt duo principia: non ſunt duo ſpiratores. I 183

Tres perſonæ ſunt vnum principiũ creaturæ, & ſunt vnum principium ſpiritus ſancti: qũo in illis diuerſimodè accipitur nomen principium. K 183

Quomodo verum eſt, quòd ſpirare dicitur de conſtituto, quòd non eſt formaliter perſona: cum actus ſunt ſuppoſitorum. L 184

Quomodo conceditur in diuinis eſſe quatuor conſtituta, & non quatuor: ſed ſolum tres perſonas. N 184

Suppoſitio terminorum in diuinis mediata, & immediata, quæ eſt, & qui termini ſupponunt mediatè, vel immediatè, ſi de conſtituto ex eſſentia, & ſpiratione dicitur ſpirare: licet non ſit formaliter ſuppoſitum; quare non dicitur conſimiliter de eſſentia generare. L 184

Pro eſsẽtia, vel perſona in diuinis. O 185
De hoc ponuntur ſeptem regulę ſecundum Camera. 185
Aliqua diſtingui perſonaliter dupliciter accipitur: & quorum eſt. P 185

Quæſtio. ij.

Vtrum pater, & filius ſpirant Spiritum ſanctum, inquantum ſunt vnum, vel in quantum ſunt diſtincti D 187
Principium elicitiuum Spiritus ſancti eſt præcisè voluntas diuina. B 186
Quid intelligunt doct. & ſancti per amorem iucundum, mutuum, repẽſum. &c. quo ſe diligunt pater, & filius ſpirantes Spiritum ſanctum. C 186
Cum pater, & Spiritus ſanctus ſe diligunt amore eſſentiali, & communi: quare non ita producunt aliam perſonam ſicut pater, & filius ſe diligendo ſpirant tertiam perſonam. C 186
Spirare primò cõuenit vni conſtituto ex eſſentia, & ſpiratione actiua. C 187

Quæſtio. iij.

Vtrum pater, & filius ſpirant omnino vniformiter Spiritum ſanctum. B 187
Dictio vniformiter accipitur dupliciter. A 187
Explicatur ad quem ſensũ pater, & filius ſpirant vniformiter Spiritum ſanctum. B 187
Et reſoluuntur auctoritates ſanctorum, quę vidẽtur eſſe in contrarium. E 188
An in aliquo ſenſu poſſit concedi pater prius origine ſpirat, quàm filius. B 187

Diſtinctio. xiij. Quęſtio vnica.

Vtrũ generatio filij ſit ſpiratio. C F 190
Difficile eſt perſonarum emanationem explicare. A 188
Nec eſt a nobis perfectè cognoſcibilis in via Spiritus ſancti proceſſio: ſeu generationis filij, & ſpirationis Spiritus ſancti diſtinctio.. C 189
Generatio ſumitur dupliciter. B 189
Imaginatio pulchra productionis perſonarum in diuinis, ex qua claret differentia generationis, & ſpirationis. D E 189
Spiratio Spiritus ſancti non eſt generatio filij. F 190
Quomodo intelligitur omnia in diuinis ſunt idem, vbi non obuiat relationis oppoſitio. H 191
Generatio, & ſpiratio actiuè ſumpta non diſtinguuntur realiter, ſed paſſiuè. F H 191
Quare productio Spiritus ſancti non eſt verè generatio. G 191
Ad diſtinctionem realem relatiomum in diuinis quid requirit, & ſufficit. H 191

Diſtinctio xiiij. Quęſtio j.

Vtrum Spiritui Sancto competat duplex proceſſio temporalis, & æterna.
Producere, proceſſio temporalis, proceſſio æterna quid eſt. B C 192
Item diſt. 16. q. vnica. A 192
Proceſſionis temporalis Spiritus Sancti notificatio, & explanatio quo ad ſingulas clauſulas. C D 192
Proceſſio an ſit terminus notionalis, vel eſſentialis. C 192
Illapſus ſanctificatiuus quid eſt. C 192
Dona quare dãtur a deo: ad quid: & quotuplicia ſunt dona, in quibus procedere dicitur perſona diuina temporaliter. 192
Item de appropriatione donorũ ad perſonas diuinas. 192
Et an in omni dono intellectus mittatur filius temporaliter. D 193
Mittere perſonam diuinã ad hominem quid eſt: ad quos perſona mitti dicitur. D 193
An ſit concedendum: & ad quem intellectum, quòd eſt duplex Spiritus ſancti proceſſio: æterna, & temporalis: & ꝙ vtraq; eſt realis. E 194
Proceſſio temporalis an ſit res vna abſoluta, vel relatiua. E 194
Ad quem ſenſum quandoq; proceſſio tẽporalis negatur ab æterna. Et an differant proceſſio temporalis, & æterna. E 194

Quæſtio ij.

Vtrum Spiritus Sanctus detur in perſona propria, vel tantum ſecundum dona ſua. C 195
Proceſſio, datio, miſſio quomodo differunt. A 195
Dari quid eſt: & quomodo aliquid dicitur alteri dari. B 195
Item Spiritus Sanctus quando datur creaturæ rationali.
Spiritus Sanctus non datur in dono creato niſi ſolum charitatis. C 195
Et quare magis datur in dono charitatis, quàm in alijs. E 196
Cum deus eſt vbiq;: quomodo dicitur alicui de nouo dari. D 195
Et quomodo dicitur eſſe ſolum in bonis, & non in malis. Ibidem.
Quare deus non acceptat hominem ſine Spiritus Sancti datione, & charitatis infuſione. F 196

Diſtinctio. xv. Quæſtio vnica.

Vtrum quælibet perſona poſſit mittere, & mitti; per totam quæſtionem.
Mittere mitti quid eſt: quomodo differunt; quibus perſonis conueniunt an ſint notionalia, vel eſsẽtialia. A 197
An ſicut mitti includit produci: ita mittere includit producere. A 198

Diſtinctio xvj. Quęſtio vnica.

Vtrum perſona diuina viſibiliter mittatur.
Miſſio temporalis, & æterna, miſſio viſibilis, & inuiſibilis quid eſt: quomodo differunt: quomodo fiunt; quid per huiuſmodi miſſionem viſibilem ſignificatur. A B 198
An miſſio viſibilis Spiritus Sancti ſemper ſignificet gratiam tunc primum conferri, & dari. B 198
Spiritus Sanctus in quadruplici ſpecie apparuit: & quare hoc: quid ſignificant huiuſmodi apparitiones multipliciter factæ. B 198
Cur miſſio viſibilis ſpiritus Sancti ſolum in noua lege facta eſt Chriſto, & diſcipulis. C E 199
Gratia Chriſti quõ redundat a Chriſto in nos, & quomodo ab apoſtolis: quomodo in ſacramentorum collatione. D 199
An ſigna viſa in miſſione Spiritus Sancti fuere verę res, vel apparitiones tantum. E 199
An inuiſibilis miſſio Spiritus Sancti requirat neceſſariò præcedere remiſſionem viſibilẽ: ita ꝙ nulli mittatur inuiſibiliter, cui nõ daẽ viſibiliter. G 200

Diſtinctio xvij. Quęſtio. j.

Vtrum præter Spiritum Sanctum, neceſſe ſit ponere charitatem abſolutam creatam: animam formaliter informantem: ad hoc vt ſit chara, & accepta deo.
Animam eſſe gratam, & acceptam deo quid eſt. A B 200
Complacentia dei in reb' eſt multiplex: generalis, & ſpecialis: & illa triplex. B 200
De potentia dei abſoluta poteſt aliquis eſſe charus deo ſine omni forma ſibi inhęrente: ſecus de potentia dei ordinata. D L M N O 202
Deus contingenter acceptat animam ad vitam, etiam quacunq; forma ſupernaturali poſita in ea. E 202
Gratia, & charitas qñq; ſumuntur abſolutè: qñq; connotatiuè. F 202
An aliquis poteſt eſſe charus, & gratus deo ſine omni acquiſitione, vel deperditione qualitatis abſolutè; & vbi lapſus temporis nõ eſt in cauſa ſine mutatione facta in deo, vel anima gratificata. G 202
Item diſt. 14. quarti. q. 15.
An ad tranſitum contradictoriorum ſufficiat ſola temporis tranſitio: aut potentialis ſucceſſio, vel mutatio. G 202
Actus diuinę cognitionis neceſſariò trãſit in omne cognoſcibile. L 206
Potentia dei abſoluta, & ordinata quid eſt. H 204
Laudabile accipitur multipliciter: & an aliquid ſit de ſe laudabile. Item quid dicitur laudabile. I 204
Neceſſitas duplex: conditionata, & abſoluta. I 204
An aliquis poteſt eſſe charus ſine charitate. K 205
Quõ deus dicitur diligere non diligẽtes ſe complacentia generali: quõ complacet in omni creatura: in omni iuſtitia. &c. K 205
An neceſſariò diligat charitatem, & iuſtitiam, & habentes virtutes. ibidem.
An actus æternus neceſſariò tranſeat ſuper obiectum æternum: ſine cuius participatione non poteſt de nouo tran-

ſire ſuper obiectum: & quomodo intelligitur. L 206
An actus viatoris põt ex charitate elici, & non ad pręmiũ acceptari. K 205
Obiectum eſt terminus ampliatiuus ad quinq; tempora. L 206
An actus æternus in deo neceſſariò tranſeat ſuper obiectum. L 206
Actum tranſire ſuper obiectum quid eſt. L 207

Quæſtio ij.

Vtrum aliquis actus poteſt eſſe meritorius ſine charitate formaliter animã informante, latè deſcinditur quæſtio, & concludit, quòd ſic per totam quęſtionem. A 207
Sine gratia increata, quæ eſt Spiritus Sanctus, & voluntas diuina: nullus actus poteſt eſſe meritorius. B 208
Ad actum eſſe meritorium: quarum circũſtantiarũ integritas requirit. B 208

Quæſtio iij.

Vtrum de facto omni actui meritorio creata charitas præſupponatur. Reſpondetur, quòd ſic ſecundum legem ordinatam. B C 208
Quõ intelligendæ ſunt multæ auctoritates ſcripturæ, quę videntur velle, quòd merces debetur operi, & ita non gratiæ: quòd latè examinatur per multas argumẽtationes in oppoſitũ. D E 209
Ad meritum vitæ æternæ quę requiruntur principaliter, & præciſè F 211
Cur voluntas magis meretur per gratiã, quàm ſine ea. F 211
An actus meritorius, & non meritorius ſint eiuſdem rationis. F 211
An ad actum meritorium preſupponitur charitas: quia præciſè eſt ratio acceptandi actum illum. G 211
Actus meritorius an potius eſt a voluntate noſtra, quàm ex charitate. G 211
An homo, qui ad beatitudinem naturaliter ordinatur, poſſit eam ex naturalibus conſequi. H 212
An actus magis debitus ſit minus meritorius: & an debitum minuit rationẽ meriti. H 212
An operis difficultas, & labor faciant actum magis meritorium. H 212
An meritum cõmenſuratur perfectioni charitatis, an labori. H 212
An meritum etiam attribuatur actibus aliarum virtutum. H 212

Quæſtio iiij.

Vtrum charitas poſſit augeri: per totam quæſtionem. 213
Augmentatio quid eſt. A 213
Recipere magis, & minus dupliciter accipitur. A 213
Forma habet latitudinem an ſit vera. B G 216
An aliqua forma ſuſcipiat magis, & minus: & ad quem intellectum hoc venit concedendum. B 213
Forma augmentatur, an ſit vera de rigore verborum, & ad quem ſenſum conceditur. B G 216
Augmentatio eſt multiplex: intenſiua, & extenſiua. 214
Et illa duplex: cui adduntur multæ aliæ diuiſiones, acceptiones, & augmentationes: & quotupliciter fieri habeat augmentatio. &c. D 214
Aliquid fieri in inſtanti quid eſt. D 214
Vtrum augmentatio ſit ſpecies motus, & alteratio. I 216
Latitudo quid eſt: & quòd eſt duplex: intenſiua, & extenſiua. E 215
Gradus quid eſt. E 215
Augmentatio continua poteſt fieri dupliciter. Et quid eſt aliquid continuè ſucceſſiuè augeri. E 215
Propoſitiones plures ponuntur de formarum augmentatione: & ſubiecti qualitatiua denominatione forma intenſa, vel extenſa. F 215
An gradus qualitatis intenſibilis poſſunt naturaliter intuitiuè videri. H Item q 7. A
Charitas augetur, & põt augeri in tempore, & inſtantaneè. G H 216
Charitas augmẽtabilis eſt a viatore per actus ex gratia procedentes meritoriè HIK 217
Charitas quõ dicitur augeri: & ad quem ſenſum, & quomodo præexiſtens augetur, & manet. IK 217
Alterabile quid eſt: & quomodo differt ab augmentabili. I 217



Nihil dat, quod non habet: quomodo conceditur. I 217
Non oportet denominationem conſequentem alicui ratione formæ, etiam conuenire formæ. I 217
An charitas poſſit minui, ſicut poteſt augeri: latè extendit hoc dubiũ. L 218
Feruor charitatis quid eſt. LM 218
An veniale diminuat charitatẽ. L 218
Et an feruor charitatis per peccatũ veniale diminuatur. ibidem. L M 218
Comparando hominẽ cum veniali pctõ ad aliquem ſine veniali reſpectu dei, cæteris paribus an aliquis illorum ſit pl'charus deo, quã alius. M 218

Quæſtio v.

Vtrum charitas præexiſtens maneat in fine augmentationis. Reſpondetur ꝙ ſic. A 219
Termini motus per ſe ſunt incompoſſibiles. 219
Et ſunt non eſſe, & eſſe eiuſdem formæ. B 220
Non ſemper generatio vnius eſt corruptio alterius. B Item q.7. I
In eodem ſubiecto poteſt eſſe charitas maior, & charitas minor: quia pars, & totum. B 220
Necnon idem eſt magis, & minus intenſum. 220
Magis, & minus quõ ſunt cõtraria denominatiuè tm̃. B Item q.7. H 220

Quæſtio. vj.

Vtrum in augmentatione charitatis aliquid realiter differens a priori ſibi adueniat. Reſponſio ꝙ ſic. B 220
Differentia inter generationem, & augmentationem: & ꝙ generatio tripliciter accipitur. C 221
An omnes formæ ſint augmentabiles: & an aliqua forma ſubſtantialis creata, vel creabilis: 221
Item an quantitas ſecundũ vnã opinionẽ ſit augmentabilis intẽſiuè. D 221
Inter indiuidua eiuſdem rationis põt eſſe ordo pfectionis, & eſſentialis. D 221
Nulla ſubſtantia per naturam eſt augmẽtabilis. D 221
Secus de potentia diuina, de ſubſtantia creabili. 221

Quæſtio. vij.

Vtrum illud, quòd in charitatis augmentatione additę ſit eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ in charitate precedente ſeparata ab ea. Reſponſio ſic. B 222
An gradus charitatis ſuperadditi poſſent intuitiuè videri vn'ſine alio. A 222
Quomodo differunt augmentatio quantitatis ab augmentatione qualitatis. B 222
Qua vnione vniuntur partes charitatis: an ſe totis: & quomodo faciunt vnum numero, & an duo accidentia ſolo numero differentia poſſunt eſſe in eodem. C 222
Quomodo ſaluatur vnitas ſpeciuoca inter charitatem magis, & minus intenſam. D 223
Quomodo, & quando ex duobus in actu ſit vnum tertium. E 223
Quomodo accidentia differentia numero faciunt vnum numero. F G 223
Ad abſtrahendum conceptum quidditatiuum communem quid requiritur. K 224
Item diſt in.8.q.2.
An poſſibile ſit duo accidentia numero differentia facientia tamen vnum accidens eſſe in eodem. F 223
Quomodo termini motus ſunt incompoſſibiles. H Item q 5. B
An in augmentatione charitatis gradus maneant ſimul, & ſibi inuicem coniungantur. H 223
An ſemper compoſitius ſit minus perfectum minus compoſito. H 224
Forma eſt ſimplex eſſentia quomodo conceditur. H 224
Charitas maior, & minor ad quem ſenſum dicuntur contrariari. H 224
An quælibet forma, & totalis, & partialis denominat ſubiectum: & qua denominatione. H 224
Album eſt, quod eſt nigro impermixtius: quomodo intelligitur. I 224
Album condenſatum quãdo dicitur fieri

magis album. I 224
An gradus ſucceſſiuè adgeniti ſint accidentales prioribus, vel eſſentiales in augmentatione qualitatis, I 224
An augmentatio eſt generatio. I 224
Et an vniuerſaliter generatio vnius ſit corruptio alterius. 224
An in augmentatione charitatis gradus ſint eiuſdem ſpeciei eſſentialis: & differant ſolo numero. 224
Species habent ſe vt numeri, quomodo intelligitur. 224
An omnia indiuidua eiuſdem rationis ſint eiuſdem perfectionis eſſentialis. K 224
A qua conuenientia eſſentiali, & ſolum tali poteſt ſumi conceptus ſpeciuocus. D K 224
An oporteat omnia indiuidua eſſe ſimilia, & in quo. K 224
Quæſtio. viij.
Vtrum ſit dare ſummam charitatem, cui repugnet augmentari.
Augmentatio extenſiua dupliciter accipitur. A 225
Augmentatio extenſiua quæ, & qualis procedit in infinitum per potentiam dei. A 225
Non eſt dabilis maxima aqua creabilis. A 225
Augmentatio extenſiua per modum rarefactionis an procedat in infinitum B 225
Charitatem in infinitum augeri quid eſt B 225
De intenſione formarum in ſubiecto, & extra ſubiectum: an poſſit fieri in infinitum. B 225
An finitum additum finito faciat infinitum. B 225
An per diuinam potentiam poteſt charitas ſine termino augmẽtari. C D 226
An ſi deus in qualibet parte proportionali horę produceret gradum charitatis: charitas in fine horæ creata eſſet infinita: & ſi caſus ille ſit poſſibilis. C 226
Omnium a natura conſtantium determinata eſt quantitas: q̃uo intelligitur. E 226
Quantum eſt in potentia: tantum contingit eſſe in actu: quomodo intelligitur. E 226
An producere charitatem infinitam repugnet deo ſubiecto, vel charitati. E 226
An charitas Chriſti fuit ſimpliciter ſumma creabilis, & poſſibilis. F 227
An deus poteſt omnia producibilia ſimul producere ſicut poteſt omnia producibilia ſimul cognoſcere: & vnde eſt, quod poteſt ſecundũ, & non primum. G 227
Diſtinctio. xviij. Quæſtio vnica.
Vtrum donum dicat proprietatem perſonalem per totam quæſtionem.
Donum, & datum quomodo differunt: & quod tam donum, quâm datum dupliciter accipitur. A B 228
Imaginatio proceſſionis Spiritus ſancti, virtute amoris producti. B 228
An donum ſit ſolius Spiritus ſancti, an etiam filij, aut patris. C 229
Cui Spiritus ſanctus dicitur donari: an patri, an filio, an creaturæ rationali, & ſolum tali. D 229
An donum ſit proprietas perſonalis conſtitutiua Spiritus ſancti. E 227
Donum, & donare diſtinguuntur formaliter. E 229
Proprietas perſonalis ſumitur dupliciter. E 230
An donum dicat reſpectum ad creaturam. F 230
Sancti frequenter nominant nomina connotantia creaturam, & ſupponentia pro deo nomina relatiua. F 230
Diſtinctio. xix. Quæſtio. j.
Vtrum perſonę diuinæ ſint ſecundum magnitudinem perfectè æquales. D 231
Magnitudo, vel magnum capitur quadrupliciter: & habent ſe illi modi ſecundum ſuperius, & inferius. A C 231
Quantitas eſt quadruplex. A 231
An vna perſona dicatur ęqualis alteri propter vnitatem eſſentię, vel propter realitatem relationis. E 232
Aequale, vel inęquale ſumitur quadrupliciter: & ſunt illi modi impertinentes ad inuicem. B 231
Magnitudo quomodo accipitur in diuinis a ſanctis: an abſolutè, an relatiuè. C 231
An idẽtitas, ſimilitudo, ęqualitas, important aliquam diſtinctionem in diuinis. C 231
An ęqualitas ſit relatio fundata in vnitate. F 232
An ęqualitas perſonarum diſtinguatur a ſimilitudine, & idemtitate. F 232
An concedi poteſt, & ad quem ſenſum: quòd aliqua magnitudo eſt in vna perſona, & non in alia. G 232
Quæſtio ij.
Vtrum quælibet perſona ſit in alia per circuminceſſionem.
Inexiſtentia vnius in alio eſt triplex. A 232
Eſſe in alio per circuminceſſionem quid eſt. A 232
Ad hoc, quòd aliqua mutuò ſibi inexiſtant per circuminceſſionem, plura requiruntur. A 233
Pater eſt in filio per circuminceſſionẽ, & quælibet perſona in alia. B 233
An eſſe in alio per circuminceſſionem conuenit perſonis ratione eſſentię, vel relationis. C 233
Habere aliquid per productionem dupliciter intelligitur. C 233
An concedi poteſt, quòd principium eſt in principiato. C 233
Diſtinctio xx. Quęſtio vnica.
Vtrum perſonæ diuinæ ſint æquales ſecundum potentiam. C 234
Potentia quid dicit: & an ſit reſpectu factibilium ad extra: vel ſolum reſpectu producibilium ad intra. A D 234
Omnipotentia quid dicit: reſpectu quorum eſt; an reſpectu adintra, & extra. A B D 234
Quid intellexerunt ſancti per nomen potentia, & omnipotentia. B 234
Et an ſub potentia, vel omnipotentia cõpræhendatur potentia generandi adintra, aut ſpirandi. 234
Omnes perſonę diuinę ſunt ęquales omnipotentiæ, & potentiæ. C 235
Æqualitas, quę eſt in deo quid eſt: & q̃uo dicitur eſſe in deo. D 235
Cum potentia generandi non ſit in filio: quæ tamen videtur eſſe potentia: quo modo filius dicitur æqualis potentiæ cum patre. D 235
An poſſe generare ſit poſſe. 235
Et an potentia generandi ſit potentia. D 235
Potentia, & potentia generandi ſunt termini diſparati. Nec vnus eſt inferior ad alium. E 235
Omnia, quæ habet pater, habet & filius, q̃uo intelligitur. E 235
Diſtinctio. xxj. Quęſtio vnica.
Vtrum hæc ſit concedenda: ſolus pater eſt deus. D 237
Solus accipitur cathegorematicè, & ſyncathegorematicè. Et hoc dupliciter: excluſiuè, & præciſiuè. A 236
Solus poſitum a parte prædicati accipitur quandoq;, ac ſi ponatur a parte ſubiecti. B 236
Solus ſecundum multiplicem acceptionem reddit propoſitionem multipliciter exponibilem. B 236
Solus ſecundum multiplicem acceptionẽ poteſt addi, vel non addi terminis eſſentialibus, aut notionalibus. &c C D 237
Solus pater eſt deus an ſit, & quomodo concedenda. D 237
Quando valet hæc regula arguendo ab excluſiua ad vniuerſalem in terminis: tranſpoſitis eſt bona conſequentia. E 238
Diſtinctio. xxij. Quæſtio vnica.
Vtrum viator poſſit aliquod nomen imponere ad ſignificandum diſtinctè diuinam eſſentiam. C 239
Nominum quædam ſignificant res: quędam voces, vel ſcripta: quædam conceptus mentis. A 238
Signum primæ impoſitionis, & ſecundæ impoſitionis quid eſt. A 238
An vox ſignificat conceptum mentis. Et quid ſignificat conceptus mentis. An vox aliquid ſignificet ſine conceptu mentis. A 238
An illud primò ſignificetur per vocem: quod primò per vocem apprehenditur formato conceptu. A 238

Nomen ſignificare aliquid diſtinctè, multipliciter intelligitur. B 239
Vtrum viator poteſt imponere nomen ad ſignificandum diſtinctè: quod non poteſt diſtinctè intelligere. C D 239
Stat nomen ſcienti eius impoſitionem aliquid diſtinctè repræſentare quātum eſt de ſe: & tamen audientem non diſtinctè intelligere: quod diſtinctè non repræſentat. D 239
Exprimere rem diſtinctè intelligēti quid eſt. D 239
Cum vox non ſignificat ſine conceptu: quomodo poteſt nomen diſtinctius ſignificare, quàm poſſimus concipere. D 240
Poſſumus diſtinctius loqui de re, quàm eam intelligamus. Sic, & diſtinctius amare, quàm intelligere. D F 241
Cognitio diſtincta, & cognitio diſtinctè ſignificans quomodo differunt. E 240
Deus quomodo dicitur ineffabilis. F 241
Quomodo deus verius cogitatur, quàm dicitur. F 241

Diſtinctio xiij. Quæſtio vnica.

Vtrum nomen perſona ſit terminus primę, vel ſecundę intentionis. E 243
Indiuiduum, ſuppoſitum, perſona, quomodo ſe habent adinuicem. A 241
Indiuiduum quid eſt. B A 242
Suppoſitum quid eſt. B 242
Perſona quid eſt. C 242
Differunt intentio prima, & ſecunda. Et nomen primæ, vel ſecundæ intentionis. D 242
Perſona quomodo eſt vnum per ſe: cum includit multas negationes. F 243
An omne illud ſit ſecundæ intentionis: in cuius quid nominis ponitur terminus ſecundæ intentionis. F E 243
Quot modis dicitur vnum oppoſitorum: & reliquum, quo conceditur. G 243

Diſtinctio. xxiiij. Quęſtio. j.

Vtrum vnitas, qua deus dicitur vnus, ſit aliquid additum deo. 244
Vnum quid dicit: & quomodo negat multitudinem: & quod multipliciter accipitur. A C G 244
Accidens capitur dupliciter, realiter, & logicaliter. B 244
An vnum importat accidens ſuperadditum rei: an dicatur terminus accidentalis. C 244
An vnum prędicetur primò, vel ſecundo modo per ſe de qualibet re vna. E 245
An vnum, & ens differunt. F 245
An illa ſit vera circumſcribendo omnem intellectum ex natura rei: cuilibet cōpetit alterum contradictoriorū. G 245
An ſicut conceditur, quòd circumſcripto omni intellectu res ſit talis: ita concedendum ſit; tale prędicatum dici de re ſine intellectu. G 245

Quæſtio. ij.

Vtrum trinitas perſonarum ſit verus numerus. 246
Numerus eſſentialis, accidentalis, mathematicus quid eſt. B 246
Numerus numerās, numerus numeratus quid eſt. C 247
Numerus numerat multipliciter accipitur: & quę conditiones requiruntur ad eundem. C 247
In diuinis eſt numerus largè ſumptus: nec addit aliquid pſonis numeratis D 247
Quomodo eſt idem numerus decem hominem, & decem angelorum. B 246
Cum omnis numerus ſit maior ſua parte: quomodo in trinitate ſimpliciſſima: eſt numerus. E 248
Quomodo excuſari poteſt opinio magiſtri, qua dicitur terminos numerales in diuinis nihil ponere: ſed negare. F 248

Diſtinctio. xxv Quęſtio vnica.

Vtrum perſona in diuinis dicatur ſecundum ſubſtantiam, vel relationem. 248
An a tribus perſonis poſſit abſtrahi aliquod commune eis vniuocum C 249
Commune communitate reali, & logicali quid eſt. A 248
Differunt commune, & vniuerſale A 248
Perſona quid ſignificat primò. B C 249
Et an ſit vniuerſale ſiue cōmune ad perſonas diuinas, & creatas. C D 249
Perſona eſt commune vniuocum perſonis increatis, & creatis. C 249
An conceptus abſtractus a perſonis diuinis diſtinctus correſpondeat nomini perſona, quod nos habemus D 249
Dici ſecundum ſubſtantiam dupliciter accipitur. E 250
Perſona an dicatur relatiuè ad aliud. G 250
Item an dicatur ſecundum ſubſtantiam. 250
Termini ſignificantes relationes ſunt multiplices. F 250

Diſtinctio xxvj. Quæſtio. j.

Vtrū perſonę diuinę cōſtituātur, & diſtinguantur per relationes originis. 251
De perſonarum conſtitutione plures ſunt opi. doct. & videtur illa materia plus eſſe verbalis, quàm realis. A B &c. 251
Conſtitutio perſonarum non repugnat ſimplicitati: nec aliquid conſtituētum eſt ſimplicius conſtituto. E F M 253
Item diſtin. 8. q 7. Item diſtin. 9. q. 2.
Perſonā conſtitui in diuinis ex eſſentia, & relatione quid eſt. F 253
Relationi in diuinis multa ſingularia attribuuntur, quę non ſunt in creaturis. G O 254
Referri formaliter, & denominatiuè quid eſt. I 255
Referri realiter dupliciter accipitur. P Ibi quid eſt referri realiter.
In diuinis ponendæ ſunt relationes reales. K 255
An idem conſtituit ſe realiter. P 257
Relationi in diuinis nō repugnat conſtituere ſuppoſitum, uel perſonam. L 255
Quomodo ſuppoſitum dicitur conſtitui relatione: cum ſit primum relationi, & referatur relatione. N 256
Quomodo proprietas conſtitutiua identificatur ſuperpoſito conſtituto. P 257
Contra perſonarum conſtitutionem quadruplici via arguitur, & ſoluuntur rationes multę. Q R S T V 259
An omnis relatio ſit incommunicabilis. Q 258
Et omnis quidditas communicabilis. 258
Quidditas eſt duplex, ſcilicet logicalis, & realis. Q 258
An ſicut conceditur, quòd idem non gignit ſe; ita nec idem conſtituit ſe. P 257
Idem accipit eſſe a ſe formaliter: ſed non principiatiuè. P 257
Per rationem formalem quid intelligitur. Q 259
An relatio ſit formaliter infinita. Et qđ infinitum accipitur dupliciter. Q 259
Non eſt inconueniens ex ſimpliciter impoſſibili ſequi contradictoria. Q 258
Quomodo relatio facit per ſe vnum cum eſſentia. R 259
Inter ſuppoſitum, & naturam qualis diſtinctio in creaturis, & in diuinis. R 258
An ſit maior identitas naturę createę ad ſuppoſitum ſuum, quàm naturę diuinę ad ſuum. R 259
Generatio, ſeu relatio in diuinis non eſt res minimę entitatis; & quòd eſt ad perſonam filij. S 259
Ad relationem non eſt motus: quomodo intelligitur. S 259
Et de quibus loquitur philoſophus. 259
Relatio ſub qua rōne conſtituit, vel eſſentię, vel vt diſtinctę ab eſſentia. T 259
In diuinis idem eſt origo, relatio, proprietas relatiua. T 260
An relatio pręſupponit actum notionalem tanquam fundamentum. T 260
An poteſt concedi, quòd in diuinis ſunt quatuor relationes: aut plures res, quàm tres. T 260

Quæſtio. ij.

Vtrum perſonæ diuinæ conſtituantur, & diſtinguantur per relationes ſub ratione relationis, vel alia. 260
Origo, & relatio non diſtinguuntur ex natura rei. B 261
Generare non pręſupponit ſuppoſitum: ſed conſtituit. B 261
Tam origo, quàm relatio conſtituit, & diſtinguit perſonas. B 261
Diſtinguere, & conſtituere de quo prędicatur cum nota reduplicationis. 262
Sub ratione quandoq: accipitur redupli-

catiuè; quandoque excluſiuè. A 260
Propter diuerſam fabricationem intellectus non poſſunt de eadem re dici alia, & alia prędicata realia. A 260
Deus, & deitas non ſignificant omnibus modis idem:nec homo, & homines. B 261

Quæſtio. iij.
Vtrum omnes relationes diuinę ſint conſtitutiuæ perſonarum:per totam quęſtionem. 262
Cōſtitutiuum accipitur dupliciter. A 262
Spiratio actiua non eſt aduentiua perſonæ:ſed cum paternitate,& eſſentia perſonæ patris conſtitutiua. B C D 262
An conſtitutum ex eſſentia,& paternitate ſit ſuppoſitum formaliter. C 263
Spiratio actiua: an ſit conſtitutiua perſonę. D 263

Diſtinctio.xxvij.Quæſtio.j.
Vtrum in eadem perſona ſint plures proprietates. 263
De nullis, quę ſunt idem realiter prędicatur plura,vel plures.Vnum,& plura opponuntur: & non prędicantur de eodem in eodem ſenſu. A 263
Etiam cum quacumque determinatione cathegorematica. A 263
Paternitas,& ſpiratio actiua non ſunt plures relationes. B 263
Nec eſſentia, & paternitas plures res. C 264
Non ſemper diſtinctis correlationibus diſtinctę correſpondent relationes. C 264
In diuinis non ſunt quatuor relationes:& ad quem ſenſum quandoque conceditur. C 264
Paternitas,& ſpiratio actiua diſtinguuntur formaliter. C 264
De diſtinctis formaliter nunquam concedendum eſt, quòd ſint plures res. C 264
Eſſentia generat an ſit concedenda. Et quomodo differenter prædicantur generat,generare,paternitas. D 264

Quæſtio. ij.
Vtrum verbum intellectus creati ſit vera qualitas ſubſectiuè producta in mente. 264
Verbum accipitur multipliciter a beato Auguſtino. A B 265
Loquitur quis quandoq; ad ſe:quandoq; ad alterum. C 265
Dicere quid eſt: ſimiliter quid eſt loqui. C Item,q.3. F G 267
Ad verbum mentale quot requiruntur conditiones. D 266
Memoria dupliciter accipitur. E 266
An omnis actualis cognitio in nobis ſit verbum. D G 266
An omne verbum naſcitur de ſcientia, & pręcedat actum appetitus. Item an omnis act' primus ſit verbum. G 267

Quæſtio. iij.
Vtrum ſolus filius ſit verbum in diuinis. 267
Opinio Petri Aureoli quid ſit verbū. A 267
An inter cognitionem,& rem cognitam ponendum ſit aliquod medium in eſſe reali, vel obiectiuo. C 268
Quomodo ſaluantur experientię de baculo, qui videtur fractus in aqua. de colore vario in collo collumbę. de motu arborum in littore de imagine in ſpeculo: & ita conſimiles multę. C 268
Motus an videatur: & quid eſt. C 268
Quomodo oſtenditur in diuinis verè eſſe verbum,& realiter, nō tranſſumptiuè. D 268
Sapientia,filius, imago, verbum,quomodo differunt. D E 269
Verbum quid eſt. I 270
Verbum in diuinis quid eſt, & quomodo notificatur. E I 270
Dicere multipliciter accipitur a ſanctis: & quibus perſonis conuenit. F 269
Dici multipliciter accipitur. G 269
An verbum ſit purum notionale in diuinis:& ſoli filio conueniat. H K 270
An verbum connotet creaturam, ſeu importet reſpectum ad creaturam. I 270
Verbum importare reſpectum ad creaturam quid eſt:& quomodo intelligitur. I 270
Nomen filius non connotat reſpectum



ad creaturam; ſed nomen verbum. I 270
Quamquam non diſtinguantur verbum, & filius: neuter tamen terminorum eſt alteri ſynonymus. I 270
Quare potius nomen ſecundę perſonę connotat creaturam, quàm nomen alterius perſonę. K 270
An omnis intellectio in diuinis ſit verbū:vel ſolum intellectio genita. K 270
Quomodo verbum dicitur naſci de omnibus cognitis ſcientia patris. K 270

Diſtinctio. xxviij. Quæſtio vnica.
Vtrum innaſcibilitas ſit conſtitutiua patris proprietas 271
Quid eſt relatio in diuinis:& cur ſic dicitur: quid notio: & cur ſic dicitur: & quomodo diſtinguitur a relatione D 272
Item cur relatio dicitur proprietas. 272
Proprietas accipitur tripliciter. A 271
Innaſcibile, vel innaſcibilitas dupliciter accipitur. A 271
An paternitas ſit innaſcibilis. B 271
Diſtinctio formalis quid eſt. B 271
Propter ſolam diſtinctionē formalem nō ponitur in diuinis pluralitas ſimpliciter, vel cum addito de virtute ſermonis. C 272
Eſſentia, & pater diſtinguuntur formaliter: ad quem ſenſum conceditur. C 272
In diuinis quęcunque fuerint: non ſunt plura tribus. D 272
Notio,& relatio in diuinis quomodo diſtinguuntur. C 272
Ad quem ſenſum conceditur in diuinis eſſe duas emanationes tres perſonas: totidem proprietates. Item quatuor relationes: quinque notiones: attributa multa, conſimiles propoſitiones multę reſoluuntur ad pium, & catholicum intellectum. ibidem. D E 274

Diſtinctio. xxix. Quæſtio vnica.
Vtrum principium vniuocè dicatur de omnibus illis in deo, de quibus prædicatur. 275
Vniuocum accipitur multipliciter. A 275
Signum ſignificare plura vno conceptu quid eſt. A 275
Vnitas conceptus quomodo cognoſci poteſt,qui eſt plurium. C 277
Quomodo ſcitur an terminus in quid nominis poſitus, ſit vniuocus, vel æquiuocus. D 276
In genere latent multę ęquiuocationes: quomodo intelligitur. A 278
An, & quando ſola ſpecies ſpecialiſſima dicitur vniuocum. A 278
Vniuocatio vocis impoſitę quomodo cognoſcitur. D 278
Cōiunctio copulatiua, vel diſiunctiua non debet ingredi diffinitionem. D 276

Diſtinctio. xxx. Quæſtio.j.
Vtrum omni auctoritate ſecluſa, facilius negari poſſit omnis relatio eſſe aliquid a parte rei quomodocumq; ab abſoluto, vel abſolutis diſtinctum, per totam quęſtionem oſtenditur pars affirmatiua quęſiti eſſe vera. Abſtracta relatiua quid dicunt; pro quo ſupponunt:& quid eſt relatio. D. De hoc latius in 2. diſtin. 1. q. 1. 277

Quæſtio. ij.
Vtrum per rationem naturalem probari poſſit ſex principia importare reſpectus extrinſecus aduenientes abſolutis diſtinctos. A.&c.per totam quæſtionem. 278
Ad verificationem tranſitus contradictoriorum quid requiritur. B 278
Item diſtin. 17.q. 1. G H Et diſtin. 14. q.2. Item in.4 diſtin.14.q.1. G 278

Quæſtio. iij.
Vtrum de intentione philoſophi fuit ponere quemcumque reſpectum a parte rei diſtinctum ab omnibus abſolutis; per totam quæſtionem. 279
Termini abſoluti ſunt triplices. B 279
Termini relatiui qui ſunt. C 270
Res quomodo dicitur eſſe in prædicamento. C 280

Quæſtio.iiij.
Vtrum ſecundum rei veritatem ſit po-

nendus aliquis reſpectus ab abſolutis diſtinctis per totam quæſtionem:& admiſſis relationibus in diuinis, ponitur concluſio in creaturis:& pro parte negatiua arguitur multipliciter per totam quæſtionem. 280
Vnio formę vitalis cum materia quid dicit. G 283
Vnio formæ non vitalis cum materia quid dicit. H 283
Vnio accidentis, & ſubiecti quid dicit. I 282
Vnio partium in continuo quid dicit. K 283
Vnio humanitatis cum verbo quid dicit. L 283
Et quâm difficilè eſt hanc vnionem explicare. LMK 284
Vnum quid eſt; quotupliciter accipitur: quę eſt ratio vnius p̄cisè. M N O 285
Et cuiuſmodi vnioni potius aſſimilatur vnio incarnationis:ſecundum Alexā. & Sco. Ibi de magna diſſimilitudine,&c. P &c. 286
Vnio hypoſtatica quid dicit. Q R. ibidem quòd non importat aliquam entitatem reſpectiuam: ſed abſolutam. Q R S 286
Quę eſt differentia opi. ponentis vnionem eſſe qualitatem abſolutam ab ea, quę ponit vnionem eſſe entitatem relatiuam. S 288 Opinio. Gregorius de Arimi. de vnione hypoſtatica quid dicit. T V X 289

Quæſtio. v.

Vtrum relatio temporalis dei ad creaturam ſit relatio realis. 290
Differentia inter relationem realem, & rationis. A 290
Et quòd relatio realis tripliciter accipitur. D 291
An relatio realis ſit ad non ens. B 290
Terminus relationis an ſit abſolutum, vel relatiuum. C 291
Aliquid dicitur temporale dupliciter. E 291

Diſtinctio. xxxj. Quæſtio. vnica.

Vtrum identitas, ſimilitudo, & æqualitas in diuinis ſit relatio realis. 292
An identitas, ſimilitudo, ęqualitas in deo diſtinguantur:& an ſint termini ſynonymi. A 292
Quid eſt illa relatio realis, quæ eſt ſimilitudo, æqualitas, identitas in diuinis C 292
An identitas, ſimilitudo, æqualitas, ſint relationes rationis. B 292
An ſit bene dictum, quòd relationes in diuinis pullulant in eſſentia dei:& oriantur ex natura rei. C 292
An identitas numeralis ſit relatio realis ex natura rei ſine operatione intellectus. D 293
An relatio, vel relatiuum ſupponant pro terminis, vel rebus. E 293
An hæc ſit concedenda: æqualitas eſt in patre ad filium. F 294
Cum appropriatur patri æternitas: filio ſpecies: Spiritui Sancto vſus 294
Item patri vnitas: filio æqualitas: Spiritui Sancto concordia. G 294

Diſtinctio. xxxij. Quæſtio. j.

Vtrum pater ſit ſapiens: ſapientia genita. 295
Quando nomina eſſentialia poſſunt trahi in locutionibus ad ſuppoſitionem perſonalem. A 295
Ingenium ſumitur dupliciter. A 295
Sic etiam ſapientia ingenita. D 296
Diuerſi modi loquendi doct. de veritate illarum pater eſt ſapiens ſapientia genita, vel ĩgenita: ſic de filio, & Spiritu Sancto conſimiles formari poſſent propoſitiones. B C D 295
Et ponuntur de hoc aliquot propoſitiones. 295
Sapientia ingenita dupliciter accipitur. D 296
Quomodo illa conceditur pater dicit verbo:& non illa: pater ſapit verbo. E 296
Dicere accipitur multipliciter. E 296

Quæſtio. ij.

Vtrum pater, & filius diligunt ſe Spiritu Sancto. 297
Voluntas diuina non diſtinguitur ab eſſentia. A 297

Chari-

Charitas, amor, dilectio propriè ſunt termini eſſentiales: capiuntur tamen quãdoq; perſonaliter. A 297
Quomodo Spiritus Sanctus dicitur nexus patris, & filij. A 297
Quomodo pater, & filius diligunt ſe Spiritu Sancto. C 297
Sapere an ſemper accipitur purè eſſentialiter ſecundum vſum ſanctorum: ſic de diligere quomodo ſolet accipi. B 297
Quomodo dicitur aliquid eſſe in diuinis, quod nec eſt purum eſſentiale: nec notionale. D 298

Diſtinctio. xxxiij. Quæſtio vnica.

Vtrum proprietas diuina ſit realiter tam eſſentia, quàm perſona. hoc eſt vtrum conſtituentia perſonam ſint ab eſſentia realiter diſtincta. B C 299
Proprietas accipitur dupliciter. A 298

Diſtinctio. xxxiiij. Quæſtio vnica.

Vtrum perſona ſit realiter eſſentia diuina. A 299

Diſtinctio. xxxv. Quæſtio. j.

Vtrum in deo ſit ſcientia ex natura rei. Reſponſio, quòd ſic: probatur auctoritate, & ratione. 300
Scientia dupliciter accipitur. A 300
Immaterialitas non eſt cauſa, quare aliquid eſt cognoſcitiuum. A 300
Pręedicatum ſimpliciter perfectionale q̄d eſt: ſeu perfectio ſimpliciter. C 301
An intellectus, & ſcientia pręedicantur quidditatiuè de deo, vel per modum differentiæ. D 301
Multa ex vſu loquentium conceduntur in certis terminis, & in ſimilibus non conceduntur. D 301
Quomodo cõceditur in deo, vel in diuina eſſentia eſſe ſcientiam. E 302
An ſicut cõceditur in deo eſſe ſcientiam: ita concedi poſſet in deo eſſe habitum. E 302
An inter voluntatem diuinam, intellectum, ſciẽtiam, & eſſentiam, ſit aliquis ordo: & ex conſequenti diſtinctione. F G 302
An illa maxima ſit vera: quemcunq; ordinem habent aliqua, ſi eſſent diſtincta realiter, eundem habent, cum non diſtinguuntur realiter. F 302
Diſtingui ratione dupliciter accipitur. Et ex hoc claret, quomodo intellectus diuinis, & ſcientia diuina dicuntur diſtingui ratione. G 302
De quibus propriè dicitur diſtĩgui. G 302
Quomodo intelligitur realiter idem diſtingui ratione. G 303

Quæſtio. ij.

Vtrum deus intelligat omnia alia a ſe diſtinctè. 303
Deus inuelligit ſe ſummè, & perfectiſſimè. C 304
Intelligit quoq; omnia alia a ſe diſtinctè. 304
Opinio Auerrois recitatur, & impugnatur de cognitione dei. A B 303
Vtrum intellectus creatur ſeipſo intelligat ſine alio reprę ſentatiuo: ſeu an ſecundum ſe ſit actualis, vel potentialis. Et ſi intellectus noſter indigeat aliquo actuante ad cognitionem habendam. D E 305
Quomodo deus vnica ſimplici cognitione cognoſcit omnia continente in ſe cognitiones omnium. E 305
Quomodo deus continet eminenter perfectionem omnis creaturæ; & tamen non eſt Aſinus, vel Leo. E 305
Vtrum eſſentia diuina ſit proprium obiectum intellectus 306
Multiplex eſt primitas obiecti cognoſcibilis. A 306
In diuinis non eſt ordo perfectionis: ſed originis. B 306
Qua primitate eſſentia diuina ſolet dici primũ obiectũ intellectus. C D E 306
Ad quem ſenſum poteſt cõcedi, quòd virtute eſſentiæ intelligitur creatura. F 307
An obiectum primum primitate adęquationis intellectus diuini ſit aliquod cõmune. E F 307
An intellectio diuina dependet ab intelligibili, & intellectu. F 307
Obiectum adęquatum quid eſt. G 307

Quæſtio. iiij.

Vtrum ad hoc quòd deus intelligat omnia alia a ſe diſtinctè requirantur neceſſariò in eo diſtinctæ relationes

C

rationis ad ſua intelligibilia. C 308
Relatio rationis multipliciter accipitur. A 308
Relatiuum rationis eſt duplex. B 308
An deus ab ęterno referatur ad creaturam. D 309
Aliquid referri ad aliud multipliciter poteſt intelligi. D 309
An hæc ſit vera: ab æterno in mente diuina deus intellexit creaturã. D 309
An relatio illa: qua deus vt intelligens refertur ad creaturam ſit realis, vel rationis. E 309
Quõ eſſentia, quæ eſt eadem ratione põt reprǫſentare plura diſtinctę. F 309
Quomodo cognoſcens aſſimilatur cognito. F 309

Queſtio. v.

Vtrum deus intelligat omnia alia a ſe per ideas earum. A 310
Idea græcum nomen eſt; vnde, & a quo introductum. A B 310
Opi. Marſilij de ideis: quòd creatura non eſt idea: ſed eſſentia ſiue cognitio diuina. Quodq; in deo non ſunt plures ideę. D E 311
Plures ideas eſſe in deo intelligitur dupliciter. E 311
Quid eſt eſſe multa obiectaliter. E 311
Opi. OcKam de ideis. Quid dicit nomen idea; quòd non habet quid rei: nec ſignificat pręcisè vnum. Quid eſt eius quid nominis: quòd idea nõ eſt diuina eſſentia: nec eſt reſpectus quidam: nec eſt quid aggregatum ex eſſentia diuina, & reſpectu immutabilitatis: ſed eſt ipſamet creatura cognita. F G H &c. per totum. 311
Ideę quõ ſunt in deo: an realiter, an obiectiuè tantum; quorum ſunt ideę, an omnium rerum, an generum, & ſpecierum, an materię, & formę, an negationum, & mali culpę. K 313
Opi. Petri Camera. de ideis. Quid dicit idea ſecũdum OcKam: & quòd aliquę ideę idẽtificantur realiter eſſentię diuinę: aliquę non. L M 314
Ad quem ſenſum dicitur deus intelligere aliqua per ideas. Quotupliciter accipitur ly per. N O 315
Quę eſt neceſſitas ponendi ideas. P 315
Impugnatio opini. Petri de ideis. P 315
Ad quem ſenſum conceditur, quòd ideæ ſunt formę principales ęternę: non intereunt. non oriuntur: immutabiles: & quòd earum viſione anima fit beata: & ſimilia multa. Q R S T 316
Æternum dupliciter accipitur. R 316
An poſſit concedi illa, & ad quẽ ſenſum: creaturę ſunt æternę. R S 316
Item ideę verę ſunt. 316
Idea eſt terminus ampliatiuus. S T 317
Quomodo cognoſcit ideas anima ſancta & beata. S 317
Quomodo viſione idearum anima fit extenſiuè beata, immo beatiſſima: licet non formaliter. T 317
Nomen cauſa quandoq; ſumitur multum largè: & pro quibus. T 317
Et quomodo idea eſt quinta cauſa ſecundum Sene. 317
Antichriſtus eſt idea: quam valet. T 317
Quomodo non cognitis ideis, ſapiens nemo eſſe poteſt. T 318
Deus cognoſcit creaturam per ideam: quõ intelligitur: & quõ deus operatur, ſeu cognoſcit per ideam. T 317
Ideę ſunt ideſt cognoſcuntur. T 317
Ideę ſunt in deo ideſt cognoſcuntur a deo. Q S T 317
Quando res debet vocari idea: vel quando ſecundum eam iam aliquid producitur actu, vel potentia. V 317
An eorũ, quę nec ſunt, nec fuerunt, nec erũt: ſed eſſe poſſent, ſit idea. X 318
Omnia ſunt in deo: viuunt in deo. &c. quomodo intelliguntur. L 317

Quæſtio. vj.

Vtrum ideę in mente diuina ſint practicè, vel ſpeculatiuè. A 318
Practicum, & ſpeculatiuũ ſunt differentię cognitionum adhęſiuarum. A 318
Lz nulla notitia practica ſit ſpeculatiua: tñ aliqua praxis eſt ſpeculatio. A 318
An ſcientia dei reſpectu factibilium ſit practica, vel ſpeculatiua. B 318
Quis act⁹ volũtatis elicitus eſt primò praxis. Et quõ intelligitur, quòd actus voluntatis eſt primò praxis. B 318
An volitio diuina ſit praxis. B 318



Ideę in mente diuina nec ſunt practicè, nec ſpeculatiuè. C 319
Notitia agendorum in mente diuina per ideas eſt practica. C E 319
Creatio, conſeruatio, remuneratio ſunt praxes diuinæ. B 318
Et quę res eſt illa praxis, an deus, an creatura. D 319
Et an quęlibet creatura poteſt dici praxis diuina. D 319
An notitia idearum ſit practica, vel ſpeculatiua. F 319
Notitia artis diuinę eſt practica. F 319

Diſtinctio. xxxvj. Quæſtio vnica.

Vtrum perfectiones creaturarum in deo contentę ab æterno diſtinguantur inter ſe realiter, & a diuina eſſentia. 320
Quomodo perfectiones creaturarum cõtinentur in deo perfectionaliter, & eminenter, exemplariter, & intelligibiliter, virtualiter, & cauſaliter ſecundum opinionem communem. A 320
Quomodo perfectiones creaturarũ continentur in deo. C D 321
Perfectio creaturæ ſaltem eſſentialis, & non partialis, non diſtinguitur a creatura. C 321
Idem eſt dicere perfectiones creaturarũ contineri in deo, & creaturam contineri in deo. C 321
Contineri in deo obiectiuè, virtualiter, eminenter quid eſt. D 321
Quid importat in, cum omnia dicuntur eſſe in deo. C 321
Quomodo perfectiones creaturarum diſtinguũtur ab ęterno a deo, & inter ſe. E 322
Eſſe capitur tripliciter. F 322
Eſſe cum diuerſis caſibus conſtrui ſolet: & ſecundũ hoc diuerſimodè accipi. F 322
Quomodo accipitur ly eſſe reprǫſentatum creaturę eſt idem cũ deo. G 322
Eſſe reprǫſentatum, & reprǫſentatum eſſe, idem ſunt.
Ecce cognitũ ab ęterno quid eſt. H 323
Sancti multos ponunt locutiones metaphoricas. I 323
Et quę eſt huius ratio. 323
Creatura in deo eſt creatrix eſſentia quam velet. I K 323
Quomodo intelligenda ſunt illa dicta ſanctorum; quod factum eſt in ipſo vita erat. &c. 323
Omnia ſunt in deo. Item. Oſtendam tibi omne bonum. Item ero omnia, quę ab hominibus honeſtè deſiderantur. Itẽ numeri ſunt in monade. Itẽ. creaturę ſunt in deo. Item omnia continentur in deo. Item lineę vniuntur in centro. Item deus eſt viuentium vita, & ſimilia multa. K 323

Diſtinctio. xxxvij.

Vtrum eſſe vbiq; & in omnibus reb⁹ per eſſentiam, prǫſentiam, potentiam, ſit proprium ſoli deo. 324
Triplex eſt dei in creaturis exiſtentia. A 324
Quomodo vnum ineſt alteri per potentiam, prǫſentiam, & eſſentiam. B 324
Tripliciter aliquid contingit eſſe in loco, ſcilicet commenſuratiuè diffinitiuè, & repletiuè. C 325
Quomodo deus eſt in omnibus rebus p potentiã, prǫſentiã, & eſſentiã. D 325
Quomodo deus eſt in omni loco repletiuè. D 325
Eſſe in omnibus rebus creatis alijs a ſe, eſſentialiter, ponentialiter. &c. intelligitur dupliciter. F 236
An ex hoc quod deus eſt in omnib⁹ rebus per potentiam ſequatur ipſum eſſe vbiq; per eſſentiam. E 326
An deum eſſe vbiq; ſit propriũ deo. F 326
An oportet ſemper mouens eſſe cum motu. E 326
An deum eſſe vbiq; conueniat ſibi neceſſariò, & ſemper ab æterno. B 325
Ad quem ſenſum vniuerſale dicitur eſſe vbique. G 326
Quomodo deus immutabiliter dicitur eſſe in loco nouo, in quo prius non fuit: G 327

Diſtinctio. xxxviij. Quæſtio vnica.

Vtrum deus habeat ſcientiam determinatam, & neceſſariam omnium futurorum contingentium. I K L 331
Contingens quid eſt. A 227

Cōtingēs ad vtrūlibet cur ſic dicit.B 328
Voluntatem contingenter cauſare quid eſt, pulchrè explicatur. C 328
Non eſt idem contingenter verum, & determinatè verum. CN 328
Aliquid eſſe in aliquo inſtanti, & poſſe non eſſe in illo inſtāti, tripliciter intelligitur. D 328
Quomodo oſtendi poteſt, vel argui rerū contingentia. E 329
Quomodo, & vnde contingat in rebus cōtingentia. FGH 330
Contingentia effectus præſupponit libertatem agentis. F 329
An libertas cauſæ ſecundæ ſufficiat ad ſaluandam cōtingentiam. GH 330
Libertas ſiue cōtingētia cauſę, ſeu potentię actiuę, in quo p̄cisè cōſiſtit. H 330
Omnia, & ſingula cognoſcibilia deus cognoſcit cognitione infallibili, & determinata. I 331
Contra hanc propoſitionem multa deducuntur argumenta. S 336
Et ſoluuntur ibidem. STV 337
Deus certitudinaliter, infallibiliter, & euidenter ſcit omnia futura contingētia: de modo verbo qūo ſciat, variè recitantur opiniones. IKL 331
Et de hinc adducitur opinio OcKam tāquam planior, & facilior. M 332
Cōtingētia in reb⁹ ꝑductis depēdet ex libertate arbitrij ꝑducentis. Cōtra hāc propoſitionem multipliciter arguiť, & ſoluuntur rationes. AA 341
Infallibilitas cognitionis diuinæ non repugnat contingentiæ creaturæ. Cōtra hāc ꝓpoſitionē adducunť auctoritates, & rationes ſoluuntur. BB CC 342
Habere ſciētiā determinatā de futuris cōtingētib⁹ dupliciter accipitur. N 333
Qūo deus habet ſcientiam determinatā de futuris contingentibus. N 333
Qūo hæc regula OcKā: Propoſitio de p̄ſenti ſemel vera habet vnam de prētō neceſſariam: conceditur cum impugnatione dn̄i Camera. NO 333
Quomodo poſita infallibili rerum cognitione euentuum futurorum, poteſt ſtare eorundem contingentia. P 334
Quomodo in ſola diuina cognitione, & volitione eſt potentia ad oppoſitum ſine ſucceſſione. P 334
Deus nō cognoſcit ꝑ actū intellect⁹ productū: ſed ſua imutabili eſsētia. P 334
Nec per aliquod medium. DD 343
Quantūcunq; deus infalibiliter cognoſcit futurum contingens: tamen non neceſſariò cognoſcit. P 334
Quantūcunq; deus ſciat de futuris contingentibus, quæ pars contradictionis erit vera, vel falſa: tn̄ hæc nō eſt neceſſaria: de⁹ ſcit, ꝙ hęc pars erit vera. &c. P 334
Cum deus oīa cognoſcit, vtrum intuitiuè, vel abſtractiuè cognoſcat. Q 335
Quomodo deus dicitur res cognoſcere in ſua eſſentia; & qūo in ſpeculo diuinę eſſentię relucent oīa. Q DD 335
An deus ſit præſcientia omnium futurorum contingentium. K 331
Deum præſcire quid eſt. 331
Futura contingentia ſunt duplicia R 335
Infinita cognoſcit deus plura: vide de cognitione diuina. Quoad partes omnes continui: quoad partes proportionales: & an tantum poteſt producere ſimul, quantum cognoſcit producibile. ST 336 latè examinatur hæc materia infinitatis cognitionis, & productionis diuinę. STV 337
An de⁹ cognoſcat vniuerſalia complexa impoſſibilia. V 338
An ſit aliqua viciſſitudo in diuina cognitione. Hæc propoſitio latè examinatur, & ſoluuntur rationes. X 339
Cognoſcere, & producere in deo qūo differunt. Et quid connotant illa nomina. TY 340
Eſsētia diuina eſt notitia intuitiua oīū entiū actualiū, & poſſibiliū. DD M 343
Cognoſcere quid eſt in deo: ſic, & præcognoſcere quomodo differunt: & reſpectu quorum ſunt. CC 342
An pręcognitum a deo infallibiliter futurum, pōt nō eſſe futurū. CC DD 342
De⁹ neceſſariò eſt intuitio omnium poſſibilium, exiſtentium, & non exiſtentium. Sed non eſt neceſſariò iudicium omnium reſpectorum. DD EE 343
Scientia dei in ordine ad cognita multipliciter accipitur: quod latè, & pulchrè explicatur. X 339
Effect⁹ a deo neceſſariò cogniti an ſint ab eo cōtingenter ꝑducti latè examinať hæc ꝓpoſitio, & ſoluūť rōnes. Y 340
Poſſibile, & contingens quomodo differunt. AA 341
Intelligere, & velle dei quomodo differunt hæc nomina. 341
Quid important. YT 340
Omne, quod eſt: quando eſt, neceſſe eſt eſſe: quomodo hæc eſt vera ſecundum Grego. & Camera. EE 334

Diſtin.xxxix. Quæſtio vnica

Vtrum deus poſſit plura ſcire, quàm ſcit. FG 347
Scientia dei ſumiť multipliciter. A 345
Scire dupliciter accipitur. B 345
Scientia dei eſt rerum, & quandoq; enunciabilium. B 345
Termini ſignificantes ſcientiam dei ſunt multiplices. C 346
Quorum deus dicitur eſſe ſcientia viſionis apprę henſiua cognitio, cognitio iudicatiua, ſcientia. 346
Sciētia approbationis, p̄ſciētia. &c. D 346
Sēper eſt ęqualis numer⁹ verborū. E 346
An de⁹ pōt aliquid ſcire, ꝙ nō ſcit. F 347
Scire dei qūo connotat creaturā. F 347
Deus cognoſcendo omnia enuntiabilia non cognoſcit componendo, & diuidendo. F 347
An deus ſemper eadem ſciat. G 347
An ſcire, & cognoſcere in deo ſint termini ſynonymi. G 347
Quomodo ſaluatur tranſitus contradictionis: cum deus dicitur ſcire, quod prius non ſciuit. B 345
Cautelæ habendę circa propoſitiones de futuris contingentibus per verbum poteſt. &c. H 347

Diſtin.xl. Quæſtio vnica.

Vtrum ſit poſſibile aliquē p̄deſtinatum damnari, & pręſcitum ſaluari. C 349
Prædeſtinatio quid dicit: & quid eſt prædeſtinatio. AB 349
Item diſt.xlj. q. vnica. A 349
Sub effectu prædeſtinationis quid continetur. A 349
Item diſt.xlj.q. vnica. E 350
Præſcientia dei dupliciter accipiť. B 349
Præſcientia, & reprobatio quomodo differunt. B 349
Quid eſt reprobatio. 349
Item diſt.xlj. A
Deus contingenter eſt prædeſtinatio. C 349
An prædeſtinatio ſit neceſſaria, vel contingens, & mutabilis. CD 350
Immutabile logicum, & reale. D 350
Contingētia actus diuinę voluntatis quomodo imaginantur. D 350
Prædeſtinatus poteſt ſaluari: poſſibile eſt numerum prędeſtinatorum augeri, an ſint concedendæ. E 351

Diſtin xlj. Quęſtio vnica.

Vtrum in prædeſtinato ſit aliqua cauſa ſuæ prædeſtinationis: & in reprobato cauſa ſuæ reprobationis. 351
Cauſa logica, & realis. B 351
An prædeſtinationis, & reprobationis ſit aliqua cauſa ſecundum multiplicem acceptionem nominis cauſa. CD 352
An meritum poſſit dici cauſa prædeſtinationis. EF 352
Quomodo temporale dicitur cauſa ęterni. F 352
Cum prædeſtinatio ſit cætera infallibilis, & æterna: quomodo laborandum eſt per bona opera pro conſecutione felicitatis æternæ. Et quomodo prædeſtinatus ſaluabitur, agat quicquid voluerit. GHMN 353
Propoſitiones, & dicta concernentia materiam prædeſtinationis. GH 353
Quare deus creat animas, quas ſcit perpetuò damnandas. I 354
An, & quare reprobatus tenetur deo dicere gratias de beneficio creationis. K 354
Quare deus benigniſſimus permittit malum in vniuerſo. L 354

Diſtin.xlij. Quæſtio vnica

Vtrum deus poſſit facere omne poſſibile fieri a creatura. 355
Omnipotens ſumitur dupliciter. A 355
Facere aliquid duplici ratione conuenit alicui. B 355
An naturali ratione probari poſſit deum eſſe omnipotentem. C 355

An ſit ſolum creditum. D 356
An de⁹ poſſit oē,ꝙ poſſe potentia eſt. Et an poſſit mori, peccar, deficere. E 357
An deus poteſt creare odium dei. 357
Item reſpectum ſine fundamento, & termino. F 357

Diſtinctio. xliij Quæſtio. j.

Vtrum deus poſſit aliqua facere, quæ nō fecit, nec faciet. E 359
An poſſit probari ratione naturali deū eſſe cauſam effectiuam liberam, & nō naturalem. A B C 368
An ſit ſecundum veritatem fidei tenendū deum eſſe cauſam effectiuam liberā, & non naturalem. D 359

Quæſtio ij.

Vtrum plus conueniat deo non poſſe facere impoſſibile, quā impoſſibilia nō poſſe fieri a deo. B 360
Omni relatiuo correſpondet ſuum correlatiuum. A 360
Relatiua ſecundi modi ſunt ſimul natura. A 360
An prius conueniat deo eſſe factiuū, quā creaturæ eſſe factibile. C 360

Diſtinctio. xliiij. Queſt. o vnica.

Vtrum deus poſſit facere mundum meliorem iſto. C D 360
Mundus accipitur dupliciter. A 360
Cū deus dicitur poſſe facere aliqd meli⁹ alio, intelligitur dupliciter. B 360
Aliqd eſſe meli⁹ alio intelligit, vel de bonitate eſsentiali, vel accidētali B 360
Secundū diuerſas opiniones de ponendo ſtatū, vel non ponendo ſtatū in rebus aliter reſpōdetur, cum querit. An deus ſit potentia finitè, vel infinitè productiua eorū, quæ producit. F 362
An deus potuit facre hominem impeccabilem. E 362
Si eſſet ali⁹ mund⁹: aut terra illi⁹ moueret ad mediū iſti⁹ numero, vel ſpecie. E 362
An quicqd de⁹ producit infinitè pducit: ſic de cognitione, & volūtate. F 362
Verba ſignificantia actionem dei capiuntur dupliciter. F 362

Diſtinctio. xlv. Queſtio vnica.

Vtrum voluntas dei ſit cauſa immediata, & prima omnium rerum, quæ ſiunt. B 364
Cauſa immediata quid eſt. A 363
De cauſa totali, & partiali. A 363
Cauſa dicitur prima multipliciter. A 363

Diſtinct. xlvj. Quæſtio. j.

Vtrū voluntas diuina poſſit impediri per quācūq; potentiā creaturę. C D 365
Volūtas diuina accipit multipliciter 365
Item de volūtate beneplaciti, & ſigni antecedente, & conſequente: quæ deus vult antecedenter, vel conſequenter A B 364
Voluntatē diuinam impediri a creatura rationali quid eſt. B 364
An contra diuinam voluntatem aliquid fieri poſſit. C D 365
An aliquid in vniuerſo eueniat præter voluntatem dei. E F 366

Quæſtio ij.

Vtrum per rationem naturalem probari poſſit, quòd voluntas diuina ſemper impletur. A B 367
Voluntatem diuinam impleri quid eſt: & quot modis hoc contingit. A 376

Diſtinct. xlvij. Quæſtio vnica.

Vtrū de⁹ poſſit pcipere malū fieri. C 368
Differunt facere malum: malum facere, & facere malè. A B 367
Quomodo pręcepit Oſeę ſumere fornicariam. &c. C 368

Diſtinctio. xlviij. Queſtio vnica

Vtrū quęlibet voluntas creata teneat ſe cōformare diuinę voluntati. B 368
Voluntatē humanam conformare ſe voluntati diuinę intelligitur multipliciter. A 367
Materia iſta de voluntate diuina, & conformatione voluntatis createą ad diuinam. &c. remittitur ad expoſitiones canonis miſſę; vbi materia illa latè explicatur in clauſula. Fiat voluntas tua. &c. 369

Laus Deo.

# EPITOMA PARITER, ET COLLECTORIVM CIRCA QVATVOR SENTENTIARVM LIBROS:

*Egregij uiri magiſtri Gabrielis Biel ſacræ theologiæ licentiati benemeritis: & ſacrarum literarum peritia admodum decorati: in almo, & florigero Tubingen. gymnaſio editum: & partim ordinariè in theologorum ſcholis: partim in ædibus ab eodem lectum, & elucidatum.*

## PROLOGVS.

PROPOSITVM nobis eſt, atq; intentio theologico uacare ſtudio: quo diuina aſpirante gratia, peruenire poſsimus ad ſapidam Domini Dei noſtri cognitionem, quæ uera eſt ſapientia, & ſapida ſcientia: quatenus creſcēte in nobis Dei cognitione: creſcat & teruor diuinæ charitatis, quæ ſola nos (ueluti perfectionis uinculum) deo gratificat, perficit, & unit. Et quoniam ſcriptura, qua ad cognoſcendum deum ducimur, latisſima eſt. Eſt denique diſpendioſum, difficilè, & ferè inutile: incipiētes præſertim, & in ſacra theologia primogenitos infantes in mare tam magnum, quàm ſpatioſum mittere. Ea propter ad catholicæ fidei exaltationem, & ſtudentium profectum: magiſter Petrus Lombardi Pariſiē. Epiſcopus, opus utile uelut apis argumentoſa ex ſanctorum patrum aluearijs edidit libros, ſcilicet ſententiarum, in quibus ordine exquiſito, pariter & laudato, theologica dogmata appoſitis eorundem teſtimonijs congesſit: & in unum redegit: ut opus non ſit quærenti librorum numeroſitatem euoluere: cui breuitas collecta, quod quærit, offert ſine labore. Taliſmodi doctrinæ ordinatæ, & ordini doctrinæ debito, poſteri ſacrarum literarum amatores, & magiſtri ueritatis exquiſitores acutiſsimi adheſere: & nunc temporis adhærent, & innituntur: quæſtiones theologicas, & nonnunquam alias Scholaſtico more diſputando circa ea, quę magiſter in ſuo opere mirifico comportauit. ¶ Verum, quia uarijs uijs, & medijs etiam nonnunquam contrarijs incedunt: etſi ad eundem tendant, & contendant finem peruenire, neceſſe eſt,

&plurimum conducere experientia docet proficere uolentem unā ex his eligere: ne tremulum, & inſcium uiatorem hinc inde uagabundum in nullo ſolidari: magiſq; errare, quam ueritatis metā attingere contingat: ideoque unius doctrinam nobis magis familiaré pro nunc elegimus eam principalius, & ut in pluribus ſecuturi: aliorum nihilominus ſententias: dum opus uiſum fuerit, adducturi. Deo teſte, cui omne cor patet: dicimus; quòd nullum ſanè, & catholicè ſcribentem floccipendimus: procul a nobis temeritas iſta. Omnium dogmata ueneramur, laudamus, & amplificamus: eiſque tanquā utiliter in domini uinea laborantibus: gratias habemus ampliſsimas: & laudes immortales dicimus ſemper. Collectorij, & abbreuiationis noſtræ tenor me uerum dicere comprobabit. Pugnabimus ſiquidem in caſtris proprijs: ſi forte ea ab impugnatoribus defendere ualeamus: aliorum nullatenus fortalitia potenter inuadendo. Neq; tamen in hoc ſcolaſtico exercitio me tamquam magiſtrum præfero: ſed doctrinalis ſocius itineris alijs currentibus ſimul & ipſe curro, regulam beati Auguſtini obſeruaturus, cum inquit de ſeipſo. Nō me pigebit, ſicubi hæſito quærere: nec pudebit, ſicubi erro diſcere. j. de trinit. c. ij. & ſequitur. c. iij. quod ex corde cū

Auguſt.

eodem beato Aug. theologorum maximo dicimus. Quiſquis hæc legit, ubi pariter certus eſt, pergat mecum. ubi pariter hæſitat: quærat mecum. ubi errorē ſuum cognoſcit: redeat ad me. ubi meū: reuocet me. Ita ingrediamur ſimul charitatis uiam: tendentes ad eum, de quo dictum eſt. Quærite faciem eius ſemper. Hæc ille. ¶ Cum ergo noſtri propoſiti eſt dogmata, & ſcripta uenerabilis inceptoris Guil. Ockam Anglici ueritatis indagatoris acerrimi, circa quatuor ſententiarum libros abbreuiare tētabimus diuino aſpirāte ductu: circa prologum, & ſingulas diſtinctiones ſcholaſticas mouere quæſtiones. Et ubi præfatus doct. ſcribit diffuſius ſuam ſententiam, & uerba accurate: & præſertim in primo. In quo profundius, & latius, quām in cæteris ſcriptis correſpondenter ad ſingulas diſtinctiones: quæſtiones mouit, & reſoluit. In alijs uerò ubi parum, uel nihil ſcribit: aliorum doctorum ſententias a dicti doc. principijs non deuiantes: quantum potero ex clariſsimorum uirorum aluearijs in unum comportare. Hinc & laborem noſtrum: collectorium pariter & epitoma placuit nominare.

Epitoma breuiariū.

Nonnunquam etiam recitabimus, & dicemus aliqua, quæ conſeſsè ſuis principijs dici poſſunt: tametſi doct. ipſe oppoſitum ſentire uideatur: ut ſcholaſticę paleſtræ mos habet: ſuppoſita in his omnibus theologica proteſtatione per me frequentius repetita. Eapropter & memet, & hæc mea collecta: & quæcunque ſiue docturus, aut dicturus fuero: emendationi ſanctæ matris eccleſiæ, & cuiuslibet orthodoxi melius ſentientis iudicio prorſus ſubijcio. Corripiat me iuſtus in miſericordia, & charitate fraterna: oleum autem peccatoris non impinguat caput meū. ¶ Iſtis ſic utcunq; pro noſtra iuſta, & pia defenſione, pariter, & rationabili excuſatione præmiſsis: prologum, quem doc. omnibus libris præmittit accurtandum, & abbreuiandum aſſumimus. In quo de tribus principaliter quærit, ſcilicet de theologia in ſe: in ordine ad unitatem: & in ordinem ad obiectum. ¶ Circa primū inueſtigat, qualis notitia ſit theologia, an ſcientia, an alia. ¶ Circa ſecundum: quia unitas ſcientiæ ex unitate ſubiecti eius attenditur: quærit de ſubiecto theologiæ. ¶ Circa tertium: quia obiectum, circa quod uerſatur: ſicut cuiuslibet alterius ſcientiæ eſt praxis, uel ſpeculatio: quęrit an theologia ſit practica, uel ſpeculatiua. Circa quodlibet horum plures mouet quæſtiones, quas tamen non omnes (diffuſè ſaltem) proſequemur: pro eo ꝙ aliquæ ſunt purè logicales, & in logica ſolitæ diſputari: de multis pauca elicere. & ubi doct. clarus eſt: ad eius dicta remittere breuitatis amor ſuaſit.



## QVAESTIO. I.

A

Vtrū ſit poſsibile uiatori habere euidētem notitiā de theologia.

VTRVM ſit poſsibile intellectui uiatoris habere notitiam euidentem de ueritatibus theologicis. ¶ In iſta quæſtione auctor primò declarat terminos: deinde quærit de notitia reſpectu dei, qualis poſsit haberi ab intellectu creato. Tertiò reſpondet ad quęſtionem. Quartò mouet dubia, & ſoluit. ¶ Circa primum deſcribit tres terminos: ſcilicet intellectus uiatoris: notitia euidens: ueritas theologica.

Arti. I. Nota. I

¶ Circa primum articulum notandum primò: ꝙ uiator eſt ille, qui non eſt in termino, ad quem tendit. Sunt autem duo termini rationalis creaturæ, ſcilicet beatitudo finalis, & miſeria finalis.

Viator.

Duo termini rationalis creaturæ.

Viator ergo eſt quiſquis, qui neque beatus eſt, neque finaliter damnatus. Supponit autem auctor: quòd notitia intuitiua dei beatificat: & ita patet diffinitio, quæ ſolum datur de puro uiatore. hoc eſt de uiatore, qui non eſt ſimul compræhenſor propter Chriſtum, qui compræhenſor fuit, & uiator: Chriſtus autem ſemper habuit notitiam intuitiuam deitatis ſecundum humanitatem: quia anima eius inſtanti creationis fuit beata, ut patet in iij. diſtinctio. xiij. Si replicatur de Paulo in raptu, qui fuit uiator: quia nondum in termino: & tamen habuit notitiam intuitiuam dei: uidit. n. deum, ſicut eſt nudè, ſiue per eſſentiam: ut uult beatus Auguſtinus ad Paulinū in de uidendo deum. Ad hoc poteſt dici uno modo: ꝙ in inſtanti raptus Paulus nō fuit uiator: ſed uerè beatus: licet ſua beatitudo non fuerit perſeuerans: quia poſt raptum redijt ad ſtatum uiatoris. Vel ſi hoc non placet pro eo, ꝙ continuatio, ſiue perpetuitas ſecundum aliquos eſt de ratione beatitudinis. Dicendum: ꝙ Paulus etiā in raptu fuit uiator: & ſic addendum erit deſcriptioni uiatoris ly permanenter: ut ſic dicatur. Viator eſt, qui non habet notitiam intuitiuam deitatis permanenter ſibi poſſibilem de potētia dei ordinata. Per primum excluditur intellectus beati deum clarè uidentis. Per ſecundum excluduntur damnati, quibus notitia intuitiua dei non eſt poſsibilis ſtante lege: ſecus de potentia abſoluta. Ex quibus patet: ꝙ dominus Camera. malè notat auctorem de notificatione intellectus uiatoris. q. j. arti. j. ¶ Per oppoſitum ſciri poteſt, quid compræhenſor: quia uiator, & compræhenſor ex oppoſito diſtinguuntur. ¶ Circa ſecundum terminum, ſ. notitia euidens. Notandum ſecundò: ꝙ euidentia, & ineuidentia ſunt differentiæ, ueritatis complexe propoſitionalis.

Nota. 2 Notitia euidens.

B

Vnde notitia incomplexa (quia nec uera, nec falſa) non dicitur euidens, uel non euidens. Euidentia uerò primò cōuenit notitiæ adhæſiuæ, & mediante illa poteſt etiam attribui notitiæ propoſitionis appræhēſiuæ. Vnde ꝙ propoſitio aliqua dicatur euidens, ſiue euidenter uera ex eo eſt: quia aſſenſus eius eſt euidens: alioquin omnis ueritas neceſſaria eſſet euidēs, cuius contrarium uerū eſt: cum multæ ꝓpoſitiones neceſſarię ſint nobis dubiæ. Vnde auctor hic deſcribit notitiam euidentem adheſiuam. ſ. ꝙ eſt notitia adhæſiua ueri complexi, ex notitia incomplexa terminorum illius: uel alterius propoſitionis mediatè, uel immediatè: nata ſufficienter cauſari. Dicitur illius propoſitionis immediatè: propter notitiam propoſitionis per ſe notæ uel contingentis. Dicitur, uel alterius mediatè: propter notitiam cōcluſionis demōſtrabilis. Hanc materiam latè proſequitur dominus Cameracen. q. j. art. j. uide ibi pro intellectu illorum, quæ doctor breuiter ponit. Quod etiam in illa deſcriptione non dicit cauſata, ſed nata cauſari propter hoc eſt: quia ſi deus notitiam per demonſtrationem acquiſibilem cauſaret in intellectu humano: ipſa eſſet euidens. Et quamuis non eſſet cauſata ex notitia incomplexa terminorum: ſufficit tamen, quòd eſſet, uel fuiſſet nata cauſari. ¶ Si quæritur quomodo habent ſe adinuicem notitia, euidens, & neceſſaria: Re

ſpondetur: ꝙ habent ſe ſicut termini impertinentes, quia non oīs neceſſaria eſt euidens nec oīs euidēs eſt neceſſaria: ut patet de contingēti per experientiā nota. ¶ Item patet, qūo ſe habent adinuicē notitia euidēs, & ſcia. Nā notitia euidens ſe habet in plus, quàm ſcientia intellectus, aut prudentia, aut alius habitus vj. Ethic. apho. poſitus. Nam illi ſunt tantum neceſſariorum. Euidens uerô etiam eſt contingentium. ¶ Item propoſitio euidēs eſt propoſitio per ſe nota. Eſt enim euidens propoſitio notitia ſuperior: ad utrunque: nam oīs ſcientia eſt euidens notitia: ſimiliter omnis per ſe nota eſt euidens propoſitio. & nō e conuerſo. Inſtantia eſt de contingentia nota per experientiam, cuius notitia eſt euidens: & tamen nec ſcientia, nec per ſe nota. ¶ Et ſi dicas. Sequitur ex præmiſſis: ꝙ propoſitio contingens euidens ſemper eſſet per ſe nota: quia ſcitū cognitis terminis: cum notitia incomplexa terminorum ſuorū ſufficit ad cauſandum eius notitiam adhæſiuam. Reſpondet auctor: ꝙ ad hoc, ꝙ propoſitio ſit per ſe nota, requirit, ꝙ euidēter ſciatur ex quacunque notitia terminorum iſtius propoſitionis. Nunc autem propoſitio contingens non ſcitur niſi ex notitia intuitiua terminorum: & nō ſufficit abſtractiua. ¶ Contra: propoſitionis contingentis euidentis ad minus unus terminus eſt notitia intuitiua: & ſi illa mutaretur in abſtractiuam, non erit eadem popoſitio: quia non idem terminus. Et per conſequens quicunq; habet notitiam terminorum talis propoſitionis contingentis: euidenter aſſentit ei: & ita erit per ſe nota: & per conſequens primum principium. ¶ Solu. Per terminos propoſitionis hic non intelliguntur ſigna mentalia, ex quibus propoſitio conſtituitur tanq̃ ex ſubiecto, & prædicato: ſed intelliguntur res ſignificatæ per illa: quæ ſcilicet res terminant actus intelligendi, de quo infra dubio ſecundo. Et illæ poſſunt intelligi intuitiuè, uel abſtractiuè. Ad hoc ergo, quòd propoſitio ſit per ſe nota: requiritur, quòd euidenter ſciatur; ſiue ꝙ res per terminos ſignificatæ appræhendantur notitia intuitiua, ſiue abſtractiua: & per hoc patet ſolutio. Hinc Gregor. diſt. ij. quæſt. j. artic. j. circa principium dicit. Eſſe per ſe notum non debere propriè attribui propoſitioni: ſed rebus ſignificatis per propoſitionem: ut ſit ſenſus: aliquod enunciabile eſt per ſe notum, ideſt alicuius enuntiabilis notitia. quæ formaliter cognoſcitur ex nullius alterius extrinſeci notitia tanq̃ a ꝑ ſe cā dependet: ita ꝙ ipſum naturaliter pōt cognoſci: ēt ſi nulla cuiuſcunq: extrinſeca notitia haberet. Hæc ille. ¶ Ex illo ſequitur: ꝙ Ockam per terminos intelligitur conceptū obiectiuè exiſtentē in mente ſecundū unam opi. ut patet ex. q. iiij. diſt. iij. Vel ſecundū aliā opi. per terminum poteſt intelligi res pręciſè ſignificata per extrema. Vnde patet: quòd non ſunt idem termini in propoſitione deus eſt: quam format beatus, & quam formamus nos, propter quod illa, quam format beatus, eſt per ſe nota: ſed non illa, quam formamus nos: quia termini in propoſitione, quam nos formamus: non præciſè ſignificant deum: quia deū ſecundū rōnem abſolutā, & propriā cognoſcere pro ſtatu illo non poſſumus.

C

¶ Poſſet ergo breuius dici: ꝙ propoſitio ꝑ ſe nota eſt propoſitio, ad cuius euidentiā ſufficiunt extrema illius propoſitionis: uel quæcunq; alia idem tamen præciſè ſignificantia: de quo latius. infra. diſt. iij. q. iiij. & in Cameracē. q. j. art. j. Item in dub. ſexto: quod mouet Ockā.

Nota. 3 D Veritas theologica.

¶ Notandum tertiò circa tertium terminum, ſcilicet ueritas theologica. Veritas theologica eſt ueritas neceſſaria uiatori ad æternam ſalutem habendam. hoc eſt, ueritas theologica eſt ueritas, cuius notitia adhæſiua neceſſaria eſt ad ſalutem explicitè, uel implicitè habenti uſum rationis, & eam appræhendenti. Dicitur explicitè, uel implicitè: quia omnes ueritates in canone bibliæ contentæ, & ex eis in conſequentia neceſſaria illatę ſunt ueritates theologicę, & tamen non eſt neceſſarium ad ſalutem, ꝙ expreſsè noſcantur, ideſt credantur:

ſicut



ſicut illa: Abraam duos filios habuit &c. Eſt autem neceſſarium implicitè: ſufficit enim ad ſalutem credere in genere omnia reuelata a Deo in ſenſu per Spiritū ſanctum intento (qualia ſunt omnia in canone bibliæ cōtenta) eſſe uera. Et per hoc implicitè creduntur omnia ibi contenta: quia implicitè creditur, quicquid ſequitur ad explicitè creditum etiam vero coaſſumpto. ¶ Iſta deſcriptio ueritatis theologicę eſt ſtricta: notificatur quādoq; largius, ut oīs propoſitio ſeu ueritas formata, uel formabilis de deo, uel etiam de creaturis, ut habent reductionem, uel per ſe ordinem ad deum, puta ſecundum rationem gubernationis: creationis: conſeruationis: iuſtificationis, redemptionis &c. dicatur ueritas theologica. Auctor uerò primę acceptioni innititur: ſed Cameraceñ. ſecundam dicit plus fore propriam allegans ad hoc auctoritatem Auguſtini, quam & doctor habet in litera. ¶ Sed ex illo dicto Auguſtini ſuum intentum probare non poteſt: immo facit pro doctore contra dñm Cameracē. uerum dum cōſtat de re, fruſtra cōcertatur de nomine. Vide Cameracen. ubi ſup. q. j. art. j. quia dicta ſua ualent pro intellectu doctoris.

Corol. 1.

¶ Ex illo ſequitur: ꝙ aliquæ ueritates naturaliter notę ſunt theologicæ ut deus eſt bonus, uiuens, ſapiens, intelligens: quas etiā philoſophus demonſtrat. xij. Metaph. Et per hoc ueritates illæ pertinent tam ad metaphyſicā, quā ad theologiam. In metaphyſica demonſtrātur demonſtratione: quia in theologia propter quid.

Corol. 2.

¶ Secundò ſequitur: ꝙ ueritatum theologicarum aliquæ ſunt naturaliter notæ: aliquæ ſunt ſupernaturaliter cognitæ, & tantum fide creditæ: ut deus eſt trinus, & unus: deus eſt incarnatus &c. ¶ Sed diceres; ex hoc ſequeretur, ꝙ eadem ueritas pertineret ad diuerſas ſcientias.

Replica E Scia. qūo accipiatur.

Pro huius intellectu notandum ſecundum doct. ꝙ ſcientia accipitur dupliciter. Vno modò aggregatiuè pro collectione multorum pertinentium ad notitiam unius: uel multorum determinatum ordinē habentium. Illo modo ſcientia continet notitias apprehenſiuas ſimplices, & complexas, & adhæſiuas principiorum, & cōcluſionum: reprobationes errorū: & ſolutiones falſarum argumentationum: diffinitiones & diuiſiones ſecundum quam acceptionem dicitur quòd in ſcientia eſt triplex modus procedendi. ſ. diffinitiuus, diuiſiuus, & illatiuus. i. argumētatiuus. Et hoc modo multi habitus, ſpecie, & genere diſtincti poſſunt dici una ſcientia (quamuis non ſint res una) propter determinatum, & ſpecialem ordinem, quem habent inter ſe, & non ad alia ſcibilia. Et illo modo una ueritas poteſt pertinere ad diuerſas ſcientias etiā naturaliter inuentas: ſecundum ꝙ poteſt in diuerſis huiuſmodi ſcientijs aggregatiuis probari, uel oſtendi. Poteſt etiam eadem ueritas eſſe principium in una ſcientia, & cōcluſio in alia: ſic principia muſicæ ſcientiæ ſunt cōcluſiones probatæ in arithmetica. ¶ Secundò accipitur ſcientia ꝓ ſimplici qualitate, uel habitu diſtincto contra alios habitus intellectuales. Illo modo eadem ueritas non pertinet ad diſtinctas ſcientias: quia unius concluſionis non eſt niſi una ſcientia, etiam ſi ipſa per diuerſas præmiſſas poſſet demonſtrari: & ſcientia ſic accepta eſt una res numero. ¶ Notandum etiam eſt, ꝙ ſciētia aggregatiuè dicta multipliciter poteſt accipi. Vno modo generaliter, ut auctor dicit pro collectione multarum notitiarum complexarum, & incomplexarum, appręhenſiuarum, & adhæſiuarum, actualium, & habitualium pertinentium ad notitiam unus, uel plurium certum ordinem habētium &c. Secūdo mō pro collectione notitiarū adhæſiuarū ꝑtinētium &c. Tertio mō ꝓ collectione notitiarū adheſiuarū ꝓpoſitionū neceſſariarū, ſiue pricipiorū, ſiue cōcluſionū. Quartò pro collectione notitiarum concluſionum tantum demonſtratarum tam actualium, quàm habitualium. Quintò ſolum pro collectione habituum concluſionum demonſtratarum. ¶ Et ſecundum hoc uariatur reſponſio, cum quæritur. An notitia naturalis philoſophiæ ſeu librorum phyſicorum ſit ſcientia: & omnibus illis modis ſciētia eſt quaſi no

ne collectiuum. Et poſſet dari exemplū
in nomine exercitus, quod aliquando
capitur pro collectione hominum tan-
tum ad unum coordinatorum: uel pro
collectione hominum, & iumentorum
quandoque pro collectione omniū ani-
Analogia. malium, & omnium paramentorum ad
pugnam requiſitorum, ut habetur Iu-
dith. ij. de exercitu Holofernis. ¶ Et ſi-
cut ponitur diſtinctio inter ſciētiam ag
gregatiuè ſumptam, & per ſimplicē noti
tiā: ita de habitu ſimiliter dicendum eſt:
ꝙ quādoque accipitur communiter, &
aggregatiuè ut continet ſub ſe multos
habitus numero, & ſpecie diſtinctos: &
ſic habitus quo cognoſcitur illa: deus eſt
unus: nec eſt metaphyſicus, nec theo-
logicus: quia pars non eſt totum: & ho-
mo nō eſt exercitus. Quandoq; uerò ac
cipitur ſimpliciter pro uno ſimplici ha-
bitu: & ſic idē habitus poteſt eſſe meta
phyſicus, & theologicus: ſicut homo po
teſt eſſe pars exercitus, uel populi. ¶ In
telligitur autē quęſtio de notitia euiden
ti & communi: & non præciſè de notitia
euidenti ſcientifica. ¶ Item intelligit̄ de
ueritatibus ſup naturaliter cognoſcibili
b9: q̄ſtio nō habet difficultatē. clarum. n.
eſt: ſi ſunt naturaliter cognoſcibiles: ſunt
etiam intellectui uiatoris poſsibiles. Ex
his facile formari poteſt reſponſio ad re
Arti. 2. plicam. ¶ Declaratis terminis tribus in
F articulo primo: & intellectu quæſtionis
habito: uidendum eſt de notitia dei, qua
Nota. 1 lis haberi poſſit ab itellectu creato. Vbi
notandum primò ſecundum Camera-
cen. ꝙ notitiarum quædam eſt ſenſualis:
alia intellectualis. De ſenſuali hic pa-
rum ad propoſitum. Harum aliqua po-
teſt eſſe complexa, alia incomplexa; ſiue
ſenſualis, ſiue intellectualis: ut inducit
præfatus doctor de brutis, quæ multas
formant notitias complexas de ſenſibi
libus. q. iij art. j. De hoc multa in Greg.
Nota. 2 diſt. iii. ferè per totum. ¶ Secundò no-
tandum: ꝙ duplex eſt notitia incomple
xa nobis poſſibilis: quarum una ſolet di
ci intuitiua: alia abſtractiua. De quo etiā
uide, ſi placet Gerſo. tracta. v. ſuper Ma
Notitia ituitiua. gnificat. ¶ Notitia intuitiua eſt notitia
incomplexa termini, uel terminorum
rei, uel rerum, uirtute cuius poteſt eui-
denter cognoſci aliqua ueritas contin
gens, maximè de pręſenti, ut ꝙ res eſt,
uel non eſt: ꝙ eſt hic, uel ibi: ut eſt uiſio
exterior ſortis: per hāc enim cognoſco
euidenter ſortem eſſe: & ſi per potentiā
diuinam illa uiſio conſeruaretur ſorte
deſtructo: per eandem cognoſcerem eui
denter ſortem non eſſe. Dicitur per po
tētiam diuinam: quia naturaliter eſt im-
poſſibile: nam uiſio intuitiua dependet
cauſaliter ab obiecto in fieri, & eſſe. Quorū eſt.
¶ Hæc notitia non eſt tantum ſenſibi-
lium: ſed etiam intelligibilium: licet nō
omnium, quia non eſt reſpectu habituū:
ſed reſpectu actuum tantum: quia intel-
lectus noſter cognoſcit intellectiones,
& actus uoluntatis, delectationes, & tri-
ſtitias. Nam euidenter ſcio me intelli-
gere, uelle, nolle, cogitare: ꝙ fieri nō po
teſt ſine notitia intuitiua. Et hæc dicta
habent ueritatem; quando illa notitia
eſt ſufficienter perfecta. Poteſt enim
quandoque illa notitia intuitiua eſſe ni
mis remiſſa, & nimis imperfecta, & ob-
ſcura: uel poteſt eſſe aliud impedimen-
tum ex parte obiecti, uel medij: & tunc
paucæ contingentes poſſunt euidenter
cognoſci. A tali etiam notitia intuitiua
incipit experimentalis cognitio: & per
conſequens omnis notitia intuitiua eſt
ſingularis. ¶ Abſtractiua uerò notitia du Abſtractiua.
pliciter accipitur. Vno modo accipitur
pro notitia uniuerſali abſtracta a multis G
ſingularibus: ut cōceptus ſpecificus om
nium hominum. Et talis cognitio non
eſt aliud. q̄ cognitio alicuius uniuerſalis
abſtrahibilis a multis ſingularibus:. Et ſi
uniuerſale ſit uera qualitas exiſtens in
anima ſubiectiuè: concedendum eſt: ꝙ
illud uniuerſale poteſt intuitiuè uideri:
& pro eadem eſt notitia intuitiua, & ab
ſtractiua: illo modo accipiendo abſtra-
ctiuam. Alio modo accipitur notitia
abſtractiua ſecundum ꝙ abſtrahit ab exi
ſtentia, & non exiſtentia: & ab alijs
conditionibus, quæ contingenter ac-
cidunt rei: uirtute cuius de re contin-
genti non poteſt ſciri, an ſit, uel non
ſit: uel alia ueritas contingens: ut noti-
tia, quæ habet̄ de obiecto in eius abſen-



tia. Et omnis talis naturaliter acquiſita
præſupponit notitiam intuitiuam eiuſ-
Nota. 3 dem obiecti. ¶ Tertiò notandum: ꝙ eſt
H duplex actus intellectus, appræhenſiuus,
Duplex actus intellect9. & iudicatiuus. Primus eſt reſpectu cuiuſ-
cunque potentis terminare actum po-
tentiæ cognitiuę, ſiue ſit complexum,
uel incomplexum. Sic appræhendimus
terminos propoſitionis, & ipſas propo-
ſitionis, argumenta, ſyllogiſmos, demō
ſtrationes: & uniuerſaliter omnia, quæ
reſpiciuntur obiectiuè a potentia intel
lectiua. Actus iudicatiuus eſt actus intel
lectus, quo aſſentit, uel diſſentit propoſi
tioni uerę, uel falſæ: & ille eſt tantum re
ſpectu complexi propoſitionalis. Ex il-
lis infert doctor: ꝙ reſpectu complexi
propoſitionalis intellectus habet duos
actus ſcilicet appræhenſiuum, & iudica-
tiuum. Et ſunt ſeparabiles, primus a ſe-
Appræhēſiua. cundo. ¶ Alij uerò actum appræhenſiuū
nominant notitiam appræhenſiuam: &
actum iudicatiuum notitiam adhæſiuā.
Vnde notitia appræhenſiua eſt actus in
tellectus, quo aliquid, aliqua, uel ali-
qualiter complexè, uel incomplexè cogi
tamus. Incomplexè: ut cum uideo cæ
lum, uel audio cœlum: & ſolum cœlum
cogito nihil ultra cogitando. Comple
xè propoſitionaliter, dum cogito cę-
lum actu moueri, uel motum fuiſſe.
Non propoſitionaliter, dum cogi-
to cœlum ſtellatum: terram aratam
non cum actu complexiuo, uel diui-
ſiuo. ¶ Ex qua patet: quòd reſpectu
cuiuſcunque obiecti intellectus, ideſt
reſpectu cuiuſcunque intelligibilis, ſi-
ue ſit res extra animam: ſiue in ani-
ma: ſiue actus: ſiue habitus: ſiue ſcien
tia, ſiue fides &c. poteſt eſſe noti-
tia appræhenſiua: nec tamen propter
hoc omnis notitia eſt appręhenſiua.
¶ Si dicis. Bene ſequitur; cuiuslibet
intelligibilis eſt notitia appręhenſi-
ua: & omnis notitia adhæſiua eſt in-
telligibile; ergo omnis notitia adhęſi-
ua eſt notitia appręhenſiua: in primo
primę. Reſpondetur: quòd eſt paralo-
giſmus, & committitur fallacia acci-
dentis, & malè concluditur: quia mi-
nor extremitas non habet ſe ad ma-
io rem extremitatem in cōncluſione,
ſicut ſe habet medium ad maiorem
extremitatem in maiore. Vnde debet
ſic concludi: ergo cuiuslibet noti-
tiæ adhæſiuę eſt notitia appræhenſi-
ua. ¶ Notitia adhęſiua, ſiue iudica- Adhæſiua.
tiua eſt actus intellectus, quo aſſentit,
uel diſſentit alicui complexo propor-
tionali, credendo ipſum eſſe uerum,
uel falſum: & eſt tantum reſpectu com
plexi propoſitionalis. ¶ Ex illis infert
auctor: quòd reſpectu complexi po-
teſt eſſe duplex actus, ſcilicet appræ-
henſiuus, ſiue iudicatiuus. Si hoc di-
ctum intelligitur de complexo uoca-
li, & ſcripto: de quo etiam ſonat ſe-
cunda probatio: planum eſt, quôd
propoſitio mentalis correſpondens uo
cali eſt actus appræhenſiuus: & aſ-
ſenſus propoſitionis mentalis eſt actus
adhæſiuus. Si uerò intelligitur de
complexo mentali: tunc aliter, & a-
liter uidetur dicendum, ſecundum quòd
conceptus habet eſſe ſubiectiuum, uel
obiectiuum. Si habet eſſe obiectiuum
clarum eſt: quia ſic reſpectu illius com-
plexi, erunt duo actus, ſcilicet eius
appræhenſio, & adhæſio reſpectu ta-
lis complexi cogniti. Si uerò conceptus
habet eſſe ſubiectiuum, tunc ad ipſum tā
quam ad objectum diſtinctū ab eius ap-
præhenſione poteſt eſſe actus reflexus:
& ſcilicet potentia reflectatur ad hoc
mentale, quod eſt in anima: ſicut ad ob
iectum per actum proprium: & ita iterū
ſtat dictum doctoris. Et ita poſſunt eſſe
plures actus in intellectu. ſ. hoc comple
xum mentale, ut cognitū ab intellectu.
Item appræhenſio illius conceptionis
ut. ſ. anima comprætendat ſe cogitare
hoc cōplexum & eius adhæſio. Sed iſti
actus non ſemper habentur: quia ſæpe
per mentalem appræhendimus obiectū
aliquod ad extra complexè, & propoſi-
tioni aſſentimus: & tñ non cogitamus
de illo cōplexo mentali, quod eſt apprę-
henſio, ſeu appræhenſiua notitia: nec
etiam de aſſenſu. Intelligitur ergo di-
ctū doctoris de cōplexo: & hoc ſecundū
opinionē tenētē, ꝙ cōcept9 hēt eē obie
ctiuum, & nō ſubiectiuum: hoc eſt ut ex

plicat doctor.q.vij.prologi,ꝙ concep-
ptus nō eſt cognitio,uel intellectio: ſed
aliquod fictum per actum intelligendi:
habens tale eſſe obiectiuū: quale habet
res in eſſe ſubiectiuo: ſic enim comple-
xum eſt obiectum actus cognoſcendi.
Nota.4 ¶ Quartò notandum,ꝙ duplex eſt habi
I tus ſecundum hos duos actus.ſ.apprehē
Duplex ſiuus,& iudicatiuus,quorum quilibet in
eſt habi clinat immediatè ad actum proprium:
tus. nullus enim habitus inclinat ad habitū
alterius habitus niſi mediante actu pro
prio,ad quem immediatè inclinat. Me-
diatè uerò habitus apphenſiuus inclinat
ad actū adhæſiuū,ſiue iudicatiuum:quia
mediante actu ſuo proprio hi habitus
cauſantur a duobus actibus prædictis.
¶ Iſtis notabilibus præmiſsis ponentur
aliquæ concluſiones præambulæ ad re-
Prop. 1 ſponſalem. ¶ Prima propoſitio proam-
bularis. Actus iudicatiuus alicuius com-
plexi præſupponit actum appræhenſiuū
eiuſdem:hoc eſt dictu. Notitia adhæſi-
ua præſupponit apprehenſiuam eiuſdem
intelligendo intranſitiuè.i.ipſam propo
ſitionem mentalem,quę eſt notitia ap-
præhenſiua. Illa concluſio aliter proba
tur:quia actus præſupponit obiectum: ſi
actus appræhenſiuus eſt obiectum imme
diatum actus adhæſiui: ergo. Et hoc te
nendo,ꝙ conceptus habet eſſe ſubiecti
uum. ¶ Si dicitur ſecundum aliam opi-
nionem,ꝙ actus appræhenſiuus ſit obie
ctum:ſed complexum propoſitionale di
ſtinctum ab actu appræhenſiuo:quod ha
bet tantum eſſe obiectiuum in intelle-
ctum:adhuc probatur concluſio:quia ta
le complexum non eſt obiectum niſi ut
appræhenſum ab intellectu: immo nihil
aliud eſt eſſe obiectiuè in intellectu:ni-
ſi intelligi ab intellectu:& ideo præſup-
Prop. 2 ponitur eius appræhenſio &c. ¶ Secūda
propoſitio,quæ ſequitur ex illa. Notitia
iudicatiua præſupponit in eadem poten
tia notitiam incomplexam terminorū.
Patet ex præcedenti propoſitione: quia
præſupponit notitiam complexi: ergo
terminorum eius:totum enim pręſuppo
Prop. 3 nit ſuas partes. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Nul
K lus actus potentiæ ſenſitiuæ eſt cauſa im
mediata,& proxima actus iudicatiui in-
tellectus. Iſtam concluſionem perſua-
det:nec efficaciter probat doct. quia
dependet ad poſterius declarandum: ui
delicet,ꝙ in quodcunque obiectum po
teſt potentia inferior: in idem,& ſub ea
dem ratione poteſt ſuperior: quicquid
ergo appræhendit ſenſus: illud etiam &
ſub eadem ratione appræhendit intelle-
ctus. Cum ergo notitia iudicatiua intel
lectus præſupponit notitiam incomple
xam terminorum:aut in intellectu,& ha
betur propoſitum:aut in ſenſu:& ſic ēt
in intellectu:cum quicquid appræhēdit
ſenſus:idem appræhendit intellectus in
ſuppoſito naturali. ¶ Et licet uerum ſit:
ꝙ intellectus alicui ueritati contingēti
aſſentit,dum extrema ſentiuntur:& ani
mo eſſentit,dum nō ſentiuntur: ex hoc
tamen non ſequitur:ꝙ aliquis actus par
tis ſenſitiuę ſit cauſa immediata totalis:
uel partialis actus indicatiui intellectus
(quamuis notitia intuitiua intellectus
ſine actu ſenſitiuo haberi non poſsit):
ſed bene ē cauſa mediata:quia eſt cauſa
īmediata intellectionis primæ. ¶ Quòd
uerò ſenſatio ſenſibilium requiratur, ex
eo eſt:quia notitia intuitiua intellectiua
non poteſt haberi ſine notitia intuitiua
ſenſitiua:nec ex hoc ſequitur: ꝙ noti-
tia intuitiua ſenſitiua ſuperfluat:quanq̃
intuitiua intellectiua ſufficeret, ſi ſine
ſenſitiua intuitiua haberi poſſet,natura
liter ſaltem:ſicut eſt in angelis,& anima
bus ſeparatis. ¶ Quarta propoſitio. In- Prop. 4
tellectus noſter pro ſtatu illo reſpectu
eiuſdem obiecti eodem modo præſen-
tati,poteſt habere duas notitias incōple
xas ſpecie diſtinctas. ¶ Quinta propoſi- Prop. 5
tio. Incomplexi eſt duplex notitia intui
tiua, ſcilicet & abſtractiua. Vel uerius
duplex eſt notitia incōplexa: intuitiua,
ſcilicet,& abſtractiua. ¶ Sexta. Deus po- Prop. 6
teſt de potentia ſua abſoluta cognoſci
duplici notitia: intuitiua.ſ.& abſtracti-
ua,quarum una eſt ſeparabilis ab alia.
¶ Septima. Notitia abſtractiua dei eſt Prop. 7
uiatori poſsibilis: non autem intuitiua,
quæ repugnat ſtatui uiatoris. Has pro-
poſitiones latè deducit doc. ſimiliter & Arti. 3.
Camera.locis præallegatis. ¶ Articulus Concl.
tertius. Concluſio reſponſalis ad quæ- reſpon.



L ſtionem,quam ponit doc. eſt hæc. Deus
de potentia ſua abſoluta poteſt cauſare
in intellectu uiatoris notitiam euiden-
tem aliquarum ueritatum theologicaliū
& aliquarum non. ¶ Pro illius conclu-
ſionis deductione præmittit duo. Pri-
mum:ꝙ prædicabilium de deo quædam
ſunt ueræ res extra animam. Aliæ non
ſunt ueræ res: ſed conceptus habentes
tantum eſſe obiectiuum in anima ſecun
dum unum modum loquendi. Secundū
alium modum dicēdi prædicabilium de
deo quædam diſtinctè repræſentant deū
in ſe: ita ꝙ nihil aliud ſecundum ſe to-
tum,uel ſuas partes:quædam repræſen-
tant deum non diſtinctè: ſed deum, &
creaturam ſecundum ſe totum, uel ali-
quam eius partem. Secundum eſt: ꝙ ue
ritatum theologicalium quædam ſunt
neceſſariæ: quædam cōtingentes. Con
tingentes ut deus erat: deus eſt incarna
tus:beatificat &c. Et neceſſariarū quæ-
dam dependent a cōtingentibus,& quæ
dam non. ¶ Iſtis ſic præmiſsis breuiter
probat concluſionem ex dictis, eo ꝙ ad
aliquarum ueritatum theologicaliū eui
dentiam, ſufficit notitia intuitiua crea
turæ: ad aliquarum uerò non ſufficit.
Deus autem poteſt ſupplere cauſalitatē
creaturæ in genere cauſæ efficientis;&
uiator nō poteſt habere notitiam intui-
tiuam deitatis: cum illa ſit beatifica:ſe-
cundum cōmunem opinionē:igitur &c.
Hāc concluſionem primam ſequentes
Cōcl. 2 explanant. ¶ Concluſio ſecunda. Deus
non poteſt cauſare in intellectu uiato-
ris notitiam euidentem ueritatis theo-
logicę contingentis,cuius euidentia de
pendet ex notitia intuitiua deitatis.uide
licet.ad cuius euidentiam non ſufficit
notitia intuitiua creaturæ:ſicut harum.
Reſurrectio mortuorum erit:deus beati
ficat animas perpetuò. Deus iudicabit
uiuos,& mortuos. De illa autem: deus
eſt homo.ambiguè reſpondet; creaturę
enim in uia repugnat ītuitiua dei uiſio.
Cōcl. 3 ¶ Tertia concluſio. Propoſitionum ne-
ceſſariorum de prędicatis connotatiuis;
quarum euidentia dependet ex notitia
euidenti propoſitionis contingentis:
quæ non poteſt euidenter ſciri, niſi per
notitiam intuitiuam deitatis:notitia eui
dens non poteſt a deo communicari uia
tori: qualis fortè eſt illla: deus eſt incar
nabilis:ratio ut ſup.patuit. ¶ Concluſio Cocl. 4
quarta. Veritates neceſſarię theologicę,
in quibus res, uel cognitio diſtincta dei
tatis,aut conceptus abſolutus prædica-
tur de deo, uel cognitione diſtincta dei
tatis: ſunt euidenter cognoſcibiles uir-
tute talis notitiæ. Vt deus eſt pater,& fi
lius,& ſpiritus ſcūs. ſic illa: deus eſt ens.
Harū declaratio dependet ex ſequenti
quæſtione:ideo hic omittitur. ¶ Arti- Arti. 4.
culus quartus. In articulo quarto mouē Dub. 1.
da ſunt dubia circa prædicta,& ſoluēda. M
Et primum; quomodo uerum eſt, quod
doc. dicit in ſecundo dubio huius quæ-
ſtionis,ꝙ notitia incomplexa termini,
appræhenſio complexi, & iudicium ſe-
quens diſtinguuntur realiter:& ſunt per
diuinam potentiam ab inuicem ſeparabi
lia. Ad hoc dicitur, ꝙ auctor in dubio
procedit ſecundum opinionem tenen-
tem, ꝙ conceptus ſint tantum obiecti-
uè in anima: ſecundum quam opi. uide-
tur dicendum:quòd termini incomplexi
ſimiliter complexa non ſint actus intel-
lectus,ſed obiecta eorum:& ſecundum il
lam eſt hæc imaginatio, ꝙ alia eſt ratio
complexi: alia ratio terminorum ſimpli
cium:& ſic complexum mentale non eſt
quid aggregatū obiectiuè ex diuerſis ra
tionibus: ſed intelligitur quoddam ſim-
plex obiectum in ſe: complexum autem
repræſentatiuè: ut gratia exempli. Si il
la uox puta a, imponeretur ad ſignifi-
candum tantum,quantum illa propoſi-
tio:homo eſt animal: a eſſet ſecundum
ſe ſimplex qualitas:tamen repræſentati-
uè eſſet complexa:quia ſignificaret cō-
plexè propoſitionaliter. Ita uidetur mi-
hi ſecundum iſtam opinionem, ſi ſaltem
rectè eam capio:quia non eſt opi. mea:
nec eam plenè intelligo: & ſic poteſt in
telligi,quod auctor dicit. Sed ſecundum
opi. propriam dico,ꝙ notitia apprǽhen
ſiua nihil aliud eſt,q̃ actus intelligendi,
qui & conceptus dicitur: extendendo
nomen conceptus ad ſyncathegorema
ta. Et ille actus intelligendi eſt naturalis
ſimilitudo:non eſt eſſendo, ſed repræ-

ſentando, cuius obiectum non eſt aliquid fictum in anima: ſed res ſignificata extra animam: niſi forte conceptus ſignificaret actum, uel habitum potentiæ cognitiuæ ¶ Conſequenter ſicut uocalis propoſitio, uel ſcripta realiter componitur, ſeu aggregatur ex terminis uocalibus, & ſcriptis: qui dicuntur ſubiectum, prædicatum, & copula. Ita & propoſitio mẽtalis realiter componitur ex diſtinctis actibus intelligendi, qui ſunt qualitates realiter diſtinctè: & dicuntur conceptus, quorũ unus correſpondet ſubiecto uocali: alius prædicato uocali: & alius copulæ. Et tam complexum illud, quàm pars eius ſunt notitiæ appræhenſiuæ. Notitia uerò adhæſiua, uel iudicatiua eſt alia qualitas mentis realiter diſtincta a dictis notitijs apprehenſiuis .i. ab ipſa propoſitione. & quolibet termino propoſitionis, cuius notitiæ iudicatiuæ apprehenſiua eſt obiectum immediatum: quia anima per aſſenſum tendit in illud complexum propoſitionale: credendo illam cogitationem propoſitionalem eſſe ueram: & per eam tendit in rem credendo eam ſic ſe habere, ut propoſitio ſignificat, & hoc concordat cõmuni diſtinctioni ſcibilis, propinqui, & remoti, ſeu remotisſimi. ¶ Et tunc planè intelligit. quomodo illæ notitiæ poſſunt ſeparari: priores .i. a poſterioribus, & non econuerſo. Hoc eſt termini, ſeu cõceptus ſimplices a propoſitione ſicut pars a ſuo toto, & propoſitio a notitia iudicatiua. propoſitio autem ab extremis ſeparari non poteſt: quia implicat totum ſeparari a ſuis partibus. ¶ Sed de actu iudicatiuo: quia ſimpliciter eſt alia qualitas a notitia appræhenſiua: & non eſt pars eius: non uideo, quin per potentiam diuinã posſit ſeparari a notitia appræhenſiua .i. a propoſitione, cuius eſt. Quia etſi appræhenſiua habet ſe, ut cauſa eſſentialis reſpectu notitiæ iudicatiuæ: quia tamen eſt cauſa extrinſeca: deus poteſt eius cauſalitatẽ ſupplere: & ita produceret conſeruare actum iudicatiuum: ſiue uel deſtructo actu appræhenſiuo.

Replica ¶ Si dicitur: implicat aſſenſum eſſe, & non eſſe illud, cui aſſentitur: quia ſequitur bene. habeo aſſenſum: ergo aſſentio alicui: & ſi non eſt notitia appræhenſiua: nihil eſt, cui aſſentio: & ſic ſimul ſtarent. aſſentio alicui: & nulli aſſentio: q̃d includit cõtradictionem. ¶ Poteſt dici: ꝙ illa qualitas, quæ eſt realiter actus iudicatiuus: poteſt conſeruari a deo in intellectu: abſque hoc, ꝙ per eam intellectus feratur in obiectum. Et ideo non ſequitur: habeo aſſenſum .i. qualitatẽ ſeu rem illam, quæ eſt aſſenſus: ergo aſſentio alicui. ¶ Et ſi dicis: aſſenſus eſt qualitas mentis, qua tenditur credendo in uerũ. uel apparens uerum: ergo ſequitur, a diffinito ad diffinitionem habeo aſſenſum: ergo tendo in uerum. ergo uerum eſt, cui aſſentio. ¶ Dicendum: ꝙ nomen aſſenſus poteſt capi dupliciter. Vno modò abſolutè: ut ſignificat qualitatem iſtã nihil connotando: ſicut albedo quandoque capitur abſolutè: quandoque connotatiuè: ut ſignificat qualitatem iſtam connotando tendentiam per eam in obiectum. ſ. uerum: capiendo aſſenſum: abſolutè, non ſequitur: habeo aſſenſum: ergo alicui aſſentio. Si capitur connotatiuè, bene ſequitur. Sed tunc dicitur, ꝙ deſtructa tendentia in obiectum: & ſeruata re illa ſine qualitate, quæ fuit aſſenſus: qualitas quædem manet. Sed nõ dicitur aſſenſus, eo ꝙ deficit cõnotatum, & ſic adhuc uerum eſt, ꝙ aſſenſus, ſeu actus iudicatiuus poteſt ſeparari, ab actu appræhenſiuo. Sed tunc non manet denominatiuè aſſenſus: ſicut ſi bipedale cõdenſetur ad pedalitatem: manet quædam res, quę fuit bipedalis: ſed perdit nomen bipedalitatis.

Aſsẽſus dupliciter capitur.

Dub. 2. ¶ Dubium ſecundum: quomodo intelligendum eſt, quod dicit auctor hic & diſt. ij. q. vij. & in ij. q. prologi, ꝙ res prædicantur, & ſubijciuntur: ut etiam res diſtinguitur contra ſignum, & conceptum habentem eſſe obiectiuum. Ad quid denique in deſcriptione propoſitionis per ſe notæ artic. j. præſentis q. terminos multiplicat dicendo ex notitia rei, uel rerum, aut terminorum. Item in deſcriptione notitiæ euidentis ibidem. Item diſtinct. iij. quęſt. iiij. notificando propoſitionẽ per ſe notam: & quæſt. ij. prologi dicit: ꝙ

N Q̃uo res p̃dicantur, & ſubijciũtur.



illa. Deus eſt. quã de facto habemus: nõ eſt per ſe nota: ſecus de illa, quã format beatus, annectens rationẽ: quia appræhendẽs illos terminos, quos format beatus neceſſariò aſſentit: q̃a ibi prædicatũ eſſentia de eſſentia in ſe. Et iterũ in eadẽ q. ij. prologi. Nos inquit, pro ſtatu illo nõ poſſumus habere talẽ propoſitionem, ſicut nec terminos eius: quia in noſtra p̃dicatur cõceptus: in alia diuina eſſentia in ſe: quid ergo uenit nomine terminus, aut res, aut ſignũ ut diſtinguitũ contra rem. ¶ Ad illud pro captu meo r̃ndeo, prout intelligo: quia hunc modũ loquendi doc. nõ accepto: quia ſubijci, & p̃dicari, & eſſe terminum attribuatur rei niſi ſignificatiuè: imo ipſemet do. ab eo recedit in hoc primo, & in quodlibetis. Recito ergo uerba ſua, q̃ dicit ſe ſe exponendo. q. ij. prologi: ait ſic. Quod dr̃ de p̃dicatione rei in diuinis: debet intelligi ſecundũ illã opi. q̃ ponit, ꝙ intellectio non eſt ſubiectũ, nec prædicatum p̃poſitionis: ſed obiectũ intellectionis, q̃ reputo proprobabilem. Secũdum aliã uerò, quam etiam reputo probabilem: ſcilicet, ꝙ omne ſubiectum propoſitionis mentalis eſt intellectio, uel aliqua qualitas inhærens menti: debet dici: ꝙ propoſitio, quam format beatus de deo, non componitur ex re; ſed intentione diſtincta &c. hæc ille.

¶ Ex illo dicto uidetur poſſe ſumi: ꝙ ſubijci, & prædicari & eſſe terminum propoſitionis attribuitur rei realiter non ſolum in eſſe obiectiuo. Vnde ait. quæſtio. ix. prologi. in artic. reſponſiuo ad quæſtionem iuxta principium. Subiectum eſt illud, pro quo ſupponitur: quod eſt aliquod ſingulare &c. Ex quo ſumi poteſt: quod ſubiectum, & prædicatum ſecundum hanc opinionem ſumuntur participialiter. Patet clarè ex diuiſione, quam format. quæſt. præſenti, articu. v. cum inquit. Prædicabilium de deo aliqui eſt uera res extra animam: ſecundum unam opinio. quia quicquid poteſt intellectus intelligere, poteſt & componere. Aliud prædicabile eſt tantum conceptus habens eſſe obiectiuum: ecce membra oppoſita. Idem loquitur. q. ij. prologi. Et hoc ſcd̃m unã opinionem, quæ tenet, ꝙ res posſit prædicari: quam communiter proſequitur in hoc primò, ſecundum quam etiam plura ſua dicta: quorum aliqua nunc tacta ſunt: neceſſariò ueniunt intelligenda: ſtante illa ueritate: ꝙ res posſit prædicari, & ſubijci ad ſenſum tactum, & in eſſe reali, & in eſſe obiectiuo. ¶ Secundum aliam uerò opi. quam etiam probabilem reputat, & tandem aſſumit prima penitus dimiſſa: dici poteſt, ꝙ ſubijci prædicari, & eſſe terminum. Item eſſe complexum, & incomplexum, ſignorum eſt: ut ſignũ diſtinguitur contra terminum. Exiſtimo tamẽ, ꝙ doctor cum frequenter utitur duplici modo loquendi: conformando ſe modo loquendi illorum, quorum recitat opi. cum dicit rem prædicari, aut ſubijci: aut terminum propoſitionis eſſe eſſentiam &c. Per rem nihil aliud intelligit, niſi conceptum diſtinctum rei: & per conceptum, cõceptum indiſtinctũ: & ita ſicut nos non poſſumus intuitiuè uidere deum: ita nec poſſumus habere conceptum diſtinctum dei in uia: ſecus de beato, qui uidendo deum facie ad faciem habet conceptum diſtinctum dei. Et ita format aliam propoſitionem: & alios habet terminos p̃poſitionis: quia res terminans ſuam cognitionẽ eſt deus in ſe clarè uiſus: & cognitio dei, ſeu conceptus, quem format: eſt clara dei cognitio. de hoc infra diſtin. iij. q. iiij. in dubio unico huius collect. ¶ Sic utique oportet intelligere dictum ſuũ ſuperius allegatum. q. ij. prologi: cũ inquit. Pro ſtatu illo non poſſumus habere talem propoſitionem: ſicut nec terminos eius, quia in noſtra prædicatur conceptus: in alia diuina eſſentia in ſe: hoc eſt extrema noſtræ mentalis propoſitionis ſunt conceptus communes. Extremum propoſitionis, quam format beatus. ſunt conceptus diſtincti: & termini .i. res terminantes illas cognitiones, aut conceptiones: etiam non ſunt idem: quia beatus clarè uidet deum: non ſic uiator. Itaque obiecta terminantia cognitiones termini dicun-

tur. ¶ Item ut patebit. q. ij. prologi. de re
non ſenſata nõ poſſumus habere diſtin-
ctam notitiam pro ſtatu illo, paucis dem
ptis. Et quia ad formandum conceptum
rei in ſe, requiritur rei præſentia, quę
intellectum mouet obiectiuè: ideo lo-
co conceptus diſtincti principalis, uel
ſubijcibilis: frequenter dicit rem in ſe
prædicari, uel ſubijci: eo ꝙ res in ſe eſt
cauſa partialis talis conceptus diſtincti.
Ex illo ſatis patet: quomodo beati alias
formant propoſitiones de deo: & alios
habent terminos, q̃ nos: quia alias habẽt
cognitiones de deo: diſtinctas ſcilicet,
ex quibus formãt propoſitiones: in qui
bus ſubijcitur deus in ſe. i. cõceptus pro
prius, & diſtinctus dei &c. Et alios ha-
bent terminos actiuè concurrentes ad
huiuſmodi conceptiones intellectiuas,
ſcilicet deum clarè uiſum. Nos autem
pro ſtatu uiæ deum non uidemus intui
tiuè: ex conſequenti nec cognitionem
diſtinctam dei habere poſſumus: & ita
alias formamus propoſitiones ab eis. Ita
ſuo modo poſſet dici in creaturis, cũ for
mamus propoſitiones de re intuitiuè co
gnita: uel cũ ſolum abſtractiuè rem co-
gnoſcimus. Item de re ſenſata, uel non
ſenſata &c ꝙ ſunt aliæ, & aliæ propõſi
tiones, & alij termini, ut quibuſdam pla
cet. Item uidetur: ꝙ doc. teneat, ꝙ ſen
ſus ſolũ cognoſcat abſtractiuè, non con
cretiuè. Vnde inquit. q. ij. diſt. iij. Nul-
la ſubſtantia corporea exterior poteſt a
nobis in ſe naturaliter cognoſci: & ſe-
cundum hoc etiam ſæpe opus eſt dicta
ſua moderari. & ita habetur duplex mo
dus loquendi. Vel ꝙ ſubijci, & prædica
ri eſt rerum, & ſimiliter eſſe terminum:
& hoc in eſſe reali, uel obiectiuo: uel eſt
ſignorum. Item ꝙ res dicitur ſubijci,
aut prædicari in ſe: quia cognitio diſtin
cta rei eſt ſubiectum, aut prædicatum:
quæ haberi non poteſt de re non ſenſa-
ta cum moderamine explicando. q. ij.

¶ Et ſi quæritur, ad quid terminatur ille
actus intelligendi, uel cognitio. Reſpon
detur ut infra q. vij prologi in litera D.
Item q. viij. diſt. ij. multa reperies ad pro
poſitum ualentia fere totam quæſtionẽ
uide ad illud diſt. iij. q. iiij. aut iij. huius
collec. ¶ Ex hoc nunc claret: quid ue-
niat nomine ſubiecti, prędicati, termini,
complexum, incomplexum: ſecundum
aliam, & aliam opinionem. uide ad hoc.
q. ix. prologi. in reſponſione ad quæſitũ
iuxta principium. Dicuntur ergo res ad
extra termini: quia ſunt obiecta termi-
norum. i. conceptuũ in eſſe obiectiuo ſe
cundum ueram opin. uel quia mediatè,
aut immediatè terminãt cognitionem.

O
Quid ueniat nomine ſubiecti prædicati, termini &c.

Sic complexum, & incomplexum dicũ-
tur ſecundum unam opinionem non co
gnitiones complexè, aut incomplexè:
ſed obiecta cognitionum immediata: er
go frequenter loquitur doc. cognitio
complexi aut incomplexi: tranſitiuè, nõ
intranſitiuè: & non dicit cognitio com
plexa, uel incomplexa. Item ſumit quã
doque conceptus participialiter pro ob
iecto cõceptionis immediato: ſic de ſub-
iecto, & prędicato ſuo modo dicendum
ſecundum illam opin. Siquidem intelle-
ctus noſter uidens rem extra fingit in ſe
eius ſimilitudinem: quæ eſt talis in eſſe
ſubiectiuo: qualis eſt res in eſſe ſubiecti-
uo, a qua fingitur: ut latè deducit doct.
diſt. ij q. viij. ſui primi: & illud fictum eſt
immediatum obiectum actus intelligen
di, ad quod actus intelligendi immedia-
tè terminatur. Vnde habent ſic imagi-
nantes ponere duplex obiectum termi-
nans actum intelligendi. Quoddam ob
iectum ultimatè terminat: in quo, ſcili-
cet intellectus quieſcit ſuo actu non ten
dendo ultra in aliud, & poteſt dici obie-
ctum mouens: quod pſupponitur actui,
& eſt cauſa partialis cognitionis ſecun-
dum Aug. Siquidem ſecundum eundem
a cognoſcente, & cognito paritur co-
gnitio. Aliud eſt obiectum immediatè
terminans: quod eſt quaſi medium quod
dam, quo intellectus noſter tendit in rẽ
ſiue in obiectum ultimatum: & id obie-
ctum non mouet ad formationẽ actus
intelligendi: ſed per actum intelligendi
conſtituitur in eſſe ſuo obiectiuo: nec
præcedit actum intelligendi: ſed natura
liter ſequitur non tempore: quia eius eſ
ſe non eſt niſi intelligi. Et ita eo ꝙ actus
intelligendi eſt, intelligitur hoc fictum:
& hoc intelligi eſt ſuum eſſe obiectiuũ.
De hoc



De hoc latius. infra diſt. ij. q. viij. Iſtud
etiam fictum propter ſimilitudinem re-
præſentatiuam, quam habet cum re, un
de fingitur, ſupponit pro ea. ¶ Alij ue
rò negantes huiuſmodi ficta, dicunt in-
tellectum, ſiue potentiam cognitiuã im
mediatè ferri in rem: ſumentes nomen
conceptus non participialiter: ut eſt ob
iectum cognitionis. Item complexum,
& incomplexum, nõ ut ſunt obiecta eo
rum: ſed nominaliter, pro qualitate illa,
quæ eſt in anima realiter. Et complexũ,
uel incomplexum pro actu intelligendi
complexo, ſi eſt mentale, de quo hic ſer
mo. Sic ſæpe quærit doct. ſecundum il-
lam opi. de fictis: an primum cognitum
a nobis ſit uniuerſale &c. quod alij dicũt
an prima cognitio ſit uniuerſalis. &c.
Cognitum enim ſecũdum primam opi.
de fictis nominat obiectum cognitum
immediatũ: quod intellectus abſtraxit,
& finxit, non formauit. Cum ergo do
ctor utramq́; opin. reputat probabilem:
ergo ut utriq́; opi. ſatisfaciat terminos
congeminat. Verum eliciat prudens le
ctor quid ſibi ſecundum opi. ſuam, quam
amplecti nititur: ueniat dicendum. Et ſe
cundum hoc doct. rectè interpretetur.
¶ Pro dictis facit, quod habet doc. in ſo
lutione ſexti dubij per eum moti in ſcri
pto primo cum dicit. Notitiam intui-
tiuam, & iudicium ſequens diſtingui rea
liter: quia notitia intuitiua eſt reſpectu
incomplexi: iudicium reſpectu comple
xi, quod habet ueritatem, ut conceptus
habet eſſe obiectiuum. & ut complexum
pariter, & incomplexum non ſunt actus
intelligendi mentales: ſed obiecta actuũ
in eſſe obiectiuo. Vnde ſicut illi dicunt
notitiam intuitiuam eſſe reſpectu incõ
plexi: ita alij ſecundum aliam opi. dice-
re habent: ꝙ ſit notitia incomplexa & c.
¶ Item ꝙ per terminos res intelligãtur,
habetur ex quæſtione ſeq. artic. iij. cum
dicitur in doc. Qui diſtinctè intellige-
ret diuinam eſſentiam: & prædicaret eã
de ſeipſa: non poſſet dubitare de illa pro
poſitiõe: ſed nota eſſet ſibi ex terminis
i. ex uolitione rerũ terminantiũ cogni
tionẽ iſtã &c. inf. Illud mediũ demon-
ſtrandi aut erit res, aut conceptus rei.
Res uidelicet. i. conceptus diſtinctus ſe-
cundum aliquos: ſed ſecundum aliã opi.
ſecus dicendum &c. ¶ Tertium dubium
eſt contra illud, quod dictum fuit in ar
ticulo ſecundo notabili ij. ꝙ ſcilicet ea-
dem eſt notitia intuitiua, & abſtractiua.

Dub. 3.
Q
De notitia intuitiua, & abſtractiua.

Hoc uidetur falſum: cum notitia abſtra-
ctiua, de qua loquitur, ſit uniuerſalis: in-
tuitiua uerò ſingularis: quia ab ea inci-
pit experimentalis notitia: ut patuit. Tũ
quia nulla notitia eſt ſuiipſius obiectum:
alioquin coinciderẽt actus, & obiectum.
Reſpondetur, conceſſo: ꝙ illa abſtracti-
ua, de qua loquitur, eſt uniuerſalis, &
intuitiua ſingularis: auctor nihil aliud
uult: niſi ꝙ tale uniuerſale, quod habet
eſſe reale in anima: poteſt intuitiuè co-
gnoſci. Et exprimit hoc ſuum dictum
forè intelligendum: ſuppoſita illa opin.
de conceptibus, ꝙ habent eſſe ſubiecti-
uum. Poſſum enim euidenter ſcire me
aſſentire huic: omnis homo eſt animal,
& per conſequens: ſcire me habere con-
ceptum communem hominis, & ani-
malis: ad quam notitiam me mouet ille
conceptus uniuerſalis: ſicut obiectum:
attamen illa cognitio uniuerſalis, quæ
eſt in mente: non eſt notitia intuitiua
ſeipſa formaliter, & intuitiuè repræſen-
tans: ſed per ſubordinationem, quia ſub
ordinatur notitiæ intuitiuæ: non enim
ſolum uox: uel ſcriptum ſubordinatur
conceptui: ſed etiam conceptus conce-
ptui, ut patet de conceptu uocis homo,
non ultimato, qui ſubordinatur conce-
ptui ſpecifico hominis. Quia ergo con
ceptus uniuerſalis, qui poteſt intuitiuè
cognoſci, eſt notitia: quia ſignum men
tale: ideo eſt ſimul notitia abſtractiua
ſeipſo formaliter ſignificando: & eſt in-
tuitiua per ſubordinationem ad notitiã
ſingularem, quæ eſt naturalis ſimilitudo
talis conceptus. Patet ergo: ꝙ eadẽ noti
tia poteſt eſſe intuitiua, & abſtractiua: li
cet æquiuocè. ¶ Ad aliud patuit ſupra;
q̃ꝛo per actum reflexũ actus intellectus
poſſunt cognoſci. ar. ij. no. iij. Intelligit
enim intellectus actus ſuos cognitio-
ne reflexa largè accepta: & eſt ſtatus in
prima cognitione reflexa: ut deducit
Ockam in ſuo quarto dubio in ſcripto

primo. Siquidem illa intellectio pro ſtatu iſto impedit ſecundam intuitionem: non ſimpliciter. Sed quia principalitas primæ intellectionis reflexę non ſufficit ad ſecundam intellectiõnem, cuius cauſa poni poteſt natura rei: quia experimur tale impedimẽtum in nobis cauſari &c.

Dub. 4. R an quicquã cognoſcatur per notitiã intuitiuam.

¶ Dubitatur quartò circa hoc, quod dicit doct. ꝙ nihil cognoſcitur per notitiam intuitiuam: quod non cognoſcatꝰ ſub eadem ratione per notitiam abſtractiuam. An notitia intuitiua, & abſtractiua eiuſdem obiecti ſint ſynonymæ. Et uidetur, ꝙ ſic: quia notitię ſynonymę ſunt, quæ ſignificant idem præciſè, & eodem modo: tales ſunt notitiæ intuitiua, & abſtractiua eiuſdem obiecti: ergo. Minor patet: quia ſub quacunque ratione res intuitiuè cognoſcitur: ſub eadem ẽt cognoſcitur abſtractiuè: quod probat auctor: & ita ſignificant idem, & eodẽ modò. Quia ſi aliquo modo intuitiua ſignificaret, quo abſtractiua non ſignificat, tũc res ſub illa ratione intuitiuè cognoſceretur, ſub qua illa non poſſet cognoſci abſtractiuè: cuius oppoſitum dicit auctor. ¶ Si dicis intuitiua cognitione cognoſcitur exiſtentia rei: & illa non cognoſcitur notitia abſtractiua. Contra exiſtentia rei etiam cognoſcitur abſtractiuè: quia poſſum appræhendere, ſiue cogitare obiectum exiſtere & tamen dubitare, an exiſtat, uel non: & huiuſmodi apprehenſio non eſt per notitiam intuitiuam: ergò abſtractiuam. Præterea intuitiua poteſt eſſe obiecti non exiſtẽtis, ut probat auctor. ¶ Quòd uerò nõ ſint ſynonymæ: probatur: quia notitiæ ſynonymæ ſolum numero differunt. Habet etiam eoſdem effectus quantum ad obiecti cognitionem: quia eodem modo repræſentant obiectum. Sed notitia intuitiua, & abſtractiua differunt ſpecie. Et intuitiua cauſat notitiam euidentem propoſitionis prædicãtis exiſtere de ſuo obiecto: quod non poteſt abſtractiua: ergo nõ ſunt ſynonymæ. Sine piudicio meliꝰ ſentientium uidetur dicendum: ꝙ iſtæ notitiæ ſunt ſynonymę propter rationes tactas. Ad rationem in contrarium dicitur: ꝙ non oportet notitias ſynonymas eſſe eiuſdem ſpeciei: ſicut patet de uoce, & conceptu ſibi correſpondente. Similiter de conceptibus ſibi ſubordinatis in ſignificando, qui differunt ſpecie: alias neuter alteri ſubordinaretꝰ: & ſunt ſynonymi: quia ſubordinati: nec eſt de ratione notitiarum ſynonymarũ, ꝙ poſſint cauſare eaſdem notitias: ſed ꝙ habeant idem obiectum præciſè ſub eadem ratione: quod eſt ſignificare idẽ, & eodem modo. Vnde autem conſurgat differentia ſpecifica ſi nõ ex modo ſignificandi earum: ſatis oſtẽdit auctor.

Dub. 5. S De notitia intuitiua rei non exiſtentis.

¶ Quintum dubium eſt de notitia intuitiua rei non exiſtentis conſeruata, uel producta a deo ſupernaturaliter. Occurrit enim dubium. An per huiuſmodi notitiam poſſit euidenter cognoſci res nõ eſſe, quando non eſt: hoc frequenter dictum eſt in doc. ſed non probatum: nec per experientiam notum: uidetur ſic poſſe probari: ſit gratia exempli a, notitia intuitiua perfecta rei nõ exiſtentis, producta, uel conſeruata a deo: per illã poterit ſciri euidenter aliqua contingens de ſuo obiecto. Alioquin non eſſet notitia intiuitiua: ſed abſtractiua. Et nõ poteſt ſciri de obiecto, ꝙ ſit: quia illa eſt falſa: falſum aũt non poteſt ſciri, nec euidenter cognoſci: ergo per eam ſcitur, ꝙ obiectum non eſt. ¶ Si dicis: ſufficit, ꝙ poſſit eſſe cauſa euidentiæ cõtingentis alicuius prædicantis eſſe de ſuo obiecto: ſtante communi ordine naturæ: nunc autem ſupra naturam eſt, ꝙ maneat notitia intuitiua corrupto ſuo obiecto. ¶ Contra per hoc; ꝙ notitia intuitiua ſupernaturaliter producitur, aut conſeruatur: non tollitur eius naturalis actio, ſeu proprietas, uel uirtus: ut ſi oculus in cæco nato ſupernaturaliter producitur: nihilominus per oculum iſtum cæcus naturaliter uideret.

Analogia.

Item licet accidentia in ſacramento altaris ſupernaturaliter conſeruentur ſine ſubiecto: nõ adhuc conueniunt eis naturales actiones: in calefaciendo frigefaciendo: & ſenſationes inſenſibilibus cauſando &c. ergo licet intuitiua notitia ſupernaturaliter conſeruetur obiecto non exiſtente: nihilominus conuenit ſibi naturalis ſua operatio, quæ eſt cauſare euidentem notitiam contingentis ſignificantis ſuũ obiectum eſſe, uel non eſſe. ¶ Item deus poteſt mihi infundere notitiã, per quam euidenter ſcio antichriſtum non eſſe: & illa erit intuitiua ex diffinitione notitiæ intuitiuæ: & tamen erit rei non exiſtentis. ¶ Item deus poteſt mihi infundere notitiam incomplexã alicuius ſingularis: & eam cõſeruare, per quam poſſum euidenter ſcire omnem habitudinẽ talis ſingularis, qualitercũque mutetur: & talis cauſabit notitiam euidentẽ complexi ſignificantis rem eſſe; quando eſt: & etiam complexi ſignificãtis non eſſe, quando non eſt: & ita fortè dicere oporter eos, qui dicunt angelos cognoſcere per ſpecies concreatas, & non per notitiam de nouo a rebus receptã, &c. quia uel Gabriel habet unam ſpeciem de Petro, per quam cognoſcit omnem eius habitudinem: aut ſingularum habitudinum habet ſingulas ſpecies concreatas. Si primum: habetur propoſitum, quòd per eandem ſpeciem cognoſcit Petrum eſſe hominem: & poſtea non eſſe hominem: ergo etiam per eandem cognitionem: quia eſt par ratio. Et actus cognoſcendi non uariatur niſi ad uariationem ſpecierum: ſecundum ſic loquentes. Si ſecundum: cum uariationes infinitæ poſſunt fieri circa Petrum: ſequitur, ꝙ infinitæ ſpecies Petrum repręſentantes eſſent ſibi concreatæ: quod eſt abſurdum. ¶ Item ſecundum Scot. eadẽ eſt cognitio intuitiua: qua cognoſco uerbum, & creaturas in uerbo; quæ propter uariationem creaturarum non uariatur, & per conſequens per illam cognoſcitur res eſſe, quando eſt, & non eſſe, quando non eſt. ¶ Item deus eodem actu intelligendi æterno, & immutabili intuitiuè cognoſcit omnia tam exiſtentia, quàm non exiſtentia: & exiſtentia eſſe, quando ſunt, & eadem nõ eſſe quando corrupta ſunt: ergo non uidetur impoſſibile in creaturis: eo ꝙ cognoſcere, & intelligere uniuocè, & ſecũdũ propriã rationẽ cõuenit deo, & creaturis. Hæ rationes etſi nõ demõſtrant, uidetur tamen multum apparentes. &c.



## QVAESTIO. II.

A Vtrum notitia ueritatũ theolo. ſit ſcientia propriè dicta.

VTRVM notitia euidens ueritatum theologicarum ſit ſcientia propriè dicta. ¶ Quæſtio illa mouetur ex eo: quia enim ex pręcedenti q. claret: ꝙ multæ ueritates purè theologicæ poſſunt euidenter cognoſci per diuinam potentiam. Quæritur ergo: utrum notitia euidens huiuſmodi ueritatum theologicarũ ſit ſcientia propriè dicta. Et ideo ab aliquibus non habetur ut ſpecialis quæſtio: ſed ut pars annexa primæ quæſtioni principali. ¶ Quæſtio hæc tres habet articulos. Primus declarat, quid eſt propoſitio ſcibilis. Secundus, quæ eſt ſcientia propriè dicta. Tertius: præmiſsis quibuſdam notabilibus, & ſuppoſitionibus, reſpondet ad quæſtionem.

Arti. 1. Nota. 1 Propõ ſcibilis.

¶ Cica articulum primum notat doct. ꝙ propoſitio ſcibilis ſcientia propriè dicta: eſt propoſitio neceſſaria dubitabilis nata fieri euidens per propoſitiones neceſſarias: euidenter per diſcurſum ſyllogiſticũ ad eã applicatas. De quo inf. tract. diſt. iij. q. iiij. Breuius ſic. Eſt ꝓpoſitio neceſſaria dubitabilis, ac demonſtra. Ecce cõditiones tres reqſitas ad propoſitionem ſcibilem. Per primam excluditꝰ propoſitio contingens: per ſecundam propoſitio per ſe nota: per tertiam principium notum per experientiam. Contra illa dicta doctor ponit inſtantias, & ſoluit eas.

Demonſtratio tripliciter.

¶ Pro quarum intellectu breuiter notat: ꝙ demonſtratio accipitur tripliciter. Largiſsimè pro quolibet ſyllogiſmo ex neceſſarijs. Largè pro ſyllogiſmo, ex neceſſarijs prioribus concluſione: non curando an propoſitio ſit per ſe nota, an dubitabilis. Et iſtis duobus modis propoſitio per ſe nota eſt demonſtrabilis. Strictè, & propriè, pro ſyllogiſmo faciente ſcire: hoc eſt pro ſyllogiſmo, cuius præmiſſæ ſunt neceſſariæ, natæ cauſare notitiam adhæſiuam concluſionis.

Nota. 2 B

¶ Secundò notandum: ꝙ propoſitiones demõſtrabiles ſunt duplices. Quædam ſunt reſolubiles in principia ꝑ ſe nota. Quædam in principia nota per experientiam. Dicitur autem concluſio-

reſolui in principia:dum concluſio pro
batur per principia. Nec eſt idem pro
poſitio per ſe nota,& propoſitio imme-
diata.i. indemonſtrabilis. Multa enim
ſunt principia prima indemonſtrabilia,
& immediata :& tamen nō per ſe nota:
ſed per experientiam : ad quod adducit
Arti. 2. auctoritatem beati Auguſt. ¶ Circa ar-
C ticulum ſecundum notat,quid ſit ſcien-
Sciētia tia propriè dicta. Eſt autem ſcientia no
quid ē. titia euidēs ueri neceſſarij nata cauſari
per præmiſſas applicatas ad ipſum per di
ſcurſum ſyllogiſticum. ¶ Breuius poſſet
diffiniri correſpondenter ad propoſi-
tionem ſcibilem. Pro quorum intelle-
ctu plura adducit præmiſſa declaratione
ſingularū clauſularum ſcientiæ propriè
dictæ. Primò:ꝙ notitia concluſionis ac
quiſita per demonſtrationem, & per ex
perientiam, ſunt eiuſdem ſpeciei : quia
mutuò ſe intendunt. Non autē poteſt
fieri unio graduum diuerſarum ſpecierū:
ut patet. infra diſt. xvij. ex deſcriptio-
ne intentionis:quia eſt pluriū graduum
eiuſdem ſpeciei &c. ¶ Secundò, ꝙ ali-
quorum principiorum , & cōcluſionum
notitia habetur per experientiam, & de
monſtrationem ſimul. Sed aliquarū con
cluſionum ſcientia habetur ſolum per
demonſtrationem. poteſt dari exem-
plum de primo : de ſenſu,& intellectu,
qui aliquo modo conueniunt & ali-
quo modo differunt. ¶ Tertiò: ꝙ ex ue
ro contingenti cauſatur ſcientia neceſ-
ſarij non demonſtratiuè,ſed experimen
taliter. hoc eſt ſecundum philoſophum:
neceſſarium nō poteſt demonſtrari per
contingens tamquam per premiſſam ali
quam in demonſtratione:tamen per no
titiam euidentem unius contingentis,
& unius neceſſarij:non diſpoſitis in mo
do, & figura :poteſt accipi notitia eui-
dens concluſionis demonſtrabilis . ſicut
hæc herba ſanat:ergo omnis herba eiuſ-
dem ſpeciei ſanat. Conſequentia tenet
per medium non intrinſecum.i.conſti-
tutum ex terminis illarum premiſſarū :
ſiue quod tenet non uirtute illius ſyllo-
giſmi: ſed tenet per medium extrinſecū,
ſcilicet per illud medium: omnia agenti
eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ ſunt effe-
ctiua eiuſdem rationis cæteris paribus . Princi-
Et ad hoc principium artis , uel ſcientiæ pium.
habendum,quandoq; ſufficit unum ex-
perimētum:dum.ſ.ſubijcitur ſpecies ſpe
cialiſſima. Quandoque requiruntur plu
ra:dum ſubijcitur aliquod commune:qa
tunc requiruntur plura experimenta:pu
ta de quolibet ſingulari contento ſub
eo. Exemplum primi:ad ſciendum illam:
ōmnis calor eſt calefactiuus:ſufficit ha-
bere experimentum:ꝙ ille calor calefa-
cit,& ille:& ille &c. Exemplum ſecundi.
Omnis actus eſt generatiuus habitus :
hic requiritur experimentum de quoli-
bet ſingulari cuiuſcumque ſpeciei:utpu
ta,ꝙ actus concluſionis eſt generatiuus
habitus,& actus principij ſimiliter &c.
Et hoc eſt uerum, quando tale princi-
pium præcisè acquiritur per experien-
tiam:quia ſi potentiam per rationem ac D
quiri,ſecus eſt. ¶ Quartò notat:ꝙ ſcien
tia quia,& propter quid,dupliciter acci
piuntur, & eſt ſatis planum. ¶ Quintò
conſiderandum eſt , ꝙ doct. ſcientiam
propriè dictam non accipit,ut diſtinguit
contra artem,uel prudentiā: ſed gene-
ralius:ut extendit ſe ad habitum ſpecu -
latiuum,& practicum:diſtinguitur autē
contra intellectum, qui eſt habitus prin
cipij: ſapientiam , quæ ſecundum eum
eſt intellectus , & ſcientia.i. habitus to- Arti. 3.
tius demonſtrationis. ¶ Articulus ter- E
tius:pro intellectu clariori dictorum, &
multorum, quæ ſequuntur,ſunt hic ali-
qua generalia notanda,& ſupponēda po
ſterius ſuis locis probanda:licetiam ali-
qua tacta ſint. ¶ Primum:ꝙ hic ſcien-
tia accipitur pro notitia adheſiua ꝑ de-
mōſtrationem acquiſita,uel acquiſibili :
ſiue ſit actualis,uel habitualis.de hoc ar
ticulo ſecundo præſentis quæſtionis ali Demon
quid patuit. ¶ Secundum demonſtratio ſtratio.
eſt ſyllogiſmus procedens ex præmiſſis
neceſſarijs natis generare euidētem no
titiam concluſionis. ¶ Ex quo ſequitur:
ꝙ in omni demonſtratione præmiſſæ
ſunt notiores concluſiones : alias non
ſufficerent generare euidentem noti-
tiam concluſionis. ¶ Illa autem conclu
ſio eſt demonſtrabilis , quæ non eſt im-
mediata:hoc eſt:ubi dabilis eſt terminis:
cui



cui prædicatum prius.i. notius cōuenit,
quam ſubiecto concluſionis: quia talis
terminus poteſt eſſe medium demon-
ſtrandi illius concluſionis. Exemplum :
homo eſt diſciplinabilis: datur mediū.ſ.
anima intellectiua , cui prius conuenit
hoc prædicatum diſciplinabile. Nam ho
mo:quia habet animam talem, eſt diſci
plinabilis. Sic calor mediat inter cale-
facere,& calefactiuum:accipiendo cale
factiuum pro ſubiecto habente in ſe ca-
lorem. Nam ſubiectum primum dicitur,
cui conuenit prædicatum omni alio cir
cumſcripto , & nulli alij illo circumſcri
F pto.de hoc.q.iij prologi. ¶ Tertiū quod
infra diſt. ij. & alijs pluribus planius oſtē
detur : & eius intellectus ſanus aperiet.
In deo nihil eſt realiter niſi eſſentia:re-
latio,& perſona ex eſſentia, & relatio-
ne conſtituta,& conſtitutum ex eſſen-
tia & ſpiratione actiua ſecundum modū
loquendi doct. & hæc omnia identifi-
cantur eſſentiæ. Ideo nulla in deo diſtin
guuntur eſſentialiter : quia omnia quæ
ſunt in deo:ſunt una & indiuiſibilis , &
Quō op ſimpliciſſima eſſentia. Relationes oppo
poſitæ ſitæ diſtinguuntur realiter inter ſe non
idē ſint ab eſſentia. Et ideo conſtituta per rela-
& diuer tiones oppoſitas( ſ.ſuppoſita,ſeu perſo
ſæ. næ)diſtinguuntur realiter. Nam ſem-
per tanta eſt diſtinctio conſtitutorum :
quanta principiorum conſtituentium .
Conſtituta ſimiliter & relationes for-
maliter diſtinguuntur ab eſſentia. Item
relationes formaliter diſtinguuntur a
conſtitutis per eas. Item relationes di
ſparatæ, ideſt non oppoſitæ : ſicut pa-
ternitas , & ſpiratio actio : ſimiliter fi
liatio , & ſpiratio actio formaliter tan
tum diſtinguuntur,& non realiter. Re-
latio etiam diſtinguitur realiter a cōſti-
tuto per relationem oppoſitam: ut pa-
ternitas a filio. Præter illa ſupradicta ,
nulla eſt diſtinctio in diuinis:unde cæte
ra quibuſcunque uocabulis nominētur :
ſunt idem omnibus modis. Et nec rea-
liter:nec ex natura rei:nec formaliter:
nec ratione diſtinguuntur:ut bonitas ſa
pientia,potentia,intellectus, uoluntas,
amor &c. In diuinis ēt nō eſt diſtinctio
rationis:oīa eīm quæ ibi ſunt: res & ſum
ma res ſunt:res autē non diſtinguit ra-
tione a re:ſicut nec rationes ut tales di
ſtinguuntur realiter a rationibus: ut inf. G
q.iij.diſt ij patebit. ¶ Quartū:ꝙ conce Conce
ptus deum,& naturā diuinā repręſentan pt⁹ deū
tes ſunt duplices:diſtincti & indiſtincti. repſen-
Diſtincti ſunt, qui repræſentant obie- tantes
ctum in ſe,& nihil aliud terminat huiuſ ſunt du
modi actus,ſeu conceptus intelligendi. plices.
Ita ꝙ nec eo cōceptu : nec aliqua parte
eius,aliquid aliud ab illa re intelligit. Et
tales ſunt cognitiones intuitiuæ, uel ab
ſtractiuæ ꝑſupponentes intuitiuas. Sed
cōceptus indiſtinctus eſt:qui non eſt rei
in ſe,& qui ſecundū ſe totū,uel eius par
tē repræſentat aliud ab ipſa re. Et dr̄ cō
ceptu rei in ſe,ad cuius formationē res
in propria præſentia obiectiuè mouet
intellectū,& hoc naturaliter loquēdo.
Vnde de nulla re nō ſenſata poſſumus
habere diſtinctam notitiā pro ſtatu illo,
exceptis quibuſdam actibus & paſſioni-
bus proprijs. Et illa cognitio dei diſtin-
cta ē pro ſtatu illo nobis impoſſibilis ꝑ
potentiā naturæ. ¶ Cōceptus indiſtincti
de deo ſunt duplices. Cōes & proprij.
Cōmunes deo & creaturæ & proprij cō
uenientes ſoli deo. Communium quidā
abſoluti:quidā connotatiui. Exēplum
primi. Coceptus entis: ſubſtantiæ,ſpūs,
ſapientiæ,iuſtitiæ,intellectus, uolunta-
tis &c.dūmodo præcisē important res il
las abſolutas:non connotando actū ſeu
aliquid aliud. Connotatiui duplices .ſ.
affirmatiui,& negatiui. Affirmatiui ut
productiuus,cōſeruatiuus, deſtructiuus.
Negatiui ut immortalis , incorporeus,
indiuiſibilis. ¶ Proprij ſunt duplices.ſ.ab
ſoluti & connotatiui . Proprij abſoluti
iterum ſunt duplices.ſ.ſimplices,& com
plexi. Abſoluti ſimplices hic in uia ha-
beri non poſſunt:ſed bene complexi ab
ſoluti ut ſubſtantia, eſſentia,iuſtitia, ſa
pientia&c. ¶ Proprij connotatiui ſim-
plices ut creatiuus : annihilatiuus : in-
finitum : æternum . ſunt etiam aliqui
proprij complexi. ¶ Quintò circa or- Nota.5
dinem horum conceptuum quantum H
ad eſſe magis , uel minus notum,con-
ſiderandum eſt , quòd conceptus di-
ſtincti ſunt priores,ideſt notiores reſpe-

ctu cuiuſcunque prędicati:quàm conce
ptus indiſtincti. Ita ꝙ omnis propoſitio
uera notior eſt,in qua ſubijcitur uel prę
dicatur cõceptus diſtinctus dei quacun-
que propoſitione ex conceptibus indi-
ſtinctis conſtituta. ¶ Inter conceptus
diſtinctos etiam eſt ordo reſpectu prædi
catorum de eis prædicabilium: quia per
prius.i. notius conuenit conceptui di-
ſtincto prædicatum quod prædicatur de
deo formaliter quàm , ꝙ ſolum de deo
prædicatur ſecundum prædicationem
identicam ut perſonalia, & notionalia.
Item perſona ſuppoſitum prius conue-
nit patri,aut filio, quã eſſentię. Et crea
re prius conuenit eſſentię q̃ perſonæ:
quia perſonæ ratione eſſentiæ cõuenit.
¶ Indiſtinctorum conceptuum etiã eſt
ordo:quia abſoluti magis communes ui
dentur priores abſolutis minus commu
nibus reſpectu cæterorum prædicatorũ:
& conceptus conuertibiles priores non
Cõclu. conuertibilibus. ¶ Ex illis poteſt colligi
hæc concluſio reſponſalis ad. q. Omnis
propoſitio neceſſaria in qua aliquid af
firmatur,uel negatur de deo dubitabilis
cuius prædicatur alicui alij termino
prius conuenit quàm ſubiecto talis pro
poſitionis: uel prius ab eo remouetur:
hæc & ſola talis eſt demonſtrabilis, &
ita eius notitia euidens eſt ſcientia pro
priè dicta. Hoc eſt omnis propoſitio de
deo, neceſſaria dubitabilis mediata eſt
Coro. 1 demonſtrabilis. ¶ Corollariũ. Nulla pro
I poſitio neceſſaria,cuius extrema ſunt
notitia diſtinctè dei eſt demonſtrabilis:
quia per ſe nota eſt. ¶ Corollarium ſe-
2 cundum. Nulla propoſitio neceſſa-
ria,cuius alterum extremum eſt cogni-
tio diſtincta dei,eſt demonſtrabilis:quia
3 per ſe nota. ¶ Corollarium tertium.
Propoſitionum cõſtitutarum ex cogni
tionibus indiſtinctis dei,quędam ſunt de
monſtrabiles.ſ. neceſſariæ, & mediatę:
quædam non,ut contingentes uel im-
mediatè. ¶ Huius ſpeculatio ſufficien-
ter colligitur ex concluſionibus doct: q̃
licet numero multæ ſunt: tñ in illis ſuf
Scotus ficiẽter habentꝰ. ¶ Ex qbus patet ꝙ opi.
taxatur Sc. q̃ auctor recitat & impugnat:in duo
bus deficit. Primò,quia non eſt talis or

do eſſentialium attributorũ notionaliũ
& reſpectiuorum ad extra: qualem ipſe
imaginatur nec ſtat principiũ ſuum. Se
cundum,eſto ꝙ eſſet talis ordo rationũ
in diuinis:propter quem una propoſitio
ex eis eſſet prior alia: non tñ una eſſet
demonſtrabilis per aliam. Tum quia illa
prioritas non ſufficeret ad demonſtra-
tionem. Tum quia omnes propoſitio-
nes conſtitutę ex rationibus diſtinctis
dei ſunt per ſe notę, & per conſequens
indemonſtrabiles &c.

## QVAESTIO. III.

VTRVM paſsio ſcibilis de A
aliqua ſcientia propriè dicta
diſtinguatur ab eo realiter.
¶ Hæc quæſtio:ſicut & præ-
cedens:ab aliquibus ponitur ut appendi
tium quoddam ad primam.q.principalẽ:
ita ꝙ duę pręcedentes cum illa tertia cõ
ſtituant unam principalem quęſtionem.
Verum ſiue ſit quæſtio principalis ſiue
non: non eſt curę dum conſtat de re: qa
tertio loco in ordine quæſtionum repe
ritur. Itaque recitata opinione.ſ. ꝙ paſ Paſsio.
ſio quæcunq: eſt realiter eadem cũ ſub-
iecto & ea impugnata,multiplex ponitꝰ
paſsionis acceptio, pro intellectu ter-
minorum. Accipitur enim quandoq; paſ
ſio realiter pro re quę alteri competit:
uel quæ dicitur alteri cõpetere: hoc eſt
pro forma inhærente. Alio modo logi
caliter, pro termino accidentaliter de
alio prædicabili. Poſſunt poni & aliæ ac
ceptiones: ſed illę nunc ſufficiũt ad no
ſtrum propoſitum. ¶ Hoc notabili præ-
miſſo eſt concluſio prima. Paſsio realis Cõcl. 1
diſtinguitur a ſuo ſubiecto. Probatur: qa B
oĩs forma inhærens, ſiue accidentalis,ſi
ue ſubſtãtialis diſtinguitꝰ a ſuo ſubiecto
cui inhæret:paſsio realis eſt huiuſmodi. Cõcl. 2
¶ Secunda concl. Omnis paſsio logica-
lis diſtinguitur a ſuo ſubiecto. Probatur:
quia paſsio logicalis (hoc eſt, terminus
accidentaliter de alio prædicabilis) con
notat ſuper ſuum ſubiectum: & p̄dicatur
de ſuo ſubiecto. Sed ſubiectũ non eſt idẽ
prædicato,ergo non eſt idem ſubiecto.



Cõc. 3. ¶ Tertia concl. Nihil quod ineſt alteri:
eſt idem ei cui ineſt: ſiue ineſſe dicat ine
xiſtentiam per inhæſionem realem: ſiue
inexiſtentiam per prędicationẽ:ita ꝙ in
Cõcl 4. eſſe ualet.i.affirmatiuè p̄dicari. ¶ Quar
ta concluſio. Paſsio tã realis q̃ logicalis
cum ſit diſtincta a ſuo ſubiecto: eſt ab
eo ſeparabilis. Patet illa concluſio: atta
men paſsio logicalis: quia nunq̃ uerè ne
gatur de ſuo ſubiecto ſecum conuertibi
li & ſupponente: ideo quandoq; dicitur
ab eo ſeparare non poſſe ad intellectũ
nunc datum &c. ¶ Si quæris,quõ paſsio
diſtinguitur a ſuo ſubiecto: dico ꝙ in uo
ce & ſcriptò diſtinguuntur realiter: nã
ille terminus riſibile, qui eſt paſsio ter-
mini homo, nõ eſt ille terminus hõ ſiue
uox ſiue ſcriptum dicatur. Si paſsio pro
termino mentali diſtinguitur a ſubiecto
realiter: ſuppoſito ꝙ conceptus habeat
eſſe ſubiectiuum in mente, & non tñ fi-
ctum,ſeu obiectiuum. Si uerò habet tm̃
eſſe obiectiuum,& non eſſe realiter: tũc
diſtinguuntur rõne, & non realiter: nec
ſunt idem realiter,paſsio.ſ. & id cuius ẽ
paſsio: quia non ſunt res quędã hoc mo
C do: ſed tm̃ rões. ¶ Attamen pro clario
Nota. ri intellectu dictorum notandum: ꝙ ab-
Abſtra- ſtractũ principaliter ſignificat illud,quo
ctũ qd ſi rei conuenit aliqua denominatio cõcre
gnificet tiua: ſic caliditas ſignificat id,quo res ali
princi- qua dr̃ calida. Albedo,quo res dicitur al
paliter. ba. Riſibilitas,quo aliquid dr̃ riſibile: ſi-
militudo,quo aliquid dicitur ſimile: hu-
manitas, quo aliquis dr̃ homo: corpo-
reitas,quo aliquid dicitꝰ corpus: cęcitas:
quo aliqd dicitur cæcum,& ſic de alijs.
¶ Res autem denominatur multipliciter
& a mutis, tam intrinſecis ſibi, q̃ extrin
ſecis: exiſtentibus, & non exiſtentibus.
Nam rei primò aliqua attribuitur deno
minatio, ratione ſuæ eſſentię, ut illius,
quod ipſa res eſt, & tales denominatio-
nes frequẽter ſunt ſimpliciter abſolutę:
ut ſunt nomina, genera, ſcilicet, & ſpe-
cies, ac indiuidua prædicamenti ſubſtan
tiæ homo, animal, lapis, corpus &c. Et
horum abſtracta ſignificant idem ſyno-
nymè cum ſuis concretis, uel quaſi con
cretis: ut homo, & humanitas, capiẽdo
utrunque abſolutè ſunt termini ſyno-

nymi. Et licet uocaliter differant: ta-
men idem conceptus mentis correſpon
det utriſque. ¶ Quandoque res deno-
minatur ab una parte eſſentiali: ſicut ho
mo dicitur rationalis ab anima ratio-
nali, capiendo rationale ut eſt differen-
tia: dicitur etiam materialis a materia,
& hunc abſtractum ſignificat illam par-
tem eſſentialẽ, a qua res denominatur.
Sicut rationalitas ſupponit pro anima
rationali: & ſignificat eam abſolutè, uel
etiam connotatiuè connotando eam, ut
eſt pars eſſentialis hominis, & ſiue ab-
ſolutè accipiatur, ſiue connotatiuè: nõ
eſt ſynonymum cum ly rationale: quia
rationale ſupponit pro toto homine: ra
tionalitas non: ſed pro ſola anima. ¶ Itẽ
quandoq; res ſubſtantialis denomina-
tur ab aliqua forma accidentali, quæ eſt
res quædam abſoluta ſibi inhęrens: ſi-
cut albus ab albedine. Eſt enim albus res
aliqua habens in ſe albedinem ſibi inhę-
rentem: ſic uirtuoſus a uirtute: iuſtus a
iuſtitia: ſciens a ſcientia: & talia abſtracta
quandoque capiuntur abſolutè, ut ſigni
ficant illas formas accidentales ſimpli-
citer nihil conſignificando: unde quæ-
libet res abſoluta.i.nõ reſpectiua poteſt
ſignificare abſolutè. ¶ Poſſunt etiã hu
iuſmodi abſtracta aliquando accipi con
notatiuè, ut ſignificant huiuſmodi for-
mas ad ſubiectum.i.ut cõnotant eas per
modum inhæſionis ſuo ſubiecto. ¶ Quã
doq; res denominatur ab aliquo motu,
uel actione, uel paſsione: ut mobilis, riſi
bilis, tractabilis, paſsibilis: & tunc abſtrã
ctum ſignificat motum, actum, uel con
ceptionem cum aptitudine, uel ſimpli-
citer in actu: ut mobilitas riſibilitas. &c.
¶ Quandoque res denominatur ab ali-
quo ſibi penitus extrinſeco, etiam ab
eo diſtante loco, & ſubiecto: ut calefa-
ctiuus, creatiuus: quæ ſic dicuntur ab ef-
fectu producibili in alio, qui penitus ex
trinſecus ſuæ cauſæ efficienti: ſicut tu-
nicatus, capitiatus, dexter, ſiniſter, di-
ſtans, propinquus, locatus, ſituatus: ꝙ
ſic de alijs. Quandoque res denomi-
natur a re, quæ non eſt, ſiue a carentia
rei: ut cæcus, ſurdus non homo, cor-
corruptibilis: & tales denominationes

includunt negationem: in omnibus his
abſtractum importat id, a quo res deno
Qō. minatur. ¶ Si quæris: pro quo ſupponit
abſtractum. Dicendum eſt: ſi ab una re
præciſè a ſeipſa, uel alia ſumitur denomi
natio cōcretiua, abſtractū ſupponit pro
illa, ut albedo, caliditas: quia preciſè ab
albedine uel calore dicitur aliquid albū
D uel calidum. ¶ Si uerò a pluribus ſumitē
denominatio concretiua, abſtractū non
ſupponit pro uno certo: ſed pro omni-
bus a quo denominatur concretum: ut
riſibilis dicitur aliquis a potentia riden
di: quæ realiter eſt anima, & ab actu ri-
dendi. hæc autē ſunt res: quia cauſa, &
effectus: ideo riſibilitas ſupponit pro u-
troque ſimul, & pro nullo ſeorſum. Niſi
diceretur, ꝙ inter illa plura eſſet unum
principale, habens ordinem ad aliud, uel
alia: tunc abſtractum poſſet ſupponere
pro illo principali: & connotare aliud,
uel alia, ad quę principalē habet ordinē.
Sic dici poteſt: ꝙ riſibilitas ſupponit ꝓ
homine, ſiue pro anima: connotando
aptitudinem ridendi. i. cōnotando eam
E poſſe ridere. ¶ Per hoc patet, quid eſt re
ſpondendum cum quæritur. quid eſt, de
abſtracto: quia uniuerſaliter ad quæſtio
nem quid eſt. i. quę res eſt de aliquo ter
mino: bene reſpondetur illud pro quo
terminus quæſtionis ſupponit. ¶ Si uerò
abſtractum includit negationē, non ſup
ponit pro aliquo in affirmatiua: ut cæci
tas: quia non dicit ens aliquod eſſe: ſed
abeſſe. Et ideo cum cæcitas ſit priua-
tio: cæcitas non ſupponit, & per hoc ni
hil eſt cęcitas. Si dicis, hæc eſt uera: cęci
tas eſt priuatio, & affirmatiua: ideo ex-
trema ſupponunt pro eodem, & per cō
ſequens ſupponunt: ergo cęcitas pro ali
quo ſupponit. Dicendum, ꝙ illa eſt ue
ra, prout copula eſt, dicit actum ſignatū
non exercitatum: ut tantum ualet, cæ-
citas eſt priuatio, id eſt cæcitas ſignifi-
ficat priuationem alicuius. Et ſic cæci-
tas capitur materialiter ſupponens pro
termino non pro re aliqua. Sed capien
do ly eſt, ut dicit realem exiſtentiam
extremorum: tunc hæc eſt falſa, ſic enim
cæcitas nihil eſt. ¶ Et ita forte poſ-
ſet reſponderi de omnibus abſtractis
connotatiuis, quòd perſonaliter non
ſupponunt pro aliquo: & hunc modum
tangit auctor infra diſt. v. q. j.

## QVAESTIO. IIII.

VTRVM omnis paſſio ſit A
demonſtrabilis de ſuo ſub-
iecto primo. ¶ Quęſtio il-
la cum duabus ſequentibus
eſt merè incidētalis: & ideo
breuiter ſummanda hic: Poſitis nota-
bilibus ſubiungentur concluſiones re-
ſponſales. ¶ Notandum ergo: ꝙ ſubie- Arti. 1. Nota. 1 Subiectū primum eſt ſubiectū cui prædicatū pōt cōpetere.
ctum primum eſt ſubiectum, cui prædi-
catum poteſt competere omni alio
circumſcripto, & nulli alij ipſo ſubie-
cto circumſcripto. Exemplum huius
prædicati diſciplinabile, id eſt ſuſcepti-
uum diſciplinæ, tam anima intellectiua,
quàm homo eſt ſubiectum: ſed anima
intellectiua eſt ſubiectum primum, &
homo non primum: quia hoc prædica-
tum diſciplinabile conuenit animæ eti-
am ab omnibus ſeparatæ, & nulli al-
teri conuenit ſeparata anima: homo
autem eſt ſubiectum non primum: quia
animæ deſtructo adhuc conuenit ani-
mæ. ¶ In logica dicit doct. ſubiectum
primum eſt, quando prædicatum non
prius conuenit ſuperiori, nec deſpera-
to ad ipſum. Conuenit intellige uni-
uerſaliter: & reddit in idem. Ex quo ſe
quitur: ꝙ non oē ſubiectum primū eſt
conuertibile cum eo, cuius eſt primū ſub
iectum: patet de anima intellectiua, & di
ſciplinabile: calore, & calefactiuum: li-
cet forte econuerſo omne ſubiectum
conuertibile eſt primum. Prima deſcri
ptio clarior eſt &c. ¶ Secundò notan- Nota. 2
dum, quòd paſſio eſt quadruplex, quæ- B
dam importat formam abſolutam in-
hærentem: quædam motum, uel mu-
tationem: quædam aliquod extrinſe-
cum affirmatiuè: quædam negatiuè,
uel priuatiuè. exempla patent. ſup. nam
illud connotat paſſio: quod abſtractum
principaliter ſignificat. ¶ Notandū. iii. Nota. 3
qñque inter ſubiectum primum, & paſ-
ſionem eſt aliquod medium, cui paſſio
prius. i. notius conuenit: qñque nullum
eſt tale



eſt tale medium: utputa quādo nulli no
tius cōuenit. Sed propoſitio illa, in qua
paſſio de tali ſubiecto prædicatur eſt im
Replica mediata. ¶ Diceres implicat; ꝙ inter
ſubiectum primum, & paſſionem ſit ali-
quod medium. Probatur: quia ſit ſubie
ctum primum a. paſſio c. & b. medium:
tunc arguitur. Sequitur b, eſt medium
inter a, & c: igitur b, eſt ſubiectum c.
Tenet conſequentia. quia medium in
maiore ſubijcitur reſpectu paſſionis. Vl
tra b, eſt ſubiectum c, & eſt prius a: er-
go a, non eſt primum ſubiectum. ¶ So-
lutio: ſubiectum hic nō capitur pro ſub-
iecto propoſitionis: ſed pro ſubiecto paſ
ſionis. i. pro termino complexo: de quo
paſſio poteſt prædicari accidentaliter,
& conuertibiliter. Et ita poteſt dari ſub
iectum primum paſſionis. ſ. quo non da
tur prius ſubiectum, quod mediet: licet
detur medium, quod non eſt ſubiectum
Artl. 2. puta diffinitio. ¶ Concluſio prima. Paſ
Cocl. 1 ſiones ſecundo modò non poſſunt de-
C monſtrari de ſuo ſubiecto primo: quia
propoſitio immediata eſt indemonſtra
bilis. Sed paſſiones primo modò ſunt de
mōſtrabiles de ſuo ſubiecto primo. Quæ
autem paſſiones habeant medium, cui
prius conueniant, quàm ſubiecto primo:
concluſiones declarabunt, quæ ſequun
Cōcl. 2 tur: ¶ Concluſio ſecunda. Paſſio im-
portans formam abſolutam inhęrentem
non eſt demonſtrabilis de ſubiecto pri-
mo: ſcilicet talis paſſio noſcitur, de ſuo
primo ſubiecto per experientiam. ¶ Cō
Cōcl. 3 cluſio. iij. Talis paſſio eſt demonſtrabi
lis de ſubiecto non primò, per primum
Cōcl. 4 ſubiectum. ¶ Concluſio quarta. Paſſio
tertio modo dicta aliqua eſt demonſtra
bilis aliqua non. Exemplum ſecundi: ut
calefactiuum non eſt demonſtrabile de
calore. Exemplum primi, ut habere tres
poteſt demonſtrari de triangulo: & cor
ruptibile de ſubſtantia compoſita, &c.
Cōcl. 5 ¶ Concluſio quinta. Paſſio negatiua,
cuius oppoſitum eſt demōſtrabile de ali
quo ſubiecto primo, poteſt demonſtrari:
ut omne corruptibile eſt corpus: nulla
ſubſtantia ſimplex eſt corpus: igitur
nulla ſubſtantia ſimplex eſt
corruptibilis &c.

## QVAESTIO. V.

VTRVM in omni demon A
ſtratione diffinitio ſit me- Arti. 1.
dium demonſtrandi. ¶ No Nota. 1
tandum primò, ꝙ quæſtio Vtrū in oī demōſtratione diffinitio ſit mediū demonſtrandi.
illa intelligenda eſt de demonſtratione
potiſſima. Eſt autem demonſtratio po-
tiſſima, demonſtratio propter quid, uni
uerſalis: utraque uniuerſalitate & affir-
matiua. Ex primo ſequitur: ꝙ ē per cau
ſam. i. medium cauſale. Ex ſecundo, ꝙ
eſt in prima figura, & primo eius mo-
do. Ex tertio, ꝙ eſt oſtenſiua. ¶ Secun-
dò notandum: ꝙ diffinitio eſt duplex. Nota. 2
ſ. quid rei: & quid nominis. Diffinitio
quid rei quandoque datur per cauſas in Diffinitio duplex.
trinſecas: ſiue per principia eſſentialia
diffiniti. i. rei ſignificatæ per diffinitum:
& illa dicitur formalis: ſiue detur per
partem materialem: ſiue formalem: ſiue
utranque. Et illa diffinitio eſt ſolius cō
poſiti ſubſtantialis: aut rei habentis par-
tes diſtinctas eiuſdem rationis: ut trian-
gulus, qui componitur ex tribus lineis.
¶ Aliquando datur diffinitio per extrin
ſeca: & illa dicitur materialis: quia fre-
quenter datur per materiam i. ſubiectū.
¶ Diffinitio quid nominis etiam dupli-
citer accipitur. Vno modò pro oratio-
ne, quam omnes intelligunt per nomē.
Vel ſecundò pro oratione, cuius ueri-
tas de diffinito ſequitur ex priori &c.
¶ Concluſio prima. Demonſtrationis Arti. 2.
potiſſimæ medium quandoq; eſt diffini Cōcl. 1
tio: quandoque non: quia aliquando ni B
hil mediat inter diffinitionem, & paſ-
ſionem, & tunc poteſt eſſe medium ut
habere tres: demonſtratur de triangulo
per diffinitionem: quandoque aliquid
mediat, & tunc non poteſt eſſe mediū:
ut inter ſuſceptiuum diſciplinæ, & diffi-
nitionem hominis mediat anima intel-
lectiua: per quam poteſt paſſio demon-
ſtrari de diffinitione. Et ideo ꝓpoſitio,
in qua paſſio demonſtratur de diffinitio
ne, non eſt immediata: quia eſt demon-
ſtrabilis. Præmiſſæ autem in demonſtra
tione potiſſima debent eſſe immediatè.
¶ Concluſio ſecunda. Quando mediū Cōcl. 2
in demonſtratione potiſſima eſt diffi-

nitio: tunc debet eſſe diffinitio ſubiecti
& non paſsionis. Probatur: quia mediū
in tali demōſtratione debet tantum im
portare cauſas paſsionis, & nihil aliud.
Diffinitio autem paſsionis importat ip
ſam paſsionem: quæ non eſt cauſa ſuiip-
ſius. Sed diffinitio ſubiecti importat ſub
iectum, quod eſt cauſa materialis paſsio
nis: extendendo nomen materiæ ad ſub
iectum &c.

## QVAESTIO. VI.

A VTRVM ſola propoſitio per
ſe ſecundo modo eſt ſcibi-
lis ſcientia propriè dicta.
¶ Notandum eſt primò, ꝙ
propoſitio per ſe, eſt propo
ſitio neceſſaria. Et omnis neceſſaria eſt
Arti. 1. per ſe: nam omnis talis pertinet ad de-
Nota. 1 monſtrationem: uel ut concluſio ſi eſt
dubitabilis: uel ut principium ſi non eſt
dubitabilis, uel indemonſtrabilis. ¶ Se-
cundò notandum, ꝙ duo ſunt modi di-
Nota. 2 cendi per ſe in quorum altero eſt om-
nis propoſitio per ſe .ſ. primus modus
dicēdi per ſe. & ſecūdus modus dicendi
Modi dicendi per ſe. per ſe. Diſtinguuntur autem hi duo mo
di dicendi per ſe diuerſimodè, ſecundū
aliquos. Primus modus eſſe dicitur: qñ
prædicatum non dicit aliquid omnino
diſtinctum ab importato per ſubiectū:
ita ꝙ nihil prædicabile uniuerſaliter de
prædicato eſt extrinſecū ſubiecto. quod
eſt dictu. Propoſitio per ſe primo mo-
do eſt propoſitio, in qua prædicatū præ-
dicatur eſſentialiter de ſubiecto: & ſic
ſola illa propoſitio eſt per ſe, in qua ſu-
perius quidditatiuè, uel differentia eſſen
tialis prædicatur de ſuo inferiori, uel de
eo, cuius eſt differentia. i. in qua prædi-
catum importat idem, cū ſubiecto: aut
partem intrinſecam ſiue eſſentialem rei
ſignificare per ſubiectum. Propoſitio per
ſe ſecundo modo, eſt propoſitio, in qua
prædicatum importat aliquid realiter di
ſtinctum a ſubiecto: quod non eſt intrin
ſecum ſubiecto: ut homo eſt riſibilis: deus
eſt creatiuus. ¶ Aliter diſtinguit Linco-
nienſis: nam ſecundum eum primus mo
do dicendi per ſe, eſt propoſitio per ſe,
in qua prædicatum eſt cauſa ſubiecti, ſi-
ue intrinſeca, ſiue extrinſeca. Secundus
modus dicendi per ſe eſt econuerſo, ſci-
licet quando ſubiectum eſt cauſa prædi
cati ad communem intellectum. Ex illo
patet: ꝙ ſecundum primum modū hæc
eſt per ſe ſecundo modo, materia eſt in
potentia ad formam: quia forma, quæ
importatur per prædicatum eſt extrin-
ſeca materiæ: ſed ſecundum ſecundum
modum eſt in primo modo dicendi per
ſe, & ſimiliter in ſecundo modo: quia ſi-
cut forma ex cauſa materiæ: ita mate-
ria eſt cauſa ſubiectiua formæ, & intelli-
guntur, ꝗ dicta ſunt de affirmatiuis &c.
¶ Concluſio reſponſalis. Loquendo de Arti. 2. Cōc. re.
ſcientia communiter: ut diſtinguitur cō- B
tra intellectum: & eſt commune ad
ſcientiam propter quid, & quia: & ca-
piendo demōſtrationem largè, pro quo
libet ſyllogiſtico diſcurſu: quo propoſi-
tio dubitabilis poteſt fieri euidens: non
omnis propoſitio demonſtrabilis, & ita
ſcibilis, eſt per ſe ſecundo modo. Patet
quia aliqua propoſitio per ſe primo mo
do eſt demonſtrabilis: ut illa: omnis aſi
nus eſt animal: quia poteſt eſſe dubia ali
cui intellectui, & fieri ſibi euidens per
operationem ſic arguendo. Omne, quod
mouet ſe, eſt animal: omnis aſinus mo-
uet ſe: ergo omnis aſinus eſt animal &c.

## QVAESTIO. VII.

VTRVM Theologia, quæ
de communi lege habetur A
a theologis: ſi ſcientia pro-
priè dicta, ¶ Notandum pri
mò: ꝙ auctor circa hāc quę Arti. 1.
ſtionem recitat quinque opin. tres ad Nota. 1
partem affirmatiuam: & duas ad partem Vtrum
negatiuam. ¶ Sunt enim, qui tenent: theolo
quòd habita fide, principiorum theo- gia ſit
logiæ, quorum non eſt ſcientia, nec no ſciētia.
titia euidens: in nobis acquiritur no-
titia cōcluſionum euidēs, & ita noti-
tia concluſionum eſt propriè ſcientia:
licet principia, ex quibus inferuntur,
non ſint euidenter nota: ſicut muſica
credit ſua principia ex arithmetica. Et
perſpectiua ex geometria: & tamē tam



muſica, quàm perſpectiua eſt uerā ſcien
tia. ¶ Alij dicunt: ꝙ habita fide princi
piorum theologiæ, intellectus uirtute
illius fidei, & intellectus agentis, acqui
rit ſciētiam illorum principiorum: quia
theologia non eſt fides ſecundum Au-
guſt. Hac ſcientia non pollent plurimi:
licet ipſa fide polleant plurimi: nec eſt
intellectus ars, aut prudentia. ergo ſcié
tia &c. ¶ Tertij dicunt hoc idem, quod
ſecundi: ſed dicunt, ꝙ hoc non eſt poſ-
ſibile in lumine fidei, nec naturali: ſed in
lumine ſuperiori: quod eſt medium in-
ter lumen gloriæ, & fidei: quo clarius co
gnoſcuntur ueritates, quàm per ſolam
fidem: & minus clarè, quàm in patria.
Nunc ergo theologus clariorem habet
notitiam credendorū, quàm fidelis non
theologus. ¶ Tenentium partem nega-
tiuam primi, & in ordine quarti dicunt,
ut philoſophi, ꝙ ad omnem ſcientiam
nobis poſsibile poſſumus naturaliter at
tingere. Et ideo nullum merè credibi-
le poteſt a nobis ſciri euidenter. contra
hanc ſunt ſanctorum auctoritates. ¶ Se
cundi ſunt: & quinti in ordine, cū qui-
bus auctor tenet hanc concluſionem.
Quamuis credibilia poſſunt euidenter
ſciri: non tamen a nobis pro ſtatu illo
ſecundum communem legem. Et ideo
theologia ſecundum ꝙ communiter eā
Nota. 2 addiſcimus: non eſt ſcientia propriè di-
B cta &c. ¶ Ad cuius euidentiā notandū
ſecundò, ꝙ omnem habitum præter fi-
dem, quem acquirit theologus fidelis
reſpectu credibilium, poteſt acquirere
infidelis. Patet: quia nullus habitus eſt
ponendus: niſi qui ex actibus generatur:
aut quem ſcripturæ auctoritas cogit
ponere. Sed nulla auctoritas ſcriptu-
ræ cogit ad ponendum aliquem habitū
reſpectu credibilium, præter habitum fi
dei. Et omnem, quem habet fidelis circa
credibilia, præter credendi actum: po-
teſt habere infidelis nutritus inter fi-
C deles theologos. Patet inductiuè &c.
Quem actū acqrit ſtudens theologiæ. ¶ Si quæris, quem actum uel habitum
acquirit ſtudens theologiæ. Reſpondet,
ꝙ theologus per ſtudium theologię au-
gmentat habitum fidei acquiſitæ ſi prę-
fuit: aut acquirit ſi nō præfuit. Ibi nāq;
credenda recitant, & hic habitus nō eſt
in infideli: quoniam qui habet hunc ha-
bitum, credit, & ita iam fidelis eſt. Præter
hæc, tam fidelis, quàm infidelis acquirit
multos ſcientiales habitus, qui etiam in
alijs ſcientijs acquiri poſſunt. Et præter
illos acquirit multos habitus ſcientiales
conſequentiarum propriarum theolo-
giæ. Etiam acquirit opin. circa ueritа-
tes probabiliter oſtenſas. Item multos
habitus appræhenſiuos tam terminorū
quàm propoſitionum, & mediantibus il
lis poteſt habere omnes actus poſsibiles
theologo, præter ſolum actum credēdi:
quibus mediātibus poteſt prędicare, do
cere, roborare, & cætera omnia talia,
quæ pertinent ad theologum: nihil au-
tem horum, ad quæ requiritur fides: eſt
ſcientia propriè dicta. Et cum nulli cre-
dibilium poteſt aſſentire ſine fide ſecun
dum oēs: ſequitur: ꝙ de credibilibus nō
eſt ſcientia propriè dicta. ¶ Vnde breui
ter, nullus habet ſcientiam alicuius ueri
tatis: niſi euidenter noſcat principia,
ſeu præmiſſas, ex quibus infertur. Neq;
muſicus, neq; perſpectiuus habet ſcien-
tiam ſuarum concluſionum: niſi euiden
ter noſcat principia. Non ergo credit
principia: ſed euidenter noſcit: quamuis
illam euidentem notitiam in eo cauſa-
runt demonſtrationes geometriæ, uel
arithmeticæ: impoſsibile eſt enim maio
rem eſſe euidentiam concluſionis, quā
præmiſſarū: ideo ubi præmiſſæ enim cre
duntur: concluſio creditur, & non ſcit.
¶ Notandū etiā eſt pro intellectu doc. D
ꝙ in ſolutione unius rationis, quæ tan- Quō intellectus nr̄ diſtinguit inter deum, & creaturam.
git, quō intellectus noſter diſtinguit in
ter deum, & creaturam. Reſpondet ſic,
ꝙ per conceptum compoſitum propriū
deo: ut cū per diſcurſum concludit aliqđ
ens eſſe infinitū, primum, & ſummū: ha
bet hunc conceptū: ens infinitū, & ſum
mum, qui eſt proprius deo. Et quia ſcit
nullam creaturam eſſe huiuſmodi: ideo
diſtinguit illud ens ab omni creatura.
Nec alius conceptus deo proprius eſt
nobis poſsibilis in uia. Et ſi quæritur,
ad quid terminatur ille actus intelli-
gendi: dicitur quòd ad conceptum il-
lum, ſi cōceptus habet tm̄ eſſe obiectiuū

ſi uerò conceptus ipſe eſt actus intelligendi: tunc terminatur ad deum: quia illo conceptu compoſito nihil intelligit̃. niſi deus: quia ſupponit ſolum pro deo: licet parteseius ſupponãt tam pro deo: E quàm pro creatura. ¶ Sed contra illud, Obiectio. quod nunc dictũ eſt: & habet doctor in reſponſione ad ſecundam probationem ſecundę opinionis, ſcilicet ꝙ non poteſt haberi conceptus ſimplex proprius de deo. Videtur enim: ꝙ ab illo extremo complexo, ens infinitum: ſeu ens ſummum (quod eſſe probatur per diſcurſum) poſſit formari conceptus incomplexus: ſignificans tale ens ſummũ, uel infinitum: & ille erit conceptus ſimplex & proprius deo. Nam ſi cognoſco per diſcurſum, ꝙ illud, quo formaliter aliqd dicitur album, eſt qualitas diſtincta a ſubiecto albo: ſtatim poſſum formare conceptum, & abſolutũ proprium talis qualitatis, qui eſt conceptus albedinis: igit̃. ſic erit in propoſito. Et confirmatur de quocunque poſſum cognoſcere: ꝙ eſt aliquid uerum ab alijs diſcretum: de illo poſſum formare conceptum ſimplicem, illam rem unam præciſè ſignificantem: ſed de deo cognoſcimus per fidem; ꝙ eſt ens unum, ab omni creatura diſtinctum: ergo de deo poſſumus formare cõceptum ſimplicem præciſe deum repræſentantem. Item poſſumus imponere uocem ad incomplexè, & diſtinctè deum ſignificandum: qualis eſt uox deus: quæ abſolutè, & præciſè ſignificat deum & diſtinctè: ſed uox non niſi mediante cõceptu correſpondente: nec aliter quàm conceptus correſpondens: quia eſt ſynonyma conceptui. Et ideo conceptus ſibi correſpondens ſignificat deum incomplexè abſolutè, & diſtinctè. F ¶ Pro ſolutione eſt notandum: ꝙ conceptus rei abſolutè, & proprius formari nõ poteſt: niſi res illa fuerit in ſe, & intuitiuè cognita: quia niſi ſic, cęcus poſſet habere conceptum abſolutum, & proprium coloris, & albedinis: quod poſſet eſſe falſum. Et ideo conceptum abſolutum, & propriũ de deo habere non poſſumus. Sed quid de connotatiuo: nam uidetur: ꝙ poſſumus formare conceptum ſignificantem ſubſtractiuè rem connotando eam eſſe principium omnium, ſiue ſummam &c. Ille erit proprius deo, & ſimplex qualitas: ſicut notitia intuitiua ſenſibilis, eſt qualitas ſimplex, non compoſita ex partibus diuerſarum rationum: liceat habeat plures modos ſignificandi. Quod ſi uerum eſt pro ſaluando auctore, poteſt conuenienter dici: ꝙ conceptus ſimplex dupliciter accipitur. Conceptꝰ ſimplex. Vno modò largè, pro conceptu, qui eſt una qualitas non compoſita ex partibus diuerſarum rationum: non curando an tantum habet unum modum ſignificandi, uel plures. Alio modò ſtrictè pro conceptu, qui eſt ſimplex qualitas: & nõ habet niſi unum modum ſignificandi: & ſic ſolus cõceptus abſolutus dicitur ſimplex: quoniam etſi connotatiuus fuerit ſimplex qualitatiuè: non tamen eſt ſimplex repræſentatiuè: quia æqualet ſuo quid nominis: quod ſignificat aliquid in recto, & aliquid in obliquo: & ita uirtualiter eſt compoſitus. G Renpoſſio. ¶ Per hoc ad rationes dicitur: ꝙ poteſt formari conceptus ſimplex primo modo, ab extremo complexo: ſed ille erit connotatiuus, & ita uirtualiter compoſitus. Et ad probationẽ de formatione conceptus abſoluti albedinis. Dicendum: ꝙ conceptus abſolutus albedinis formari non poſſet niſi p̃uia eius cognitione intuitiua: & ideo quantumcunque cęco perſuadetur: ꝙ albedo eſt qualitas quædam realiter diſtincta ab eo, quod dicitur album: tamen nunquam poteſt formare conceptum abſolutum albedinis. Ad confirmationem conceditur: ꝙ de eo, quod cognoſcimus eſſe unum &c. poſſumus formare conceptum ſimplicẽ largè: ſed non ſtrictè. Auctor autem loquitur de proprio ſimplici ſtrictè &c. Ad ſecundam confirmationem dicitur: ꝙ uox poteſt imponi ad ſignificandum rem diſtinctius, quàm poſſit a nobis intelligi: de quo tractatur clarè diſt. xxij. H. Vtrũ ꝑ ſtudium theolo. poſſit acquiri opinio credibilis. ¶ Item quæritur, utrum per ſtudium theologicum etiam poſſit acquiri opinio credibilis. Dicendum: ꝙ de credito nõ poteſt: quia ſi creditum perſuadetur fides augetur: non noua adhæſio generatur: ſed ſi ad ali-



quod credibile nondum explicitè creditum adducatur perſuaſiones: illæ poſſunt generare opinionem. Hinc opiniones multæ doctorũ in theologia de credibilibus: licet nondum ab eccleſia tamquam credibilia determinatis. Alia ad hoc dubium neceſſaria patent ex pręcedentibus quæſtionibus. Et uide hic Petrũ de Aliaco, qui latius hanc materiam proſequitur, & aliquo modo diſtinctius. q. j. art. ij. & iij. Item quomodo fides eſt notitia certiſſima: quamuis non ſit euidens: habes. infra in tertio diſtin. xxiij. quæſt. ij. arti. j.

## QVAESTIO. VIII.

A Habitus theolo. an ſit realiter unus.

VTRVM habitus theologiæ ſit realiter unus ſecundum numerũ. ¶ In illa quæſtione recitatis, & impugnatis duabus opinionibus. Ad quęſtionem reſpondet doctor primò de habitu in generali. Secundò in ſpirituali Arti. 1. de theologia. Dehinc quatuor mouet dubia. In generali ſatis euidenter oſtendit diſtinctionem habituum acquiſitorum ſecundum diſtinctionem actuũ, quorum ſunt, ſiue ex quibus generantur, & quia alius eſt aſſenſus principij: alius concluſionis. Alij & diſtincti ſunt aſſenſus, & diuerſarum propoſitionum, ſiue concluſionum, ſiue principiorum nedum numero: ſed etiam ſpecie: ſicut propoſitiones, quarum ſunt differunt Regula. ſpecie. Siquidem omnes propoſitiones non ſynonymæ ſaltem mentales differunt ſpecie: quia plus differunt, quàm ſynonymę: quę tamen differũt numero: quia duarum ſynonymarum una nõ eſt alia. Vnde concluditur: ꝙ ſcientiæ totales: ut metaphyſica, naturalis philoſophia &c. non ſunt unus habitus numero. ſ. aggregatæ ex pluribus habitibus: nedũ numero, ſed ſpecie diſtinctis: ordinem tamen aliqualem habentibus, & ꝑ hoc theologia acquiſita non eſt unus habitus: ſecus de infuſa fide: hic eſt unus habitus numero in uno intellectu. Hæc eſt ſummariè intẽtio doctoris in litera, B quam aliquot explicat dictis. ¶ Primum dictum eſt de habitu in genere tenendũ eſt: ꝙ habitus acquiſitus ex actu circa principium tantum diſtinguitur, & eſt alius ab habitu concluſionis. Nam habitus principij eſt cauſa habitus concluſionis mediata: quia cauſa aſſenſus principii, a quo cum alio principio, ſeu minore generatur ſcientia concluſionis actualis, & ab illa habitus concluſionis: ſed omnis cauſa mediata, uel immediata diſtinguitur a ſuo effectu. Item habitus principij eſt perfectior habitu concluſionis. j. Poſteriorum: ergo diſtinguitur ab eo. ¶ Secundum dictum doctoris eſt. diſtinctarum concluſionum diſtinctè ſunt habitus. Patet: quia diſtincti actus. Nunc autem ſemper habitus proportionatur actibus, ex quibus generatur ſecundum identitatem, & diuerſitatem: ita ꝙ ſemper tanta eſt identitas, & diuerſitas in habitibus: quanta in actibus, ex quibus generantur, uel augmentantur: quia habitus immediatè inclinãt ad actus, & non ad obiecta niſi mediãte actu. ergo diſtinguitur immediatè (ſaltem arguitiuè) per actus &c. C ¶ Tertiũ dictum eſt. aliquando concluſionis, & principiorum ſimul, ſeu coniunctim poteſt eſſe unius habitus. Patet: quia totius demonſtrationis poteſt eſſe unus actus; quo aſſentio toti demonſtrationi tanquam uni propoſitioni: eſt enim una propoſitio hypothetica: ergo unus habitus. Siquidem uno actu adhæſiuo aſſentimus propoſitioni, ſiue ſit cathegorica, ſiue hypothetica, ſiue conſequentialis: eo ꝙ eſt una ueritas. ſi enim uno actu ſimplici aſſentimus propoſitioni ex paucis terminis compoſitæ: quare non ex multis. D ¶ Quartum dictum. Idẽtitas, ac diuerſitas habituum ſequitur identitatem, & diuerſitatem ſpecificam actuũ, ex quibus generatur, & non identitatẽ, uel diuerſitatem obiecti: quia ſemper tãta eſt identitas, uel diuerſitas ſpecifica in habitibus: quanta eſt in actibus, ex quibus habitus generantur, uel augmentantur. Notat etiam doctor poſt prædicta in qu. j. prologi. & infra. qu. ix. ꝙ ſcientia una aliquando capitur pro collectione multorum habentium ordinem de-

terminatum propter concluſiones ordi
natas ex unitate ſubiecti earum,uel præ
dicati: ut dum de eorum ſubiectis de-
monſtrantur diuerſæ paſsiones,uel una
paſsio de diuerſis ſubiectis. Et propter
huiuſmodi ordinem concluſionum ag-
gregatum ex habitibus eorum, dicitur
una ſcientia,& ſic communiter loquun
tur philoſophi de unitate ſciẽtiæ. ¶ Cõ
ſiderandum etiam eſt circa terminum
E theologia,ꝙ dupliciter accipiť.vno mõ
Theolo ut idẽ eſt theologia,& fides infuſa:& ſic
gia du- theologia eſt unus habitus numero in
pliciter uno intellectu:de quo latius in tertio.
accipiť. Alio modo theologia includit fidem ac
quiſitam, & aliquos habitus adhæſiuos
euidentes tam propoſitionum,quã con
cluſionum, & cum hoc habitus appræ-
henſiuos omnium, de quibus tractatur
in theologia acquiſita, ſiue complexo-
rum ſiue incomplexorum, & tunc ſicut
actus credendi,& aſſentiẽdi diſtinguun
tur ſpecie: ita & habitus ex eis geniti.
Iſtis ſic præmiſsis ponuntur concluſio
nes ad dubium motum reſponſales &c.
¶ Concluſio prima. Accipiendo theolo
Arti. 2. giam ut includit fidem infuſam: ſeu ut
Cocl. 1 eſt idem cum fide infuſa: poteſt dici una
F numero,de quo in tertio libro dicendũ
Cõcl. 2 eſt. ¶ Concluſio ſecunda. Accipiendo
theologiam ut includit fidẽ acquiſitã,
& habitus acquiſitos euidentes tam pro
poſitionum,quàm conſequentiarum, q̃
etiam actus compræhenſiuos cõplexo-
rum,& incomplexorum:non eſt una nu
mero. Patet:quia diuerſorum actuũ ſunt
diuerſi habitus:ſed actus illi ſunt diuerſi
ſpecie,& numero: ergo & habitus &c.
Arti. 3. ¶ Hinc mouet auctor quatuor dubia.
Dub. 1. ¶ Primum,quomodo ſe habent ad inui
G cem(quo ad perfectionem)habitus prin
cipij,& habitus concluſionis. Solutio.
habitus principiorũ eſt perfectior: quia
euidentior: nobilitas autem habituum
attenditur ex euidentia, & nobilitate
obiecti:nunc autem obiectum conclu-
ſionis eſt etiam obiectum alicuius prin-
Dub. 2. cipij partiale &c. ¶ Secundum dubium:
an habitus principiorum ſit cauſa habi-
tius concluſionis. Reſponſio. Notitia
principiorum eſt cauſa effectiua non cõ
cluſionis:ſed notitiæ concluſionis. Se-
cundum patet:quia notitia, ſiue aſſen-
ſus concluſionis acquiritur per notitiã
principiorum. Primum patet: quia ne-
que præmiſſæ,nec præmiſſarum notitia
cauſat concluſionem: cum concluſio
formari poteſt ſine præmiſsis:etiam prę
miſſæ ſine concluſione: ſed poſitis præ-
miſsis,& concluſione & notitia præmiſ-
ſarum: ſtatim habetur notitia conclu-
ſionis &c. ¶ Tertiũ dubium eſt: quæ ſit Dub. 3.
neceſsitas ponendi habitũ reſpectu prin
cipiorum: cum intellectus ſit determi-
natus ad principia maximè per ſe nota.
& potentia determinata non indiget
habitu determinante. Solutionem re-
mittit ad tertium librum &c. ¶ Quartũ Dub. 4
dubium eſt,qualis ſit ille habitus,qui po H
nitur unus reſpectu principiorum, &
concluſionis. Solutio. eſt ſapientia,&
ſapientia æquiualenter eſt intellectus,&
ſcientia. Vnde ponit ſapientiam eſſe ha
bitum totius demonſtrationis:ſicut in-
tellectus eſt habitus principij, & ſciẽtia Sapiã.
habitus concluſionis. Verum ſapientia duobus
accipitur aliquando generaliter pro ha- modis
bitu totius demonſtrationis ex primis accipiť.
principijs. Et ita etiam inuenitur in ar-
tibus mechanicis ſecundum ꝙ dicimus
ſapientem latomum, ſapientem ſtatui-
ficem:ut habetur vj. Ethi. c.viij. Aliter
accipitur ſapientia pro habitu demon-
ſtrationis, qui eſt nobiliſsimorum obie-
ctorum. Quòd autem ſapientia ſit ſi-
mul intellectus & ſcientia ęquiualenter
.i.totius demonſtrationis.probat aucto-
ritate philoſophi.vj. Ethicorum. Et ra-
tione:quia niſi ſit nõ diſtingueretur ab
intellectu, & ſcientia. Nam omnis pro-
poſitio neceſſaria, aut eſt principium,
aut concluſio. Si principium eius,eſt in
tellectus. Si concluſio eius,eſt ſcientia.
In hoc ergo diſtinguitur: quia ſapientia
non eſt alicuius unius propoſitionis ne
ceſſariæ cathegoricæ,ſcilicet principij,
uel concluſionis. Sed eſt reſpectu utri-
uſque ſimul principij, & concluſionis.
i.totius demonſtrationis: intellectus au
tem eſt reſpectu principij:& ſciẽtia reſpe
ctu concluſionis. Sequitur.q ix. ¶ Circa
ſecundam partem prologi de ſubiecto.



## QVAESTIO. IX.

A VTRVM deus ſub propria
Vtrum ratione deitatis ſit ſubiectũ
deus ſit theologiæ. In illa quæſtio-
ſubie- ne plura continentur no-
ctum tatu digna, quam hic placuit in duos
theolo partiri articulos. In primo articulo re-
giæ. citata, & impugnata opinione Sco. q.
iij. prologi. oſtendit, quid ſit de ratione
ſubiecti primi ſciẽtię:& quomodo unius
ſcientiæ eſt unum ſubiectum. In ſecũdo
articulo pręmiſsis quibuſdam ſuppoſitio
nibus reſpondet ad quæſitum. ¶ Circa
Arti. 1. primum eſt opi. Sco. q.iij. prologi,ꝙ ra
tio ſubiecti primi eſt continere in ſe uir
tualiter primò omnes ueritates illius ha
bitus. Vbi nota: ꝙ continere uirtuali-
ter nihil aliud eſt,quam continere cau-
ſaliter.i. poſſe cauſare aliud,& ita unam
notitiam uirtualiter continere aliã no
titiam,eſt unam notitiam poſſe cauſare
aliam:ſicut notitia præmiſſarum uirtua-
liter continet notitiam concluſionis.
Probat ipſe ſic: nam ſubiectum primum
continet propoſitiones immediatas, &
quia ſubiectum earum continet prædi-
catum,& ita euidentiam totius propoſi
tionis:propoſitiones autem immediatè
continent concluſiones: ergò ſubiectũ
propoſitionum immediatarum cõtinet
B omnes ueritates illius habitus. ¶ Cõtra
Contra illam opi. ponit auctor. Nunquam una
Scotũ. notitia incomplexa rei unius cum intel
lectu eſt cauſa ſufficiens reſpectu primæ
notitiæ incomplexæ alterius rei. Patet
per experientiam:quia quantumcunque
cognoſcat aliquis intuitiuè, & perfectè
rem aliquam:nunquam per hoc cogno-
ſcit aliam rem notitia incomplexa, &
propria:quia talis notitia erit intuitiua,
uel abſtractiua. Intuitiua naturaliter ha
beri non poteſt niſi effectiuè a re ipſa.
Abſtractiua autem præſupponit intuiti-
uam:ideo cæcus non poteſt habere no-
titiam diſtinctam, & propriam colo-
rum. ¶ Secundò: ꝙ ſubiectum non ſem
per continet uirtualiter paſsionem ſuã.
Patet:quia paſsiones frequenter con-
notat aliqua realiter a ſubiectis diſtin-
cta: & quæ non continentur uirtualiter
in ſubiecto &c. ¶ Tertiò: ꝙ non ſem-
per notitia diſtincta ſubiecti, & notitia
diſtincta paſsionis, immediatè continẽt
uirtualiter notitiam propoſitionis im-
mediatè ex ipſis conſtitutæ:quia requi-
ritur ſæpe experientia:ut calor eſt cale-
factiuus eſt immediata:& tamen quan-
tumcunque diſtinctè cognoſcatur ca-
lor,& calefactio: non plus ſine expe-
rientia cognoſcitur, ꝙ calor eſt cale-
factiuus: quàm ꝙ albedo eſt albedinis
productiua:ſic de homine,& riſibili &c. C
¶ Quartò: non eſt de ratione ſubiecti Nõ eſt
ſcientiæ:ꝙ uirtualiter contineat paſsio de rõe
nes. Patet &c. ¶ Quintò non eſt de ra- ſubiecti
tione ſubiecti:ꝙ ab eo denominetur, & ſcientiæ
ſpecificetur ſcientia. Patet:quia de eo qđ uir-
dem ſubiecto,re,& ratione poſſunt eſſe tualiter
diſtinctæ ſcientiæ propter diuerſita-ub conti-
tem paſsionum. Nec eſt de ratione ſu neat paſ
iecti, ꝙ ab eo ſcientia habet ſuam dig ſiones.
tatem:quia ſubiecto exiſtente eodem
propter nobilitatem paſsionum poteſt
una ſcientia eſſe nobilior: alia: ut ſcien
tia illius homo eſt beatificabilis, eſt no
bilior: ſcientia illius homo eſt riſibilis,
ſeu mortalis. ¶ Sextò non eſt de ratio-
ne ſubiecti: ꝙ ſit primum occurrens in-
tellectui in illa ſcientia, & alia ſub ratio
ne eius. Patet:quia aliquãdo paſsio eſt
prior ſubiecto primitate generationis,
& primitate perfectionis: quia aliquãdo
paſsio eſt notior, & perfectior: quia
accidentia, & operationes importatæ
per paſsiones, frequenter ſunt notiores
ſubſtantia importata per ſubiectum: &
forma importata per paſsionem mate-
riæ, eſt perfectior materia. Per hoc pa-
tet. ¶ Septimò: ꝙ non eſt de ratione
ſubiecti, ꝙ ſit primũ mouens, uel prima
rõ mouendi intellectũ ad oẽm notitiã,
ad quam inclinat habitus. ¶ Nec octa-
uò: ꝙ principaliter intẽdať eius notitia:
quia principaliter intenditur notitia to
tius propoſitionis. Similiter aliqñ ſubie
ctum æquè perfectè præcognoſciť: ſicut
luna nõ pfectius cognoſciť:quia ſcitur,
ꝙ eclypſatur:ſed bene per hanc aliquid
aliud de ea cognoſcitur,ꝙ prius non co D
gnoſcebatur. ¶ Ad rationẽ itaq; ſubie- Rõ ſub-
cti ſcientiæ, nihil aliud requiritur, niſi iecti ſci
ꝙ ſit ſubiectũ propoſitionis ſcitę: ita ꝙ entiæ.

idem,& ſub eadé ratione eſt ſubiectum ſcientię,& ſubiectum concluſionis ſcitę. Probatur: quia ſcientia haberi non poteſt ſine notitia ſubiecti illius ſcientiæ: ſed ſcientia poteſt haberi ſine notitia cuiuſcunque,quod non eſt notitia alicuius præmiſſarum,aut cõcluſionis, aut extremitatum.ſ.ſubiecti medij,uel prædicati &c. ergo ſubiectum ſcientiæ erit aliquod horum duorum:& non præmiſſa,uel concluſio:nec medium: nec prædicatum:ergo ſubiectum concluſionis. Ex illo patet:ꝙ ſcientia,quæ eſt aggregatiuè una:non eſt unum ſubiectum:ſed tot ſubiecta,quot concluſiones habentes diuerſa ſubiecta :licet inter illa poteſt eſſe multiplex ordo.ſ.ordo prædicationis,ſiue communitatis· ordo perfectionis:ordo totalitatis. Et frequenter primum inter illa aſſignatur ſubiectum ſcientiæ aggregatiuè . Sed ſicut ſciẽtia aggregatiuè in ueritate non eſt una ſciẽtia:ſic nec habet unum ſubiectum ſimpliciter:ſed multa,inter quæ unum poteſt eſſe primum aliqua primitate: quod latẽ

E declaratur. ❡ Hæc quæ nunc dicta ſunt de ratione ſubiecti ſcientiæ: forte clarius ſic poſſent dici. Supponendo primum:ꝙ per ſubiectum intelligitur aliqs

Subiectum.

terminus ſimplex incomplexus ,ſaltem complexione propoſitionali. Patet: qa ſubiectum eſt id,de quo prædicantur paſſiones,& per cõſequens erit extremum propoſitionis,ſeu cõcluſionis:& ita non complexum propoſitionale.❡ Secundò ſupponendum : ꝙ ſubiectum non eſt in ſcientia propriè loquendo tanquam aliquid ſcientiæ. Patet:quia ſciẽtia eſt notitia habitualis, uel actualis adhęſiua cõcluſionis demõſtrabilis,quæ eſt ſimplex qualitas non compoſita ex partibus diuerſarum rationum. Poteſt enim componi ex gradibus intenſionalibus , qui ſunt eiuſdem rationis:& ideo ſubiectum, quod eſt notitia appræhenſiua: & ita alterius rationis : non eſt pars talis habitus. Sequitur ergo:cum dicitur ſubiectũ eſſe ſcientiæ:ꝙ eſt ſcientia tanq̃ aliquid requiſitũ ad eſſe ſciæ,in eſſe uel fieri. Cũ aũt ad gñationem ſcientię nihil aliud requiritur cum intellectu , & generali influentia cauſæ primæ: niſi præmiſſæ , & concluſio,& aſſenſus præmiſſarum generantium notitiam actualem concluſionis. & partes harum.i.extrema, ex quibus pręmiſſæ,& concluſio conſtituũtur: his enim poſitis , omnibus alijs circumſcriptis :ponitur ſcientia:oportet, ꝙ ſubiectũ ſit aliquod horum:& non eſt propoſitio,nec aſſenſus propoſitionis.Patet: ergo extremum propoſitionis. Sed in demonſtratione non ſunt niſi tres termini, qui ſunt extrema in præmiſſis , & concluſione.ſ.medium, & ſubiectum, ac prædicatum concluſionis.Subiectum autem nõ eſt medium,nec prædicatum: quia hoc eſt communiter paſſio: erit ergo ſubiectum concluſionis. Ex quo ſequitur:ꝙ tot ſunt ſubiecta ſcientiarum, quot ſunt concluſiones ſcitæ, ſiue ſcientię concluſionum diuerſa ſubiecta habentes. Verum inter ſubiecta ſcientiarum multiplex eſt ordo,ut patuit.Prędicationis.ſ.& perfectionis &c. Et ſecundum hoc inter illa multa eſt unum ſubiectum primum in illo ordine:& hoc poteſt dici ſubiectum attributionis totalis ſcientiæ. Et communiter aſſignatur ſubiectum communius in illo ordine:& ſimplicius.i.minus connotatiuum. Et ſecundum hoc poſſunt ſaluari quę cõmuniter dicunt̃ de ſubiecto attributionis in ſcholis modernorum. ❡ Articulus ſecundus. Arti 2.

Pro articulo ſecundo ſupponẽdum eſt : F

Subiectum accipit̃ dupliciter

ꝙ ſubiectum accipitur dupliciter. Vel ꝑ ſubiecto prædicationis, uel inhæſionis . De ſecundo nihil ad propoſitũ. Primo modo accipitur pro altero extremo propoſitionis.ſ.termino, uel conceptu , de quo dicitur prædicatum. Accipitur aliquando pro re ſignificata,pro qua ſupponit huiuſmodi terminus. ❡ Differentia etiam eſt inter ſubiectum ſcientię , & obiectum. Obiectum eſt concluſio ſcita,cuius ſubiectũ eſt ſubiectum ſcientiæ. Subiectum itaque eſt pars obiecti. Supponitur etiam ex dicendis diſt.iij. q. ij.& ex dictis.q.ij. ꝙ res poteſt intelligi in ſe,ſiue diſtinctè: ita ꝙ nihil aliud terminat actum intelligendi,illo modo nõ poteſt a nobis deus in uia intelligi naturaliter:ut patet. q. j.& ij. Alio modo poteſt



poteſt intelligi in conceptu cõmuni,uel cognitione communi ſibi,& alijs ſecundum ſe totam,uel ſecũdum ſuas partes , ſic cognoſcimus deum pro ſtatu illo cõceptu cõmuni deo, & creaturæ, uel conceptu compoſito proprio deo ſecundũ ſe totum , cuius tñ partes conueniunt creaturæ ut ens ſummum infinitum &c. Supponitur ẽt ex.q. j. prologi, & q.viij. & eiuſdem,ꝙ ſcientia accipitur, uel pro ſimplici habitu uel aggregatiuè . Sic ẽt theologia accipitur , uel pro theologia uiatorum,uel beatorum &c. de hoc q. j. & viij prologi. ❡ Concluſio prima. Ac

Cõcl. 1

G cipiendo ſubiectũ pro re ſignificata,pro qua ſupponit ſubiectum ſcientiæ in aliqua parte theologiæ : deus ſub ratione deitatis eſt ſubiectum. in aliquã pater , in aliqua filius,in aliqua ſpiritusſanctus: in aliqua creatura:quia illud ẽ ſubiectũ , pro quo ſupponit ſubiectum concluſionis. Nunc autem in aliqua concluſione ſupponit ꝓ deo:in aliqua pro patre &c.

Cõcl. 2

❡ Concluſio ſecunda.Capiendo ſubiectum pro termino ſupponente : ſic nec deus,nec res aliqua extra animam,quæ non eſt ſignum:eſt ſubiectum theologię nec totalis,nec partialis &c. ❡ Concluſio tertia.

Cõc. 3.

In diuerſis partibus theologię diuerſa ſunt ſubiecta. Et quandoq; etiã unum qñ de uno ſubiecto dicuntur, ſeu demonſtrantur diuerſę paſſiones in diuerſis concluſionibus &c. ❡ De theologia beatorum poſſent poni conſimiles concluſiones : in qua ſimiliter ſecundũ diuerſitatẽ cognitionum, & concluſio-

H nũ diuerſa ſunt ſubiecta. ❡ Si quęritur, quid eſt ſubiectũ primũ theologię prout accipitur aggregatiuè. Dicendũ:ꝙ ſecundum diuerſos modos primitatis:poſſunt poni diuerſa ſubiecta prima. Vnde deus ſub ratione deitatis eſt primũ ſubiectum perfectione reſpectu creaturarum,ſed reſpectu perſonarum etiam eſt aliqua prioritate primum : de qua infra.

Varia eſſe ſubiecta prima.

Dicitur. Chriſtus poteſt poni ſubiectum primum prioritate continentię,quia cõtinet naturam diuinam,& creatam. Similiter res & ſigna poſſunt poni ſubiectum propter prioritatem cõitatis: quia quęcunq; tractantur in theologia ſunt res,uel ſigna, ſed deus ſub ratione redẽptoris,uel rõne glorificatoris nõ eſt ſubiectum:qa illę rationes non ſunt rõnes ſubiecti,ſed magis prędicati. Iſtę.n.ſunt propoſitiones theologiæ:deus eſt redẽtor:deus eſt glorificator: ubi rõ redemptoris,& glorificatoris reſpiciunt ꝓdicatum,& non ſubiectũ &c. ❡ Sed ſi q̃ritur: I

de quibus eſt theologia.Solutio.theologia ſumitur qñque , ut patuit quęſtione ꝓcedenti.&.q. j.prologi circa terminum: ueritatis theologica.ꝑ fide infuſa. Alio mõ pro oĩ habitu ſimpliciter theologico fidei acquiſitę:ut ſup. patuit q̃ſtione pręcedenti. Primò mõ theologia nr̃a non eſt de oĩbus,nec cõplexis,nec incomplexis:ſic.n.reſpicit ſolã fidem infuſam , q̃ una dicitur in patribus , & nobis ut doceri ſolet in tertio. ❡ Secundò dicitur: quòd eſt de omnibus rebus ſignificatis per terminos propoſitionũ theologicalium.Et qa non eſt aliquis terminus de quo non poſſit prædicari paſſio theologica. Oẽ enim ens eſt creator, uel creatura. Item perpetuabile, creabile, annihilabile,factibile:ſiue cauſa ſecunda extrinſeca &c. ergo poteſt dici:ꝙ eſt de oĩbus incomplexis,nõ tñ de omnibus cõplexis,ſiue concluſionibus tanq̃ ſcibilibus propinquis : quia non oẽs concluſiones demonſtrabiles demõſtrantur in theologia. non.n.metaphyſicales, nec logicales. ❡ Corollariè ſequitur:hoc ſecundo modo theologia habet tractare de quolibet ente in particulari : quia de deo creator omnium, & cauſa communiſſima. Item de creaturis , & facturis dei,& effectibus illius cauſæ communis. Vide de hoc latius in Sco. quæſt.iij. prologi in fine. Circa tertiam partem prologi mouetur hęc.q.x.

Corol.

## QVAESTIO. X.

VTRVM ſola operatio potentiæ ſenſitiuæ ſit praxis. Quæſtio illa mouetur propter intellectum clariorem horum,quę dicentur in quęſtionibus ſequentibus. Recitatis itaque, & impugnatis duabus opinionibus , qua A

Arti. 1.

Nota. 1

rum ſecunda eſt Sco.q.v.prologi tenentis, ꝙ praxis eſt actus alterius potentię, quàm intellectus naturaliter poſterior intellectione natus elici conformiter rationi rectæ. Ad hoc, ut ſit rectus, uenit primum conſiderandum: ꝙ quæſtio quo ad multa, quę in ea dicuntur, explicatur, & reſoluitur infra in doctore: diſt.xxxv. q.vj. quorum intellectus neceſſarius eſt hic in propoſito. Vide etiam in doct. in

Nota.2

ſecundo.q.iij. ¶ Secundò conſiderandũ: ꝙ quæſtio hæc magis eſt de nomine, q̃ de re. Nam in re talis eſt proceſſus in noſtris actionibus. Primò intellectus oſtendit finem, & ea quæ ſunt ad finem, quem ſequitur, uel quem ſequi poteſt uolitio finis. Deinde conſilium de his, quę ſunt ad finem: poſt hoc ſententia dictãs quid eligendum, quid omittendum. hinc ſequitur electio: poſt hanc ſi non ſit impedimentum: ſequitur executio. Quod autem illorum debet dici praxis de hoc

B

eſt quęſtio &c. ¶ Praxis ſecundum Eu-

Praxis.

ſtratium accipitur largé pro operatione cuiuſcunque uirtutis ſiue liberę, ſiue naturalis. Strictè dicitur operatio cognitiua ſiue paſſio conſequens cognoſcentem inquantum cognoſcens. Et illo modo omnis cognitio, & quilibet actus potentiæ cognitiuæ, uel appetitiuę, & paſſio conſequens: ut delectatio, triſtitia, poſſunt dici energia, uel praxis. Strictius accipitur pro operatione, quæ eſt in poteſtate noſtra: quale eſt omne opus uirtutis, aut uitij. Strictiſſimè accipitur ꝓ omni operatione conformiter elicita dictamini rectę rationis, & electioni uolũtatis &c. Primus duobus modis non accipitur in propoſito: ſed tertio, uel quar

Nota.3

C

to modo. Patet. ¶ Conſequenter notandum, ꝙ doc. diſtinguunt inter intel-

Intellectus practicus.

lectum practicum, ſpeculatiuum, & conſiliatiuum: quæ eſt diſtinctio non rerum, ſed nominum: nam idem intellectus eſt practicus, ſpeculatiuus, & conſiliatiuus. Dicitur enim intellectus practicus intellectus habens in ſe principia, uel concluſiones practicas: ut intellectus dictans aliquem finem appetẽdum, uel proſequendum, & illud dictamen, ſeu propoſitio hæc ſignificans dicitur principium practicum, de quo dicit philoſophus. Sicut principium in ſpeculabilibus ita finis in agibilibus: quia uoluntas nihil agit niſi propter finẽ a ratione dictatum, uel ex libertate ſua præſtitutum, & per conſequens omnis actio uoluntatis, quæ non

Conſiliatiuus

eſt reſpectu finis: præſupponit uolitionem finis. Intellectus autem conſiliatiuus eſt tantum reſpectu concluſionum practicarum. Dictato enim per intellectum ſine cõſilio præuio aliquem finem eſſe appetendum: intellectus cõſiliatur quibus medijs finis ille melius attingatur. Et habita inueſtigatione concludit tandem, ꝙ per tale medium determinatum finis eſt attingendus: intellectus ergo ſic cõſiliãs: inueſtigans, & cõcludens dr̃ intellectus conſiliatiuus. Patet ergo: ꝙ intellectus practicus eſt ſuperior ad intellectum conſiliatiuum: quia practicus eſt tam reſpectu principiorum, quàm cõcluſionum .i. tam reſpectu finis, quàm reſpectu mediorum: conſiliatiuus autẽ eſt

Speculatiuus.

D

tantum reſpectu mediorum, ſine concluſione. Intellectus ſpeculatiuus eſt intellectus habens in ſe notitiam ſpeculatiuã .i. conſiderationem eorum quæ nõ ſunt in poteſtate &c. ¶ Notandum: ꝙ capiẽdo praxim tertio modo omnis operatio, quæ eſt in noſtra poteſtate eſt praxis: & ideo quia tam uolitio, quàm intellectio, quàm ſenſatio, quàm etiam exterior operatio eſt in poteſtate noſtra: quodlibet horum eſt praxis: quia autem uolitio primò eſt in poteſtate noſtra, & nullus alius actus eſt in poteſtate noſtra niſi mediante uolitione: ideo praxis primò dicitur de actu uoluntatis: & de alijs quaſi ſecundario: ut latius infra explicatur. diſt.xxxv. q.vj. Ibi enim aperitur uerus intellectus dictorum hic. Quòd autem omnis talis actus ſit praxis; patet: q̄a omnis actio uirtuoſa, uel uitioſa dr̃ praxis. Oı̄s autem actus in nr̃a poteſtate poſitus poteſt eſſe uirtuoſus: uel uitioſus quia poteſt conformiter uel difformiter elici rectę rationi, & ſecundum hoc praxis diuiditur in praxim uirtuoſam, & uitioſam. Praxis uirtuoſa eſt operatio exiſtens in poteſtate uoluntatis noſtræ natà elici cõformiter rectę rationi ad hoc,



ut ſit recta. Per primã concluſionem: excluditur operatio naturalis, quæ nec eſt uirtuoſa, nec uitioſa: quia in inuoluntarijs neque laudamur, neque uituperamur. Per ſecundam concluſionem excluditur praxis uitioſa: hęc enim eſt operatio exiſtens in poteſtate uoluntatis: nata elici difformiter rationi erroneæ,

Corol. 1.

& falſæ. ¶ Ex illis ſequitur primò: ꝙ nõ reſpectu cuiuslibet praxis eſt ſcientia

E

practica, cui debeat conformari. Patet de praxi uitioſa, quæ non poteſt conformiter elici dictamini, ſeu rationi rectæ: ut odium inimicorum contra diuinum

Corol. 2.

præceptum. ¶ Secundò ſequitur; ꝙ aliqua eſt praxis, quæ nec cõformiter: nec difformiter eſt elicita rectæ rationi. Patet de uolitione alicuius ad nudã oſtentionem intellectus ſine præuio dictamine

Corol. 3.

uerò, uel falſo &c. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ pura ſpeculatio poteſt eſſe praxis. Patet: quia poteſt eſſe in poteſtate uoluntatis, & ab ea imperãri, & elici non ſolum tanquam finis: ſed etiam tamquam medium ad finem: ut ſi intellectus dictet ſtudendum fore, uel ſpeculandum propter beatitudinem, uel ſanctitatem, aut animæ recreationem, & ſpeculatio poteſt fieri meritoriè, uel demeritoriè: ergo erit praxis. Veruntamen notitia, ſeu ſcientia practica non eſt ſcientia ſpeculatiua: ut infra patebit. ¶ Quartò ſe-

4. corol.

C

quitur: ꝙ praxis non dicit actum tantũ: ſed dicit actum connotando uoluntatem effectiuè, & liberè producentem: ſicut eſt de actu meritorio &c. Accipiendo praxim quarto modo praxis dicit actum uoluntatis eum elicientis, uel imperantis præuio conſilio intellectus. Et ſic non erit reſpectu finis: ſed tantum reſpectu mediorum: quoniam ut dicit philoſophus, iij. Ethicorum. Conſiliamur non de finibus: ſed de his, quę ſunt ad finem. Neque enim medicus conſiliabit, ſi ſanabit: nec rethor, ſi ſuadebit: neque policitus, ſi pacem faciat. Neq; reliquorum aliquis de fine: ſed ponens finem aliquem qualiter, & per quæ erunt: intendunt .i. conſiliantur &c. Verum licet non quælibet operatio ſit illo modo praxis. Primo modo: quia aliqua eſt finis: quia tamen poteſt ordinari in finem ulteriorem, & ita eſſe medium præuio conſilio ad finem alium dictatum uerè poteſt dici praxis &c. ¶ Concluſio re-

Arti. 2. Cõclu. reſponſ.

ſponſalis. Non ſolum operatio potentiæ ſenſitiuæ eſt praxis. Patet: quia omnis opatio uolũtatis, intellectus: ſenſus: & exterior, q̄ eſt in uoluntatis pȏtate ē uerè praxis tertio mō: uel quarto mō: q̄a quælibet talis pȏt eſſe uirtuoſa, uel uitioſa: omnis autem talis eſt praxis. &c.

Corol. 1.

¶ Corollarium. Omnis actus uoluntatis eſt praxis. Patet: quia tam elicitus, quàm imperatus: ſed elicitus primò, & mediante illo imperatus: nam praxis eſt actus in noſtra poteſtate conſtitutus. Nunc autem actus elicitus ſimpliciter eſt in poteſtate noſtra .i. uoluntatis. Imperatus uerò mediante elicito. Actus elicitus eſt uelle, uel nolle: ille enim eſt propriæ uoluntatis ut talis eſt, & non alterius potentiæ. Actus impatus eſt actus alterius potentiæ .ſ. intellectus, ſenſus: uel motiuæ ad uoluntatis imperium cauſatus, uel conſeruatus. ¶ Corollarium ſe-

Corol. 2.

cundum. Omnis actus in intellectus ſenſus, & exterior motiuæ potentiæ poteſt eſſe praxis. Patet: quia omnis talis poteſt ſubeſſe imperio uoluntatis: ſecus de purè naturalibus ut actibus nutritiuis. Dico poteſt eſſe: quia ſi præuenit uoluntatem, ut primus actus intellectus oſtendens obiectum uoluntati: ut ſic non eſt praxis. Sic de ſenſatione præuia intellectione poteſt tamen eſſe praxis; ſi per imperium uoluntatis continuetur: aut ad

Corol. 3.

aliquem finem ordinatur: aut a uoluntate acceptatur, uel amatur. ¶ Corollarium tertium. Actus, qui primò non eſt praxis poteſt fieri praxis, & econuerſo. Exẽplum primi nunc habitum eſt. Exemplum ſecundi .ſi actus, qui eſt praxis per uoluntatem elicientem, uel imperantẽ eſt cauſatus: poſtea a ſolo deo conſeruatur &c. ¶ Corollarium quartum. Om-

Corol. 4.

nis ſpeculatio pȏt eſſe praxis. Patet ergo: ꝙ praxis, & ſpeculatio non diſtinguuntur realiter: poteſt autem ſpeculatio dici quilibet actus intelligendi generaliter, uel ſtrictius actus intelligendi .ñ. directiuus alicuius praxis &c.

## QVAESTIO. XI.

A VTRVM notitia practica, & ſpeculatiua diſtinguũtur per fines, uel penes obiecta &c. ¶ Pro huius quæ-
Arti. 1. Nota. 1 ſtionis intellectu notãdũ primò: ꝙ differentia eſt inter praxim. & actum practicum, ſiue notitiam practicam. Nam notitia, ſiue actus practicus, quod idem eſt: eſt notitia actualis, uel habitualis adhæſi-
Praxis. ua propoſitionis practicæ. Praxis uerò eſt operatio in poteſtate noſtra conſtituta ſignificata per propoſitionem practicam, uel eius partem: ut notitia adhæſiua huius, eleemoſyna danda eſt miſeris indigentibus: eſt actus practicus, ſiue notitia practica. ſed datio eleemoſynæ eſt praxis. ſic ſyllogiſmus formandus eſt in modo, & figura. Huius complexi adhæſiua notitia eſt notitia, ſeu actus practica, uel practicus: ſed formatio ſyllogiſ-
B mi eſt praxis. ¶ Poteſt ergo notitia pra-
Notitia practica. ctica ſic diffiniri. Eſt notitia alicuius ueri complexi, oſtẽdens uel dictans in uniuerſali, uel particulari liberè operari; ut notitia harum. Diligẽdus eſt deus tota anima: toto corde &c. Colendus ẽ deus latria. Primum regnum dei quærendum eſt. Corde creditur ad iuſtitiam: ore cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Marmora ferro ſcindi oportet: terram aratro. Siquidẽ notitiæ harum propoſitionum ſunt notitię practicæ, ſiue actus practici: ſed operationes ſignificatę per eaſdem propoſitiones ſunt praxes. ¶ Si replicatur: tunc illę non eſſent practicæ. Contrarium contrario corrumpitur. ſimile ſimili fouet. Ex actu generatur habitus. fęnum rigata terra multiplicatur. Conſequens falſum: quia hę notitiæ ordinantur ad opus: & ſunt circa obiecta a nobis operabilia. Dirigunt enim nos ad operationes: quia dirigunt, ſi quis uult corrũpere aliquam qualitatem: applicet ſuũ con-
Alia diffinitio. trarium. ¶ Propter has inſtantias poſſet aliter diffiniri notitia practica ſic. Eſt notitia adhæſiua ueri complexi directiua operis in noſtra poteſtate cõſtituti, magis quàm notitia incomplexa. Dicitur autem notitia directiua, quia habens eam poteſt cognoſcere utrum, quando, quare, ubi, uel quomodo ſit operãdum. Dicitur autem magis, quàm notitia ſimplex propter illas. Amor eſt qualitas mẽtis. Deus eſt infinitè bonus. Lapis eſt durus. Aqua eſt fluida. quæ ſunt ſpeculatiuæ ſimpliciter: licet per eas aliquo modo, quis dirigi poſſit in opere. Nam bonitas dei infinita cognita, dirigit ad diligendum deum ſecũdum ultimum poſſe. Lapidis duritia cognita dirigit lathomũ ad ordinandum inſtrumenta ſculpendi. Sed quia non plus dirigunt illæ notitię complexæ, quàm diſtincta notitia incõplexa talium, nõ ſunt practicę: alioquin omnis notitia eſſet practica. Vnde ut complexa dirigant, oportet ut per eã, uel aliquem terminum complexi ſignificetur operatio libera actiuè, uel paſſiuè. & hoc formaliter, uel æquiualẽter: quia ſemper praxis eſt partiale obiectũ notitiæ practicæ. Notitia ſpeculatiua diffinitur per oppoſitum. ¶ Notandum
Nota. 2 C ſecundò, ꝙ quidam diſtinguunt inter finem ſcientis, in quem uidelicet ſciens
Diſtinctio inter finẽ ſcientis & finem ſciẽtię. ordinat ſcientiam, & finem ſcientiæ. Qui eſt duplex, ſcilicet finis per ſe, & principalis, in quem ſcientia ex ſua natura habet ordinari. Et finis per accidẽs ſiue ſecundarius, ad quem nõ ordinatur per ſe: ſed ex intentione ſcientis. Dicũt ergo, ꝙ ſcientia practica diſtinguitur a ſpeculatiua penes finem ſcientię per ſe, & principalem: quia illius finis eſt opus: iſtius ueritas. ¶ Sed contra hoc oſtenditur, ꝙ idem eſt finis ſcientię, qui eſt ſcientis: ad intellectum infra dicendũ: ꝙ que idem poteſt eſſe finis ſcientię ſpeculatiuę, & practicę. Ideo notandum: ꝙ finis aliquando accipitur pro aliquo acquirendo per operationem: ſicut ſanitas eſt finis deambulationis, & ille finis eſt amatus, & deſideratus amore cõcupiſcentiæ. Alius eſt finis amatus amore amicitiæ: propter quem finis primus producitur: qa enim homo diligit ſeipſum: concupiſcit ſibi ſanitatem. Similiter qui diligit deum ſummè propter ſe: omnia agit propter deum, & illi deus eſt finis omnium operum ſuorum. Primus

finis



finis eſt prior in intentione: ſed ultimus in executione, & eſt realiter effectus: & communiter ignobilior illo fine, ad quẽ ordinatur, ſaltem in æſtimatione agentis, qui intendit eum. Et ab alijs dicitur finis quo &c. Secundus finis ut frequenter præexiſtit operationi. Et ſi ſecundã rectam rationem intendatur: non eſt ignobilior illo, quid eſt ad finem: nec ẽ effectus: nec acquiritur per ipſam operationem. Et hic ab alijs dicitur finis gratia cuius. ¶ Tertiò notandum: ꝙ fi-
Nota. 5 D nis ſcientiæ propriè loquendo eſt ama-
Quis finis ſciẽtiæ. tum a diſcẽte, ſiue amore amicitiæ, ſiue concupiſcentiæ: quod mouet ad acquirendum ſcientiam: & ideo ſimpliciter loquendo, idem eſt finis, qui eſt cauſa finalis ſcientiæ intẽtus, & amatus a ſciente. non autem cauſa ſcientis. Exẽplum. Si quis amore ſuiipſius cõcupiſcit ſcientiam propter lucrum: tunc ipſemet amatus amore amicitiæ eſt cauſa ſcientiæ: quia ab ipſomet ſic amato ſcientia procedit in effectum, & illa habet rationem cauſæ: quia ad eius eſſe ſic amatum ſequitur ſcientia: non tamẽ eſt cauſa ſuiipſius. Similiter lucrũ concupitum, & deſideratum eſt aliquo modo cauſa finalis ſcientiæ: quia propter amorẽ lucri ſciẽs mouetur ad acquirendum ſcientiam: non tñ lucrum, uel amor lucri eſt cauſa ſcientis: quia ſciens ab eo non depen-
Nota. 4 E det. &c. ¶ Quartò notandum: ꝙ aliqua diſtingui per aliqua multipliciter poteſt intelligi. Vel per aliqua tamquam intrinſeca: uel tanquam per extrinſeca. Et hoc uel per aliqua tanquam per cauſas diſtinctionis eorum: quia ſunt cauſæ eorum: uel limitatæ, & propriæ: uel illimitatæ, & communes: uel per aliqua ſibi propria: ut per proprietates, uel ſubiecta propria, uel effectus ſibi proprios. ¶ Articulus ſecundus. ¶ Concluſio pri-
Art. 2. Cõcl. 1 F ma. Scientiæ, practicæ, & ſpeculatiuæ, ſeipſis diſtinguũtur intrinſecè, & formaliter, & non per aliqua alia. Probatur, Scientiæ ſunt formæ ſimplices, & per conſequens non poſſunt diſtingui formaliter niſi ſeipſis &c. ¶ Concluſio ſe-
Cõcl. 2. cunda. Scientiæ practicæ, & ſpeculatiuę diſtinguuntur per finem, uel per fines cauſaliter: ſicut per efficiẽtem cauſam cauſaliter diſtinguuntur. Probatio, qa ab eodẽ habet res diſtinctum eſſe, a quo habet eſſe, ſed a cauſa finali res habet eſſe, ſicut a cauſa efficiente: ergo. Vnde ſi duæ ſcientiæ haberẽt eandem cauſam finalem, per illam diſtinguũtur cauſaliter: non minus, q̃ ſi haberent diſtinctas cauſas finales. Ex illo ſequitur: ꝙ oẽs res creatæ diſtinguuntur cauſaliter per deum: quia deus eſt cauſa diſtinctionis omnium ſicut rerum omnium &c.
¶ Concluſio tertia. Scientiæ practicæ, Cõcl. 3.
& ſpeculatiuæ, non diſtinguuntur per ſubiecta attributionis. Patet: quia de eodẽ ſubiecto poſſunt eſſe ſcientiæ ſpeculatiuæ, & practicæ. Nam omne ſubiectum habens paſſiones ſignificantes ea, quæ ſunt in noſtra poteſtate, & etiã paſſiones importantes ea, quæ non ſunt in noſtra poteſtate: poteſt eſſe ſubiectum concluſionis practicæ, & ſpeculatiuæ.
¶ Concluſio quarta. Scientia practica, Cõcl. 4.
& ſpeculatiua diſtinguuntur per obiecta .i. concluſiones ſcitas tanquam per ſibi propria. Patet. Eiuſdẽ concluſionis non poteſt eſſe ſcientia practica, & ſpeculatiua: quia aut concluſio eſt directiua praxis, ſeu operationis, & ſic eius ſcientia eſt practica: aut non, & ſic eſt ſpeculatiua &c. ¶ Concluſio quinta, Capiendo Cõcl. 5.
finem impropriè pro illo, qui ſecundum rectã rationem deberet intẽdi ab acquirente ſcientiam: ſicut cõiter (licet impropriè) accipiunt in hac materia doctores: ſcientiæ practicę, & ſpeculatiuę diſtinguuntur per fines, tãquam ſibi propria. Patet: quia ſic alius eſt finis practicæ. ſ. opus, uel operari: & alius finis ſpeculatiuæ. ſ. conſiderare. Ex illis poteſt elici, quę ſcientia dicatur practica, & ſpecula- G
tiua. Nam ſcientia practica eſt ſcientia directiua alicuius praxis. i. eſt ſcientia cõcluſionis dirigẽtis ſcientẽ circa aliquod opus, uel operationem, quę eſt in poteſtate noſtræ uoluntatis. ¶ Dirigit autem concluſio practica circa operationem uoluntariam dupliciter, ſcilicet dictatiuè, & oſtenſiuè. Dictatiuè, quæ dictat. id eſt ſignificat determinatè aliquid eſſe faciendũ. ut hęc con

cluſio. Deus coli debet die ſabbati cultu latriæ. Eccleſia eſt reparanda, & ſic de alijs. Oſtenſiuè, quæ oſtendit, ideſt ſignificat modum operandi uirtute cuius habens eam, dum intellectus dictat operandum eſſe, & uoluntas uult poteſt rectè operari. Rectè dico ad normam artis, non uirtutis, ſaltem nõ oportet: ut concluſio illa. domus componitur ex fundamento parietibus, & tecto: ligna debent ſic, uel ſic dolari &c. Primum pertinet ad prudentiã, qua ſcitur, quando operandum eſt, & quando non. & ſic de alijs circunſtantijs, ubi quo ſinem &c. quatenus opus fiat uirtuosè. Secundum pertinet ad artes mechanicas, & liberales practicas: logicam.ſ. & grammaticam, & rhetoricam. Hæ enim artes docent modum operandi ex materia conueniente: non autem dictant, quando operandum eſt: aut quando ab opere ceſſandum eſt. Sic logica, grammatica &c. docent quomodo arguendum, congruè loquendum, aut perſuadendum: ex quibus terminis, propoſitionibus, aut locis ſyllogiſmus faciendus eſt. Conſtructio congrua ponenda, & perſuaſio efficax ſit ordinanda, quæ omnia ſunt in poteſtate uoluntatis noſtræ. Non autem docent, quando hæc ſunt facienda, quo loco, aut coram quibus, ſeu quo fine &c.

Arti. 2. H

¶ Articulus tertius. Circa hoc, quod auctor mouet quæſtione præſenti de differentia inter prudentiam, & moralem philoſophiã. Notandum eſt ex .iiij. quod lib. q. vj. & q. xij. tertij doct. breuis, & clara reſolutio huiuſmodi diſtinctionis. Vnde dimiſſis his, quæ infra dicuntur: diſtin. xxxvj. in tertio collectorio noſtro: prudentia poteſt capi, uel pro ſimplici habitu circa agibile ſecundum rectam rationem dictatiuo. Vel pro aggregato ex pluribus

Prudentia. Qđ tripliciter accipitur.

talibus ordinem aliquem adinuicem habentibus. i. ad bene uiuendum requiſitis. Accipiendo pro ſimplici habitu tripliciter accipitur. Primo modo generaliter pro quolibet habitu directiuo reſpectu cuiuſcunque agibilis mediatè, uel immediatè ſiue ſit propoſitionis per ſe notæ: ſiue notę per experientiam: ſiue ex talibus per doctrinam deductæ. Exemplum primi ut notitia huiuſmodi. Omni benefactori eſt benefaciendum, quæ eſt per ſe nota. Exemplum ſecundi. Iracundus eſt per manſueta uerba leniendus, quæ poteſt haberi per ſolam, uel etiam per doctrinam experientiam. Secundo modo accipitur pro habitu notitiæ immediatæ directæ circa aliquod agibile particulare per propoſitionem particularum ex per ſe nota tãquam ex maiore euidenter deductam: ut notitia huius. huic benefactori eſt benefaciendum. quæ ſequitur ex priori. Vnde ſequitur. Omni benefactori eſt benefaciẽdum: hic eſt benefactor: ergo huic benefactori eſt benefaciendum. Tertio mõ ſtrictiſsimè pro habitu ſiue notitia immediatè directiua circa aliquod particulare agibile per ſolam experientiam accepta, & non per deductionem ex magis uniuerſalibus. ut notitia huius: iſte iracundus eſt per mãſueta uerba leniendus. ¶ Habitus autem philoſophiæ, uel ſcientiæ moralis eſt habitus directiuus circa agibile acquiſitus p doctrinam ex principijs per ſe notis: uel experiẽtiam: & non ex actibus circa particularia.

¶ Per hoc dicendum eſt, capiendo prudentiam pro habitu ſimplici, & primo modo: non diſtinguitur a ſcientia morali. Capiendo ſecundo modo: pro ſimplici habitu, etiam non diſtinguitur a ſcientia morali: quia nota circa particulare agibile inquantum illa deducitur doctrinaliter ex per ſe notis pertinet ad moralem ſcientiam, ſiue philoſophiam. Accipiendo autem tertio modo ſic diſtinguitur a morali ſcientia, ſeu philoſophia morali: quia moralis ſcientia habetur per doctrinalem deductionem: prudentia uerò ſolum per experientiam. Et ſic accipit philoſophus cũ ponit illa diſtingui: quia ſic prudentia duntaxat notitia particularium, uel uniuerſalium per actus experimentales pręciſè circa ſingularia accepta. Hinc. vj. Ethicorum. c. iiij. philoſophus diſtinguit prudentiam ab arte, & ſcientia. Ab arte quia eſt de agibili quod contingit aliter ſe habere ab arte: quoniam aliud



eſt genus actionis, & factionis. ¶ Et breuiter eſt illa diſtinctio inter prudentiam, & moralem ſcientiam, quæ proportionabiliter eſt inter notitiam experimentalem, & artem: ſic accipit philoſophus. vj. Ethicorum ubi ſupra, & in proemio Metaphyſicæ: ubi tradit philoſophus: ꝙ ex ſenſu fit memoria: ex memoria experimentum: ex multis experimentis inducitur una uniuerſalis, quæ eſt principium artis hoc eſt ex ſenſationibus, quę ſunt notitię intuitiuę fit memoria. id eſt notitia memoratiua eiuſdem obiecti cuius fuit ſenſatio, & hæc memoratiua eſt notitia abſtractiua. Et ambæ ſenſatio, & memoria ſunt notitiæ ſingulares ſimplices appræhenſiuæ: ex multis autẽ memorijs fit experimentum.

Experimentũ. K

¶ Eſt autem experimentum iudicium alicuius ſingularis ſenſati cauſatum ex multis memorijs conſimilium prius ſenſatorum: ut qui per tactum nouit hunc ignem eſſe calefactiuum, & hunc ignem &c. Viſo alio igne, quem per actum non ſenſit: ex memorijs ignium, quos prius ſenſit calefacere: iudicat etiam hunc calefacere: hoc iudicium de illo ſingulari igne uocatur experimentum. Et ita experimentum eſt notitia iudicatiua de ſingulari ex memorijs ſimilium ſingularium prius ſenſatorum. ¶ Eſt ergo ſenſatio prima notitia intuitiua: memoria abſtractiua experimentum adhæſiua, ſiue iudicatiua. Ex multis autem experimentis accipitur uniuerſalis ſecundum modum ſupra quæſtione ſecunda prologi tactũ: quæ propoſitio uniuerſalis eſt principium artis.

L

¶ Expertus ergo eſt, qui procedit ex huiuſmodi ſingularibus, ex quibus tamen colligit multas uniuerſales ſibi per experientiam notas. Non autem ut talis acquirit notitiam alicuius uniuerſalis ex alijs magis uniuerſalibus: Artifex uerò ut talis incipit a principijs per ſe notis: uel etiam notis per experientiam. et ſi non ſibi: tamen creditis tanquam ab alijs expertis. ¶ Ex quo ſequitur: ꝙ purus artifex non etiam expertus nullarum concluſionum ſcientiam habet: niſi earum tantum quę mediatè, uel immediatè deducuntur ex principijs per ſe notis. Nam illarũ, quæ deducuntur ex principijs notis per experientiam non habet euidentem notitiã: ſicut nec de principijs, quę non accepit per experimentum. Suo modo dicatur de prudentia, & morali philoſophia. ſiue ſcientia: quia prudens eſt expertus: ſciẽs uerò tanquam artifex.

M Prudentia aggregatiua tripliciter accipit.

Si uerò prudentia accipitur aggregatiuè: poteſt etiam accipi tripliciter: uel pro aggregato ex prudentiis ſimplicibus primo modo accipiendo: uel tantum ſecundo modo: uel tantum tertio modo. Et poteſt proportionabiliter dici ſicut de prudentia pro ſimplici habitu. &c.

## QVAESTIO. XII.

A

De habitu theologico.

VTRVM theologicus habitus ſit practicus, uel ſpeculatiuus &c. ¶ Supponitur ex prioribus: ꝙ theologia non eſt habitus unus: ſed aggregatum ex multis notitijs non ſolum numero: ſed etiam ſpecie diſtinctis. Nam omnis notitia theologicæ ueritatis pertinet ad theologiam. Omnis ueritas neceſſaria ad ſalutem, eſt ueritas theologica: ut dictum eſt. q. j. prologi. Hę autem multæ ſunt: ut notum eſt. ¶ Sunt autem de quæſtionis materia opi. contrariæ, quarum una ponit: ꝙ theologia eſt ſimpliciter ſpeculatiua: alia ꝙ ſimpliciter eſt practica.

Cõclu. reſponſ. B

¶ Contra quas eſt hæc reſponſio auctoris. Aliqua notitia theologica eſt ſimpliciter ſpeculatiua, & aliqua ſimpliciter practica. Patet: quia aliqua eſt notitia concluſionis directiuę ad opus, ſeu ad operationem: alia non. Exemplum primi: ut notitiæ illarum: deus eſt diligendus ex toto corde: ſabbatum eſt ſanctificandum: orandum eſt pro loco, & tempore. Exemplum ſecundi. Deus eſt trinus, & unus: pater generat filium: perſonarum diuinarum una eſt ſubſtantia, æqualis gloria, coęterna maieſtas.

Obiectio.

¶ Sed eſt dubium: quando concluſio practica deducitur ex principijs ſpeculatiuis: an habitus totius demonſtrationis ſit

practicus, uel ſpeculatiuus. Solu. Aequi
ualenter eſt ſimul practicus, & ſpeculati
uus non formaliter: ſed æquiualenter:
quia æquiualet habitui principij, & con-
cluſionis: quorum ex hipotheſi alter eſt
ſpeculatiuus: alter practicus. ¶ Ex quo
ſequitur: ꝙ ſpeculatiuum, & practicum
non immediatè opponũtur, quia datur
medium. ¶ Vel dicendum: ꝙ cum ſcien
tia diuiſione immediata diuiditur in ſpe
culatiuam, & practicam. Scientia acci
pitur pro noticia unius complexi pro-
poſitionalis tantum, & nõ totius diſcur-
Arti. 1. ſus &c. ¶ Dubitatur primò. An habitus
Dub. 1. theologicus pertineat ad aliquẽ de quin
C que, quos ponit philoſophus. vj. Ethico
rum. Solutio. Philoſophus ibi ſolum lo
quitur de habitibus euidentibus. Multi
autem ſunt habitus theologici ineuiden
tes, ſcilicet ueritatum tantum credita-
rum, & illi non pertinent ad aliquem il
lorum quinque &c. Multi etiam ſunt
habitus euidentes: & ſi ſunt principiorũ
per ſe, uel per experientiam notorum:
pertinent ad intellectum. Si uerò con-
cluſionum demonſtratarum, & ſunt pra
ctici pertinent ad prudentiam. Si ſpecu
latiui pertinent ad ſcientiam. Si totius
demonſtrationis pertinent ad ſapien-
Dub. 2. tiam &c. ¶ Dubitatur ſecundò. Vtrum
D habitus theologicus debeat poni in in-
tellectu practico, uel ſpeculatiuo. Re-
ſponſio. Si practicum, & ſpeculatiuum
reſpectu intellectus dicunt non ſolum
actum, ſed aptitudinem: omnis intelle-
ctus eſt practicus, & ſpeculatiuus: quia
omnis intellectus poteſt in ſe habere
noticiam practicam, & ſpeculatiuam.
Et per hoc dicitur: ꝙ habitus theologi
cus eſt in intellectu practico, & ſpecula-
tiuo: quia in intellectu. Si uerò dicunt
tãtum actum, ut intellectus practicus di
catur intellectus habens in ſe actu noti
tiam practicam, & ſic de ſpeculatiuo: tũc
habitus theologicus practicus eſt in in
tellectu practico: habitus theologicus
ſpeculatiuus eſt in intellectu ſpeculati-
uo. Stat tamen: ꝙ intellectus practicus
ſit in intellectu ſpeculatiuo, & ſpecula-
tiuus in intellectu practico: ſi intelle-
ctus habeat ſimul habitum practicum, & Dub. 3.
ſpeculatiuum. ¶ Dubitatur tertiò: quis E
illorum habituum ſit nobilior, ſpecula-
tiuus, an practicus. Solutio. Aliquis pra
cticus eſt nobilior ſpeculatiuo, & aliqs
ſpeculatiuus eſt nobilior practico ſecun
dum differentiam obiectorum, & certi-
tudinis, ex quibus arguitur nobilitas a-
ctuum, & habituum. ¶ Multa alia tan-
guntur in ſolutionibus rationum pro
opinionibus &c.

¶ Finem habet in his notatis, quàm
breuiter, & ſuccinctè epitoma prologi
admodum diffuſi, uenerabilis incepto-
ris Guil. Ockam. ubi ſtudioſus lector la
tius inuenire poteſt, quod hic trũcatim
proponitur, paucis adiectis, & quibuſ-
dam mutatis.

F I N I S.



Procemium — quo oſtendit generale obiectũ theologicũ, & totius operis procedẽdi modũ diſt. j.
Veritatem credendã de eſſentiæ vnitate, & perſonarum trinitate proponit. diſtin. ij.
Intelligentiã creditorũ rationibus planis, & ſimilitudinibus cõgruis aperit. diſt. iij.

Se — Dubia ſoluit circa gñationis:
  Terminũ per noĩa — Concreta. utrũ deus generet deum. diſt. iiij.
    abſtracta: vtrũ eſſentia generet, vel generetur diſt. v.
  Modum — Vtrum pater generet neceſſitate, vel volũtate. diſt. vj.
  Principiũ — Vtrum potentia generandi ſit in filio. diſt. vij.
  Eſſentiæ — Quę ſunt actualitas, ſimplicitas, ĩmutabilitas. diſt. viij
  filij — per generationes coeternitatẽ diſt. ix.

Proprietates:
  Emanationẽ ad intra — ſſ. quantum ad:
    Perſonam procedentem. diſtin. x.
    Principium, a quo procedit. diſtin. xj.
    Spirantium habitudinem. diſtin. xij.
    Comparationem ad generationẽ. diſt. xiij.
  perſonæ reſpicientes — principium a quo:
    diſtinctum. diſtin. xiiij.
    indiſtinctum. diſtin. xv.
  Proceſſionẽ ſſ. ad extra quantũ ad:
    Modum — viſibilem diſtin. xvj.
      inuiſibilem diſtin. xvij.
    Proprietatem, ſecundum quam natus eſt procedere. ſ. donum. diſtin. xviij.
    Veritatem determinat quantum ad — æternitatem, & magnitudinem. diſtin. xix.
      potentiam. diſtin. xx.
  vtriuſq; — Dubia abſoluit quantum ad prædicationem perſonarum cum ſigno excluſiuo ſolus. diſtin. xxj.

Primus liber ſententiarum diuiditur in — Tractatum, quo agit, de trinitate benedicta quo ad

Loquendi modum de ea:
  In genere diſtinguens diuerſa nomina diſt. xxij.
  In ſpecie quantũ ad nomina:
    Eſſentialia — nõ numeralia. ſ. de noĩe pſona diſt. xxiij.
      numeralia. diſtin. xxiiij.
      regreditur ad nomen perſona. diſt. xxv.
    Aeterna — Propria — pſonalibus:
      vt ſunt in ſingulis perſonis. diſtin. xxvj.
      ut exprimuntur noĩbus uarijs. diſtin. xxvij.
    nõ pſonalib⁹ — innaſcibilitate. diſt. xxviij.
      cõmuni ſpiratione. diſt. xxix.
    Relatiua:
      ſecundum ſe — Tpalia diſtin. xxx.
      appropriata — Veritatem oſtendit diſtin. xxxj.
        Dubia ſoluit. diſt. xxxij.
    Cõparatiuè comparando — Proprietates ad pſonas. xxxiij.
      & eſſentiam. diſtin. xxxiiij.
      Secundũ ſe diſt. xxxv.

Attributa quæ ſunt:
  Sapientia, qua res extra cognoſcit:
    in generali — Eas continet obiectiuè. diſtin. xxxvj.
      Eas inhabitat ſanctificatiuè diſtin. xxxvij.
    in ſpeciali quo ad eius:
      quo ad res cognitas prout ſe habet ad eas — caſualiter. diſt. xxxviij.
        immutabiliter. diſt. xxxix.
      effectum. diſtin. xl.
      cauſam. diſt. xlj.
  Omnipotentia, qua ad oĩa pducit oſtendens penes quid:
    attenditur diſtin. xlij.
    quouſq; protenditur. diſt. xliij.
    quomodo ea operetur diſt. xliiij.
  voluntas, de qua determinat quo ad:
    Se. diſt. xlv.
    Effectum — opiniones recitãdo. diſt. xlvj.
      veritatẽ elucidãdo. diſt. xlvij.
    Affectum, ſeu uoluntatem humanam. diſt. xlviij.

PROLOGO utcumq; terminato: ſuadet ratio: ut ad queſtiones circa ſingulas diſtinctiones per doc. motas oculum dirigamus: præmiſſo ſemper textus ſummario, tribus concluſionibus partiendo. Vt autem in genere pateat, de quibus magiſter in hoc primo pertractat: conſiderandum eſt, ꝙ totus ille liber primus diuiditur in proemium, & tractatum. In proemio quaſi in genere, & proemialiter tangit omnium quatuor librorum materiam: cum hoc aperiens determinandi modũ: & hoc facit diſt. j. In tractatu uerò intẽtum proſequitur: agens de deo ſecundũ rationem naturalis perfectionis. ¶ Siue breuius in tractatu agit de trinitate ſuperbenedicta quo ad ſe, & quo ad quædam attributa, q̃ ſibi cõueniunt reſpectu creaturæ a diſt. xxxv. & deinceps uſq; in finem. Quo ad ſe, & ſibi intrinſeca tripliciter. ſ. quo ad ſe a diſt. ij. uſq; ad ſeptimam. Quo ad proprietates perſonæ, & eſſentiæ diuiſim, & cõiunctim a diſtin. viij. uſq; ad xxj. incluſiuè. Quo ad modum loquendi de ea in genere, & in ſpecie a diſt. xxij. vſq; ad. xxxiiij. Hæc uolente domino in proceſſu latius patebunt. ¶ Sententia textus his ſubnotatis complectitur cõcluſionibus. ¶ Prima. Totius theologiæ tam ueteris, quàm nouę legis determinatio circa res uerſatur, & ſigna. ¶ Secunda. Aliquę res ſunt, quibus fruendum eſt: aliæ, quibus utendum: aliæ uerò utuntur, & fruuntur. ¶ Tertia. Res, quibus fruendum eſt, nos beatificant: quibus utendum eſt, ad beatitudinis conſecutionem adiuuant.

## DISTINCTIO. I.

## QVAESTIO. I.

A
Verum tantum oi alio a Deo ſit utendum.

CIRCA diſtinctionem primam doctor ſex mouet queſtiones. Prima, utrum tantũ omni alio a deo ſit utendũ. Dimiſsis argumentis pro, & contra more ſolito formandis: hic, & in ſequentibus diſt. primô ponentur notabilia: deinde concluſiones, demum mouebuntur, & ſoluentur dubia. ¶ Quantum ad articulum primum. Primò notandum circa terminum uſus, uel uti, ꝙ uti quandoq; accipitur communiſsimè pro cuiuſcunq; potentię operatione naturali: & ita diſtinguitur contra ocium. Sic accipitur in illa regula topica. Cuius uſus bonus ipſum quoq; bonum. Et ſic vſus poteſt dici operatio cuiuſcunq; potentiæ, ſiue principalis, ſiue inſtrumentalis. ſic utimur oculis ad uidendum: & habitibus ad expeditius agendum. Sic inquit Augu. uirtutibus nemo malè utitur. Accipitur quandoq; prout diſtinguitur cõtra diſſuetudinem, & hoc modo deſcribitur a uictorino. Vſus eſt actus frequẽter elicitus a potentia. & ſic nihil addit ad primam acceptionem, niſi frequentiam. Iſtis duobus modis cuiuſlibet potentiæ actus poteſt dici uſus. de iſtis nõ eſt ad propoſitum. Sed ſumitur hic uti, prout dicit actum uoluntatis: & hoc tripliciter. Primò communiter pro acceptare aliquid, & ſic ſumit beatus Augu. j. de trini. c. xj. Secundò minus communiter, ſiue ſtrictè: & ſic eſt acceptare, uel deacceptare aliquid propter aliud: & ita dicit actum uoluntatis relatæ ad aliud, ſiue ſit ordinatus, ſiue inordinatus. Tertio modo accipitur propriiſsimè: & ſic eſt acceptare, uel deacceptare aliquid propter aliud præciſe, quo fruẽdum eſt: & ſic diſtinguitur contra actum inordinatum: & hoc modo frequenter ſumit beatus Augu. ¶ Ex illo ſumi poteſt, ꝙ illo eſt utendum, quod eſt propter deum amandum, uel odiendum. Vtendum dico ordinatè. In genere autem ſumitur, prout patuit in ſecundo membro. ¶ Sequitur etiam ex illis, ꝙ utimur potẽtia, qua operamur: habitu, quo regulamur: obiecto, ad quod inclinamur: actu, quo mouemur. ¶ Ex his pro intellectu quæſtionis infert doc. quòd quæſtio intelligitur de uſu, quo dicimur uti aliquo tanquam obiecto, & ſic uti quandoque dicit omnem actum uoluntatis. Strictè uerò ſumptum dicit actum diſtinctum

Arti. 1. Nota. 1

Vſus.

Vti tripliciter

Corol. 1.

Corol. 2.



contra frui: ſemper tamen eſt actus uoluntatis. unde diſtin. &. q. preſenti. arti. ij. dicit, ꝙ vti quandoq; accipitur. ut diſtinguitur contra frui. Quandoq; & ſtrictè pro actu terminato ad aliquod obiectum: qui actus cauſatur ex actu fruendi reſpectu alicuius. Strictiſsimè pro actu, qui exiſtẽs unus tendit in aliud pp aliud. ¶ Secundò notandum: ꝙ aliquid aſſumere in facultatem uoluntatis poteſt intelligi dupliciter. Vel propter ſe, & ſine relatione in aliud, uel propter aliud, & cum relatione in aliud actu, uel habitu. ſecundum modũ loquendi Gre. diſtinct. j. queæſt. j. arti j. Aſſumere aliqd in facultatem uoluntatis eſt uoluntatẽ circa ipſum habere actum aliquem tanquam circa obiectum, ipſum, ſcilicet acceptando, uel deacceptando: uolendo, uel nolendo. Aſſumere in facultatem uoluntatis propter ſe, & ſine relatione in aliud: eſt quando aliquid aſſumitur in facultate uoluntatis: etiam ſi nihil per intellectum præſentaretur uoluntati. Sed aſſumere in facultatem uoluntatis propter aliud, eſt quando ſumitur aliquid alio coaſſumpto, quod niſi per intellectum uolũtati pręſentatum fuiſſet: aut præſentaretur: uolũtas non haberet circa ipſum talem actum. ¶ Primus eſt non referens in aliud. Secũdus uerò eſt referens. Exemplum primi: uelle bibere delectantem potum, & dulcem, ſine relatione ad ſanitatem conſequendam. Exemplum ſecundi: uelle huiuſmodi potum præciſè propter ſanitatem, ſiue dulcis ſit, ſiue amarus: dum, ſcilicet nollet potum talem, ſi non pręſumeret ſe per eum conſequi ſanitatẽ. ¶ Primus actus, quæ eſt non referens duplex eſt. Nam illud obiectum quandoque aſſumitur a uoluntate tanquam ſummum ſibi poſsibile præſentari: ita ꝙ in eo ponit timorem lætitiæ ſuæ: ſiue uerè ſit ſummum: ſiue ſolum in æſtimatione, & appreciatione hominis errantis. Si eſt uerè ſummum: tunc actus ille propriè dicitur fruitio. unde Auguſt. j. de doc. chriſt. Si uerò inheſeris finem in ea ponens lętitiæ tuæ, tunc uerè, & propriè dicendus eſt frui. ¶ Quãdoq: uerò talis actus non referens fertur abſolutè in obiectũ: ita ꝙ actu nec acceptatur ut ſummũ: nec ut non ſummum. Et ſi nihil aliud pręſentaretur uoluntati per intellectũ: nihilominus acceptaretur, uel deacceptaretꝰ: ſicut. n. intellectus ſimpliciter poteſt ferri in aliqd, ꝙ placet, uel diſplicet: ita uolũtas ſimpliciter põt ipſũ acceptare, uel deacceptare ſub cõceptu boni placẽtis, delectantis, & nec ſub ratione ſummi, nec ut non ſummi: & ſic tenet Adam, ꝙ alio a deo eſt fruendum: puta ſi res aliqua abſolutè amatur: ſine relatione quacunq: in aliud, & etiã non ut ſummum aliquod amandum: ſic dñr uirtutes propter ſe appetẽdæ. ¶ Secũdus actus, quo ſecundum aliquid acceptatur, uel deacceptatur propter aliud: poteſt etiã fieri dupliciter. Vno modo ꝙ tale obiectum præciſè accepteturpropter aliud acceptatum: ita ꝙ eius acceptatio ſit cauſa effectiua acceptationis alterius ppter ipſum, & ꝙ ſine eo actu fuiſſet acceptatũ. Ethic. amor ſolet dici amor concupiſcẽtiæ tm̃, & præſupponit neceſſariò actum amicitiæ a quo cauſatur effectiuè, & habet ſolum unum obiectũ, ut cum diligo proximum propter deum: actus dilectionis dei, cauſa eſt effectiua actus dilectionis proximi, & habet ſolum proximum pro obiecto, & ſic propter denotat cauſalitatem actus alterius obiecti, qñ diligitur amore amicitiæ: & non denotat, ꝙ utrunq: dilectũ ſit obiectum illius actus, qui dicitur uſus, ꝙ utrunque dilectum at obiectum illius actus, qui dr̃ uſus, uel concupiſcentię tm̃: ut patet in ij. diſt. j q. v. & in doc. q. iii. ſecundi. ¶ Alio modo ſecundum. d. Cameracen. & doc. loco alle. ac Holkot. q. iiii. j. & i coll. nr̃o ubi ſupra. Licet diſſentiat ſaltem uerbaliter Greg. de arim diſt. x. primi. q. j. ar. j. põt hoc fieri uno actu: ut ſcilicet uoluntas tendat in aliquid ipſum acceptando propter aliud: non diuerſis actibus: ſed uno tantum. Et tunc propter non eſt nota cauſalitatis acceptationis unius propter aliud: ſed eſt nota, ꝙ utrumq; acceptatum eſt obiectum illius actus habẽtis diuerſas denominationes: ut uelle Ioannẽ propter deũ, põt eſſe unus actus ha

Nota. 2
B
Aliquid aſſumere in facultatẽ uolũtatis põt intelligi dupliciter.

Frui.

C
Secundus actꝰ põt fieri dupliciter.

bens utrunque,ſcilicet Ioānem, & deū
pro obiecto. Iſto enim actu unum præ-
ciſè acceptatur propter aliud : & ſolet
alibi dici actus amoris, amicitiæ,& con
cupiſcentiæ ſimul, & eſt ſtrictisſima ac-
ceptus actus utendi ſecundum doc. q.j.
præſentis diſt. ¶ Et fortè poſſet fieri alia
diuiſio huius relationis:cū.ſ.aliquid ac-
ceptatur prpoter aliud,actualiter acce-
ptatum,ſiue dilectum. Aut ſolum habi-
tualiter:ut cum pauperi datur eleemoſy
Nota.3 na ſine actuali cogitati one dei. ¶ Pro
cuius intellectu breuiter notandum ter
tiò ad concordandum dicta doct. Greg.
ſcilicet & OcKam ꝙ tripliciter contin-
git aliquid referri in finem debitum ſe-
cundum Sco. diſtin.xlj.ſecundi.&.ſ.Bo
na. Et totupliciter contingit actum nō
referri. Referri contingit actum primô
actualiter:deum quis actu cogitans de fi
ne uult actum propter finem. ¶ Virtua-
liter:quando ex cognitione, & dilectio
ne finis,deuentum eſt ad uolendum:ali-
quid,quod conducit ad finē: licet tunc
non cogitet actu de fine. ¶ Habituali-
tèr:quando aptus natus eſt referri in fi-
nem. Vel ſic, quando manens cum cha
ritate eſt referibilis in finem.Dicitur.n.
ſecundum illum modum loquendi(ſup-
poſito ꝙ in uoluntate poſſunt eſſe duo
actus reſpectu eiuſdem obiecti) ꝙ actus
dicitur tunc referri,uel eſſe referens ha
bitualiter:qñ eſt rectè circumſtantiona
tus de genere bonus,rationi rectæ,con
ſentaneus:ita ꝙ poſſet per uoluntatem
in finem debitum referri : ſi haberetur
de eo actualis cogitatio. Sic dicitur nō
referri primò negatiuè: quia nec actua-
liter, nec uirtualiter refertur. Secundò
priuatiuè:quia non eſt natus referri: ut
actus peccati. Tertiò contrariè:quia cor
rumpit principium referendi: puta gra-
tiam: ut peccatum mortale. ¶ Secundū
hāc diſt. facilè ſaluari poteſt dictum Gre
gor. tenentis, nullum actū eſſe morali-
ter bonum ſine relatione actuali, uel ha
bituali in finem ultimum. Siquidem re
ferre habitualiter, eſt actum eſſe apertū
natum referri actualiter. Dato etiam :
ꝙ ipſe agens non ſit in gratia, ſicut ali-
quis infidelis deum ignorans ; & tamen
eliciens actū aliquem ſecundum dictamē
rationis rectę lumine naturali illuſtratę:
is dicitur habitualiter referre:eo ꝙ pro-
ducit actum non malum natum referri
actualiter in finem ultimum: ſed de hoc Corol.
alibi . ¶ Ex illis nunc colligi poteſt: ꝙ 1.
ſicut quicquid aſſumitur in facultatem
uoluntatis:aſſumitur ſiue propter ſe: ſi-
ue propter aliud. ita omnis actus uolun
tatis poteſt dici uſus , uel fruitio largè
ſumptis terminis. Ita habet Greg. diſt.j.
arti.j.propoſitione.iiij. Et ſumitur pro-
pter ſe ut tantum ualet .i. non propter
aliud:ſiue ſine relatione in aliud. Si.n.
uoluntas diligit obiectum præſentatum
propter ſe:poteſt dici fruitio. Si propter
aliud:uſus:ita enim plerią: utuntur uo
cabulis: & termini ſunt ad placitum, &
hoc modo non datur actus medius .
¶ Secundò ſequitur;ꝙ dum aliquid aſſu 2
mitur in facultatem uoluntatis propter
aliud: non curando an ſit finis ultimus ,
uel non: hoc poteſt fieri uno actu, uel
duobus actibus,quorum unus eſt cauſa
effectiua alterius. Si uno actu tantum ;
dicitur uſus tantum, ſiue amor concu-
piſcentiæ tantum. Si duobus: tunc habet
duas denominationes propter duo obie
cta ad ſeinuicem ordinata:ut uſus,frui-
tio,amor amicitię,& cōcupiſcentię &c.
¶ Tertiò ſequitur : ꝙ dum uoluntas ali- 3
quid acceptat propter ſe & non propter
aliud:hoc eſt ſine relatione in aliud:il-
lud contingit dupliciter:uel quia acce-
ptat ipſum ut ſummum non referibile in
aliud:uel quia abſolutè acceptat ipſum;
nec ut ſummum , nec ut non ſummum:
ut poſſibile eſt fieri ad nudam, & ſubitā
obiecti alicuius præſentationem . Si
tunc omnis actis referibilis ſiue refe-
rens, ut Cameracen. loquitur , dicitur
uſus,& è regione qui non eſt referens ,
ſiue referibilis: dicitur fruitio largè: ite
rum non datus actus medius inter frui,
& uti. ¶ Sed ſi acceptare aliquid propter
aliud dicitur uti,& acceptare aliqd pro
pter ſe ut ſummū acceptabile,non refe-
ribile,in aliud dr̄ frui : poteſt dari actus
medius:quo acceptatur aliud propter ſe
abſolutè,& nō propter aliud:& tñ nec ut
ſummū nec ut nō ſummum . ſed ut bo-



num honeſtum. Hos tres modos innuit
philoſophus.j.Ethic. c.vij. ubi oſtendit
aliquid eſſe proſequibile, ſiue uolibile :
aut propter ſe tantum , ut felicitatem:
aut propter ſe,& propter aliud: ut bonū
delectabile, & bonum honeſtum. Item
uirtutes: non enim omnes,quod diligi-
tur propter ſe,diligitur ut ſummum:nec
idem eſt diligere aliquid propter ſe , &
ut ſummum in bonum. ¶ Diligere pro-
pter ſe,eſt diligere non propter aliud o-
ſtenſum uoluntati per intellectum: ita
ſcilicet ꝙ ſi nihil aliud oſtenderetur uo
luntati,adhuc amaretur : & tamen non
ut finis ultimus. Diligere uerò ut ſum-
mum bonum eſt uelle alicui ſummā per
fectionem, & ipſum ut tale uenerari .
Nota.4 ¶ Quartò notandum ꝙ uſus poteſt eſſe
E ordinatus,& inordinatus. Vſus ordina-
Vſus po- tus eſt reſpectu obiecti referibilis in a-
teſt eſſe liud, tanquam in ſuum finem uerum, &
ordina- debitum. Inordinatus uerò, quando ali
tus & in quid acceptatur in facultatem uolunta-
ordina- tis propter aliud minus bonum:ſiue con
tus. tra dictamen rationis rectæ,quod non
eſt eius finis debitus:ut diligere deum fi-
naliter propter retributionem tempo-
ralem: aut propter ſeipſum hominem fi
naliter : & ſic ſolum propter ipſummet
Arti. 2. hominem. ¶ Quantum ad articulum ſe-
Cōcl. 1. cundum ponendę ſunt concluſiones ad
F dubium reſponſales. ¶ Prima concluſio:
Accipiendo uſum communiter ut ſe ex
tendit ad uſum ordinatum , & inordi-
natum : obiectum uſus poteſt eſſe quod-
libet ens creatum,uel increatum. Patet:
quia quodlibet ens poteſt ex uolunta-
tis libertate diligi propter aliud: ſiue ac
ceptari , aut deacceptari propter aliud:
ergo quodlibet ente cōtingit uti. ¶ Co
Coroll. rollariè ſequitur:qlibet actus uoluntatis
hoc mō poteſt dici uſus. Patet auc. Aug.
dicētis. Vti eſt aſſumere aliquid in facul
tatē uolūtatis. Aſſumiť in facultatē uo
luntatis, idcirca quòd uoluntas actū eli
cit tanquam circa obiectum ſibi præ-
Cōcl. 2. ſentatum . ¶ Secunda concluſio. Deus
non eſt ſubiectum uſus ordinati. Pro-
batur. Cum deus ſit finis ultimus: non
poteſt in aliud ritè referri : nec poteſt
ordinatè aliquid plus appreciari deo: er-
go nihil poteſt plus amari deo: nec deus
poteſt rectè diligi propter aliud magis
amatum:nec deus poteſt eſſe obiectum
nolitionis . ¶ Tertia concluſio. Om- Cōcl. 3.
ne aliud a deo poteſt eſſe uſus ordinati
obiectum : cum poſſit referri in ipſum ,
ut in finem ultimum. Probatur. Si eſt
bonum:poteſt propter ipſum rectè dili-
gi. ſi malum:poteſt propter ipſum rectè
deteſtari. Coroll. Obiectū actus uten- Coro. 1
di non eſt tantum utile : quia omni illo
dicuntur uti,circa , quod uoluntas po-
teſt elicere actum. Vtile uerò, quod eſt
appetendum propter aliud conſequen-
dum. Sed multa uult uoluntas propter
aliud, quæ tamen non ſunt utilia. ¶ Co 2
roll. ſecundum. Dilectio dei propter
retributionem perpetuam, aut tempo-
ralem non eſt uſus : quia uſus eſt aliquid
acceptare propter illud , quo fruendum
eſt. ſupra nullo alio a deo eſt fruendū .
¶ Coroll. tertium. Non eſt idem ama- 3
re aliquid amore concupiſcentiæ,& ip-
ſo uti:quia deus diligitur a nobis pro-
pter retributionem:ut propter denotat
cauſam motiuam non principalem,& ul
timam: & tamen non eſt eo utendum.
Diligimus enim deum actu ſpei ut bonū
noſtrum:ſed non finaliter propter nos:
ſed propter ſeipſum. Illo uero dicimur
rectè, & ordinatè uti:quod præcisè , &
tantum propter aliud , quo fruendū eſt
diligimus:& hoc ſolum competit creatu
ræ. Voluntas autem diligit deū non tm̄
amore concupiſcētiæ. ſed & amore ami
citiæ,& hoc principaliter. Vti uerò eſt
acceptare,uel deacceptare aliqd precisè
pp aliud.ita ꝙ ſi illud aliud uolūtati per
intellectū non oſtenderet:non diligeret
ipſum:ſic aūt non eſt de deo. ¶ Quantū Arti. 3.
ad articulū tertium mouenda ſunt dubia
circa prædicta, & ſoluenda. ¶ Dubiū pri Dub. 1.
mum de actu medio inter fruitionem & G
uſum:an ſit poſſibilis,& uidetur, ꝙ non;
quia diuiſio actus in uſum , & fruitionē
data eſt per oppoſita. Preterea, ſi aliquid
amatur propter ſe,& non propter aliud:
ergo amatur ut finis ultimus, Præterea
ſecundum Greg. diſt. j.q.j.artic. j. Dili-
gere aliquid propter ſe:hic ꝙ nō propter
deū finaliter actu,uel habitu : pctm̄ eſt:

¶ Solutio: diuerſi diuerſimode accipiũt uti,& frui,& cum nomina ſint ad placitũ etiam diuerſa dicunt. Claret autem ex notabili tertio quando, & qualiter actus medius ponendus eſt inter frui,& uti. Patuit etiam: ꝙ non omne, quod amatur propter ſe, amatur tãquam finis ultimus, ſaltem poſitiuè. Contingit.n. enim aliquid relatiuè in ordine ad aliud: & ut finem ultimum. Verum quidem eſt, quod diligere aliquid relatiuè, uel ſine relatione in aliud nõ habet mediũ. Sed diligere aliquid propter aliud, & diligere aliquid ut finem ultimum, habet medium, quo diligitur aliquid abſolutè: nec propter aliud præciſè. Nec ut ſummum tanquam plus omni alio amandũ: etiam ſi nihil aliud uoluntati præſentaretur per intellectum: ut ſi quis appræhendat uirtutem, uel aliam creaturam diligibilem: nihil cogitando de deo, aut felicitate: poteſt rem talem diligere ut ſic appræhenſam. Et licet actu non refertur ille actus in deum: nec etiam fortè uirtualiter: ſufficit tamen: ꝙ habitu referatur. Et hoc credo Grego. uoluiſſe, cum uoluit omnem actum debere referri actu, uel habitu in finem ultimum, ſi ſaltem debet euadere peccatum id eſt, ut ſit nõ peccatum: intelligo negatiuè:

Quid aliqñ dicatᷣ peccatum.

non contrariè. Intelligitur enim per peccatum apud ſanctos & docto. quandoque actus, qui non eſt ſufficienter circumſtantionatus, circumſtantiis omnibus requiſitis ad hoc, ꝙ actus ſit moraliter bonus: licet talis actus ſit non uitioſus. & non culpabiliter malus: nec omnis defectus circunſtantiæ requiſitæ ad bonitatem actus facit ipſum malum

H contrariè: ſed ſolum negatiuè. ¶ Eſt autem contrariè malus: quando deficit circumſtantia adeſſe debita, & ad quam eliciens pro tunc tenetur. Secus ſi pro tunc non obligatᷣ ad illam. Verum defectus circumſtantiæ requiſitæ ad hoc, ꝙ actus ſit moraliter bonus: tollit eius bonitatem, & facit eum non bonum negatiuè: non autem malum, contrariè ad bonũ, ſed indifferentẽ: alias nullus actus eſſet indifferens. ¶ Ad Greg. dr: ꝙ nullibi explicat, quid ſit actũ habitu referri in Deum, & ideo mens eius latet: ſi tñ intelligit (per habitũ referre) ut patuit notabili.iij. credo dicta ſua eſſe uera.i.ſi quis diligit aliquid, & non diligit ipſum propter deum actu, uel habitu, profectò peccat.q.j. Peccat inquam. quia diligit contra præceptum. Nam nõ referri negatiuè claruit, quid ſit. Itẽ non referri priuatiuè, uel cõtrariè eſt actum elicere, qui non eſt natus: & hoc nõ eſt niſi propter peccatũ. Qui ergo nec actu, nec habitu actũ refert in deũ, is peccat: quia elicit actum malũ, qui in deum referri non poteſt.

Habitu referre.

Eliciens autẽ actũ de genere bonum, aut indifferentẽ: licet non moraliter uel meritoriè bonum: quod utiq; eſt infidelium, & philoſophorum: dr actum talem habitu referre in deum: qa elicuit actũ natum referri: licet nullã de deo habeat cognitionem. ¶ Hoc modo multa dicta Greg. facilè ſaluari poſſunt: oportet.n. frequenter illa nomina peccatũ, malum, indebitum &c. ſumere non contrariè: ſed ſolum contradictoriè: ut lapis dr malus.i. nõ bonus cõtradictoriè: ſed nõ contrariè. Itẽ peccatum.i. actus nõ meritorius, aut moraliter bonus: nec illud dictũ eſt exortum.ſ. dictis ſanctorũ conſonum. Hinc frequenter Aug. actionem non meritoriã dicit peccatũ, & uirtutem, quæ eſt ſine pietate, & quæ ad uitam nõ conducit: negat eſſe uerã uirtutẽ. lib.v.c.xix. de ciuitate dei. Itẽ. c.xij. Item lib.xxij. c.xxiiij. dicit uirtutes dandas filijs regni, & ꝓmiſſionis. Et lib.xv. c.xxij. hic actio infidelium peccatum eſt: id eſt, eſt actio non perducens ad uitam. Durum.n. eſt dicere: ꝙ in omni actione ſua philoſophi infideles peccauerint: ꝓpriè loquendo de peccato.

Dub. 2. I

De actu utendi propriiſſime ſũpto.

¶ Secundũ dubium eſt de actu utendi proprijſſimè ſumpto: an poſſit eſſe unus actus numero: cum quis diligit finem, & illud, quod eſt ad finẽ: an illa dilectio ſit unus actus, uel plures. Vel ſic: cum quis acceptat aliquid propter aliud: an uno actu tantum, uel pluribus acceptet utrumque. ¶ Tenet doctor utramque parte: quòd quandoque eſt unus actus, quo diligitur finis,: & quod eſt ad finem, quandoque plures. Nam diligere aliquid propter aliud, eſt diligere aliquid propter aliud dilectum: cuius dilectio eſt cauſa effectiua dilectionis illius: ut etiam habet Gregor. quæſtio.iij. prologi. articu. primo. & Ockam. quæ. iij. ſecundi. & quæſtio j. artic.ij. diſtinctio. præſentis. Et ſic tenet doctor cum Gregor. quæſtio. iij. prologi. articu. primo. Et loco nunc allegato. quæſtio. j. diſtinctio. primo. articul. ij. Ac Holkot.q.iiij. ꝙ ſunt plures actus, & unus eſt cauſa effectiua alterius: unde in hoc minus bene Gregor. impugnat Ockam: qa in ea parte penitus idẽ ſentiunt. ¶ Attamen licet alio actu diligatur finis: & alio id, quod eſt ad finẽ: nec ſit idem obiectum utriuſque: poteſt tamen contingere, & eſſe: ꝙ eodem actu, & non diuerſis diligatur utrumque. Siquidem eiuſdem actus poſſunt eſſe plura obiecta ordinata ad ſeinuicem. Et cũ dicitur, actus diſtinguuntur per obiecta: uerum eſt per obiecta eiuſdem rationis. Contra quod Greg. ponit hanc propoſitionem. Nullo actu, quo quis uult aliquid propter aliud ſicut ad finem: uult finem. Et ex conſequenti nullus vſus eſt fruitio. Probat autem Okam.q.iij. ſecundi dictum ſuum ſic. Omne dictatum a ratione ante omnem actum uolũtatis poteſt uoluntas velle: ſed ceſſante omni actu uolũtatis poteſt ratio dictare petrum eſſe diligendum propter deum: ſeu potionem amaram eſſe ſumendam propter ſanitatem: ergo huic dictamini uoluntas poteſt ſe conformare nullũ actũ uoluntatis preſupponendo. Idem oſtendit de nolle: quia poteſt ratio ſimpliciter dictare hoc eſſe nolendum: ergo uoluntas poteſt ipſum ſimpliciter nolle. Has rationes dicit eſſe non euidentes: & ideo eis quodammodo ſuppoſitis intentum probat ſic. Poteſt ratio dictare peccatum eſſe deteſtandum: quia a deo prohibitum: & uoluntas ſine omni alio actu uoluntatis præuio poteſt ipſum deteſtari. Prærerea inquit Holkot ubi ſupra. q.iiij. ꝙ homo habituatus ad diligendũ proximum propter deum poteſt elicere unum actum, quo utrumq; diligit: & ſic uno actu diligitur proximus, & deus, &



deus magis, q̃ proximus. Item uidetur ſonare Greg. q.j. arti.ij. diſt. præſentis, ꝙ aliquid quandoq; eſt uolitum propter aliud actu uolitum, & tunc dilectio primi cauſatur a dilectione ſecundi.i. propter quod aliquid eſt uolitum. Qñq; eſt uolitum propter aliud ſolum habitualiter uolitum, ſiue dilectũ, & tunc ſecundum eum habitualis uolitio: ſeu propriè loquendo, habitualis diſpoſitio inclinatiua ad uolitionem illius finis, eſt cauſa partialis uolitionis eius, quod eſt uolitũ propter finem. Sicut in ſanctis uiris charitas habitualis cauſa eſt cuiuſcunq; uolitionis eorũ, qua uolunt aliquid propter deum: etiam ſi non actualiter de deo cogitent, & per conſequens nec ipſum actualiter ament: nec oportet ſecundum Holkot ubi ſupra. & Oyta.q.ij. arti.ij. propter, ſemper dicere cauſalitatẽ actus ſed ſufficit dicere cauſalitatem habitus: ut cum dr aliquid diligi propter aliud: ſeu cum dicimur uti aliquo: ſatis eſt, ſi acceptatur propter aliud acceptatũ actu, uel habitu. Non .n. ad uſum in genere requiritur actualis relatio in aliud magis dilectum: ſed ſufficit habitualis: ſic aliquis ſumit medicinam propter ſanitatem, de qua tñ actu non cogitat, ſed ſolũ habitu, & tñ dicitur uelle ſumere medicinam propter conſequi ſanitatẽ prius intentã. Et ſic poſſet aliquis dicere doc. fore intelligẽdum, ut & illi doc. nunc alleg. loquuntur, quod ſatis colligi põt ex dictis ſuis in q.iij. ſecundi. ſup. alleg. ubi dicta hoc aliquo modo explanãtur.

¶ Poſſet ergo dici ſecundum doc. ſummariè: ꝙ quandoque aliquid eſt aceptatum propter aliud actualiter uolitum, & tunc ſunt ibi duo actus: & actus finis eſt cauſa actus ad finem, & illa eſt acceptio ſecunda uti ſecundum doc. Vnde ſecundum eum aliquis talis actus utendi cauſatus ex alio actu ſibi iuncto, poteſt manere idem numero, & primò eſſe actus utendi: poſtea non eſſe uſus: vt ſi quis uult potionem amaram, quia uult ſanitatem diſtincto actu: ſi deſtructo actu ſecundo, quo uoluit ſanitatem: actus primus potandi manet: iam nõ eſt actus utendi: quia non diligitur potio pro- K

ter aliud actualiter uolitum:quod eſt cõ
tra Holkot:ſecundum eũ ſiquidem non
requiritur ad uſum relatio actualis :ut
patuit. Tunc itaque (propter) ſecundũ
doc. denotat cauſalitatem actus,& non
habitus : accipiẽdo uti ſecundo modo.
Quandoq; uerò aliquid eſt uolitum pro
pter aliud ſolum habitualiter : ut datio
eleemoſynæ propter deum , cuius quis
non habet actu memoriam : & tunc eſt
idem actus reſpectu utriuſq; obiecti. In
hoc conſonant omnes præfati doct. una
cum Greg.cuius propoſitio intelligitur
de actuali uolitione finis , & eius quod
eſt ad finem. Sicut ergo dicitur de aliqua
uolitione,ꝙ eſt actualis reſpectu obiecti
actualiter uoliti:& uirtualis reſpectu fi-
nis nõ cogitati:aut etiam habitualis: ut
uelle ire ad ſanctũ Petrum propter deũ:
uelle orare propter deum : ubi propter
multiplices diſtractiones( ſaluo actu orã
di,uel peregrinandi) nulla eſt cogitatio
actualis de deo. Ita poteſt dici in propo
ſito ſuo modo. Cum ergo quæritur: cũ
quis aliquid uult propter aliud:an ſit u-
nus,uel plures actus:poſſet dici: ſi (pro-
pter) notat actum:ſunt duo actus diſtin
cti:ſi habitum: hoc eſt relationem habi-
tualem,poteſt eſſe unus actus . Verum
ultra iam dicta adhuc ponit Ockam ter
tiam acceptionem uti : quam dicit eſſe
ſtrictiſſimam:ſic uti eſt actus, qui exiſtẽs
unus tendit in aliquid propter aliud: ſe-
cundum quam uidetur ſimpliciter uelle,
ꝙ quandoque uno actu uoluntas poteſt
aliquid diligere propter aliud:eo ꝙ eiuſ-
dem actus poſſunt eſſe plura obiecta ad
ſeinuicem ordinata. Hoc modo ſecundũ
illum doc. non eſt inconueniens eundẽ
actum numero eſſe reſpectu finis ultimi,
& reſpectu eorum,quæ ſunt ad finem.
Corol. ¶ Ex illis dictis nunc ſuppoſitis ſecundũ
1 Ockam plura inferri poſſunt Coroll.
L Primum. Idem actus poteſt primo eſſe
actus utendi,& poſtea non eſſe uſus. Pa
tet ut ſupra ſecundum ſtrictam acceptio
2 nem uti:ſed non ſecundum tertiam.¶ Se
cundum. Aliquis actus utendi poteſt eſſe
fruitio:ut dilectio hominis ꝓpter deum:
reſpectu hominis dicitur uſus : reſpectu
3 dei fruitio. ¶ Tertium. Idem actus nume
ro poteſt eſſe reſpectu finis, & illorum ,
quæ ſunt ad finem: & ita dilectio dei, &
creaturæ.¶ Quartum. Non eſt inconue 4
niens aliquem actum utendi: qui cum
hoc eſt actus fruendi : eſſe perfectiorem
aliquo actu fruendi tñ. Patet:ſtat enim
aliquem actum dilectionis propter deum
dilectum eſſe intenſiorem aliquo actu di
ligendi ſolum deum. ¶ Quintum. Idem 5
actus põt eſſe deteſtatio , & amor reſpe-
ctu diuerſorũ. Amor enim,& odiũ reſpe
ctu diuerſorum non ſunt contraria , ſed
reſpectu eiuſdẽ obiecti præciſè. Holkot.
q.iij.¶ Sextum. Voluntas reſpectu eiuſ- 6
dem obiecti poteſt habere plures actus ꝑ
fectos:maximè qñ illud obiectum eſt to
tale reſpectu unius, & partiale reſpectu
alterius:ut ſi aliquis primò habet actum
meritoriũ reſpectu dei præciſè, ſi offerẽ
illi aliquid diligendũ propter deum: non
oportet ideo:ꝙ uoluntas priorem actũ
dimittat propter ſecundum:& dum uult
illud pręſentatum etiã diligere. ¶ Septi 7
mum. Licet idem actus numero non poſ
ſit eſſe intenſus , & remiſſus: tñ eodem
actu poteſt quis ferri in diuerſa obiecta nõ
æquè intensè: quia cum diligitur creatu
ra propter deum:intenſius non gradua-
liter: ſed appreciatiuè diligitur deus , q̃
creatura. Item deus diligit ſe intenſiſsi-
mè,& creatura minus intensè, uno actu
non diuerſis actibus. Nec ualet conſe-
quentia:ęquè intẽſo actu diligitur deus,
& creatura: ergo æquè intensè: quia di
ligere ęque intẽsè plus dicit, q̃ actu ęquè
intenſo ut pura maiorẽ appreciationẽ :
ut.ſ.maius bonũ uelit deo, q̃ creaturæ.
De hoc infra.in.iii. diſt. xxvij. Et bene
proſequitur hanc materiam hic inciden
talem Cameracen. q.ij.in diſt. j. artic.j.
Itaq; diligere actu æquè intenſo dicit
gradualem identitatem actus:ſed dilige
re æquè intensè dicit eiuſdem boni uoli
tionem,& eandem appreciationẽ. Crea
tura enim cum diligit ſe propter deum:
uolens deum eſſe deum: maius bonum
uult deo,quàm ſibi : & magis apprecia-
tur deum, quam ſeipſum. Rationes pro
illa opinione doct. uide in ſcripto. j.
quæſt. j. ¶ Tertium dubium de obiecto Dub.3.
uſus:nam uidetur : ꝙ deus ſit obiectum M
uſus



uſus:cum enim uſus ordinatus, & inor-
dinatus opponuntur : habent fieri circa
idem:ergo ſi deo contingit abuti, con-
tingit & uti.¶ Item uirtutibus nemo a-
butitur:ut dicit magiſter in iij. ergo nec
utitur contra concluſionẽ tertiam. Itẽ
actu utendi non contingit uti : qui tñ
eſt aliud a deo . Probatur : nec eodem
actu:nec diſtinctis actibus.non ſecundũ:
quia tunc actus diſtincti ſimul eſſent in
uoluntate.nec eodem:quia non ſunt idẽ
actus rectus,& reflexus. ¶ Item deus a-
mari poteſt amore concupiſcentiæ , &
propter retributionem:ut dicit ps. ergo
eo contingit uti:non enim uidetur dif
ferre uti,& amare amore concupiſcen-
Rñſio. tię. ¶ Ad primum dicitur:ꝙ deo con-
tingit inordinatè uti, & abuti:quia con
tingit deũ inordinatè ſumere in facul-
tatẽ uoluntatis , & inordinatè eũ diligi:
ſed non contingit eo uti, quia uti deo
pro nullo ſupponit:nec uti deo contra-
riatur abuti deo : quia uti deo nihil eſt
ſumendo uti propriè , & licet quocunq;
contingit ordinatè uti, cõtingit abuti:
non tamen conuertitur.¶ Ad ſecundum
dicitur:uerum eſt formaliter ſecus obie-
ctiuè: ſemper enim rectè inclinant. Poſ
ſunt tamẽ ut obiecta inordinatè diligi:
& propter ſe finaliter , & propter nos .
¶ Ad tertium, actu utendi contingit uti
alio actu : nec eſt inconueniens plures
actus ſimul eſſe in uoluntate,ut patet in
prologo in doc.q.j. Item in iij. quęſ.x.
Greg.q.j.diſt.j.art.iij.hoc dubium latius
proſequitur. ¶ Ad quartum patuit in
coroll. concluſionum in art.ij.

## QVAESTIO. II.

A Ecundò quæritur:utrum frui
ſit actus ſolius uoluntatis .
Tribus articulis quęſtio ter
minabitur. In primo termi-
ni quæſtionis exponentur. In ſecundo
Arti. 1. concluſiones annectentur. In tertio du
Nota.1 bia aperientur, & ſoluentur. ¶ Quan-
tum ad articulum primum notandum
ſecundum doct. ꝙ frui dicitur a fructu:
fructus autem eſt ultimum : quod expe-
ctatur culto agro,uel campo,uel in alia
re fructifera. Cum ergo actus uolunta-
tis hominis ſit ultimus: & ab intellectu,
uel intellectione cauſatus:ergo frui erit
ultimus actus:& ita uoluntatis. Verum
hæc perſuaſio non cogit . & utendũ eſt
terminis,ſicut eis utuntur aucto:qui no
minant frui eſſe actum uoluntatis ergo
¶ Item actus uoluntatis eſt quietatiuus Frui.
ſed fruitione uoluntas delectata con-
quieſcit. Vnde Aug.x. de trinit. Frui-
mur cognitis, in quibus propter ſeipſa
uoluntas delectata conquieſcit. Itẽ frui
eſt amore alicui inhærere propter ſe: ſed
ad ſolam uoluntatem pertinet alicui in
hærere per amorem. ¶ Secundò notan Nota.2
dum:licet multę ponantur acceptiones
frui,de quibus in alijs quęſtionibus pa-
tebit : hic tñ accipitur dupliciter. Vno
modo largè pro omni actu, quo aliquid
aſſumitur in facultatem uoluntatis pro
pter ſe tanquam ſummum:ſiue ſit præ-
ſens,ſiue abſens, ſiue habitum, ſiue non
habitum:ſic uiatores fruuntur deo, & di
citur fruitio uiæ. Alio modo ſtrictè ac-
cipitur pro actu ultimo, & beatifico , &
ſic fruuntur deo beati in cęlo. ¶ Tertio Nota.3
notandum,ꝙ cum quæritur, utrum frui
ſit actus ſolius uoluntatis. non excludiť
intellectus propter perſonarum identi-
tatem: uerum cum intelligere , & uelle
ſunt actus realiter diſtincti: ſicut etiã ap
petere,& cognoſcere,connotari ꝑ hos
terminos intellectus,& uoluntas:qui li-
cet pro eadem re ſupponant: connotãt
tamẽ actus diuerſos, in quos poteſt ani-
ma:unde & diuerſa ſortiuntur uocabula
diuerſos actus connotantia. Ideo potius
ſumuntur illa nomina pro connotato ,
q̃ ſubtracto.unde quærit quęſtio,an frui
ſit actus cognitiuus,uel appetitiuus,ſeu
an frui ſit cognoſcere,uel uelle. Poſſet
.n. de rigore concedi: ꝙ frui eſt in in-
tellectu:q̃ eſt in uoluntate, quę identifi
catur intellectu:licet frui non ſit intelli
gere. ¶ Quantum ad ſecundum arti- Arti. 2.
culum eſt concluſio prima. Frui ẽ actus Cõcl.1.
ſolius uoluntatis. Hæc concluſio etiam B
eſt Grego. quæſt.ij.art.iij diſtinct. præ
ſentis,ubi dicit. Omnis fruitio eſt actus
ſolius uoluntatis. & Oyta . quæſtio.ij.
artic. ij. Sed Holkot. quęſt. iij. artic. ij.

tenet contrarium:& ſimiliter Adam dicentes, ꝙ omnis uolitio eſt cognitio, q. latè pertractat, & impugnat Greg. ubi ſupra uide ibi. Probatur propoſitio quia omnis fruitio eſt amor: amor autem eſt actus ſolius uoluntatis: frui etenim eſt

Cōc. 2.

alicui amore inhærere propter ſe. ¶ Cōcluſio ſecunda. Licet omnis fruitio ſit actus uoluntatis ſubiectiuè: non tamen oportet ꝙ ſit a uoluntate effectiuè. Patet conclu. ex dicendis in cōcluſ. tertia. Actus.n.fruitionis beatificus ſecūdū plures, non eſt a uoluntate actiuè: ſed ſolum

Cōcl. 3.

in ea paſſiuè. ¶ Concluſio tertia. Obiecto fruibili oſtenſo per intellectum uoluntati, ſiue clarè, ſiue obſcurè, ſiue in particulari, ſiue in uniuerſali, poteſt uoluntas circa ipſum actiuè elicere actum fruitionis etiam ex puris naturalibus. Probatur: quia omni dictamini rationis rectè uoluntas ſe poteſt ex naturalibus ſuis conformare. Sed poteſt ratio dictare, & rectè: ꝙ huiuſmodi obiectum ſic oſtenſum ſit diligendum: ergo uolūtas poteſt conformiter talem actum elicere. Item omnis potentia libera poteſt habere aliquem actum circa obiectū ſibi oſtenſum: ſed uoluntas eſt potentia libera: ergo poteſt habere actum circa tale obiectum oſtenſum, & non neceſſariò inordinatum: ergo ordinatum etiā ex naturalibus ſuis: licet non meritoriū: quia ad hunc (ſtante lege) neceſſe eſt concurrere actiuè charitatem ſiue gratiam gratum facientem. Item non minus capax eſt uoluntas beati quàm uiatoris: ſed uiator poteſt ex naturalibus deum diligere: licet nō meritoriè: ergo & beatus hoc abſolutè poteſt. conſonat

Cōcl 4.
C

holkot. q. iiij. ¶ Cōcluſio quarta. Actus fruitionis beatificus non eſt a uoluntate actiuè, ſed reſpectu eius ſe habet uoluntas paſſiue. Probatur: quia quando duo ſupernaturalia ſic ſe habent, ꝙ imperfectius propter ſui perfectionem eſt a ſolo deo: perfectius etiam erit a ſolo deo. Sed habitus charitatis & lumē gloriæ ſunt a ſolo deo. & ſunt imperfectiora fruitione & uiſione: ergo uiſio & fruitio ſunt a ſolo Deo. Secunda pars minoris patet; quia actus beatifici ſunt omnium perfectiſſimi. ¶ Præterea cum uoluntas ſit omnino libera & liberè ac cōtingenter agat: poſſet ſeſe facere nō beatam: ceſſando ab actu beatifico: ſi eſſet in eius poteſtate actus beatificus. Non enim poteſt neceſſitari reſpectu cuiuſcunque: licet fortè quidam ſentiant oppoſitum: ut patebit q. vj. Has rationes doctor adducit non ut inſolubiles: ſed ut probabiles. ¶ Corollarium. Reſpectu

Corol.

actus beatifici: ſolus deus eſt cauſa effectiua: uide ad hoc Sco. diſt. xiiij. tertij, & diſt. xiij. ¶ Quantum ad articulum

Arti. 3.
D

tertium plura hic moueri poſſent dubia: quia plures tanguntur difficultates: ſed dimiſſo dubio circa propoſitionem primam.ſ. Vtrum uolitio ſit cognitio: quod proſequitur Grego. ubi ſupra. Videtur: ꝙ concluſio tertia repugnet ſecundę: quia dicit, ꝙ obiecto fruibili oſtenſo, poteſt uolūtas circa ipſum elicere actum fruitionis, & de hinc ꝙ talis non eſt beatificus. ¶ Contra: intuitiua

An uiſio dei de ſe ſit beatifica.

dei uiſio eſt beatifica: ut patet ex præcedentibus: ſi ergo talem poterit uolūtas ex naturalibus elicere: poterit ſe ex naturalibus facere beatam. Cuius contrarium habetur in clemē. ad noſtram debere. §. v. Et ſi non eſt beatifica: ut dicit. iij. iiij. ergo eſt beatifica, & non eſt beatifica. ¶ Item nobilius eſt agere, quā pati: ſed uoluntas in actu beatifico, nobiliori modo ſe habet: ergo hoc poteſt ei competere: ꝙ actu ſe habeat reſpectu eiuſdem. ¶ Item præmium correſpondet merito, ſed uoluntas actiuè, ſe habet ad meritum, ergo & ad præmiū. ¶ Ad primum negetur aſſumptum. Ad probationem. Intuitiua dei uiſio eſt beatifica: conceditur propter uerbum Chriſti. Ioh. xvij. Hæc eſt uita ęterna &c. quia ſtante lege nunquam datur alicui: nec habetur ab aliquo, niſi ſit in charitate, & gratia gratum faciente. Illa uerò, quā aliquis ex naturalibus de potentia abſoluta dei elicere poſſet: non eſſet beatifica, propter ſui imperfectionem, & qa non quietabit. Sed fortè ad hoc aliquis diceret: ꝙ non minoris efficacię eſt anima ſine charitate reſpectu obiecti clarè uiſi quàm cum charitate ergo ex naturalibus eundem, & æque perfectum naturaliter poterit actū elicere. Et ſi unus de ſui natura poteſt quietare, & alius: cū non poſſit dari (ut uidetur) ratio diuerſitatis ſtantibus dictis doc. & de potētia abſoluta dei: non tamen eliceret actum meritorium, neque beatificum: patet ex terminorum connotatu. ¶ Hanc uerò rationem de efficacia animæ ſine gratia, & cum gratia: refert Sco. in. iij. diſt. xiij. q. iiij. & ualent eiuſdem doc. dicta ad propoſitum in q. iij. & iiij. loco allegato de fruitione animæ Chriſti. Ex conſequenti poſſet dici ſecundum Ockam, ꝙ anima uidentis deum ſi beatus eſt: poteſt elicere duplicem actum fruitionis: beatificum, & non beatificum. Vel ſi hoc non placet: dici poteſt: ꝙ præuenta a deò non elicit actum fruitionis: ſed in ſe ſuſcipit ſolum: ſicut, & corpore diſpoſito creatur anima a deo in corpore humano: nec propter hoc fruſtra premittuntur pleræq; alterationes, diſpoſitiones præuiæ: quia placuit deo naturaliter præuenire, & formam creare, ac creādo infundere. Intelligenda ergo eſt concluſio tertia de poſſe abſolutè, ſiue de anima non præuenta a deo. ¶ Cum ſubiungitur: ꝙ ſe poſſet facere beatam: negatur illud: quia ſicut ſine gratia gratum faciente mereri non poteſt ſtante lege: ita nec ſaluari. ¶ Ad clementi. dicitur concedendo: ꝙ intellectualis natura nō eſt in ſeipſa beata naturaliter: ſed gratia dei uita æterna. Rom. vj. ¶ Sed de lumine gloriæ, quo indiget anima, ut eleuetur ad uidendum deum: dicitur uerū eſt, ꝙ indiget: ſed non oportet illud lumen gloriæ dicere aliud a gratum faciente, uel charitate: ut expreſſè tenet Franciſcus de Zabar. in clemen. præfata. Ad hoc denique ſonat totus apparatus, ſiue gloſſa textus ibidem. Verum ad quid, & quomodo ponatur, uide Scotum diſtin. xiiij. tertij. Fortè poſſet allegari ad hoc dictum ps. xxxv. In lumine tuo uidebimus lumen. ¶ Ad aliud dicit. Non omne agere eſt nobilius pati: nam recipere in ſe intellectionem eſt nobilius, quàm obiectiuè eam producere: quod conuenit obiecto, & nobilius ē recipere charitatem, quàm producere calorem. ¶ Ad aliud conceditur: ſed negetur: ꝙ ſit actiuè a merente: ſed de ratione meriti eſt, ꝙ ſit actiuè a merente. De ratione uerò premij, ꝙ ſit actiuè a præmiante, & recipiatur paſſiuè a merente. Et cum dicitur præmium datur propter meritū: propter eſt nota conſecutionis, & non cauſalis ſecundum Petrum. ¶ Poſſet etiam hic moueri dubium. Si homo ex puris naturalibus poſſet deum ſuper omnia diligere &c. uerum de illo infra latè habetur diſt. xxviij. ſecundi. &c.



## QVAESTIO. III.

A

Vtrum fruitio ſit qualitas diſtincta realiter a delectatione.

VTRVM fruitio ſit qualitas diſtincta realiter a delectatione. ¶ In hac quæſtione opi. Petri aureoli recitat, & impugnat doct. Deinde opi. Sco. refert, cum quo in concluſione reſponſali ad queſitum concordat: licet in aliquibus diſſentiat ab eodem. Denū proceſſum in hac quæſtione aperit oſtendens primò, quomodo dilectio, & delectatio ſe habent quantum ad identitatem, & diuerſitatem. Secundò quantū ad efficiētiam, & effectiuitatem. Tertiò quantum ad ſubiectum recipiens ea. Quartò quantum ad nobilitatem, & perfectionem. ¶ Pro articulo primo, q eſt

Arti. 1. Principali

terminorum declaratiuus: ſupponuntur dicta. infra diſt. xxiij. tertij collec. q. j. ſcilicet: ꝙ paſſio accipitur multipliciter quid eſt potentia: in quo ſubiectatur. ¶ Hic tamen breuiter notandum: ꝙ de-

Declaratio.

lectatio a philoſopho. j. rheto. ſic notificatur. Delectatio eſt quidam motus animę, & conſtitutio ſimul tota, & ſenſibilis in naturam exiſtentem. Dicitur motus, quod ponitur pro genere ſecundum ſanctum Tho. . ij. q. xxxj. Et ſecundum eum poteſt eſſe prædicatio cauſalis. Sed uidetur ꝙ poſſit eſſe identica: nam motus hic non ſumitur, prout importat quandam ſucceſſiuam rei tendentiam ad ſuæ perfectionis habendę conſecutionem: ſed motus nominat quandam operationem complacentem in re uolita, & habita: quomodo intelligere,

uelle,& ſimilia dicuntur motus aut etiã
ceſſatio ab eiſdem & quies in aliquo cõ
ſiderata,& habita bonitate obiecti uoliti
& complacentis:ideo & poteſt ſumi ex-
poſitiuè, cum dicitur. eſt motus animæ
& conſtitutio ſimul tota. ubi ſecundum
beatum Tho. conſtitutio non debet ac
cipi prout eſt conſtitui:ſed prout eſt in-
ſtitutum eſſe quaſi in termino motus:nõ
enim delectatio eſt generatio ut Plato
poſuit:ſed magis cõſiſtit in factum eſſe,
ut dicitur. vij. Ethi. Dicitur, & ſenſibi
lis propter excludere inſenſibilia : per
hoc ut credo, excluduntur ea, quæ nulla
potentia cognitiua a nobis compræhen
di poſſunt : ſicut enim nihil amatur niſi
cognitum: ita & in nullo delectatur uo
luntas niſi in cognito : & quod ſic præ-
ſens eſt, dicitur ſenſibile. Sequitur in na
turã exiſtentem: hoc explanat philoſo-
phus ubi ſupra. j. reth. cum inquit. Qua
re neceſſe omnia delectabilia eſſe, aut
in ſentiendo præſentia, aut in memoran
do facta, aut in ſperando futura. Cum
enim delectatio habet pro obiecto bo-
num adeptum modo nunc tacto: minus
habet de ratione motus imperfecti, quã
cæteræ paſſiones,& ſic poteſt eſſe dele-
ctatio in ſenſu,& in intellectiua poten-
Arti. 2. Cõclu. B tia. ¶ His præmiſſis reſpondetur ad pri
mum de identitate, & diuerſitate dile-
ctionis, & delectationis concluſione
tali. Amor, & delectatio diſtinguuntur
realiter. Patet:quia ſi aliquis amor eſſet
delectatio maximè, qui eſt in conſecutio
ne prius deſiderati:ſed hoc non. Nam
diabolus tentans,& uolẽs hominem pec
care:dum tale uolitum deducit in opus,
non delectatur : eo ꝙ in damnatis nulla
eſt delectatio. Similiter triſtitia non eſt
odium:nam beati odiunt mala, & tamẽ
non triſtantur:quia beatitudo expellit
omnem triſtitiam, ſicut damnatio oẽm
delectationẽ, ſecus de Chriſto uiatore,
& comprænenſore. Nec obſtat dictum
Grego. dicentis diabolum delectari, &
exultare. Ad quod glo. & Pſal. Qui tri
bulant me, exultabunt &c. nam exulta-
re,& delectari ibi ſumitur pro compla-
centia intenſa in lapſu hominis, & non
ſumuntur illa nomina propriè. ¶ Pro ar
ticulo ſecundo de efficientia, & effecti- Arti. 2. Cõclu. C
uitate delectationis recitata opi. Scot.
ꝙ dilectio eſt effectiuè a uoluntate: dele
ctatio uerò ab obiecto, eſt hæc conclu- De efficientia delectationis.
ſio ſecundum mentem doct. Dilectio eſt
immediatè a uolũtate tanquam a cau
ſa efficiente : ſed delectatio intellectiua
(non autem ſenſitiua) eſt immediatè ab
actu uoluntatis. Vel ſic. Cauſa imme-
diata delectationis ſenſitiuæ eſt co-
gnitio ſenſitiua. Cauſa uerò immediata
delectationis intellectiuę eſt uolitio, ſi-
ue actus uoluntatis. Prima pars proba-
tur ex libertate uoluntatis: nam uolun-
tas eſt potentia libera reſpectu actus di
ligendi:ergo dilectio eſt a ſola uolunta
te immediatè, per hoc tñ non negãtur,
& aliæ cauſæ mediatę, quæ propriè non
dicuntur cauſæ. Secunda pars patet: qa
non a uoluntate immediatè: ſi enim im
mediata cauſa eſſet uoluntas, eſſet in po
teſtate uoluntatis delectari, ſicut dilige
re:quod eſt falſum. Sequela manifeſta
eſt. Nec ab obiecto immediatè: quia po
ſito actu uoluntatis æquali, æqualis eſt
delectatio ſiue obiectum ſit, ſiue nõ ſit:
ſi uerò nõ ponitur actus uoluntatis quã
tumcunque obiectum fuerit pręſens:
non ſequitur delectatio effectiuè. De
multis enim obiectis delectamur, quę nõ
ſunt, ut patet ex auctoritate philoſophi
pręallegata,& per conſequens, quę non
ſunt, non ſunt cauſæ effectiuæ. ergo erit
delectatio ab actu uoluntatis:quia nulla
alia cauſa aſſignari poteſt. ¶ Pręterea ex
diffinitione cauſæ poſito actu uolun-
tatis ponitur delectatio, & eo remoto
remouetur delectatio. ergo. non tamen
ſemper poſito actu uoluntatis poni
tur delectatio, attamẽ uolitio, ſeu actus
uolitionis non eſt cauſa libera reſpectu
delectationis, ſed naturalis: quia poteſt
eſſe impedimentum, ut gratia exempli.
Si eſt ſumma triſtitia in aliquo ut in dę-
mone, uel alio: poteſt aliquid uelle, & il-
lud conſequi, & tamen non delectari
in illo. ¶ Ex quo poteſt inferri, ꝙ actus
uolendi naturaliter poteſt eſſe ſine dele
ctatione, & non econuerſo. ergo eſt
cauſa eius. Cum ergo uolitio ſit cauſa
naturalis, & non libera reſpectu dele-
cta



ctationis:uoluntas uerò eſt potentia li-
bera:ergo unũ põt impediri:nõ ſic aliud.
Poteſt tñ dici: ꝙ etiam uoluntas habet
aliquam libertatẽ:licet mediante reſpe-
ctu delectationis: quia poteſt non dilige
re, & ſi non diligit, non ſequitur dele-
ctatio. ¶ Ratio uerò diuerſitatis : ꝙ dele
ctatio ſenſitiua,& intellectiua nõ habẽt
eandem cauſam immediatam effectiuã :
ſumitur aliquo modo per experiẽtiam:
quia ad obiecti appræhenſionem ſeclu-
ſa uolitione non ſequitur intellectualis
delectatio: diues .n. apprænenſis diuitijs
non dilectis non delectatur. Patet de
multis patribus ſanctis, q in diuitijs nul-
lam habuere delectationem. Item patet
idem de renunciantibus ſeculo. Sed ſi
per ſenſum appręhenditur obiectũ con
ueniens: non poteſt ſenſus non delecta
ri. Item ſecundum doc. inter appræhen
ſionem intellectualem,& delectationẽ,
mediat actus uoluntatis, ad quem ſe libe
rè habet uoluntas. Sed inter appræhen
ſionem ſenſitiuam,& delectationẽ ſenſi
tiuam nihil mediat: ergo apprænenſio
ſenſitiua erit cauſa immediata delecta-
tionis ſenſitiuæ. ¶ Et ſi datur inſtantia
de delectabili cõceditur: ꝙ eſt cauſa me
diata, non immediata. Et licet quãdoq;
oportet delectabile neceſſariò eſſe prius
naturaliter loquendo, ut in delectabili-
bus ſenſuum particularium: nunq̃ tamẽ
eſt cauſa immediata. ¶ Latè hoc proſe-
quitur doc. quid requiratur ad rationẽ
Arti. 3. Cõcl. D cauſæ:uide in litera. ¶ Articulus tertius
quærit de ſubiecto dilectionis, & dele-
ctationis. Ad quẽ reſpondet doctor con
De ſubiecto dilectionis. cluſione tali. Probabilius eſt dicere; ꝙ
delectatio eſt ſubiectiuè in uoluntate, q̃
in actu uoluntatis. Probatur: quia acci-
dentis non eſt accidens. Et ſecundum
philoſophum. Maximè proprium eſt ſub
ſtantiæ ſecundum ſui mutationem eſſe
ſuſceptibilem contrariorum. Cum er-
go delectatio,& triſtitia ſunt contraria:
erunt immediatè in aliqua ſubſtantia,
& per conſequens neutrum erit ſubie-
ctiuè in accidente ex conſequenti, nec
in actu uoluntatis:ſed in ipſa uoluntate:
hoc eſt in anima rationali. ¶ Nec ualet
replica, ſi dicitur, ꝙ quantitas eſt rece-
ptiua contrariorum: quia quãtitas non
eſt accidẽs inhærens rei quantæ: nec eſt
alia res a ſubſtantia quanta, quãtitas ſub
ſtantiæ : ut probabiliter poteſt teneri. Arti. 4. E
¶ Articulus quartus eſt de perfectione,
& nobilitate eorundem:pro quo eſt hęc
concluſio. Actus amoris, ſiue dilectionis
ſimpliciter eſt nobilior delectatione.
Probatur:quia cuius contrariũ eſt peius
ipſum eſt nobilius: ſed odium dei, quod
contrariatur dilectioni dei, eſt peius tri
ſtitia:ergo dilectiò eſt nobilior delecta-
tione. Maior manifeſta. Minor patet:qa
eſt maximè fugiendum, & in nullo caſu
peccandum eſt. ¶ Itẽ amor amicitiæ eſt
perfectiſſimum accidẽs:quod poteſt cõ-
petere homini:quia maximè acceptatur
a deo. ergo eſt perfectior delectatione.
¶ Si dicis. Illud eſt nobilius, quod quie-
tat uoluntatẽ:tale eſt delectatio,& non
dilectio ſiue fruitio : quia poſt fruitionẽ
expectatur delectatio. Dicendũ: ꝙ quie-
tare ultimatè uoluntatem dupliciter in
telligitur. Vel quia eſt ultimum eligibi-
le propter ſe,& non propter aliud. Vel
quia eſt aliquid, poſt quod non eſt aliud
quietãs. Primo modo fruitio quietat,&
non delectatio :& quod ſic quietat, eſt
nobilius:quia non eſt propter aliud. Si
ſecundo modo: ſic delectatio ultimatè
quietat:ſed tale non eſt nobilius:cum ſit
propter aliud. Nam & delectatio eſt pro
pter operationem. x. Ethic. Delectatio
denique conſeruat operantẽ in operę.
¶ Si dicis. Delectatio eſt perfectior, eo
ꝙ naturaliter eſt poſterior fruitione: nã
quæ ſunt poſteriora generatione, priora
ſunt perfectione. Dico: ꝙ hoc uerum ẽ
quando ſunt eiuſdem generis, & unum
eſſentialiter ordinatĩ in aliud,& eſt pro-
pter aliud: ſicut ſperma eſt propter ho-
minem: ſic non eſt in propoſito. Nam
fruitio non ordinatur ad delectationẽ :
nec fruitio eſt propter delectationem:
ſed econuerſo. ¶ Si dicis. An deus de po
tentia abſoluta poteſt facere fruitionẽ
ſine delectatione conſequente. Vide-
tur, ꝙ ſic: & ita cum triſtitia &c. ¶ Quã Arti. 3. princip. Dub. 1.
tum ad articulum tertium principalem,
dubitatur, an illa forma arguẽdi ualeat.
Quando aliqua ſic ſe habent, ꝙ unum

F manet alio non manere, illa diſtinguun
tur: ſed poſſibile eſt, ꝙ maneat dilectio,
& non maneat delectatio &c. ut arguit
doctor contra Aureolum. Dicendum, ꝙ
non ualet: quia datur inſtantia manife-
ſta in concretis arguendo. Per hāc eñ
formam probatur: ꝙ lac albū diſtingue-
retur realiter a lacte calido: uel a lacte
dulci: cum tamen idem lac ſit album, ca-
lidum, & dulce. ¶ Item probaretur, ꝙ
dominus, & creator, deus, realiter diſtin
guerentur. ¶ Item ꝙ hoc lac calidū di-
ſtinguitur ab hac lacte calido realiter de
monſtrando idem: patet ſubſumēdo ſub
prædicta maiore. Manet lac album, qñ
non manet lac dulce uel calidum. ¶ Itē
Noīa - manet deus; qñ non manet creator,
les ſol- uel dñs. Item hoc lac calidum manet:
uunt p quando non manet lac calidum. Vel ꝙ
uariatā calidum diſtingueretur a ſeipſo calido
appella ſubſumendo: calidum manet, qñ nō ma-
tionē. net calidum. Omnes illæ minores in ca
ſu ſunt uere, & poſſibiles, & tñ conclu-
ſiones falſæ, & impoſſibiles. ¶ Si quæri-
tur, in quo deficit illa forma. Dicen-
dumq; ꝙ nō eſt per locum aliquem pro
batiuum: non enim per locum ſyllogi-
ſticum: quia nec eſt in modo, nec in fi-
gura: ut patet inſpicienti. Nam non con
ſtituitur ex tribus terminis tantum: quia
nullum ibi eſt medium. Nam ſubiectum
maioris, quod deberet eſſe medium eo
ꝙ non intrat concluſionem, non prædi
catur in minori: neq; ſubijcitur: nec po
teſt aſſignari aliquis locus enthimema-
ticus. Si dicitur: reducatur ergo ad for-
mam ſyllogiſticam ſic: omnia ſic ſe ha-
bentia, ꝙ unum eorum manet alio non
manente, ſunt realiter diſtincta, & om-
ne lac album, & omne lac dulce ſunt hu
iuſmodi. ergo omne lac album, & om
ne lac dulce ſunt realiter diſtincta. hic
argumentum eſt in primo primæ, & ma-
ior eſt uera: ſimiliter minor. Quod pro
batur, quia lac album, & lac dulce ſic ſe
habent, ꝙ poteſt manere lac album non
manente lacte dulci: ſuppoſito ꝙ lac al-
bum amaricetur, ut fieri ſolet reſeruatū
in diem alterum: tunc.n. manet lac al-
bum: & non manet lac dulce: quia ama
ricato lacte, iam nō eſt lac dulce. Dico;
ꝙ ſic arguendo maior eſt uera: quia op-
poſitum uidetur implicare. Sed minor ē
falſa. ſ. omne lac album, & lac dulce ſunt
huiuſmodi, id eſt ſunt aliqua ſic ſe haben
tia, ꝙ unum manet alio non manente
propter falſam implicationem: implicat
enim ꝙ lac album, & lac dulce ſint ali-
qua. Item ſint unum, & aliud, quæ om-
nia in caſu falſa ſunt, loquendo de uno
lacte, quod eſt album, & dulce: quia illud
lac album, & cum hoc dulce non eſt ali
qua, nec eſt unum, & aliud: ſed eſt unum,
& idem omnibꝰ modis. Similiter falſum
eſt: ꝙ unū. i. lac album manet, qñ aliud
i. lac dulce nō manet: quia quandocunq;
manet id, quod modo eſt lac album: ma-
net etiam id, quod modo eſt lac dulce,
quia idem eſt ſubiectum albedinis, & dul
cedinis: & quādo illud manet, ipſum ma
net. Et ita ſi acciperetur minor ſecundū
actum ſignatum, ut tantum ualeret: lac
albū ſupponit pro aliquo, quod manet,
quando non manet illud, pro quo ſup-
ponit lac dulce, nihilominus eſt falſa: qa
cum lac album, & lac dulce ſupponunt
pro ſubiecto albedinis, & dulcedinis, qd̄
idem eſt: illud ſubiectum, qñ manet fal-
ſum eſt dicere, ꝙ non manet. ¶ Et ad
probationē minoris poteſt manere lac
album, qñ non manet lac dulce. ergo
uno manente aliud nō manet: uel ergo
lacte albo manente, lac dulce non ma-
net. Negetur conſequentia, quia eſt fal
lacia accidentis: quia in antecedente
manet, dicit manſionem ſecundum qd:
ideſt diſpoſitionis accidentalis, albedi-
dinis, & dulcedinis, & in conſequente di
cit manſionem ſimpliciter. i. rei ſubſtan
tialis. ſ. ſubſtātiæ lactis, quæ eſt ſubiectū:
& ita uariatur appellatio formæ. ¶ Si di
cis, uolo, ꝙ manet præciſe dicat idem in
antecedente, & conſequente: quamuis
hoc ſit contra uim logicæ. Admiſſo ta-
men tunc diſtinguendum eſt: aut utro-
biq; dicit manſionē ſecundū quid: aut
utrobique manſionem ſimpliciter. Si pri
mum conceditur antecedens. & conſe-
quens. Sed ſi ultra infertur minor ſyllo
giſmi, negetur conſequentia, quia in mi
nori ſyllogiſmi manet dicit manſionem
ſimpliciter: ſicut etiam in maiore. ſi au-



tem dicit manſionem ſimpliciter: ſicut
etiam in maiore. ſi autem dicitur man-
ſionem ſimpliciter: ſic antecedens eſt
falſum. Manet lac album, quando non
manet lac dulce: qa ualet tm̄: manet ſub
iectū albedinis: qñ non manet ſubiectū
dulcedinis: quod falsū eſt qa qñcūq; ma
net ſubiectum albedinis: manet etiam il
lud, quod nunc eſt ſubiectū dulcedinis.
¶ Quod etiam auctor ſubdit, ꝙ licet nō
inferatur illa, dilectio diſtinguitur a dele
ctatione, tñ bene ſequitur, ꝙ hęc eſt poſ
ſibilis: dilectio realiter diſtinguitur a de-
lectatione. Verum eſt hoc qñ ualet una
de ſenſu cōpoſito. Sed non poteſt infer
ri una de ſenſu diuiſio ſic inferendo. er-
go dilectio poteſt diſtingui a delectatio
ne: ut in priori exemplo. Non ſequitur
ergo, lac album poteſt diſtingui a lacte
dulci: quia illa infert, ꝙ idē poſſet diſtin
gui a ſeipſo, quod eſt impoſſibile. Sed ſe
quitur: ꝙ hæc eſt poſſibilis: lac album di
ſtinguitur a lacte dulci: capiendo diſtin-
gui. ut nō præſupponit exiſtentiā extre-
morum: ſed ſimpliciter importet nega-
tionem unius ab alio ſiue ſint, ſiue non.
Et ſic illa eſt poſſibilis: quia ualet illam:
hæc eſt poſſibilis lac album non eſt lac
dulce, quod uerum eſt: quia ſi lac corrū-
peretur, uel dulcedo corrūperetur, hęc
eſſet uera: lac albū nō eſt lac dulce. Alias
ſi diſtinguitur capitur ſtrictè: non ſequi-
tur. Sortes manet, qñ non manet hoc ri
dens, demonſtrando ſortem ridentem.
ergo hæc eſt poſſibilis. Sortes diſtingui
Dub.2. tur ab hoc ridente. ¶ Secundò dubitatꝰ
G contra concluſionem primam: nam ex-
preſsè dicit Aug. xiiij. de ciuitate dei.
c.vj. Intereſt qualis ſit uoluntas homi
nis: quia ſi peruerſa, peruerſos habebit
motus &c. Et ſequitur. Voluntas quippe
in omnibus eſt, immo omnes nihil aliud,
quàm uoluntas ſunt: ergo delectatio ē
amor, & dilectio. ¶ Præterea. fruimur
cognitis, in quibus uoluntas ipſis pro-
pter ſeipſa delectata cōquieſcit. decimo
de trinitate. c.x. ¶ Item arguit Grego.
q.ij. arti.ij. Omnis actus uoluntatis eſt
dilectio, uel odium: ut patet ex dicto Au
guſt. ubi ſupra. ſed omnis delectatio eſt
actus uoluntatis, & nulla eſt odium; er-
go omnis delectatio eſt dilectio. Minor
etiam eſt Aug. ubi ſupra. xiiij. de ciuita
te dei. c.vj. Et claret, ꝙ delectatio nō eſt
odium. ¶ Item omnis complacentia eſt
dilectio, omnis delectatio eſt compla-
centia: igitur omnis dilectio eſt delecta-
tio. Maior eſt Aug. xj. de trini. c.v. in fi
ne. Placitum (inquit) eſt quieta uolun-
tas. placitum autem, & complacentia
idem. Voluntas autem quieta idem eſt,
quod uolitio: qua mens, ſeu appetitus
quieſcit: quieſcit inquam amore, & dile-
ctione. ¶ Ad illa reſpondetur: & primū Rñſio.
ad Aug. dicitur: ꝙ ex dictis ſuis ibi nihil
aliud inferri poteſt: niſi ꝙ uel illæ præ-
dicationes ſunt cauſales, uel ꝙ illæ paſ-
ſiones (quę quādoq; etiam dicuntur uo
luntates non liberè elicitæ: ſed naturali
ter conſecutiuæ ad actus uoluntatis li
beros: uel ad obiecti naturaliter conue-
nientis, aut diſconuenientis actualē ap-
præhenſionem, ſiue appetitionem in ap
petitu ſenſitiuo, uel intellectiuo) frequē
ter comitantur actus uoluntatis liberæ
ſiue appetitus. Et ꝙ uoluntas non impe
dita alias habet paſſiones illas quaſi an-
nexas, & conſequentes ſi bene eſt diſpo
ſita. de hoc infra. in. iij. diſt. xxiij. q. j. &
diſtin. xv. eiuſdem. ¶ Ad Greg. dicitur:
ꝙ maior uera eſt de omni actu liberè eli
cito libertate contradictionis: qui po-
teſt dici acceptatio, uel deacceptatio,
Non autem oportet de actibus natura-
liter conſecutiuis ad actus liberos ¶ Ad
minorem dicitur: ꝙ uera eſt cōſecutiuè:
quia ad uoluntatem non impeditam, &
bene diſpoſitam cōſequitur delectatio.
Ad aliud negetur maior. Ad probatio-
nem conceſſo dicto Aug. dicitur, ꝙ ex
eo nil aliud ſequitur, niſi ꝙ complacen-
tia eſt quies uoluntatis in re uolita: non
autem ꝙ ſit uolitio: ſed ꝙ uel annecti-
tur uolitioni: uel conſequitur eam &c.
Et ſecundum hoc facile poſſent concor
dari Grego. & Ockam: ut poteſt
colligi ex Henrico de Oyta.
q.ij. arti. ij. qui bene lo
quitur in hac ma-
teria.

## QVAESTIO. IIII.

A QVARTO' quæritur utrũ
Arti. 1. ſolus deus ſit debitum obie-
Nota. 1 ctum fruitionis. ¶ Quantũ
ad articulum primum no-
tandum, ꝙ frui accipitur multipliciter ſe
cundum Ovtam. q. ij. art. j. dimiſſa acce-
Frui. ptione generali, qua ſumitur ut non di
ſtinguitur contra uti. Primò frui accipi
tur communiter, pro omni actu poten-
tiæ appetitiuæ delectabili, ſiue qui eſt cũ
delectatione: ſic ſumitur frequenter Ec
cleſ. c. ij. v. & vj. & Prouerb. vij. Fruamur
cupitis amplexibus. Et Aug. lxxxiij. quę
ſtionum. q. xxx. dicimur frui cibo & po-
tu. Vnde inquit, Fruimur ea re, de qua
capimus uoluptatem: ſic ſumitur in bo-
no, & malo, & in multis paſſibus ſcriptu
ræ. Item ego te fruar in dño. Paulus ad
Philemonẽ. Secundò accipitur pro om
ni actu uoluntatis: quo propter ſe aliqd
diligitur non relatiuè in aliud ſaltem per
illum actum, & ſic delectatio poſſet dici
fruitio. Et ſimiliter quicũq; alius amor
naturaliter ſequens appræhenſionẽ rei
conuenientis, uel placentis. Tertiò ac-
cipitur pro amore libero uolũtatis, quo
finaliter quieſcit in amato: qui repugnat
relationi ad finem alium. Et ſic accipit
Aug. cum inquit. Fruimur cognitis &c.
ut ſupra. Item. j. de doct. chriſt. Si in ea
ponens finem lætitiæ permanſeris, pprié
Nota. 2 frui dicendus es. ¶ Secundò notãdum:
B ꝙ eſt fruitio ordinata, & inordinata. Or
dinata, qua ſummè, & irreferibiliter dili
gitur, quod ſummè diligẽdum eſt, & pro
pter ſe. Inordinata uerò oppoſito mo-
do, qua ſummè diligitur, & propter ſe
tantum, quod propter aliud referibiliter
diligendum eſt. ¶ Ordinata duplex eſt:
quædam eſt quietans, & ſatians uolun-
tatem: ut fruitio patriæ. Quædam non
quietans: ſed compatiens ſecum triſti-
tiam, aut defectum, uel anxietatem: ut
Nota. 3 fruitio uiæ. ¶ Tertiò notandum, quòd
auctor primò recitat opinionem. Sco.
lib. iiij. diſtinctio. xlix. quæſtio. viij. te-
nentẽ: quòd poteſt probari naturaliter,
ꝙ aliqua fruitio quietans, & ſatians uo
luntatem ſit nobis poſſibilis. Contra
quam aliquot ponit propoſitiones quas
latè probat. ¶ Prima. Non poteſt natu Prop. 1
raliter demonſtrari fruitionem diuinæ C
eſſentiæ nobis fore poſſibilem. Non
enim poteſt demonſtrari, quòd clara, &
intuitiua dei uiſio, & fruitio ſit homini
poſſibilis. Nec ꝙ perfectior cognitio,
uel amor ſit homini poſſibilis: ſiue ſum-
mi boni, ſiue alterius, quàm cognitio,
& amor, quos habere poteſt in hac ui-
ta. Nec probari poteſt ſufficienter (lo-
quendo de beatitudine in particulari,
& in ſpecie, ut dicit claram dei uiſionẽ,
& fruitionem, & non in genere: ut dicit
ultimatam creaturæ rationalis perfe-
ctionem non curando, in quo cõſiſtat)
quòd ad illam ſit naturalis hominis ap-
petitus: quia demonſtrari non poteſt,
ꝙ ſit homini poſſibilis. ¶ Secunda pro Prop. 2
poſitio. Licet uoluntas in ſolo deo ſa-
tiari poſſit: non tamen poteſt natura-
liter demonſtrari aliquam fruitionem
ſimpliciter quietantem homini fore poſ
ſibilem. ¶ Tertia propoſitio. Non po- Prop. 3
teſt naturaliter demonſtrari, ꝙ uolun-
tas ſit quietabilis per quemcunque actũ
quin liberè uelle poſſit alium: ſed eſt
merè creditum. ¶ Horum oppoſitum
aliqui opinati ſunt: quorum dicta do-
ctor recitat & ſoluit, & quæ dicta ſunt
latè probat oſtendens ea fore merè cre
dita, & naturaliter indemonſtrabilia.
Idem latè probat Holkot in deter-
minatione quæſtionum, quæſtio. vj. Ve
rum Henricus Oyta. quæſt. ij. articu.
iij. in concluſione ſecunda uidetur ali-
quo modo ſentire oppoſitum: uide ibi.
¶ Quantum ad articulum ſecundum, Ari. t 2.
eſt concluſio prima hæc. Accipiendo Cõcl. 1.
fruitionem communiter in quocun- D
que potentia appetitiua poteſt dele-
ctari, ſeu iucundari ordinatè, uel in-
ordinatè: ipſum poteſt eſſe obiectum
fruitionis. Patet ex prima acceptio-
ne fruitionis: ſic enim quodlibet ens po
teſt eſſe obiectum fruitionis. ¶ Secũda Cõcl. 2.
concluſio. Accipiendo fruitionem ſe-
cundo modo, fruitionis ordinatę poteſt
eſſe aliud obiectum a deo. Patet pro-
poſitio



Cõcl. 3. poſitio ex dictis ſupra. in quæſt. j. ¶ Ter
tia concluſio. Accipiendo fruitionem
ſtrictiſſimè ſolo deo eſt fruendum. Pro
batur. ſolus deus eſt propter ſe, ut ſum-
mum bonum diligendus ſine relatione
in aliud: ergo eo ſolo eſt fruendum. Te-
net conſequentia ex diffinitione frui-
Cõcl. 4. tionis tertio modo ſumptę. ¶ Quarta cõ
cluſio, quæ ponitur contra durandũ eſt.
Obiectum fruitionis patriæ immedia-
tum eſt ipſemet deus, & non uiſio dei
beatifica. Probatur: qa fruitio eſt amor
amicitiæ, ſed ille terminatur in deo, in
ſe, & non in aliquo, quod non eſt deus,
& per conſequens non in uiſione tam-
quam in obiecto. Prima pars aſſumpti
patet: quia fruitio eſt amor: perfectiſſi-
mus: ſed amor amicitiæ eſt perfectior
amore concupiſcentiæ. ergo. Item frui
tio patriæ correſpondet charitati uiæ,
ſed charitate deus in ſe diligitur in uia:
ergo multò magis fruitione in ſe dili-
gitur in patria. ¶ Oppoſitum opinan-
tes impugnantur, & rationes eorum ſol
uuntur. Huic concluſioni quartæ con
ſonat Greg. q. iij. articulo. j. Henricus de
Oyta. q. ij. artic. iij. Cameracen. quę. ij.
Cõcl. 5. artic. ij. ¶ Quinta concluſio. Fruitionis
ordinatæ non quietantis: id eſt uiæ obie
ctum eſt ipſe deus in ſe amatus. Patet:
quia idem eſt obiectum fruitionis uiæ,
& patriæ. Neque differunt fruitio pa-
triæ, & uiæ: niſi quia illa eſt obiecti ſum-
mi clarè oſtenſi: iſta obiecti ſum-
mi ſiue finis obſcurè cogniti: ſed idem
deus eſt hic obſcurè cognitus, & ibi cla-
Cõc rè uiſus. ¶ Sexta concluſio. Fruitionis
inordinatæ obiectum poteſt eſſe aliud a
deo. Patet: quia quicquid uoluntas po-
teſt ſummè diligere tanquam finem: il-
lud poteſt eſſe obiectum fruitiõis inordi
natæ: ſed uoluntas ex errore, uel uolun
tate ſua poteſt ſibi aliud a deo præſtitue
re tamquam finem, & ſummum bonum:
Arti. 3. & ideo ſic frui: quare &c. ¶ Quantum
Dub. 1. ad articulum tertium dubitatur primò,
E an homo quotieſcunque cogitat de eo:
teneatur eo actualiter frui. Reſpondet
Holkot. q. iiij. Credo, ꝙ non: quia ſuf
ficit habitualiter. Voco autem (inquit)
actualiter frui, formare tales orationes
mentales: utinam deo fiat ſummus ho-
nor: ſed habitualiter ſemper tenetur. De
hoc latius infra in. iiij. diſt. xiiij. q. iij. ar.
iij. in dubio. ij. ¶ Secundum dubiũ: quid Dub. 2.
eſt finis ultimus naturalis creaturæ ra-
tionalis. Vtrum deus ſeu dei fruitio, uel
aliud. Reſpondetur per quatuor propo-
ſitiones, quæ ſunt domini Cameracen.
q. ij. arti. ij. ¶ Prima eſt: ꝙ fruitio dei Prop. 1
non eſt finis naturalis creaturæ ratio-
nalis, in quem tendat tãquam in finem
ſui appetitus naturalis. Patet: quia ſi ita
eſſet, ille finis eſſet a creatura rationali
naturaliter acquiſibilis &c. ¶ Secunda Prop. 2
eſt: ꝙ creatura rationalis non tendit in
deum tanquam in finem ultimum ſui ap
petitus naturalis. Patet: quia aliter ſe-
queretur, ꝙ creatura poſſet hõdi finem
habere naturaliter. ¶ Tertia eſt: ꝙ crea Prop. 3
tura rationalis tendit in ſeipſam. i. in con
ſeruationem & in bonum ſuiipſius tam-
quam in finem ultimum ſui appetitus na
turalis. Patet ad experientiam &c.
¶ Quarta eſt: ꝙ creatura rationalis ap- Prop. 4
petitu rationali, & libero poteſt, & de-
bet tendere in aliud, quàm in ſeipſam
tamquam in finem ultimum. ſ. in deum.
Patet ex prædictis. ¶ Plura ad hanc quę
ſtionem ualentia uide in Greg. diſtin. j.
q. iij. art. j. In Petro. q. ij. art. ij. In Oyta.
q. ij. artic. 3. In Holkot. q. iiij. & quę. vj.
determinationum.

## QVAESTIO. V.

QVINTO' quæritur utrũ A
uolũtas poſſit frui aliquo, Vtrũm
quod eſt realiter deus: non uolũtas
habendo fruitionem reſpe poſſit
ctu alicuius, quod eſt realiter deus. i. an frui ali-
uoluntas poſſit frui eſſentia, non fruen- quo.
do perſona, ſapientia, uel uoluntate, aut
una perſona ſine alia. ¶ Pro articulo pri Arti. 1.
mò notandum, ꝙ ſunt opi. circa hanc
quæſtionem contrariæ. ſ. Sco. diſtin. j. q.
ij. tenẽtis partem affirmatiuã: Ockam,
Oyta, Holkot, Camerac. Thomæ Ar-
gẽti. Adam, Elephat, Brinkel & aliorũ
tenentium partem negatiuam: quæ ma-
gis uidentur in modo loquendi diuersè,
quàm in re ipſa. Et uidetur Heinrico de

Oyta. q. iij. in principio quæſtionis: ꝙ
neutra earum ſufficienter poteſt proba
ri ex ſcriptura contra proteruientem:
ideo difficile eſt aliquam earum ſufficiē
ter uel ex ratione, uel ſcriptura impro-
bare. Nam quantum ad rem certū eſt:
ut & infra diſtin. ij. in concluſionibus
literalibus amplius explanabitur: & par
tim ſupra patuit in prologo. q. ij. ꝙ om
nia, q̄ ſunt realiter in diuinis, ſunt una
ſimplicisſima, & ſingularisſima res: ſcili
cet eſſentia diuina: licet cum hoc aliqua
realiter diſtinguantur inter ſe ad ſen-
ſum infra exprimendum ut perſonæ, &
relationes oppoſitæ. Aliqua formaliter
ut eſſentia, & perſona: uel (.ſ. perſonæ,
quam conſtituit) relatio. Et per conſe-
quens quicunque fruitur aliquo, quod
eſt in diuinis, fruitur illo, quod eſt reali-
ter eſſentia. Et quicunque fruitur eſ-
ſentia: fruitur illo, quod eſt perſonę uel
perſona, & relatio &c. Nam eſſentia di-
uina identificat ſibi omnia, quæ uerè &
realiter ſunt in diuinis: quicquid enim
in deo eſt, deus eſt: & ita diuina eſſentia.
Sic etiam quiſquis appræhendit, ſeu co-
gnoſcit diſtinctè, uel confusè eſſentiā:
appræhēdit, & cognoſcit etiam id, quod
eſt perſona, & relatio &c. Et qui cogno
ſcit perſonam quamcunque, uel relatio-
nem cognoſcit id, quod eſt eſſentia. Et
ſuo modo de alijs, quæ in deo nominātur:
ſiue ſint attributa, ſiue quęcunque hæc
B de re. ¶ Sed de modo loquendi eſt uidē
dum: an ſicut conceditur, ꝙ fruens eſſen
tia fruitur eo, quod eſt perſona, & fruēs
una perſona: fruitur eo, ꝙ eſt alia perſo
na. Ita ſimiliter concedendum ſit, ꝙ
omnis fruens eſſentia fruatur qualibet
perſona, & fruēs una perſona fruatur eſ
ſentia, & etiam qualibet alia perſona.
Et ſimiliter de intelligere, uidere, appræ
hendere: ut appræhendens uidens, ſiue
intelligens eſſentiam intelligit quamli-
Cōclu. bet perſonam. ¶ Et circa hoc auctor po
nit illam propoſitionem tanquam prin-
cipium, uel maximam. Quicquid prædi-
catur de aliquo, prædicatur de quoli-
bet, quod cum illo eſt una res ſingula-
risſima, & ſimplicisſima: niſi oppoſitum
teneat fides catholica; quia contradi-

ctoria non debent concedi de eadem re
ſimplicisſima: niſi fides hoc eſt ſcriptu-
ra canonica: eccleſiæ determinatio, uel
quæ ex his ſequuntur in conſequentia
euidenti, & neceſſaria compellant. Et
per hoc dicit, ꝙ qui fruitur aliquo in di
uinis: fruitur quolibet, quod ē deus: hoc
eſt eſſentia relatione, & qualibet perſo-
na. ¶ Et ſi hic dicitur cum una perſona C
realiter diſtinguitur ab alia, uidetur, ꝙ
quælibet perſona poſſit terminare actū
intelligendi, & fruendi ſine alia non mi-
nus, q̄ dependentiam naturæ aſſumptæ,
quam ſolum uerbum terminat, & nō pa
ter, nec ſpiritusſanctus. ¶ Poteſt dici: ꝙ Termi-
aliquid terminare actum intelligēdi du nare a-
pliciter accipitur. Vel pro illo, quod quo- ctum in
cunque modo illo actu intelligitur ſiue telligen
talis actus de eo prędicetur ſiue non. di.
Vel ſecundo: quia de illo præcisè, & nō
de aliquo ab eo quomodocunq; diſtin-
cto prędicatur talis conceptus, uel actus
intelligendi, & hoc prędicatione forma
li: ſed non identica. ¶ Primo modo ac-
cipiendo omnem actum intelligendi
deum, uel aliquid in deo, terminat tam
eſſentia, quàm perſona: quia quolibet ta
li actu intelligitur deus, & aliquo modo
quicquid eſt deus. ¶ Secundo modo una
perſona poteſt terminare aliquem actū
intelligendi, ſeu conceptum & nō alia:
nam conceptus relatiuus patris forma-
liter prędicatur de ſolo patre, & non de
filio: neque de eſſentia. ¶ Sed licet illo D
modo ſola patris perſona conceptum re
latiuum patris terminet: non tamen ſo-
lus pater intelligitur illo cōceptu, immo
neceſſariò intelligitur, & correlatiuum,
ſcilicet filius, & illud abſolutū, quod eſt
ad ſe (id eſt eſſentia diuina) quod cum
relatione patrem conſtituit. De quo
beatus Aug. Si pater non eſt aliquid
ad ſe, non eſt aliquid quod ad alterum
dicatur. ¶ Sed uidetur: ꝙ illa concluſio
poſſet facilius logicè determinari con-
cordando aliqualiter ambas opinio. Io-
ann. & Ockam. Pro quo ſuppono pri-
mò; ꝙ de deo poſſunt haberi conceptus
plures non ſynonymi inter ſe realiter
diſtincti, & ab inuicem ſeparabiles:
quorū nunc uno nunc alio cognoſcimus



deum: & ſecundum hoc imponi poſſunt
diſtincta ſigna uocalia, quorū unum ſub
ordinatur ſynonymè uni conceptui, &
nō alij. ¶ Secūdò ſuppono: ꝙ licet q̄libet
horū cōceptiuum ſignificet deū, & ita
diuinā eſſentiā, & per cōſequens id, ꝙ
realiter eſt, quicquid ē in deo, & ita eo
intelligitur quicquid deus eſt, non tamē
quilibet eorū ſupponit pro quolibet, ꝙ
eſt deus, quia conceptus patris non ſup-
ponit pro filio. ¶ Tertiò ſupponendum
eſt ex logica, ꝙ uerba ſignificantia actū
potentię rationalis intellectus, ſeu uolū
tatis faciūt terminū ſe ſequētem ſigni-
ficantem id, ꝙ aliquo modo terminat
huiuſmodi actum appellare ſuā rationē:
ita ꝙ ad ueritatē illius propoſitionis re
quiritur, ꝙ potentia feratur in rem ſi-
gnificatam per talem terminum ſequen
tem: non per quemcunq; conceptū, uel
actum: ſed per conceptum propriū illi
termino correſpondentē: uel per actum
hmōi cōceptū proprium pſupponentē, ꝙ
dicitur ꝓpter actum uoluntatis, q̄ nō di
citur cōceptus ꝓpriè, ſed actus ut diſtin
guitur cōtra cōceptū, non autē ſic ſi ta-
lis terminus prędedit, tūc .n. non appel-
lat ſuā rationē, unde ſi prędedit ſufficit
ad ueritatē propoſitionis, ꝙ ipſa potē-
tia feratur in rē ſignificatā p ipſum ter-
minū: eam .ſ. intelligendo, uel amando,
aut audiendo: ſecūdum quēcunq; cōce
ptū ſiue propriū illius termini, ſiue aliū.
¶ Et per hoc ponitur differentia inter
illas: cognoſco uenientem, & uenientē
cognoſco. Amo uenientem, & uenien-
tem amo. Et per hoc ad propoſitum di-
citur, ꝙ refert dicere: intelligo eſſen-
tiam, intelligo perſonam: & dicere eſ-
ſentiam intelligo, perſonā intelligo. Nā
poſito, ꝙ habeam in me conceptum eſ-
ſentię, & non conceptum relatiuum p-
ſonę: hęc eſt uera, perſonā intelligo: &
hęc falſa, intelligo perſonā. Prima ua-
let tantū perſonā intelligo, id eſt rem, q̄
eſt perſona intelligo: quę uera eſt in ca-
ſu: quia eſſentiam intelligo, q̄ eſt pſonā,
non curādo quocunq; conceptu intelli
gā. Sed ſecūda eſt falſa intelligo perſo-
nā: quia ualet illam, intelligo perſonam
cōceptu relatiuo, & ꝓprio perſonę ſiue

correſpōdente ad hoc nomen perſona.
¶ Similiter differunt, eſſentia fruor, &
fruor eſſentia: perſona fruor, & fruor
perſona. Nam illæ eſſentia fruor: perſo
na fruor ueræ ſunt, ſi diligo deum tan-
quam ſummum: etiam quocunq; conce
ptu cognito. Sed illa fruor eſſentia non
eſt uera, niſi diligam deum cōceptu pro
prio eſſentiæ appræhenſum. Similiter
illa non eſt uera: fruor perſona, niſi ap-
præhendam perſonam ſub cōceptu pro
prio perſonæ .ſ. relatiuo. ¶ Tunc poſſunt Arti. 2.
pro articulo ſecundo poni duæ conclu Cōc. 1.
ſiones. Prima impoſſibile ē eſſentia frui. E
& non perſona frui. Patet: quia qui eſ-
ſentia fruitur, diligit quicquid eſt diuina
eſſentia ſuper omnia, & ita perſonas: &
per conſequens perſonis fruitur. ¶ Se-
cunda concluſio. Poteſt quis frui eſ-
ſentia, & non frui perſona, & frui una
perſona, & frui non alia. Patet: quia ſi
quis habet conceptum abſolutum eſſen
tiæ, & non conceptum relatiuum perſo
næ fruitur eſſentia, quia diligit deū co-
gnitum ſecundum rationem propriam
eſſentiæ, & nō fruitur perſona, quia et ſi
diligit perſonas non tamen cognitas cō
ceptu relatiuo proprio: ut ponit caſus
ſimiliter ſi habuero in me conceptum
patris proprium, & non filij: fruor pa-
tre, & non fruor filio, quia non diligo
filium ut ſummum cognitum ſub con-
ceptu proprio filij, & hoc uidentur in-
tendere ambæ opiniones. Et nota, ꝙ in
dictis auctoritatibus excludenda eſt ap-
pellatio rationis: quia illam non atten-
dit in modum loquendi, neque ea uſus
eſt. ¶ Nota etiam: ꝙ accipit ſignificare Nota.
ſtrictè pro ſupponere, ita ꝙ terminus ſo F
lum illa dicatur ſignificare, pro quibus ſup
ponit, ſiue de q̄bus uerè prędicatur, & nō
illa quæ connotat, & ſic refert aliquid ſi
gnificari, & aliquid intelligi. ¶ Pro iſtis
dictis facit auctoritas. Bona. in homil.
quintæ dominicæ poſt Paſca, ubi ait.
Nec ruſus æſtimandum: quia filius ſi-
ne patre, aut ſpiritusſanctus ualeat
amari, uel credi. Facit ad idem bea-
tus Auguſti. vij. de trinita. cap. ulti-
mo. prope finem. Item, primo de trin.
c. viij. ait. Siue audiamus, oſtende no-

bis filium:ſiue oſtēde nobis patrem. tan
tundem ualet:quia neuter ſine altero po
teſt oſtendi: unum quippe ſunt. Item
Ioan.xiiij. ubi Philippo dicenti ad Chri
ſtum. Oſtende nobis patrem. Reſpōdit
Chriſtus Philippo. Qui uidet,me uidet
& patrem. Et ſequitur. Quomodo tu di
cis. Oſtende nobis patrem. Non cre-
dis:quia ego in patre,& pater in me eſt.
Ex quo ſumi poteſt, ꝙ hæc eſt conſe-
quentia bona, & neceſſaria. pater eſt in
filio, & filius in patre per circumince ſ-
ſionem. ergo; qui uidet patrem, uidet
& filium. Alias enim probatio Chriſti
non ualeret, quando dixit. Non credis:
quia ego &c. ¶ Ex hoc etiam ſequitur:
ꝙ illa eſt conſequentia bona: quia pater
eſt in filio,& filius in patre:ergo qui ui-
det patrem, uidet & filium:uidet & eſſen
tiam &c: Quid enim eſt patrem eſſe in
filio: niſi filium eſſe conſubſtantialem
patri. Et idem de ſpiritu ſancto: idem
denique de fruitione ſicut de uiſione.
Sequitur ergo bene. Nunc formatę cō
ſequentiæ bonæ ſunt: ergo impoſſibile
eſt, ꝙ patre quis fruatur,& non filio,aut
Replica patrem uideat,& non filium uideat. Si
milem rationem format beatus Augu.j.
de trinit.c.viij. ut ſupra allegatum eſt.
Siue audiamus &c. ¶ Si dicis: dictum
Chriſti intelligitur de facto, non de poſ
ſibili. Solutio. Tunc Chriſtus fruſtra ap
poſuiſſet probationes conſequētiæ, quæ
non ex ordinatione facti: ſed ex natura
rei procedit. Sic etiam de ratione, quā
format Aug. Vnde ſi ex hoc, ꝙ pater,
& filius ſunt unum, ſufficit probare, ꝙ
patrem uidens & filium uidet: igitur cū
antecedens ſit ſimpliciter neceſſarium,
& impoſſibile aliter ſe habere: quàm per
Arti. 3. ipſum ſignificatur per conſequens. Hæc
Dub. 1. ratio potiſſima uidetur, quàm etiā præ
G cæteris plus ponderat. Oyta. ¶ Quantū
ad articulum tertium mouenda ſunt du
bia,& ſoluenda. Primum, quod magis ur
get, non eſt contradictio dicere unam
perſonam eſſe incarnatam ſine alia, ut
fides habet. ergo pari lege concedi po-
teſt ſaltem per uerbum poteſt, ꝙ una per
ſona poſſit cognoſci, uel diligi ſine alia:
cū non poſſit dari ratio diuerſitatis, quę
ſatisfaciat philoſopho credenti tres per
ſonas eſſe unam naturam diuinam, & ꝙ
nihilominus una ſit incarnata ſine alia:
ſeu ꝙ aliqua poſſit cognoſci, uel diligi
ſine alia. ¶ Secūdò, niſi una perſona poſ
ſet coli,& uenerari ſine alia: fruſtra de
perſonis diuinis diſtincta fierent feſta in
dei eccleſia, cum hoc eſſet dare occaſio
nem erroris,& poſſent ſimplices ex hoc
concipere perſonas eſſe ſingulatim co-
lendas,& uenerandas:& forte unā per-
ſonam plus alia. Ad hoc enim alludunt
diuerſæ cerimonię eccleſiarum in feſtis
diuinarum perſonarum. ¶ Tertiò ad qđ
orationes, nunc ad patrem, nunc ad fi
lium, nunc ad ſpiritum ſanctum dirigun
tur, ſi non coluntur diſtinctè. ¶ Quartò.
Philoſophi cognouerunt deum, uel eſ-
ſentiam: ut habet apoſtolus ad Roma-
nos: & tamen ignorarunt perſonas. Itē
aliqui dixerunt filium, aut ſpiritum ſan-
ctum creaturas. ¶ Quintò, filius eſt ho-
mo factus:& ſoluit in carne delicta. ergo
in eo eſt cauſa uenerationis ſingularis:
quæ non eſt in alijs perſonis: ſolus enim
filius incarnatus eſt. ¶ Sextò. Ad quid
habentur diuerſi articuli fidei de ſingu
lis perſonis, ſi non poſſunt ſingulatim
concipi,& diligi. ¶ Septimò. quomodo
intelligitur dictum doctoris: ꝙ nunquā
debent contradictoria de aliquo conce
di: niſi fides ad hoc compellat: hoc eñ
dicere eſt finem exponere deriſioni in-
fidelium: quia prædicata uerè contradi
ctoria de eodem ſimpliciter pro eadem
re uerificare eſt ſimul uerificare propoſi
tiones contradictorias. ¶ Ad primum re
Ad pri-mum. H ſpondetur humili cum ſubmiſſione, ꝙ
aliqui nituntur hic ponere rationem di-
uerſitatis de incarnatione uerbi, & ui-
Cautè de diui-nis lo-quēdū. ſione &c. per ſolam rationem naturalē
aſſignantes pro cauſa naturam rei. Sed
clarum eſt: ꝙ niſi fides oppoſitum dice-
ret: ita diceremus patrem incarnatum,
& ſpiritum ſanctum ſicut filiū, cum ſint
una ſimpliciſſima eſſentia. ¶ Præterea:
quotquot tales rationes dari poſſunt, ſta
tim ſunt ſolubiles,& non cogunt: nec
cogit: ut uidetur ratio Ockam, quæ di-
cit unum fore ex determinatione Eccle
ſiæ: ſed eccleſia ſecundum Oytā ubi ſu-



pra ſaltem aliquam habuit rationem
pro determinatione fidei de incarna-
tione uerbi ſolum, quòd ſi non po-
teſt dari cogens ratio diſſimilitudinis
alicui philoſopho, ſequitur cogente ra-
tione: ꝙ ſicut una perſona poteſt incar
nari ſine alia, ita uideri,& diligi ſine alia.
Et hoc uerum eſt; dummodo fides, uel
ſcriptura aut ex his deductum non obſi-
ſtat: aut eccleſiæ determinatio: hic autē
in propoſito obſiſtit dictū Chriſti Ioā.
xiiij.& argumentatio eiuſdem. Recur-
rendum ergo eſt ad hoc dictum Chriſti:
& ubi ratio non habetur, acceptanda eſt
auctoritas Chriſti, quæ etiam ſine ratio
ne alia ab ea, quia ipſe ponit: ſufficit no
bis ad aſſerendum non eſſe ſimile hic, &
ibi: ideo unum ex Chriſti dicto, conce-
ditur, aliud non conceditur. Hęc ſalua
Ad ſecū-dum. reuerentia maiorum dicta ſunt. ¶ Ad ſe
cundum: negetur illa: pater colitur ſine
filio: ſpiritusſanctus ueneratur ſine pa-
tre. Verum quia ſuppoſita uerborum
paſſiuorum importantium actum inte-
riorem animæ intellectus, uel uolunta-
tis appellant ſuas rationes dummodo ta
men ſequuntur illa uerba paſſiua: ideo
propter appellationē rationum iſta for-
tè poſſet concedi. Colitur pater ſine fi
lio. diligitur a me iuſtus: oſtenditur a me
pater ſine filio: eſt enim ſecundum præ-
miſſa ſenſus. Colitur pater ſub conce-
ptu proprio,& relatiuo, ſupponente pro
patre non pro filio. Senſus autem alte-
rius. ſ. pater colitur ſine filio eſt res, quæ
eſt pater colitur abſque hoc, ꝙ filius co
latur. Si autem alium habet ſenſum ex
uſu utentium citra rigorem logicum, ali
ter eſt dicendum. Cum ſubiungitur, ꝙ
fruſtra fierent diſtincta feſta negetur:
quia eccleſia in his regitur ſpiritu ſancto
pro filiorum eruditione in his, quæ ſunt
fidei circa myſterium trinitatis quo ad
perſonarum eſſentialem identitatem et
earundem realem non eſſentialem di-
ſtinctionem: nec per hoc datur occaſio
erroris: ſed in feſtis diuinarum perſona-
rum catholica ueritas ſecundum perſo-
Ad ter-tium. narum attributa, & propria aperitur.
¶ Ad tertium poteſt dici, ſicut dicitur de
attributis perſonarum pro populi erudi
tione, pro deuotionis inflammatione,
pro fidei uocali confeſſione ſecundum
apoſtolum. Corde creditur ad iuſtitiā:
ore autem confeſſio fit ad ſalutem &c.
Sicut ergo diuinę perſonę non ſeparan
tur feſtinatione: ita nec ueneratione, &
ad eas fuſa oratione: quamuis orans ha
bito conceptu proprio relatiuo patris
non cogitat ſic concipiendo de filio,&
ſpiritu ſancto: immo peccaret quis, ſi in
oratione ad patrem fuſa, alias perſonas
actu excludere uellet: hinc ſecundū Sco.
in.ij diſt.xliiij. Non poteſt quis diligere
actualiter unam perſonam: quin diligat
aliam uirtualiter. Quòd autem una ſine
alia coli non poſſit: patet etiam auctori-
tate Aug.vij. de trinit.c.ulti. ¶ Ad quar
tum reſpondetur: ꝙ quicunque cogno- Ad. 4. K
ſcit eſſentiam diuinam, cognoſcit, quic
quid eſt eſſentia diuina, & ita perſonas
& econuerſò. Poterant tamen philoſo-
phi unam propoſitionem ſcire de Deo,
& aliam dubitare: licet termini utrarūq;
ſupponerent pro eodem: quia hoc igno
rabant: ut ſi idem ſit ſcultetus & magi-
ſter ciuium: ſiue Sixtus,& papa: tunc idē
eſt Sixtus & papa, & quicquid ſcitur de
Sixto, ſcitur de papa, & econuerſo: licet
aliquis poteſt ſcire illam propoſitionem.
Papa eſt uicarius Chriſti,& ignorare il-
lam: Sixtus eſt uicarius Chriſti quia igno
rat, ꝙ Sixtus, & papa ſupponunt pro eo
dem: ſic philoſphi quocunque conceptu
nouerunt deum, eodem & perſonas: eo,
ꝙ conceptus, quos habuerunt de deo
cuilibet perſonæ conueniunt. Cogno-
uerunt enim de deo, ꝙ eſt ens infinitum
incorruptibile &c. & illi cōceptus ęqua
liter ſupponunt pro perſonis ſicut pro
eſſentia,& tamen poterant ſcire deum,
uel eſſentiam diuinam eſſe infinitū, ſum
mum &c. & ignorare illam. Pater in di
uinis eſt infinitus ſummus: quia ignora
bant diuinam eſſentiam eſſe patrem, &
filium &c. Et huic uidetur conſonare
uerbum Chriſti ad Philippum. Qui ui-
det me, uidet & patrem meum. Cuius
ratio eſt conſubſtantialitas. Ideo ſequit.
An non credis: quia ego in patre, & pa-
ter in me eſt. Ex unitate igitur oſtēdit:
ꝙ unus non poteſt oſtendi ſine alio, &

ita nec cognoſci, nec amari &c. Nec ob
ſtat ꝙ pater, & filius ſunt diſtinctæ res ſi
ue perſonæ diſtinctæ: quia nihilominus
ſunt una ſingularis, & ſimpliciſſima eſ-
ſentia. Late, hæc proſequitur auctor: ēt
de ſignis prioritatis, quæ ponit Sco. de
Ad. 5. quibus dicetur de diſt. ix. ¶ Ad quintū.
L Conceſſo antecedente negetur conſe-
quentia. ¶ De ratione uerò diligibilita
tis diuinarum perſonarū uidetur in. iij.
diſt. xvij. dub. vij. perſonæ enim diuinę
præciſe diliguntur: quia ſunt una natu
ra ſimpliciſſima, & tres res relatiuæ. Vn
de notat hic aliquas propoſitiones Pe-
trus de Aliaco. q. ij. art. ij. poſt Holkot.
q. iiij. quas uide ibi: quia clarę ſunt, & ua
Ad. 6. lent ad propoſitum. ¶ Ad ſextum: de di
ſtinctione articulorum fidei dicitur, ꝙ
ſufficit diſtinctio ſignorū: & cōceptuum
pro perſonis ſingulis ſupponentium: li-
cet nomina poſſunt imponi ad diſtin-
ctius ſignificandum res, quam poſſint a
nobis cōcipi. ut habetur. infra diſt. xxij.
Ad. 7. ¶ Ad ſeptimum dicitur: ꝙ non eſt inten
M tio ſic loquentium dicere: ꝙ fides admit
tat contradictoria, cum ſit certiſſima,
& ab omni contradictione prorſus alie-
na: ſed uolūt, ꝙ nihil, quod conceditᷓ
de aliquo, negandum eſt de eo, quod illi
identificatur realiter, uel eſſentialiter:
niſi hoc habeatur ex fide, uel ſcriptura
canonica: aut determinatione eccleſiæ:
aut niſi inferatur ex huiuſmodi in cōſe-
quentia formali, cum hoc ſit difficile in
tellectu, & uidetur alicui proximum cō
tradictioni: uidetur enim difficilè intel-
lectu, ꝙ pater generat, & eſſentia nōge
nerat: quę tn̄ eſt eadem patri, & realiter,
& eſſentialiter: nūꝗ tamē de quacunq;
perſona tantum: uel eſſentia tantum:
uel proprietate relatiua tantum, & præ-
ciſe dicuntur prædicata contradictio-
nis. Non enim conceditur, pater gene
rat: pater non generat: ſed eſſentia non
generat: Item pater genuit filium: eſ-
ſentia non genuit filium: pater uerò, &
eſſentia formaliter diſtinguuntur. ergò
illa prædicata non dicuntur de eodem
præciſe, & ſimpliciter: ſed de forma-
liter diſtinctis, quæ ſunt una res ſimpli-
ciſſima. Pleraque alia per doctorem in
quæſtione tanguntur utilia: uide ibi:
quia ualent ad ſequentia.

## QVAESTIO. VI.

SEXTO quæro: utrum uo A
luntas contingenter, & li- Vtrum uolūtas
berè fruatur ultimo fine. liberè
¶ Articulus primus termi- fruatur
nos declarabit. Secundus per conclu- ultimo
ſiones reſpondebit. Tertius dubia moue fine.
bit, & ſoluet. ¶ Verum priuſquam ter-
minorum declaratio ponatur, ſciendū,
ꝙ doctor hic recitat opi. Sco. circa prę
ſentis quæſtionis materiam. q. iiij. diſt. j.
& eam approbat concluſiuè cum eo idē
ſentiens contra ſanctum Tho. Rationes
tn̄ eiuſdem latè impugnat. ¶ Pro articu Arti. 1.
lo primo notandum primò, ꝙ frui ali- Nota. 1
quo cōtingenter, ſicut & perducere ali-
quid contingenter ad præſens duplici-
ter accipitur. Vno modo, ꝙ poteſt illo
frui, & non frui: producere, & nō produ
cere. Et ſic oīs creatura cōtingēter pro
ducit: qcqd ꝓducit quia poteſt nō produ
cere: quia deus poteſt ſubtrahere ſuam
coactionem, & generalem influentiam:
& ſic non producet. Dicitur creatura:
quia filius non producitur contingen-
ter a patre: nec eſt effectus patris. Alio
modo accipitur pro illo, quod producit
aliquem effectum, & nullo uariato ex
parte producentis, & cuiuslibet alterius
habet in poteſtate ſua ita producere, ſi-
cut non producere: ita ꝙ ex natura ſua
ad neutrum determinatur; ſimiliter di-
citur de frui. Et hoc ſecundo modo ac
cipitur hic. ¶ Secundò notandum, quòd Nota. 2
libertas aliquando accipitur impropriè
ut diſtinguitur contra coactionem, nec
competit intellectui. Alio modo ac-
cipitur ut opponitur ſeruituti creatu-
re rationalis, & hoc uel ſeruituti cul-
pæ, uel pęnæ: hoc modo beati liberiores
ſunt: quam uiatores. Tertiò ut oppo-
nitur neceſſitati ſecundum quòd neceſ-
ſitas opponitur contingentiæ ſecundo
modo dictæ, & ſic libertas eſt quædam
indifferentia, uel contingentia, & diſtin



guitur contra principium actiuum natu
rale. de hoc infra in. ij. diſtin. vij. art. iij.
Nota. 3 ¶ Tertiò notandum: ꝙ ſicut ſecundum
B Anſel. duplex eſt affectio: ſcilicet affe-
ctio commodi, & affectio iuſti. Ita eſt
quoddam nolle incommodi, & quoddā
nolle iniuſti. Et hoc quando uelle, &
nolle eliciuntur ſecundum dictamen ra
tionis. Affectio commodi correſpondet
amori concupiſcentiæ: ſed affectio iuſti
amori amicitiæ. Vide de hoc infra in. ij.
Nota. 4 diſtin. vj. ¶ Quartò notandum: ꝙ finis
ultimus poteſt accipi dupliciter, uel pro
beatitudine creata poſſibili uoluntati:
& hæc ipſa fruitio ſtrictè accepta: uel
pro obiecto beatifico. Primo modo nō
poteſt uoluntas beatitudine frui ordi-
natè: quia illa beatitudo eſt creatura:
quia actus inhærens uoluntati. ſ. amor
amicitiæ obiecti beatifici. Poteſt tamē
uoluntas ea frui inordinatè: ſicut qua-
libet alia re, quam ſibi præſtitueret tanꝙ
Beatitudo obiectiua, formalis. finem ultimum. ¶ Sic alij diſtinguunt
de beatitudine obiectiua, formali, & ſub
iectiua. Beatitudo obiectiua eſt obie-
ctum beatitudinis formalis, & eſt ſum-
mum bonum. ſ. deus glorioſus: beatitu-
do formalis eſt perfectiſſimus actus, quo
anima unitur obiecto beatifico. ſ. clara
uiſio, & fruitio & tentio. Beatitudo ſub
iectiua eſt natura beatificabilis, & hæc
impropriiſſimè dicitur beatitudo: ſed
propriè dicitur beata: ſicut ſubiectum al
bedinis non dicitur albedo: ſed album.
Arti. 2. ¶ Quantum ad articulum ſecundum,
Cōcl. 1 concluſio prima. Voluntas contingen
C ter, & liberè fruitur fine ultimo oſtēſo
in uniuerſali, uel particulari: Patet: qa
uoluntas poteſt diligere ultimum finē,
& poteſt non diligere: appetere ſibi, &
non appetere. Probatur: quia uoluntas
poteſt nolle omne ſibi incommodum,
uerum uel apparens: ſed poteſt appræ-
hendere deum, ut ſibi incommodum:
puta ut punientem: & per conſequens
nolle. ¶ Item intellectus poteſt crede-
re deum non fore obiectum beatifi-
cum: nec poſſibilem eſſe eius claram ui-
ſionem, & fruitionem homini mortali,
& credere non eſſe uitam poſt hanc ui-
tam, & per conſequens nolle deum ut
obiectum beatificum. ¶ Item uoluntas
poteſt uelle non eſſe beata tali beatitu-
dine: quia poteſt uelle non eſſe: ſicut pa
tet de interimentibus ſeipſos. ¶ Itē mul
ti præſtituunt ſibi præſentia dona tan-
quam finem: eligētes præſentibus ad uo
ta frui, pluſquam futuris, & tales non
fruuntur ultimo fine. ¶ Item obſtinati
in peccatis, credentes ſe non poſſe con
ſequi beatitudinem: eligunt manere in
peccatis, & per conſequens non frui: qa
qui efficaciter uult antecedens, efficaci
ter uult, & conſequens ſcitum, uel opi-
natum eſſe tale. ¶ Concluſio ſecunda. Cōcl. 2.
Aliquis poteſt nolle beatitudinem in par D
ticulari ſibi oſtenſam creditam ſibi poſ-
ſibilem. Patet: quia quilibet poteſt ſe ſe
cundum rectam rationem conformare
diuinæ uoluntati cognitæ: ſed poſſet ali
cui reuelari, deum nolle eum beatifica-
re: huic poſſet ſe conformare, & ita nol
le beatitudinem, qui autē actu poſitiuo
uult beatitudinem, uult non frui beati-
tudine: quia idem eſt eſſe beatum, & frui
beatitudine obiectiua. ¶ Tertia conclu Cōcl. 3.
ſio. Viuens diuinam eſſentiam, & ca-
rens fruitione beatifica, poteſt nolle il-
lam fruitionem. Patet ſicut prior: quia
quælibet uoluntas poteſt ſe conforma-
re diuinæ uolūtati: ſed deus poteſt uelle
ipſum ſemper, & per ſemper carere beati
tudine, ſiue fruitione. ¶ Item quicqd
poteſt eſſe uolitum, uel nolitum pro cer
to tempore: poteſt eſſe tale pro ſemper:
ſed uoluntas poteſt eam nolle pro certo
tempore: ſcilicet ꝗdiu deus uult eam nō
habere: ergo &c. ¶ Concluſio quarta. Cōcl. 4.
Videns diuinam eſſentiam: carens per
abſolutam dei potētiam dilectione dei,
poteſt nolle deum. Patet ut ſupra: quia
omne incommodum uerum, uel æſti-
matum poteſt eſſe obiectum nolitio-
nis: ſicut omne commodum uerum, uel
æſtimatum poteſt eſſe obiectum uolitio
nis: deus poteſt æſtimari incommodum,
ergo poteſt eſſe obiectum nolitionis. De
materia huius quæſtionis magis perti-
net ad diſtin. pen. lib. iiij. ¶ Quantum
ad articulum tertium mouenda ſunt du Arti. 3.
bia, & ſoluenda. Primum dubium: utrū Dub. 1.
libertas ſit alia res a uoluntate. Solutio E

ſecundum Holkot.q.iij.Libertas quantum ad rectitudinem, quam principaliter importat,& pro qua ſupponit : quocunquemodo accipiatur, eſt uolũtas:in diuerſis tñ acceptionibus diuerſa habet connotata. Nam libertas a peccato,ſupponit pro uoluntate, & connotat eam eſſe in gratia. Libertas a miſeria connotat eam eſſe ſine pęna. Libertas a neceſſitate connotat eam non poſſe cogi ad actum ſuum. Libertas indifferentiæ connotat eam non magis inclinari ad unum oppoſitorum, quàm ad aliud. Libertas contradictionis connotat eam uelle poſſe utrunq; oppoſitorum. Et ſic omnes iſti termini ſupponunt pro una rę,quæ eſt uoluntas: non tñ ſunt nomina ſynonyma propter diuerſa connotata. ¶ Quod autem uoluntas non ſit libera,per rem additam ſibi: ſicut dicim⁹ aqua eſt calida:uel aer eſt lucidus per res additas.probatur:quia ſi ſit alia res,deus poſſet eam ſeparare a uoluntate. conſequens falſum:quia tunc uoluntas poſſet eſſe,& non eſſe rationalis:ſed hoc eſt falſum:quia uoluntas eſt rationalis per eſ-

Libertas uoluntatis ſentiam. ¶ Sic ergo quantum ad quid rei iſtius termini libertas uoluntatis: dicit Holkot,ꝙ eſt ipſa uoluntas. Quantum uerò ad quid nominis huius termini libertas,ſecundũ ꝙ modo utimur eo, & ſecundum ꝙ philoſophus utebatur:libertas eſt poteſtas quædam, qua uoluntas concurrentibus omnibus requiſitis ad ſuum effectum habet, ꝙ poſſit cum eis coagere: & ponere actum ſuum ad effectum,ſeu non ponere:ſicut ei placuerit. & hæc uocatur libertas contradictionis.

## DISTINCTIO. II.

PRAEMISSA parte proemiali totius libri ſententiarum: in hac diſtin.ij. primi libri,magiſter incipit tractare de trinitate benedicta ſecundum ſe:oſtendens in hac diſtin.quæſ. ſunt de trinitate benedicta pię credenda. In tertia uerò diſtin. credendorũ intellectum aperit. Et poteſt textus breuiter ſic ſummari, ac tribus concluſionibus partiri. ¶ Prima. Firmiter tenendum:atque credendum eſt in diuinis eſſe unam ſummam ſimpliciſſimam, indiuiduam, ſingularem, & infinitam eſſentiã. ¶ Vnam in ſingulis ſuppoſitis, ſiue perſonis diuinis. Summam affirmatiuè: & negatiuè:quia infinitam. Simpliciſſimam partibus,& omni cõpoſitione carẽtem.Indiuiduam ſimpliciter indiſtinctã, & in ſe, & in perſonis ſiue ſuppoſitis:eãdem omnino totam & indiuiſam in omnibus tribus perſonis coniunctim, & ſingillatim in ſingulis:nec maiorẽ in omnibus,quàm in ſingulis:nec minorem in ſingulis:quàm in omnibus. Singularem: quia una numero, & ideo non numeratur in perſonis:quia eſt eadem numero in ſingulis perſonis: imo eſt ſingulæ perſonæ,infinitam,& ideo ſummam. ¶ Secunda propoſitio. Eſſentia diuina identificat,& unit ſibi omnia,quæ a ſanctis, & patribus (ad communem & pium intellectum inferius explicandum) in diuinis eſſe dicuntur,& creduntur. ¶ Tertia propoſitio. Cum illa ſumma ſimplicitate omnium, quę in diuinis eſſe dicuntur,& creduntur,fides tradit:& utriuſq; teſtamenti pagina explicitè,uel implicitè docet eſſe in diuinis tres perſonas ſibi coæternas,& conſubſtantiales:unum uerum deum:unam & ſuper benedictam trinitatem: unam in eſſentia: trinam in perſonis diſtinctis:quia pater non eſt filius,nec ſpirituſſanctus:licet nõ ſit aliud a filio,aut a ſpirituſancto. Hæc in textu latius traduntur. Quia ergo magiſter in hac diſt.ij:tractat de unitate eſſentiæ,& perſonarum: ideo doctor pro huius intellectu plures mouet de unitate quæſtiones. Primò de eſſentiæ diuinæ unitate ad perfectiones eſſentiales ſiue attributales. Deinde de unitate dei reſpectu creaturæ, an aliqua unitas conueniat deo, & creaturæ : ſaltem unitas uniuocationis conceptus. Tertiò de unitate dei, in ſe &, in ordine ad ſuppoſita diuina. Circa primum : quia multi ponunt ſapientiam,potentiam,bo

nitatem



nitate &c. diſtingui ab eſſentia & inter ſe:& ideo primum quærit de hoc &c.

## QVAESTIO. I.

A QVAESTIO prima circa diſtinctionem ſecũdam hęc eſt. Vtrum tanta ſit identitas diuinæ eſſentiæ, & omnibus modis identitatis ex natura rei ad perfectiones attributales, & ipſarum perfectionem attributalium inter ſe,qualis eſt diuinæ eſſentię ad diuinam eſſentiam. Articulus primus terminos reſoluet. Secundus concluſiones ponet. Tertius dubia mouebit, &

Nota.1 poſſetenus cum ſubmiſſione ſoluet. ¶ Re

Arti.1. citatur primò in doc. opi. Sco.tenentis diſt.viij.q.iiij.ꝙ ſapientia diuina nõ eſt formaliter bonitas diuina:& impugnat. Ad elucidationem dicendorum notãdũ ſunt hic aliqua ueluti principia, quæ ẽt

Principium apud doctō. doc. inferius hinc inde tangit. Primũ eſt,quod etiam habet doct. q.ij. diſtin. præſentis.& q.iij.Quælibet res ſeipſa.i. per ſeipſam formaliter,& intrinſecè ſibi ipſi identificatur: & a quolibet alio diſtinguitur,& non per quodlibet ſuperadditum uel extrinſecũ. Patet : quia ab illo res habet unitatem a quo entitatẽ, ſed entitatem habet a ſeipſa formaliter: non enim res eſt ens per aliud formaliter:ſed ſeipſa:ergo & unum: eo enim, ꝙ ens eſt,unum eſt.i.a ſeipſo indiuiſum, & ſicut res ſeipſa eſt una:ita ſeipſa ẽ a quolibet alio diſtincta : nam ad diſtinctionẽ aliquorum ſufficit hoc nõ eſſe illud:nec oportet quærere medium diſtinctiuum. ¶ Item ſignentur res duę, a & b circumſcriptis.i.remotis omnibus alijs, a eſt idẽ ſibiipſi. a, & b, idem ipſi. b,& a, non eſt b. & ita propoſitum. Nam a, eſſe idem ipſi a, eſt a, eſſe a; & a, eſſe diſtinctum a. b,eſt a,non eſſe b; & hæc ita ſe habẽt, ſi nihil eſſet in rerum natura præter a, & b. ¶ Et ergo quoties aliqua dicuntur eſſe eadem,uel diſtincta per aliud extrinſecum: illud intelligẽdum eſt arguitiuè. i.ꝙ per illud aliud arguitur,uel concluditur,aut cognoſcitur aliqua eſſe eadẽ, uel diſtincta,& ſic intelligendum: quando dicitur, ꝙ potentiæ diſtinguuntur ꝑ actus,& obiecta, & cauſæ per effectum. ¶ Verũ partes integrales totius,in quib⁹ eſt eadẽ forma indiuiſibilis diſtinguunť. Primò per partẽ:ut manus,& caput Ioã. diſtinguuntur primò per materiam: quoniam alia eſt materia manus: alia capitis numero in eodem homine : non autem alia forma:ideo manus diſtinguitur a capite:ſed tamẽ materia eſt intrinſeca manui ſimiliter,& capiti. Intrinſecum dico,quod eſt de eſſentia rei: puta reſmet, uel pars eius eſſentialis.per oppoſitũ no

tificatur extrinſecum. ¶ Conſequenter Nota.2

notandum ſecundò, ꝙ contradictio eſt B

medium arguendi, & cognoſcendi diſtinctionem : ut quandocunque de aliquibus dicuntur prædicata contradictoria : ipſa ſunt diſtincta, uel non eadem. & econuerſo quandocunque,ſeu quemcunq; ſunt diſtincta,de ipſis ꝑdicãtur contradictoria.ſ.eſſe diſtinctum tali diſtinctione,& non eſſe ſic diſtinctum. exemplum. ſi a, & b, aliquo modo diſtinguuntur : uerum eſt, ꝙ a tali diſtinctione non diſtinguitur ab a:uerum etiã eſt,ꝙ b, tali diſtinctione diſtinguitur ab a. Nam ſi de his, quæ omnibus modis ſibi ſunt eadem,& ita penitus indiſtincta contradictoria uerificarentur:tunc contradictoria dicerentur de eodem: quod eſt contra primum principium de quolibet alterum contradictoriorum:de nullo uerò ſimul. Nam quicquid dicitur de uno:dicitur de quolibet, quod illi ẽ omnibus modis idem. Exempli cauſa:ſi a, & b, ſunt ſibi idem omnibus modis,quibus a, eſt ſibi a, idem: & b, eſt idem ſibi b. quicquid dicitur de a, dicitur etiam de b: & econuerſo. Nulla enim ratio aſſignari poſſet, quare aliquid diceretur de a, & non de b, in caſu. Si ergo contradictoria dicerentur de a, & b: ipſa etiã dicerentur de a ſimiliter, & de b: quod eſt ſimpliciter impoſſibile,& cõtra principium primum. Verum ꝙ minima diſtinctio,uel non identitas ſufficit ad uerificationem contradictoriorum de ſic

diſtinctis. ¶ Notandum tertiò : ꝙ ſunt Nota.3

gradus in diſtinctionibus: non ſolum illi C

communiter dicti. Diſtinctio generica,

ſpecifica & numeralis (ut genere diſtin
gui intelligantur) de quibus diuerſa ge
nera, quorum neutrum alteri ſubalter-
natur (id eſt tanquam ſpecies ſupponit̃)
prædicantur in quid: ut homo, planta.
Et illa ſpecie, de quibus diuerſæ ſpecies
ſpecialisſimæ in quid prædicantur: ut ho
mo aſinus, Numero uerò de quibus di-
uerſa indiuidua eſſentia diſtincta dicun-
tur. ſed etiam in ipſa diſtinctione nume-
rali, & ſubnumerali.i.minus quàm nume
rali ſecundum ponentes eam: gradus aſ
ſignantur in ipſa re fundati: uidelicet di
ſtinctio eſſentialis, realis, formalis, uel ex
Diſ.nu. eſſentia lis. natura rei. ¶ Numeralis, ſiue eſſentialis,
eſt diſtinctio aliquorum, quorum unum
non eſt aliud: neque aliquod idem ſingu
lare eſt utrunq;. Vel ſic, eſt illorum, quæ
de ſe inuicem uere' negantur, & quod-
cunq; ſingulare uerè prędicat̃ de uno, ue
rè negatur de altero, ut Petrus, & Ioãn.
Et uniuerſaliter oẽs creaturæ ponentes
in numerum. Nam Petrus nõ eſt Ioãn.
& nihil, ꝙ eſt Petrus eſt Ioa. Et ita di-
Diſt.re. nõ elsẽ. ſtinguuntur oẽs creaturæ inter ſe. ¶ Di
ſtinctio realis non eſſentialis, eſt diſtin-
ctio aliquorum, quorum unum negatur
de alio.i.unum nõ eſt aliud: ſed aliquod
ſingulare, & ſimpliciter unum eſt utrũq;
Sic diſtinguuntur perſonæ in diuinis, &
relationes oppoſitæ: ut generatio acti-
ua, & ſpiratio paſsiua; & relationes diſpa
ratæ, quę non conueniunt eidem ſuppo
ſito. Nam pater non eſt filius: nec pater
nitas eſt filiatio, & tñ una ſingularis, &
ſimplicisſima diuina eſſentia eſt pater &
D filius: paternitas & filiatio. ¶ Diſtinctio
Diſtin. forma lis. formalis, eſt diſtinctio eorum, quorum
termini ipſa prçciſè, & ſingulariter ſigni
ficantes de ſe inuicem uerè, & affirma-
tiuè prædicantur, & tñ non quicquid ue
re ſingulariter, & affirmatiuè prædica-
tur de uno: etiam prædicatur de altero:
ſed aliquod ſingulare, quod affirmatur
de uno; negatur uere' de altero. Sic di
ſtinguitur eſſentia, & relatio, ſiue eſſen-
tia, & perſona: nam eſſentia eſt paterni-
tas, ſiue pater, & filiatio, uel filius eſt eſ
ſentia, & tñ filius non eſt pater: neque fi
liatio eſt paternitas. Vide infra. q.pñti.
art.iij.dub.iij.in litera.q.x.& q.xj. ¶ Et
nota: ꝙ diſtinctio realis, ſimiliter, & ex
natura rei, aliqñ capitur generalius pro
diſtinctione fundata in re ipſa, circum-
ſcripta omni operatione intellectus. &
ſic quilibet trium graduum ſupra poſito
rum dicitur diſtinctio realis, uel ex natu
ra rei. Alio modo ut ſunt gradus inter
ſe diſtincti, & nunc deſcripti ſunt, & ſecũ
dum hoc cautè oportet attendere dicta
doctorum de diſtinctionibus: in quo ſen
ſu accipiantur termini, ut uitetur æqui-
uocationum confuſio. ¶ Ponit doc. &
alias notificationes diſt. formalis in diſt.
ſequen. quæ ſunt formaliores, & prçcio
ſiores ac magis proprię: q̄ notificatio-
nes in præſenti.q.poſitę, & ideo quæ hic
minus propriè dicta ſunt ueniunt mode
randa ad intellectũ dicendorũ in q. vl.d.
huius.& d.xxvij & xxviij. ¶ Quartò no Nota.4
tandũ ſecundũ doct. q. pñti, ꝙ omnis di E
ſtinctio rerum eſt realis, uel eam præſup Oĩs di- ſtin. re- rum eſt realis.
ponit: ergo. Aſſumptum probatur. Quę
cunque recipiunt prędicationem con-
tradictoriorum ipſa (uel aliqua eis eſſen
tialiter eadẽ) realiter diſtinguũtur. Sed
omnia quõcunq; diſtincta recipiunt prę
dicationem cõtradictoriorum: ergo om
nia diſtincta (uel aliqua eis eſſentialiter
eadem) ſunt realiter diſtincta. Conſe-
quẽtia patet. Minor patuit. ſupra. Maior
probatur dupliciter. Primò; quia omnia
contradictoria æqualiter repugnãt: ſed
ex aliquibus contradictorijs infertur di-
ſtinctio realis eorum, de quibus prædi-
cantur (uel quæ eis ſunt idem eſſentia-
liter:) propter eorum repugnantiã: ergo
ex omnibus. Maior patet: quia contradi
ctoria formaliter repugnãt. Minor pro
batur: quia ſequitur a, eſt ſubſtantia. b,
non eſt ſubſtantia. ergo a, & b, (uel ali-
qua, quæ ſunt idem cum a, & b, eſſen-
tialiter) realiter diſtinguuntur. ¶ Secũ
dò; niſi ſic nulla relinqueretur uia pro-
bandi aliqua diſtingui realiter: cum eñ
non niſi per contradictoriorum uerifi-
cationem de aliquibus diſtinctio argua
tur: ſi ex contradictorijs non conclu-
ditur diſtinctio realis: nullo modo poſ-
ſet illa concludi. Ex illo patet; quia di-
ſtinctio formalis oritur ex diſt. reali, &
eam prçſupponit: nam ubicunque aliqua



diſtinguuntur realiter non eſſentialiter:
ibi eſt dare aliquod unum, quod eſt idẽ
cum quolibet ſic diſtinctorum, & per cõ
ſequens formaliter a quolibet illorũ di-
ſtinguitur. Gratia exẽpli: pater & filius
diſtinguuntur realiter, & non eſſentia-
liter, & per conſequens dare eſt aliquod
unum, quod eſt idẽ patri, & filio.ſ.eſſen-
tia diuina, quæ eſt pater eſt etiam filius,
& per hoc diſtinguitur formaliter a pr̃e:
quia eſſentia eſt pater: & tñ filius prędi
catur de eſſentia, & negatur de patre: ſi
militer eſſentia diſtinguitur formaliter
a filio: quia eſſentia eſt filius: & tñ pater
dicitur de eſſentia, & negat̃ de filio. Cũ
itaque hic ſunt duo termini ſignificati-
ue' ſumpti, eandem rem ſignificantes, &
pro eodem ſupponentes: de quorũ uno
aliquid uerè dicitur, & affirmatiuè: & nõ
ſic de reliquo: ergo diſtinguuntur for-
F maliter, ex q̃d nominis termini. Ex quo
patet, ꝙ nunquam poteſt dari diſtinctio
formalis ſine diſtinctione reali. Et ubi-
cunque inuenitur diſtinctio realis non
eſſentialis: ibi etiam eſt inuenire diſtin-
ctionẽ formalem: tñ illa, quę diſtinguun
tur realiter, non diſtinguuntur formali-
ter: ſed illud, quod eſt idem realiter utriſ
que realiter diſtinctis a quolibet eorum
diſtinguitur formaliter: ut declaratum
Vbi di- ſtin.for malis. eſt. Vnde ibi tñ eſt inuenire diſtinctio-
nem formalẽ ſecundũ doct. ubi una res
ſingularis, & indiuiſa eſt plures res: qua-
rum plurium una non eſt realiter alia: &
quia hoc ſolum conceditur in diuinis,
& non in creaturis: ideo ſolum in diui-
nis inuenitur diſtinctio formalis, & non
in creaturis. Et quia hæc diſtinctio dif-
ficillima eſt ad ſoluendum, & intelligen
dum: immo non facilior, quàm perſo-
narum trinitas (ut habet doct. & Came
racen. &c.) in una eſſentia: ideo nullibi
ponenda eſt, niſi ubi ſcripturæ, uel eccle
ſiæ auctoritas compellit, id eſt niſi ubi ex
his, quæ in ſcripturis ſacris, uel eccleſiæ
determinatione habetur: ſequitur neceſ
ſariò, ꝙ aliqua, quæ ſunt idem realiter, re
cipiunt prædicationem contradictorio-
rum: ſicut ex ſcriptura, & determinatio
ne eccleſiæ extra de ſum. trin. & fi. ca.
damnamus. habetur, ꝙ eſſentia eſt pater
realiter: & ꝙ pater generat, & eſſentia
nõ generat. Itẽ ꝙ eſſentia eſt filius & pa
ter non eſt filius. Hæc uidetur eſſe ſen- G
tentia auctoris. ¶ Et ſecundum hoc cau
tè aduertere oportet rationẽ auctoris:
qua arguit contra diſtinctionem forma
lem. Hac.n.probare nititur: ꝙ nullibi po
nenda eſt: niſi ubi etiam inuenitur diſtin
ctio realis aliquorum, q̄ identificantur
diſtinctis formaliter. ut ſupra dictum eſt.
Ideo minor ſuæ rationis ſanè intelligen
da eſt.ſ. impoſſibile eſt uerificari contra
dictoria de quibuſcunque niſi illa: uel
illa, pro quibus ſupponunt (.i. quæ ſunt
eadem eſſentialiter cum illis, de quibus
contradictoria uerificantur: terminus
enim ſupponit pro oĩbus, quę ſunt eadẽ
rei, pro qua ſupponit) ſint diſtinctę
res &c. Vnde hanc minorem intẽdit au
ctor. Impoſſibile eſt contradictoria ue-
rificari de aliquibus: niſi illa, uel aliqua
eſſentialiter eadem cũ eis, ſint diſtinctę
res, uel ſint diſtinctę rationes, uel diſtin
ctę res & ratio. Hanc probat: quia om-
nia contradictoria æqualiter repugnant
uidelicet quantum ad eſſe ſimul uera de
eodẽ omnibus modis, uel eſſe ſimul fal-
ſa: quia æqualiter repugnant primò prin
cipio: quæcunque contradictoria eſſe ſi
mul uera, uel falſa. Nunc autem ex ali-
quibus contradictoris contingit infer-
re, ꝙ illa de quibus uerificantur: uel ea-
dem eſſentialiter cum illis ſint diſtinctę
res, uel diſtinctę rationes, uel diſtinctæ
res, & ratio. Intelligendum eſt in con-
ſequentia formali propter formalem re
pugnantiam contradictoriorum: ergo
uniuerſaliter hoc poteſt inferri de om
nibus, de quibus contradictoria uerifi-
cantur alioquin ſi alicui daretur inſtan
tia: illatio ſimiliter, & repugnantia non
eſſet formalis. Nunc autem bene & for
maliter ſequit̃: a, eſt: b, nõ eſt: ergo ibi.
i. inter a, & b uel aliqua, quę ſunt eadem
eſſentialiter a, & b, eſt diſtinctio rerum,
rationum, uel rei, & rationis. ¶ Et nota:
ꝙ oportet ſemper inferre illam totã di-
ſiunctiuã, uel de diſiũcto extremo: ut ſit
conſequentia formalis. ¶ Quod autem
bene ſequat̃, probatur ſic: quia alias nun
quã poſſet dari uia ad probãdũ, ꝙ aliqua

diſtinguerentur realiter: probata autem illa diſiunctiua a, & b, ſunt diſtinctæ res, uel rationes &c. conſequenter arguitur a deſtructione partium cæterarũ ad partem non deſtructam ſic. a, & b, non diſtinctę rationes: quia non ſunt rationes nec res, & ratio ut ſupponitur: ergo a, & b, uel aliqua, quæ ſunt eadam eis ſunt diſtinctæ res.

H ¶ Et ſi diceres: per hoc non probatur: ꝙ ſapientia diuina, & potentia diuina non diſtinguãtur formaliter: quia etiam ſapientia diuina, & potentia diuina important aliqua. ſ. pater & filius, quæ non ſunt idem realiter: ſic ut dicitur de eſſentia, & filio.

Requiſita ad diſtinctionē formalem.

Ad hoc dicitur ſecundum doct. ꝙ ad hoc, ꝙ aliqua diſtinguantur formaliter requiruntur tres conditiones, Prima: ꝙ illa ſint idem realiter, ad ſenſum ſupra tactum. Secunda: ꝙ de eis aliqua contradictoria uerificentur: quia ſi non reciperẽt prædicationem contradictoriorum: nullo modo diſtinguerentur. Tertia, ꝙ illa uerificatio contradictoriorum contingat propter diſtinctionẽ realem aliquorum: quæ tamen ſunt eis idem eſſentialiter: ita ꝙ ſi ibi non eſſent aliqua diſtincta realiter: illa contradictoria non uerificarentur de eis: ſicut eſſentia diuina, & pater ſunt idem realiter: quia eſſentia diuina eſt pater, & pater eſt eſſentia diuina: de eis uerificantur contradictoria. ſ. filius non filius. Et illa uerificatio contradictoriorum contingit ex hoc, quia filius, & pater, quę ſunt eſſentialiter idẽ: diſtinguuntur realiter: Nunc autem ex nulla diſtinctione reali in diuinis oritur diſtinctio inter ſapientiam, & potentiã, uel bonitatem: quia ſi per impoſſibile in diuinis eſſet tantum una perſona omnibus modis eadem eſſentie: ſicut errando credunt iudæi, & infideles negantes trinitatem, adhuc eſſet ibi ſapientia, bonitas, potentia, iuſtitia &c. Cuius ſignũ eſt, quia de omnibus in deo æqualiter prædicatur ſapientia, potentia &c. Cuius ſignum eſt, quia de omnibus in deo æqualiter prædicatur ſapientia, potentia &c. quicquid enim in deo eſt, eſt ſapientia, bonitas, potentia infinita.

I Obiectio.

Si dicis, ex illo ſequitur: ꝙ paternitas, filiatio & filius, & pater non diſtinguerẽtur formaliter, ut patet falſum: quia paternitas conſtituit, & pater non conſtituit, ſed conſtituitur. Probatur conſequẽtia: quia diſtinctio illa paternitatis, & patris non oritur ex diſtinctione reali in diuinis. Nam ſi tantum eſſet una perſona. ſ. patris adhuc conſtitueretur ex eſſentia, & paternitate ad ſenſum infra exprimẽdum. Ad hanc replicam dicitur negãdo conſequentiam: immo paternitas, & pater ut ſint, ſiue concedantur eſſe in diuinis: requirunt diſtinctionem realem: quia ut ſit paternitas, & pater, requirit filiatio, & filius. Non enim poteſt eſſe relatio paternitatis, niſi ſit filiatio oppoſita: nec pater niſi ſit filius, ad quem realiter referatur. Nunc autem relationes reales oppoſitæ, & relatiua oppoſita realiter diſtinguuntur: ideo ſi eſſe tantum una perſona in diuinis: illa nec eſſet pater, nec filius: ſed omnibus modis eſſentia, & ita non conſtituta: non enim conſtitueretur ex relatiuis. patet per hypoteſim nec ex abſolutis: quia omnia abſoluta diſtincta diſtinguuntur eſſentialiter: quæ diſtinctio non eſt aliquorum in diuinis: de quo infra diſt. xxvj.

Arti. 2. Cõclu.

¶ Pro articulo ſecundo reſpondetur ad titulũ quæſtionis affirmatiuè: ꝙ ſapientia diuina, potentia, bonitas &c. nullo modo diſtinguantur, neq; ab eſſentia nec inter ſe: ſed omnibus modis ſunt idẽ eſſentiæ: quibus eſſentia eſt eadem ſibiipſi, & omnibus modis potentia diuina eſt eadem ſapientiæ diuinæ, quibus potentia diuina eſt eadem potentiæ diuinæ: & ſapientia diuina eſt eadem ſapientiæ diuinæ: licet propter hoc illi termini ſapientia diuina, bonitas diuina &c. non ſint ſynonymi: ſicut ex ſequentibus patebit: & ſatis clarè oſtendit doc. in ſolutionibus rationum impugnatæ opi. & ad opi. & ad hoc eſt auctoritas beati Augu. in libello de tri. ha. dicentis Omnia dei unũ ſunt in deo: excepto quòd ad relationẽ pertinet: nam ſapientia & ueritas dei, & ęternitas nõ diuerſa ſunt inter ſe, ſed unum ſunt: ſicut & omnia. Sapientia. n. dei non magis ſapientia: quàm ueritas eſt, & non magis ueritas eſt, quàm ſapientia,



pientia, quàm æternitas, quã cætera dei omnia: unum enim ſunt in deo: & nõ ſolum hæc inter ſe eadem ſunt in deo: ſed non aliud ſunt: q̃ ipſe deus. hæc ille.

Obiectio.

Sed fortè calũniator aliquis diceret: conceditur quidem cum beato Augu. ꝙ ſunt idem eſſentialiter cum eſſentia diuina: ſed non formaliter. Ad hoc dicitur reſpiciendo uerba augu. patet: ꝙ non uult admittere aliquam non identitatem ueritatis: ſeu bonitatis diuinę & inter ſe, & cum eſſentia.

Arti. 3.

¶ Quantum ad articulum tertium mouenda ſunt dubia, & ſoluenda dimiſſis multis, quę reſpiciunt diſtinctionem formalem: de qua infra latius. q. xj. huius diſt. doc. latè pertractat.

Dub. 1. L

¶ Eſt ergo primum dubium contra probationem primam: ꝙ diſtinctio formalis præſupponat diſtinctionem realem. ſ. ꝙ omnia contradictoria æqualiter repugnãt: hoc non uidetur eſſe: nã plus repugnant eſſe deũ, nõ eſſe deũ: eſſe ens, nõ eſſe ens, q̃ moueri nõ moueri: q̃a plus repugnãt in quibus eſt difficilior tranſitus de extremo in extremum. Dicendum, ꝙ contradictoria quantum ad eſſe ſimul uera: ſiue ſimul pręddicari de eodem æqualiter repugnant: quia ſimpliciter impoſſibile eſt quæcunq; contradictoria eſſe ſimul uera. Item ſi aliqua contradictoria plus repugnarent q̃ alia: ſignetur ille gradus in quo plus repugnant: ergo in illo gradu contradictoria minus repugnantia non repugnarẽt: & ita in illo gradu poſſunt ſimul eſſe uera: quod ẽ impoſſibile: & ideo ita impoſſibile eſt a ſimul currere, & nõ currere, ſicut a eſſe deũ: & non eſſe deum. Quòd uerò facilior eſt tranſitus de currente in nõ currentẽ, q̃ de deo in non deũ, nõ minuit repugnãtia cõtradictoriorũ: q̃a licet deũ iposſibile ẽ fieri nõ deũ, & currẽtẽ: poſſibile eſt fieri non currentem tñ ſimpliciter impoſſibile eſt currẽtẽ eſſe non currente: pro eodẽ tẽpore præciſè: ſicut impoſſibile eſt deum nõ eſſe deum: quia utrobique eſt impoſſibilitas ſimpliciter dicta.

Dub. 2. M

¶ Secundum dubium contra ſecundam probationem tendit, in qua dictum fuit, quòd niſi ſic, nulla relinqueretur uia probandi aliqua diſtingui realiter: nam adhuc relinquerentur multæ uiæ probandi diſtinctionem realem, ſcilicet uia ſeparationis: uia productionis, & cauſalitatis: nã bene ſequiẽ, quæcunq; ſeparantur loco, & ſubiecto realiter diſtinguunẽ: hõ & aſinus ſeparanẽ ſic. ergo &c. ſic ẽt ſequitur. Omne producens, & productũ realiter diſtinguunẽ: lux ſolis, & radius ſunt producens & productum: ergo realiter diſtinguuntur. & ita etiam probaretur realis diſtinctio perſonarum in diuinis: & ſic poſſunt inueniri diuerſa media probandi diſtinctionem realem. Reſpondetur ad illam replicam: quòd neutra illarum uiarum ſufficit ad probandum realem diſtinctionem: niſi pro quanto includit uiam contradictionis. Primò patet de uia ſeparationis: quia quæro de illa maiori: quæcunque ſeparantur loco, & ſubiecto: diſtinguuntur realiter: quid intelligitur per ſeparari loco & ſubiecto: uel ualet tantum, quæ ſeparantur &c. ideſt quæ ſunt in diuerſis locis, & ſubiectis diſtinguuntur realiter: uel ualet tantum, ideſt quæ ſic ſe habent, ꝙ unum eſt in certo loco. aut ſubiecto: & alterum non eſt in illo, nec in illo ſubiecto. Si ſecundum: ſic uia ſeparationis includit uiam contradictionis, ut patet inſpicienti ualorem propoſitionis ſiue medij: & ſic eſt ſufficiens medium gratia contradictionis. Si primum: maior eſt falſa: quia idem omnibus modis poteſt eſſe tam in diuerſis ſubiectis: & in diuerſis locis ꝑ potentiam dei: & tñ idẽ a ſeipſo nõ poteſt diſtingui realiter. Similiter ſecundũ medium. ſ. uia productionis, & cauſalitatis non ſufficit: quia etiã negaretur maior: ꝙ oẽ producens, & productũ diſtinguuntur realiter. Et ſi probatur, nihil ꝓducit ſe ibi dici põt uerũ ſe formaliter: ita ꝙ nihil ꝓducit idem ſibi omnibus modis: ſed tamen non reputatur inconueniens, ꝙ aliquid ſe realiter producat: hoc eſt: ꝙ aliquid producit idem ſibi realiter: ſed non eſt idem ſibi formaliter. Sicut enim conceditur ꝙ aliquid producit ſe eſſentialiter, ideſt idem ſibi eſſentialiter nõ realiter: nam pater producendo filium, producit idẽ ſibi eſſen-

tialiter,non perſonaliter. Item pater,&
filius ſpirant.ſ.qui eſt unius eſſentię cũ
eis:ſed tamen realiter diſtinguitur ab u-
troq; . Ita etiam concederet aliquis : ꝙ
aliquid producit idem ſibi realiter non
formaliter. Sic etiam conceditur:quòd
principium elicitiuũ elicit; ſe nam eſſen
tia diuina ut intellectus , ſecundum mul
tos eſt principium elicitiuum genera-
tionis filij:& tñ non diſtinguitur reali-
ter a generatione:cum ergo elicit gene
rationem,elicit ſe. i. quod eſt idem ſibi
realiter, licet nõ formaliter.de hoc diſt.
vij. Præterea uidetur:ꝙ non poſſit pro-
bari illa producens, & productum diſtin
guuntur realiter: niſi uia contradictio-
nis:puta quia de ratione producti eſt nõ
habere eſſe a ſe,& de ratione producen
tis non producti eſt habere eſſe a ſe.ſuo
N modo dicetur de cauſa, & cauſato. ¶ Si
adhuc replicatur,ſi uia contradictionis
eſt efficacior uia probandi diſtinctionẽ:
& non ſufficit ad probandum diſtinctio
nẽ eſſentialem periret omnis uia probã
di diſtinctionem eſſentialẽ quarũcunq;
rerum:quia datur inſtantia in diuinis.
Ad hoc reſpondet auctor concedendo,
ꝙ non poteſt pro ſtatu iſto euidẽter co
gnoſci impoſſibilitas pluralitatis ſuppo-
ſitorum in una eſſentia: magis in crea-
turis, q̃ in diuinis: & omnes rationes in
oppoſitum ſolui poſſent in creaturis ſi-
cut in diuinis. Vel poſſet dici, ꝙ poteſt
mediatè probari diſtinctio eſſentialis co
aſſumpto alio uerò:ut probato,ꝙ a & b
creaturæ diſtinguuntur realiter uia con
tradictionis poteſt conſequenter argui.
Quæcunq; creaturæ diſtinguuntur rea
liter:diſtinguuntur eſſentialiter. a & b
ſunt creaturæ diſtinctæ realiter: ergo eſ
ſentialiter.Maior probaretur illis medijs
quibus ꝓbatur,ꝙ nulla res una uerè ſin-
gularis in creaturis,eſt realiter pluribus
communicabilis,ut quod:& ſi illud non
poteſt euidenter probari :conceditur,
quòd diſtinctio eſſentialis in creaturis,
non poteſt euidenter demonſtrari.
O ¶ Epilogando,quę dicta ſunt circa quæ-
Epilogꝰ ſitum, non intendit Ockam aliud: niſi
quod æquè faciliter poſſit defendi di-
ſtinctio formalis inter eſſentiam, & po
tentiam:ſicut inter eſſentiam,& relatio
nem. Quodque, ita facilè poſſit de-
fendi diſtinctio formalis in creaturis ſi-
cut in diuinis:attamẽ dicit, ꝙ diſtinctio
formalis non debet admitti:cum ſit in-
tellectu difficilis(non minus quàm trini
tas perſonarum cum eſſentiæ unitate)
niſi ubi fides,eccleſiæ determinatio &c.
(propter cuius auctoritatem captiuari
debet omnis ratio) aut ſimile quid cõ-
pellit eam ponere: utputa in admiſſio-
ne,& negatione quarundam propoſitio
num theologicalium : conceditur enim
extra de ſum. trini. & fide catho. firmi
ter. pater generat, & negatur , eſſentia
generat. Item fides docet uerbum in- Cõſuetudo loquendi in diuinis ſeruanda eſt.
carnatum eſt cruci affixum in natura
aſſumpta paſſum mortuum &c. de ſum.
trini. & fide catho. in clemen. & illud
non conceditur de eſſentia: ut infra di
ſtin. v. & in. iij. diſtin. j. latius patebit : ſic
generare,generari, ſpirari: nomina ſunt
ſuppoſitorum. Item de ſum. trini. & fi
de cath. c. firmiter. habetur,ꝙ tres per-
ſonæ unius eſſentiæ ſecundum perſona-
les proprietates ſunt diſcretę. ubi cla-
ret: ꝙ in diuinis ſunt proprietates per-
ſonales:& non eſt dubium, quandoque
aliquid concedi de ſuppoſito,quod ne-
gatur de eius proprietate relatiua , ſeu
perſonali , ſeu de eſſentia , & econtra.
Sic conceditur. ex textu pręfato: per-
ſonæ identificantur ſibiipſis eſſentia cõ
muni indiuidua : ſed diſcretæ ſunt pro-
prietate relatiua ſeu perſonali : in his
quoad rem ipſam. omnes ut æſtimo con
ſonant. Sed quoad modum loquendi,& P
rationem aſſignandi diuerſitatis hu-
iuſcemodi non omnes concordant:hor
rent quidam admittere uocabulum con
ſtitutio uel conſtituere in diuinis : &
neceſſe eſt,ꝙ non horreant nomen ſup
poſitum , uel perſona gignens geni-
tum. &c. Item quòd eſſentia non ge-
nerat ſed pater, quę eſt ſuppoſitum. Itẽ
proprietates perſonales ſunt in perſo-
nis: licet intranſitiuè. Item proprieta-
tibus perſonalibus perſonæ ſunt diſcre
tæ: pater , & filius ſunt unum princi-
pium ſpiratiuum:non duo principia. Itẽ
ſpirant unica ſpiratione non duabus:



ut habetur in vj. de ſum. trini. &c Sic
horrent quidam diſtinctionem formalẽ
admittere:& neceſſe eſt ꝙ non horreãt
id,quod per eam apud habentes ſanum,
& diſcretum intellectum piè, & catho-
licè deſignatur:cum dicunt patrem gi-
gnentem , ab eſſentia quæ nec generat
nec generatur formaliter diſtingui. Itẽ
ſuppoſitum a natura diuina. Item per-
ſona a ſua proprietate perſonali, ſeu re
latiua:licet enim hæc eſt uera : pater eſt
eſſentia:tamen generare negatur de eſ-
ſentia,& nõ de patre,& ſic de ſimilibus.
Et cum ſecundum doctrinam beati Pe
tri,theologorum eſt ratione utcumque
dare poſſe de ea, quæ in nobis eſt fide:&
ad hoc nõ ſunt nomina apta,& propria
ſeu præciſa: oportet taliter ut pro ſtatu
uiæ poſſumus fidelibus, & piè credenti-
bus ueritatem creditam non demonſtra
bilem explicatè reſerare: & per hoc ſum
ma ſimplicitas, quæ in diuinis eſt: non
maculatur,nec negatur:ſed defenditur:
roboratur:& poſſetenus explicatur pro
credentium maiori in deum inflamma-
tione: & credendorum qualicunque in-
telligentia. Negatis itaque,& non ad-
miſſis loquẽdi modis ueluti improprijs:
ueritatem nihilhominus oportet fateri,
quam ſic loquentes piè, & catholicè uo
Dub. 3. lunt. ¶ Dubitatur tertiò, ex quo enim
Q ſupradictum eſt, ꝙ paternitas diſtingua
Relatio non diſtinguitũ formaliter a ſuppoſito. tur formaliter a patre: & ſimiliter filia-
tio a filio: & generaliter relatio a ſuppo
ſito. Dubium quid de hoc ſenſerit
Ockam. Et uidetur primò ſentire , ꝙ
relatio non diſtinguatur formaliter a
ſuppoſito:ſaltem a ſuppoſito,cui eſt pro
pria,ſcilicet paternitas non a patre: nec
filiatio a filio : nec ſpiratio paſſio a ſpi
ritu ſancto. Nam in omni diſtinctione
formali , extrema ſic ſe habent , quod
unum eſt alicui idem realiter: cui alte-
rum non eſt idem realiter, ſed nihil
eſt idem paternitati realiter , quod
non eſt idem patri, & econuerſo : quia
quicquid eſt pater , eſt paternitas & ecõ
uerſo; ergo paternitas, & pater non di-
ſtinguuntur formaliter . Conſequen-
tia nota cum minore . Maior eſt ipſius
Ockam uirtualiter in multis locis. Nã
j. q. diſtin. huius dicit: diſtingui formali-
ter non eſt aliud(& hoc eſt quid nomi-
nis ipſius)quàm ꝙ unum illorum eſt ali-
qua res abſoluta, uel relatiua : & alterũ
non eſt illa res:ſicut eſſentia eſt filius. &
pater non eſt filius: ideo eſſentia & pa-
ter diſtinguũtur formaliter ex quo ſunt
una res. Item eadem diſt. q. xj. in reſpon
ſione ad replicam ſecundam: contra re-
ſponſum ad tertium dubiũ dicit loquens
de diſtinctione formali. Nunquã eſt po
nenda, niſi qñ aliqua ſunt idem realiter,
& unum illorum eſt aliqua res abſoluta,
uel relatiua:& alterum non eſt illa res
abſoluta, uel relatiua . & ſimilia dicit in
pluribus locis. Item. j. quodli. q. iij. qua
quæritur, utrum paternitas diſtinguitur
a patre. Reſpondetur negatiuè: quòd
paternitas non diſtinguitur a patre.
Et ne uideatur loqui tantum de di-
ſtinctione reali: in probatione dicit,ꝙ
omnis diſtinctio eſt realis , formalis,uel
rationis:& probat, ꝙ pater nõ diſtingui
tur a paternitate aliquo dictorum modo
rum. nec realiter:quia ſunt eadem res:
nec ratione, q͞a non ſunt entia rationis:
nec formaliter:quia omnis res quę eſt pa
ter, eſt paternitas. & econuerſo: ergo nõ
diſtinguuntur formaliter:quia hæc uoca
tur diſtinctio formalis:quãdo aliqua res
eſt unum diſtinctorum formaliter: & nõ
aliud:ſicut filius eſt eſſentia,& nõ eſt pa-
ter:igitur eſſentia, & pater diſtinguũtur
formaliter. Vbi ex intentione uidetur
dicere,ꝙ eſſentia,& pater diſtinguuntur
formaliter: ſed paternitas , & pater non
diſtinguuntur formaliter, & conſequen
ter ſoluit multas rationes ad oppoſitum.
Sed contra hoc uidetur: ꝙ ſenſerit op-
poſitum, ſcilicet: ꝙ paternitas diſtingua
tur formaliter a patre : & ſuo modo fi-
liatio a filio &c. Nam paternitatem di-
ſtingui formaliter a patre euidenter ſe-
quitur ex multiplicibus dictis & conceſ
ſis per eum in ſcrip. j. lib. ſen. quod ſic
oſtenditur : nam omnia, de quibus con-
tradictoria uerificantur, habent aliquã
nõ identitatem:paternitas,& pater ſunt
huiuſmodi : ergo habet aliquã non iden
titatem : & non realem nec rationis ſe-
cundum eum : ergo formalem. Conſe-

quentia nota in iij. modo prime. Maior probatur: quia contradictoria non poſſunt uerificari de eodē, niſi propter aliquam diſtinctionem, uel nō identitatē. Et confirmatur qñcunque aliqua ſunt idem omnibus modis ex natura rei: quicquid competit uni, competit alteri: niſi aliquis modus grammaticalis, uel logicalis impediat. Item qñ nomina aliqua ſignificant idem omnibus modis: ita ꝙ in re ſignificata per illa nulla penitus eſt non identitas: & non habent diſsimiles modos ſignificandi grammaticales, uel logicales ſunt ueræ ſynonymæ: & ita qcquid uerè affirmatur, uel negatū de uno ſignificatiuè accepto: etiam de alio: ſi ergo contradictoria de eis uerificātur: uerificabuntur de eodem cōceptu, uel termino: & ita contradictoria erunt ſimul uera. His rationes ponit q.xj. diſt.ij. ad probandum, ꝙ eſſentia formaliter diſtinguitur a paternitate. relinquitur ergo maior probata: quia omnia, de quibus contradictoria uerè prædicantur: habēt inter ſe aliquam non identitatē. Minor, ſcilicet pater, & paternitas ſunt huiuſmodi: probatur: quia de eis prædicantur cōtradictoria. quod probatur: quia cōſtitui ex eſſentia, & relatione affirmatur de ꝑſona, puta patre: & contradictoriū non conſtitui ex eſſentia & relatione prædicatur de paternitate. Minor probatur: quia nihil cōſtituitur ex ſeipſo oībus modis alioquin ēt eſſentia conſtitueretur: quod non conceditur. Maior frequenter habetur: nam diſt.v.q.ij. circa prin. dicit: omnes ponunt, ꝙ eſſentia diuina eſt communis tribus ſuppoſitis: & ꝙ cōmunicatur filio, & ſpiritui ſancto a patre. Et ꝙ illæ perſonæ conſtituuntur ex proprietatibus, & ipſa diuina eſſentia, & ꝙ ſuppoſitum præciſè producit & producitur. Scoti opi. Inter illos omnes etiam eſt Sco. cuius opi. in hac parte & modum ponēdi (ut infra eadem diſt. & q. dicit) etiam ipſe tenet. Item q.iij. eiuſdem diſt. dicit: perſona habet eſſe per generationē: & non eſt formaliter ipſa generatio, & propter hoc ponit, ꝙ perſona eſt terminus formalis productionis: & non relatio: quia relatio non diſtinguitur a productione: ſed perſona formaliter diſtinguitur a productione &c. Item diſt.xij. q.j. expreſſè dicit ſpirationem paſſiuam conſtituere perſonā ſpiritusſancti. unde dicit. Spiratio paſſiua diſtinguitur realiter a paternitate, & filiatione ideo cōſtituit ſuppoſitum realiter diſtinctum a duobus ſuppoſitis conſtitutis per paternitatem, & filiationem. Ecce dicit tria ſuppoſita cōſtitui per tres relationes paternitatem, filiationem, ſpirationem paſſiuam. Item diſtin.xxvj.q.j. qua quærit, utrum diuinæ perſonæ conſtituantur ꝑ relationem originis, recitatis, & reprobatis quibuſdam opin. reſpondendo ad quæſtionē dicit primò, ꝙ ponendæ ſunt relationes in diuinis ſecundum aut. ſanctorum. Et declarat, quomodo ponēdæ ſunt: ſubdens non tm̄ ꝙ aliqui cōceptus relatiui de perſonis diuinis uerificentur: ſicut dicimus, ꝙ ſortes eſt ſimilis: & ꝙ relatio eſt pater, uel filius: ſed ꝙ eſt ibi uera paternitas realis, & filiatio: & ꝙ ſunt duæ res ſimplices, quarum una non eſt alia. Deinde ponit: ꝙ conſtituant, & diſtinguant perſonas, cum ſubdit: Ideo tenendo cum eis dico, ꝙ perſonæ diuinæ diſtinguantur, & conſtituantur per relationes originis, & probando dicit. Paternitas eſt una res incommunicabilis: & diſtinguitur realiter a perſona filij, & ſpiritusſancti: & facit, uel conſtituit per ſe unum cum diuina eſſentia: ergo nō repugnat ſibi conſtituere illud unū in eſſe incōmunicabili: & diſtinguere ipſum ab omni alia perſona. Notetur: ꝙ dicit relationes in diuinis non ſolum poni: quia relatio eſt pater, uel filius: ſed quia uera paternitas realis, & filiatio realis ſunt duæ res ſimplices. S Quid eſt ſimplices. i. non compoſitæ. non ſic enim & pater, & filius formaliter ſunt res ſimplices: qa non compoſitæ, & tamen paternitas non tantum ponitur relatio: quia eſt pater: ut dixit: ſed quia eſt uera res ſimplex: utique ſic ſimplex, quomodo pater non eſt ſimplex. i. non conſtituta: paternitas ergo non eſt conſtituta, ſicut nec eſſentia eſt conſtituta: pater uerò conſtitutus ex eſſentia, & paternitate. Itē dicit ibidē, ꝙ relatione refertur conſti-



conſtitutum non autem eſſentia, neque relatio refertur: ſed ſuppoſitū refertur ipſa relatione: nō tamen denominatiuè. Item eadē diſt. q.ij. dicit, ꝙ a parte rei, paternitas eſt intrinſeca patri: ſimiliter, & generatio, actio: & in cōcluſione principali, ꝙ tam origo quàm relatio conſtituit. i. tam generatio, quàm paternitas: quia ſunt omnibus modis idem ex natura rei. Et circa finem q. dicit. Nihil eſt penitus in perſona: niſi eſſentia, uel relatio per eſſentiam conſtituitur: & non diſtinguitur: ergo per relationem præciſè diſtinguitur: per quam tñ eo ipſo conſtituitur. & ita frequentiſsimè dicit ſuppoſita diuina conſtitui per relationem. Itē ꝙ relatio non ſit omnibus modis idem ſuppoſito diuino, patet ex eo ꝙ dicit Quæ ſunt in diuinis. diſt.xij.q.ij. Nihil eſt in diuinis niſi eſſentia, relatio & perſona: & conſtitutū ex eſſentia, & ſpiratione actiua. Illa quatuor, quæ ibi nominat, aut ſunt omnibꝰ modis idem, aut aliquo modo nō idem. Si ſecundum: habetur propoſitum. Si primum non debuit ea diſtinctim & cū præciſione nominare: quia ſic poſſet tot ponere in diuinis, quot eſſent nomina prædicabilia de deo. Item ſecundum eum expreſſè, eſſentia formaliter diſtinguitur a relatione, & ſimiliter a perſona, & ab illo conſtituto ex eſſentia, & ſpiratione actiua: ſimiliter perſona ab eſſentia, & tali conſtituto. Item conſtitutum illud diſtinguitur formaliter ab eſſentia, a perſona, & relatione conſtitutiua. ſ. a paternitate, & filiatione: ergo etiam relatio diſtinguitur formaliter ab eſſentia conſtituto, & perſona: ſi enim non diſtingueretur ab eis: cur inter cętera diſtincta annumeraretū. unde ſubdit. Ideo quicquid eſt in deo eſt formaliter, & ex natura rei aliquod iſtorum: ſi relatio cōſtitutiua eſſet omnibus modis idem perſonæ, fruſtra poneretur: & ſatis fuiſſet dicere: nihil eſt in diuinis niſi eſſentia perſona, & conſtitutum ex eſſentia, & ſpiratione actiua: & quicquid eſt in deo: eſt formaliter & ex natura rei aliquod illorum. Item clariſsimè dicit diſti. xxv. q.j. in reſponſione ad q. illud quod in diuinis eſt formaliter, & primò ſuppoſitū intellectuale: ſignificatur primò, & per ſe per hoc nomen perſona diuina: & qa nec relatione, nec eſſentia eſt primò, & formaliter ſuppoſitum intellectuale: ſed conſtitutū ex eſſentia, & relatione: ideo perſona non plus ſignificat diuinam eſſentiam, uel relationem, quàm paternitas diuina ſignificat diuinam eſſentiam: ſed primò ſignificat conſtitutum ex eſſentia, & relatione. Ecce hic habes manifeſtè: ꝙ latio non eſt formaliter ſuppoſitum intellectuale, ſiue perſona in diuinis. Ex illis duo apparent. Primum, ꝙ auctor contraria ſenſerit in ſcripto ſententiarum, & in quodli. ſecundum ꝙ deſcriptio diſtinctionis formalis, quam dat in ſcripto diſt. ij. non ſit ſufficiens: quia ut ſupra argutum eſt: non conuenit relationi, & perſonæ, quæ tamen (ut ibi ſentit) non ſunt idem formaliter. Rñſio. An ergo diuerſa ſenſerit, uel non: illud uidetū omnino tenendum, ꝙ relatio puta paternitas, formaliter diſtinguatur a patre ex rationibus adductis, quibꝰ addo illā. Pater eſt formaliter eſſentia, & paternitas copulatim: paternitas non eſt formaliter eſſentia, & paternitas: ergo paternitas non eſt formaliter pater. Conſequentia tenet expoſitoriè in ſecunda figura. Maior probatur: quia pater eſt perſona relatiua, de cuius per ſe intellectu eſt eſſentia, & paternitas copulatim: quia ſecundum Augu. Omne relatiuum eſt aliquid excepta relatione. Minor patet: quia paternitas tantum eſt formaliter paternitas: & non eſt formaliter eſſentia, & relatio copulatim: quia pater intelligitur, ut quoddā conſtitutum ex eſſentia, & relatione: quod formaliter ē conſtituentia ſimul ſumpta: ſed paternitas intelligitur tanquam alterum conſtituentium: quod non formaliter includit id, quod ſecum conſtituit. Item ſi paternitas nullo modo diſtinguatur a patre: pater non eſt uerè conſtitutus, & ita ſuppoſita in diuinis non ſunt conſtituta: quod eſt nimis recedere a cōmuni modo loquendi, ferè omnium theologorum. Quid ergo dicendum ad auctorē. Si quodlibetum præceſſit. ſcriptum: faciliter diceretur: ꝙ dicta in quodlibeto

Diſtingui formaliter dupliciter diffiniri.

correxiſſet in ſcripto:ſi autem quolibetum ſequitur ſcriptum:quod uidetur ex eo poſſe ſumi:quia in prima.q.j.quodlibeti allegat ſcriptum iuxta finem quæſtionis. Poteſt dici:ꝙ de diſtinctione formali contingit loqui dupliciter. Vno modo,ut illa dicantur diſtingui formaliter ſecundum modũ loquendi doc. quæ ſic ſunt idem realiter:ꝙ tamen aliqua res eſt realiter eadẽ uni,& diſtincta realiter ab altero:& ſic diſtinguitur formaliter eſſentia a relatione,& etiam a quaLibet perſonarum:& ſic non diſtinguitur formaliter relatio propria perſonæ, & perſona per ipſum conſtituta. Secundo modo diſtinctio formalis eſt eorum,quæ ſunt idem realiter:& etiam quicquid realiter eſt idem uni:eſt idem realiter alteri:tñ aliquid prædicatur de uno, quod non prædicatur de altero:ſic diſtinguuntur ſecundum alios natura, & ſuppoſitũ in creaturis:quia natura eſt ſuppoſitum: & quicquid realiter eſt natura eſt ſuppoſitum & econuerſo. Communicari autẽ affirmatur de natura:& negatur de ſuppoſito:& incommunicabile affirmatur de ſuppoſito,& negatur de natura:ſic paternitas,& pater diſtinguuntur formaliter:quia licet quicqd eſt paternitas realiter, eſt etiam realiter pater & econuerſo: tñ conſtitui affirmatur de patre: ꝙ negatur de paternitate:ſimiliter conſtituere affirmatur de relatione,& non de ſuppoſito:& poſſet dici,ꝙ in quodlibeto loquitur de diſtinctione formali ſecundum primum modũ, ſiue acceptionem: & in ſcripto de diſtinctis formaliter penes ſecundum modum.

V Iſtud eſt de mente Ockam diſtinc.xxviij. in qua clarius ſoluit dubium iſtud: ibi enim expreſſè innuit duas opiniones de hoc. An paternitas diſtinguatur formaliter a patre:unde ait. Et ſi quæritur de paternitate, an ſit innaſcibilis: qui uellet tenere: ꝙ pater & paternitas non diſtinguuntur formaliter: quia quælibet abſoluta res & relatiua quæ eſt pater; eſt paternitas: & econuerſo: poſſet dicere: ꝙ paternitas eſſet innaſcibilis. & ſequitur. Aliter poteſt dici non recedendo a multis dictis communibus, cuiuſmodi ſunt talia: ꝙ paternitas eſt conſtitutiua patris:& tñ pater non eſt propriè conſtitutiuus patris:& cetera multa talia quibus aliquid conceditur de paternitate, & negatur a patre & econuerſo. Iſta inquam, concedendo,poteſt dici:ꝙ pater & paternitas diſtinguuntur formaliter, ſicut eſſentia & pater:& tunc diffinitio quid nominis, exprimens diſtingui formaliter erit totum hoc, ꝙ aliquid uerè conceditur de uno,& negatur a reliquo terminis ſupponentibus perſonaliter:unde niſi eſſentia eſſet pater,& una alia res abſolutà, uel relatiua: alia inquam a patre impoſſibile eſſet ꝙ pater, & paternitas diſtinguerentur formaliter: immo nihil aliud intelligo per diſtinctionẽ formalem. Ex iſto patet:ꝙ recitat duas opiniones,quarum ſecũda eſt probabilior, non recedendo a communi modo loquendi doct. de conſtitutione perſonarum in diuinis. Alia fortè probabilior, ſequendo nudè rationem. Et quia neutra ſimpliciter improbari pòteſt quandoque reſpondet ſecundum unam:qñque ſecundum aliam:ſicut in multis alijs ſimiliter facit. In ſcripto itaq; ſequitur opinionem ſecundam tanquam doc. dictis magis conſonam: in quodlibeto ſequitur primam tanquam eam:quæ rationibus improbari non poteſt: & per hoc ſibiipſi contrarius non probatur.

X ¶ Si dicis,adhuc deſcriptio diſtinctionis formalis,quam dat in ſcripto.q.j. diſt.ij. nõ cõuenit relationi,& ſuppoſito. Ad hoc dicendum:ꝙ illud,quid nominis non eſt complectum:ſufficit autem ad ſuum propoſitum ibidem: ubi loquitur de diſtinctione formali eſſẽtiæ, & ſuppoſiti: qualis non eſt inter ſapientiam, & eſſentiã, & bonitatem &c. Poſterius tñ dat alias rationes diſtinctionis formalis. unde.q. xj.diſt. præſentis, ubi profundius inueſtigat naturam diſtinctionis formalis dicit.

Diſtinctio formalis.

Diſtinctio formalis eſt: qñ unum non eſt de per ſe intellectu alterius, & aliquid cõpetit uni aliquo modo, quod non competit alteri. Et hoc conuenit patri, & paternitati: quia pater non eſt de per ſe intellectu paternitatis: & aliquid competit patri.ſ.conſtitui,relatione referri,& non paternitati. Item diſtin. xxvij.quæſt.j. innuit illam deſcriptionem diſtinctionis formalis. Formaliter diſtinguuntur,quæ ſunt idem realiter,& aliquid uerificatur de uno, quod non uerificatur de alio.unde dicit.Quãdocunque aliquid uerificatur de aliquo termino,& non de alio: aliquid importatur per unum,quod non eſt idem realiter, uel formaliter cum importato per alium: niſi diuerſus modus grammaticalis impediat. Cui non placet hæc defenſio auctoris profuſa, & prolixa ſatis afferat aliam. libens cedo ſententię ſaniori.

Dub.4.

Y ¶ Vltimò dubitatur contra concluſionem. Nam illa conceditur. deus intelligit malum:& non conceditur illa, deus uult malum. ergo eſt aliqua non identitas inter intellectum, & uoluntatem dei. Item filius producit per modũ intellectus, ſpirituſſanctus per modum uoluntatis. Item deus uult per uoluntatem.intelligit per intellectum. Item actus dicendi eſt actus memoriæ,& non uoluntatis.ergo uidetur ibi eſſe aliqua non identitas ex natura rei, ab eſſentia diuina,& illorum inter ſe. Reſpondetur negando conſequentiam:unde ſolũpropter diuerſa terminorum connotata,aliquid cõceditur,uel negatur de reliquo, ſiue de deo.Sic magiſter dicit diſt.xxxv. ꝙ deus propter diuerſos effectus diuerſa ſortitur uocabula;quamuis in deo nulla ſit diuerſitas, uel mutatio: ſed ſolum in factura,ſiue creatura. ſic dicitur prædeſtinare aliquem,& præſcire alium: quia uult illi dare gloriam: illum uerò damnare. Sic conceditur,deus intelligit malum: & non admittitur. deus uult malum: quia in illa deus uult malum, importatum deum aliquid facere contra prohibitionem: ſed in illa deus intelligit malum, importatur deum permittere malum fieri: itaque propter diuerſa terminorum connotata, non propter aliquam non identitatem in deo: una conceditur, alia negatur. Item filius producitur per modum intellectus, ideſt generatur. ſpirituſſanctus per modum uoluntatis,ideſt ſpiratur. Et licet ſecundum prædicta idẽ ſit in deo intellectus,& uoluntas.ſ.non eſt idem generare,& ſpirare:de quo latius diſt.vij. Item deus uult per illam rem,quæ eſt intellectus.& econtrario. Dicitur tñ non intelligere per uoluntatẽ quia non omne,qđ intelligit;uult per uoluntatẽ: malũ.n.intelligit,& nõ uult:quia pmittit malũ fieri: ſed non facit malè, & contra legem. Item cum dicitur actus dicendi eſt actus memoriæ,& non uoluntatis, ualet iſtã: dicere non eſt ſpirare: ſeu gignere uerbum,non eſt producere ſpiritum ſanctũ: & ita multæ conſimiles propoſitiones, quæ uidentur innuere quandã non identitatem perfectionem attributalium inter ſe,& cum deo propter diuerſa terminorum connotata,uel negantur,uel cõceduntur: & non propter aliquam non identitatẽ ex parte dei:ſic etiam conceditur deus multa intelligit,quæ nõ uult. Item quicquid deus intelligit, naturaliter intelligit:ſed non quicquid uult:naturaliter uult. unde deum naturaliter uelle,eſt ipſum rem aliquam neceſſariò in eſſe ponere,ſeu producere: ſed conſtat:quòd deus contingenter producit adextra, & non neceſſariô,. Intelligit autem naturaliter, quicquid intelligit,quia quicquid intelligit, neceſſariô eſt,uel in eſſe reali,uel in eſſe obiectiuo. Ita reſoluit illam doctor queſtione pñti iuxta finem. Si ergo illa nomina intelligere,uelle,& ſic de alijs non eſſent connotatiua: ſed quodlibet ipſorum ſimpliciter, & abſolutè, & ſine connotatione diceret illam rem, quæ deus eſt, nonplus una eſſet concedenda, quãm alia. ¦ Poſſet tamen illa propoſitio de ui ſermonis concedi: deus uult mala. ut habet doctor:quodli.iij.q.ij.quia uult actus,q ſunt mali:ergo uult mala:non tñ malè. Verum de differentia illarũ, deus malum uult. & deus uult malum, habetur infra diſtinctio. xlvii. & latius in ſecunda diſtinctio. xxxvij. Si dicis: deus intelligit mala, & non uult malè: ergo intelligere, & uelle diſtinguuntur. Reſpondet Ockam ubi ſupra. non ualet: quia eſt ibi fallacia figuræ dictionis: & mutatur nomen in aduerbium. Plura alia notatu digna

tangit doctor de perſonarum emanatio-
ne:de principijs productiuo, & eliciti
uo:de quibus infra ſuis locis dicetur: q̃a
hic ſolum incidentaliter tangit in re-
ſponſione ad rationes Sco. Pro iſto ul-
timo dubio, & pro multis alijs in hac
quæſtione tactis uide Petrum de alia.
quæſtio.vj. arti.ij.

## QVAESTIO. II.

A VTRVM perfectiones at-
tributales ſint realiter diui
na eſſentia. Quia enim in
quæſtione præcedenti oſtẽ
dit non eſſe diſtinctionem ex natura rei
inter eſſentiam diuinam, & perfectiones
attributales &c. quærit in hac quæſtio-
ne an perfectiones attributales ſint rea
liter diuina eſſentia. Tribus articulis
more ſolito quæſtio terminatur. ¶ Pro
articulo primo dimiſſis opinionibus,
Arti. 1. quas doctor recitat, & impugnat. No-
Nota. 1 tandum: q̃ perfectio attributalis dupli-
Perfe- citer accipitur. Vno modo pro re ipſa,
ctio at- quæ eſt perfecta. Alio modo pro ſigno
tributa prædicabili de re perfecta: & ſic etiam
lis dupli perfectio ſimpliciter (ut infra. q. iij. in
citer ac ſolutione ultimæ rationis) aliquando
cipitur. proprié accipitur pro aliqua re una per-
fecta nullã includente imperfectionem
eſſentialiter, nec neceſſarió aliquam im
perfectionem annexam habente: & illo
modo ſola eſſentia diuina eſt perfectio
ſimpliciter: ſic enim eſſe perfectum om-
ni repugnat creaturæ. Nam omnis crea
tura neceſſarió dependet a creatore: de
pendere autem ab alio imperfectionis ẽ.
Accipitur etiam impropriè pro conce-
ptu, uel ſigno rem ſimpliciter perfectam
ſignificante: uidelicet ad quem non ſe-
quitur illud, de quo prædicatur eſſe im-
perfectum: ut hæc dictio, ſapiens, bonũ,
uiuens, & huiuſmodi: quæ conueniunt
Nota. 1 tam deo, quàm creaturæ. ¶ Et horũ ali-
qui ſunt abſoluti, & affirmatiui, qui ui-
delicet non important reſpectum ad
creaturam: ſic enim frequenter auctor
accipit abſolutum pro non relatiuo: &
connotatum pro relatiuo: ut intellectus
uoluntas. Aliqui ſunt connotatiui, &
affirmatiui. i. important diuinam eſſen-
tiam reſpectiuè ad creaturam: ut creati-
uus, creans, prędeſtinans. Quidam ſunt
negatiui: ut incorruptibilis, immortalis, Nota. 2
immutabilis &c. ¶ Secundò notandum: B
q̃ auctor in hac quæſtione terminum ab
ſolutum nominat, qui non dicit reſpe-
ctum dei ad creaturam: ſiue ſit connota
tiuus, ſiue non: ut intellectus, uoluntas.
Non ergo accipitur hic terminus abſo
lutus: ut diſtinguitur contra connota-
tiuum. ¶ Tertiò notandum: q̃ ſecundum Nota. 3
doct. q. ij. tertij quodlibet antiqui ſancti
non utebantur hoc uocabulo attributa:
ſcilicet hoc uocabulo nomina. unde ſi-
cut modo dicimus attributa diuina: ita ip
ſi dicebant nomina diuina. ¶ Notificat
autem attributa ſic. Attributa ſunt quę-
dam prædicabilia mentalia, uocalia, uel
ſcripta nata ſignificare, & ſupponere p̱
deo: quæ poſſunt naturali ratione inue-
ſtigari, & concludi de eo. Vide Petrum
de Alia. q. vj. ar. ij. bene ualet ad propoſi
tum. Et Greg. diſt in. viij. per totum qui
latè hanc materiam pertractat. ¶ Pro ar Arti. 2.
ticulo ſecundo ad quæſitum reſponſiuũ Cõcl. 1
eſt concluſio prima. Accipiendo perfe- C
ctionem attributalẽ primo modo prout
eſt terminus primæ impoſitionis: in di-
uinis non ſunt plures perfectiones attri
butales: Patet: quia in diuinis non ſunt
plura perfecta: ſicut nec plures eſſentiæ:
uel plures uoluntates: aut plures intelle-
ctus: ſed ſicut ibi eſt una ſimplex eſſẽtia:
quæ eſt perfectiſsima, & infinita, quæ eſt
& intellectus, & uoluntas: nec ab his di-
ſtincta re, nec ratione, & non plures eſ-
ſentiæ, aut intellectus: ita nec plures per
fectiones. Ita omnia in diuinis, quę ſunt
communia tribus, nõ plurificantur: ſed
ſunt unum ſimpliciter & una ſimplex eſ
ſentia ab ea omnibus modis indiſtincta.
¶ Secunda concluſio. Propriè & de uir Cõcl. 2.
tute ſermonis loquendo, non eſt conce
dendum: q̃ in deo, uel diuina eſſentia
ſit perfectio, ſed perfectio ſimpliciter,
uel ſumma eſt omnibus modis ipſa diui-
na eſſentia ab ea pęnitus indiſtincta.
¶ De perfectionibus attributalibus ſe- Cõcl. 1.
cundo modo dictis eſt concluſio prima.
perfectiones attributales ſecũdo modo



dictæ neque ſunt deus, neque in diui-
na eſſentia. Patet. ſunt conceptus, uel
ſigna diuinam eſſentiam ſignificantia:
illa autem non ſunt deus. unde pro-
priè non deberent dici perfectiones at-
tributales: quia non ſunt perfectiones:
ſaltem ſimpliciter: ſed aptius dicerentur
Cõc. 2. conceptus attributales. ¶ Secunda con
cluſio. Perfectiones (uerius cõceptus)
attributales ſunt multæ unicam perfe-
ctionem diuinam non ſynonymæ ſigni-
ficantes. Prima pars, q̃ ſunt multæ, pa-
tet ex notabili ſecundo. Secunda pars
patet ex eodem: quoniam termini ab-
ſoluti, & relatiui nunquam ſunt ſyno-
nymi. neque etiam termini affirmatiui,
& negatiui: ſimiliter nec termini, quo-
rum unus eſt ſuperior ſeu communior
ad alium. Nunc autem quædam attri-
buta ſunt abſoluta: quædam relatiua:
quædam affirmatiua: ideſt non includen
tia negationem quædam negatiua. Itẽ
quædam ſoli deo conuenientia: ut infi-
nitus, æternus: quędam deo, & crea-
turis communia: ut uiuens, exiſtens,
Cõcl. 3. unus intelligens &c. ¶ Concluſio ter-
tia. Attributa ſecundo modo dicta, quę
ſunt conceptus: ſi conceptus habent
eſſe tantum obiectiuum in mente: diſtin
guuntur inter ſe ratione, & a diuina eſ-
ſentia ſicut ratio, & res: ſi uerò conce-
ptus ſunt qualitates animæ: diſtinguun-
tur realiter tam inter ſe quàm a diuina
eſſentia; ſimiliter attributa uocalia, uel
ſcripta realiter diſtinguuntur inter ſe, &
a diuina eſſentia. Vide Henricum de
Oyta. q. v. art. iij. qui plura tangit: & ra
tiones Sco. tenentis oppoſitum diſtin.
viij. q. iiij. ſoluit prout & Grego. facit
ubi ſupra. diſtin. viii. ¶ Articulus tertius
hic reſcinditur propter quæſtionum ſe
quentium pluralitatem.

## QVAESTIO. III.

A AD prædictorum euidentiam
quæritur tertiò. Vtrum ali-
quod reale poſſit diſtingui
ratione ab aliquo reali. ¶ Hu
ius quæſtionis materiam latè pertractat
Greg. diſt. viij. q. ij. art. j. plura ponens,
quæ ualent pro intellectu dicendorum.
¶ Pro articulo primo ſuppoſitis his, quæ Arti. 1.
tacta fuere. q. j. huius diſtinctionis, notã Nota. 1
dum q̃ ſecundũ doc. in. q. iij huius diſt.
Idem & deſtinctũ ſunt paſſiones imme
diatè conuenientes illi, cui cõueniunt:
& per conſequens conueniunt eis om-
ni alio circumſcripto: unde ſicut unum
quodque ſe habet ad ens; ita ſe habet ad
unum: & per conſequens ad eſſe diſtin-
ctum, uel indiſtinctum. ſicut ergo quod-
libet exiſtens ſeipſo formaliter eſt ens:
& non per aliud ſibi extrinſecũ: ita erit
uerè unum, & ſeipſo formaliter & imme
diatè diſtinctum a quolibet, a quo diſtin
guitur. unde nihil diſtinctum ab alio di-
ſtinguitur ab ipſo formaliter p̱ aliquod
ſibi extrinſecum. i. per aliquod, quod nõ
eſt de eſſentia ſui. Vnde res non compo
ſitæ diſtinctæ, uel etiam compoſitæ, ex
omnibus partibus diſtinctis, ſeipſis diſtin
guuntur. Compoſitæ uerò ex partibus,
quarum aliquæ diſtinguuntur, & aliquæ
non: ut manus, & pes eiuſdem hominis:
quę componuntur ex eadem anima, &
diſtinctis materijs: diſtinguuntur per ma
teriam, & non per formam: ſic ſi duo ho
mines haberent eandem materiam nu-
mero: illi diſtinguerentur per formam,
& nõ per materiam. Simile eſt de aggre
gatis ſicut aggregatum ex lacte, & ſua al
bedine, diſtinguitur ab aggregato ex eo
dem lacte, & ſua dulcedine per non ſub-
ſtantiam lactis, quæ eſt eadem in utroq;
aggregato: ſed per albedinem, & dulce-
dinem. Et ideo nihil eſt quærere per q̃d
aliqua diſtinguantur formaliter: ſicut
nihil eſt quærere per quid aliquid ſit ens
formaliter (per quid dico extrinſecũ)
uerum cauſaliter ſicut res facta eſt ens a
cauſa producente: ita eſt una, uel diſtin-
cta a ſua cauſa. Similiter arguitiuè poſ-
ſunt aliqua diſtingui per alia tanquam
per ſigna: quibus probatur diſtinctio. Sic
ex diuerſitate circũſtantiarum arguitur
aliquando diſtinctio rerum, quas circun Nota. 2
ſtant: ut ex diuerſitate locorum, tempo B
ris, accidentium; operum &c. ¶ Secundò De di-
notandum: q̃ de diſtinctione rationis ſtinctio
doctores diuerſimodè loquuntur. Qui- ne ratio
dam dicunt eam tantum eſſe inter con- nis.

ceptus mētis. Iſti dicūt, ꝙ nullæ res
diſtinguuntur ratione: ſed tantum con
ceptus, qui non habent eſſe ſubiectiuū
in aliquo: ſed tantum eſſe obiectiuum in
intellectu. ſicut ediuerſo nulli cōceptus
diſtinguuntur realiter: eo ꝙ ſecūdum il
los conceptus non ſunt res aliquæ. Si
uerò conceptus habēt eſſe ſubiectiuum
in intellectu: & ſunt res utputa qualita-
tes realiter intellectui inhærentes: tunc
aut ſecundum illos ſimpliciter negatur
diſtinctio rationis: aut dicitur: ꝙ diſtin-
ctio rationis eſt realis, eſt eſſentialis: im
mo quandoq; diſtinctio ſpecifica, & ge-
nerica. Nam rationes, ſiue conceptus in
ter ſe diſtinguuntur realiter: quandoq;
numero, ut conceptus ſynonymi in di-
uerſis intellectibus. q̃nque ſpecie: ut nō
ſynonymi in eodem intellectu. q̃nq; ge
nere: ut conceptus abſolutus, & conno
tatiuus: ut conceptus hominis, & con-
ceptus aſini abſolutus. ¶ Alij attribuunt
diſtinctionem rationis rebus extra ani-
mam ſignificatis per conceptus non ſy-
nonymos in anima. Et hi dicunt rem ſi-
biipſi omnibus modis eandem ex parte
rei. i. circumſcripta operatione intelle-
ctus diſtingui a ſe ratione inquantū in-
tellectus de eadem re format conceptus
non ſynonymos: ſic homo riſibilis diſtin
guitur ab homine rationali ratione. Vel
ſic. Homo inquantum riſibilis diſtingui
tur ratione a ſeipſo inquantū rationalis.
Et illa diſtinctio non fundatur in re ipſa
extra animam: ſed in ſolis rationibus. i.
cōceptibus mentis, per quos intellectus
eandem rem ſimpliciter comparat ad di
uerſa. Vnde uerius illa diſtinctio attribui
tur cōceptibus, q̃ rebus. Et ideo qui ſunt
de prima opinione, magis propriè lo-
quuntur: quia attribuunt cuilibet, quod
ſuum eſt: hoc eſt diſtinctionem rerum,
rebus, & diſtinctionem conceptuum, cō
ceptibus. ¶ De opinione uerò ſecunda:
quæ ſatis communis eſt: magis impro-
priè, & confuſè loquuntur: qui id quod
in cōceptibus fundatur: rebus extra ani-
mam attribuunt. Sed ſecundum illos at
tendendum: ꝙ res diſtingui ratione ni-
hil aliud eſt, q̃ rem concipi, uel ſignifica
ri diuerſis conceptibus non ſynonymis:
ita ꝙ illa diſtinctio nullam penitus non
identitatem dicit in re: ſed ſolum intelle
ctu. ¶ Tertiò notandum, ut habet Ockā — Nota. 3 C
quodlib. iij. q. ij. Diſtingui ratione non
eſt aliud, q̃ habere diuerſas diffinitio-
nes, aut deſcriptiones. Et hoc contingit
dupliciter: ſecūdum ꝙ ſic ratione diſtin
gui attribuitur diuerſis, uel uni tantum.
¶ Primo modo diſtingui ratione cōue-
nit diuerſis habentibus diuerſas diffini-
tiones, ſeu deſcriptiones: ſic nomina di
uerſa diſtinguuntur ratione: quia habēt
diuerſas deſcriptiones: ut homo, & leo.
Et licet ſic diſtinguātur ratione: poſſunt
tamen etiam dici diſtingui realiter: in-
telligo, id eſt ſumpta ſignificatiuè, & in
ſuppoſitione perſonali, ſupponunt pro
diuerſis rebus. Et hoc ſumi poteſt ex di-
cto doctoris, cum inquit: dando intelle-
ctum illius dicti, ꝙ aliqua non diſtinguū
tur realiter: ſed tm̃ ratione. Antiqui ſic
intellexerunt hoc dictum: ꝙ de aliqui-
bus terminis ſignificatiuè ſumptis præ-
dicatur eſſe idem realiter, & non diſtin-
gui realiter, & tñ de eiſdem terminis dici
tur diſtingui ratione. Secundò diſtingui
ratione ſumitur impropriè, ſecundum ꝙ
uni competit: licet enim propriè loquē
do diſtingui ſit reſpectu alterius, a quo
quid diſtinguitur: tñ quandoq; diſtingui
eſt rei unius ad ſe ſine quacunq; uaria-
tione, aut mutatione rei in ſe: & ſic res
una dicitur multiplex ratione cum ha-
bet diuerſas rationes, ſiue deſcriptio-
nes. ¶ Pro articulo ſecundo, præmiſſis — Arti. 2.
notabilibus eſt cōcluſio reſponſalis iſta. — D
Nihil reale poteſt diſtingui ab aliquo
reali ratione: nec eſſe idem ratione cū
aliquo reali. Probatur: quia nihil diſtin-
guitur ab aliquo per aliud ſibi extrinſe-
cum: ſed ens rationis eſt extrinſecū enti
reali. ergo. Conſequentia nota. Maior
patet ex notabili. Minor patet: quia ma
ximè differunt ens reale rationis: eo ꝙ
ens primò diuiditur in ens reale, & rōnis
& ita ens rationis ē maximè extrinſecū
enti reali. ¶ Item res nō diſtinguitur a ſe
ipſa propter quamcunque mutationem
realem circa ipſam factam, per quam
nihil eſſentiale, uel intrinſecum rei ac-
quiritur, uel deperditur, uel mutatur.



Gratia exempli. Petrus non diſtinguitur
a ſeipſo propter hoc, ꝙ calefit, uel fri-
gefit: ſed bene caliditas acquiſita diſtin
guitur a frigiditate: ergo multò minus
res diſtinguitur a ſe propter diuerſos a-
ctus intelligendi circa ipſam rem ab in-
tellectu fabricatos. ¶ Item res omnino
eodem modo ſe habēs ad ſeipſam prius,
& poſterius non aliter diſtinguitur a ſe
poſtquam prius: ſed propter quamcun-
que operationem intellectus: res nō ali-
ter ſe habet ad ſeipſam: ideo res quæ a
ſeipſa nullo modo diſtinguitur ſine ope
ratione intellectus: propter operationē
intellectus non diſtinguitur a ſe: licet
rationes, quas circa ipſam fabricat intel
lectus diſtinguātur ratione. Alias ratio
nes ſatis efficaces ponit auctor, & ſoluit
Arti. 3. plures replicas, & auctoritates in oppo-
Dub. 1. ſitum ſonantes exponit. ¶ Quantum ad
E articulum tertium mouēda ſunt dubia,
& ſoluenda. Primò enim uidetur: ꝙ ali-
qua poſſunt eſſe eadem res, & tamen di
ſtingui ratione. Probatur auctoritate
cōmen. xij. Metaphy. commen. xxx. In
eis, quæ ſunt forma. i. entia ſimplicia nō
compoſita, diſpoſitio & diſpoſitum re-
ducitur ad unum in eſſe: & in duo in cō
ſideratione. ¶ Præterea commen. ibidē.
Intellectus natus eſt diuidere adunata
in eſſe in ea, ex quibus componitur. er-
go aliqua ſunt unum in re & tamen in-
tellectus diuidit ea: quod non eſt poſſi-
bile ſine diſtinctione rationis. ¶ Item
ibidem. Multiplicitas in deo non eſt niſi
in intellectu: non in eſſe: ergo in deo
ſunt multa, quæ ſunt unū in eſſe: & mul
ta in intellectu: ¶ Item. iiij. Metaphyſi.
Ens, & unum dicunt eandem rem. Item
uerum & bonum: curſus & currere: &
F tamen aliquo modo diſtinguuntur, &
non niſi ratione. ¶ Ad primum dici
tur: quòd commentator nihil aliud
uult niſi quòd ſubiectum, & prædica-
tum dicunt eandem rem: hoc eſt ſup
ponunt pro eadem re: & tamen ſunt
duo ſigna. Quòd autem hoc uelit, po
teſt oſtendi ex uerbis commentatoris,
quæ doctor diffusè recitat. Vel per
diſpoſitum, & diſpoſitio non inten-
dit commentator aliquid in deo rea-
liter: ſed prædicatum & ſubiectum in
ſuppoſitione perſonali, quæ dicuntur
de deo: & tamen unum non eſt aliud:
ſed ſunt diuerſa ſigna. ¶ Ad ſecun-
dum conceditur: quòd intellectus po-
teſt compoſiti alicuius partes ſeparatim
intelligere: hoc eſt uel materiam ſo-
lum, uel formam ſolum uel accidens,
uel ſubiectum ſeorſum: & illa diſtin-
guuntur realiter a ſeipſis, & habent di-
uerſas rationes. Ad aliud. In deo eſt
multiplicitas per prædicationem. hoc
eſt multa dicuntur de deo prædicata: nō
autem eſt in eo multiplicitas realiter aut
per compoſitionem ſicut eſt in creatu-
ra: ſic eſſe in alio eſt dici de alio. ¶ Ad
aliud conceditur: ꝙ illa nomina pro eo
dem ſupponunt: diuerſa tñ connotat, &
ita non habent idem quid nominis. Et
ita in ſuppoſitione perſonali ſecundū
modum loquendi doctoris potius ſunt
una res, quàm dicant eandem rem: puta
ens & bonum. In ſuppoſitione uerò ſim
plici uel naturali ſic non ſunt una res,
nec una natura: ſed plura ſigna. Hoc
probat auctoritate commentatoris ſic.
bonum, & uerum ſunt idem in ſup-
poſitione perſonali non ſimplici: hoc
eſt ſupponunt pro eodem: ſecus in ſup
poſitione ſimplici uel materiali. ¶ Sic
etiam non debet concedi: quòd ſor-
tes in choro differt a ſe in theatro:
quia nihil differt a ſe: ſic de lacte al-
bo, & lacte dulci. ¶ Vtentes tamen il
lis propoſitionibus uolunt, quòd per il-
la nomina importantur diuerſa. Nam
lac dulce dicit dulcedinem: album al-
bedinem: & theatrum non eſt chorus.
¶ Sic ſecundum philoſophum ſortes
puer differt a ſene: quia aliam habet
conditionem in iuuentute, quàm ſene-
ctute: & ita tota res aggregata diſtingui
tur, & non idem a ſeipſo. ¶ Eodem mo
do dicendum: ꝙ omnes tales propoſi-
tiones eadē res accepta ſub una ratione
diſtinguitur a ſeipſa aliter concepta, &
conſimiles falſæ ſunt ſimpliciter de ui
ſermonis. Hæc omnia, & plura alia ui
de latius in doctore. ¶ Vltimò dubitatur: — Dub. 2.
an aliquis ſciens ſignificationem nomi — G
num ſynonymorum poſſit ignorare, ſi

unum ſynonymum poſſit de alio dici.
¶ Item deus,& deitas non ſunt nomina
ſynonyma:ergo important aliquam di-
ſtinctionem in deo·ſed inter deum ,&
deitatem non eſt diſtinctio rerum ,uel
ex natura rei:ergo. Ad utrunque ſimul
reſpondetur. ¶ Pro cuius intellectu no
tandum: ꝙ dupliciter nomina dicuntur
ſynonyma. Vno modo:quia ſignificãt
idem conuertibiliter ,& eodem modo:
ita ꝙ nihil ſignificatur, uel connotatur
per unũ, quin eodẽ mõ ſignificetur ,uel
connotetur per reliquũ:& illo mõ deus,
& deitas ſunt ſynonyma.ſimiliter homo
humanitas: animal animalitas. Alio mo
do dicuntur ſynonyma,quæ ſignificant
idem: & eodem modo ut ſupra. Et præ-
ter hoc omnes tam imponentes, q̃ uten
tes intelligunt,ꝙ ſimpliciter idem,& eo
dem modo ſignificant. Et hoc modo
deus ,& deitas,homo,& humanitas non
ſunt ſynonyma. Nam impoſitores im
poſuerunt deus ad ſignificandum ſimpli
citer id,quod eſt deus:& homo id,quod
eſt homo:& deitas ad ſignificandum id,
quo deus formaliter eſt deus,& humani
tas id, quo homo formaliter eſt homo.
relinquentes in dubio, an id, quo deus
formaliter eſt deus, ſit deus: & an id,
quo homo formaliter eſt homo , ſit ip-
ſemet homo. Et ita an illa ſit uera ,uel
falſa deus eſt deitas: homo eſt humani-
tas. Impoſita enim ſunt illa nomina ad
ſimilitudinem horum calidus,caliditas,
dignus,dignitas,quo calidum dicitur ca
lidum. Calidum enim eſt ſubiectum re-
cipiens in ſe calorem. Caliditas autem
calor inhęrens calido. ¶ De ſynonymis
ſecundo modo uerum eſt, ꝙ nullus ſciẽs
ſignificationem nominum ſynonymo-
rum ignorare poteſt, an unum uerè de
altero prædicetur:ſecus autem de ſyno-
nymis primo modo: quia multi ſcientes
quid nominis terminorum ſynonymorũ
ignorant,an importata per ea ſint idẽ,
uel diſtincta: ſicut patet de homo, hu-
manitas: quantus, quan-
titas:curuus,cur-
uitas.

## QVAESTIO. IIII.

CIRCA unitatem dei reſpe
ctu creaturæ per uniuoca- A
tionem conceptus. Primò
inueſtigat doctor, quid ſit
uniuocum pluribus:an.ſ.illud, quod pri
mò,& immediate denominatur ab intẽ
tione uniuerſalis, & uniuoci ſit aliqua
res uera extra animam realiter exiſtens,
intrinſeca & eſſentialis illis ,quibus eſt
communis,& uniuoca diſtincta realiter
ab illis,uel tantũ in anima. Et circa hoc Xij. opi
mouet quinque quæſtiones , ex quibus niones
colligi poſſunt.xij.opiniones,ſiue modi de uni-
dicendi de uniuerſalibus,ſiue natura cõ uerſali-
muni. Quarum ſex tenent: ꝙ uniuer- bus.
ſale ſiue natura communis primò ſigni-
ficata per intentionem uniuerſalem ſit
realiter aliquid extra animam. Aliæ ſex
tenent , ꝙ tantum ſit in anima:& nihil
reale extra animam exiſtens eſt uniuer-
ſale,uel commune quomodocunque cõ
ſideretur. Et horum modorum tantum
duos ultimos reputat probabiles. ¶ In
quæſtione ergo quarta huius diſtinctio
nis tractat opinionem primam,quę Pla-
toni adſcribitur. In quæſtiõe quinta tra
ctat ſecundam,quæ parum differt a pri-
ma. In quæſtione ſexta tractat opi ter
tiã quæ adſcribitur. Sco. & hæ tres opi
niones in hoc concordant: ꝙ uniuerſa-
le diſtinguitur realiter ( ut prima,& ſe-
cunda) a ſingulari,uel ſaltem ex natura
rei,ſiue formaliter a ſingulari contra-
hente. ¶ Ita quæſtio circa hanc mate- B
riam uniuocationis dei, & creaturæ
hæc eſt. Vtrum illud:quod immediatè,
& proximè denominatur ab intentione
uniuerſalis,& uniuoci,ſit aliqua res uera
extra animam intrinſeca , & eſſentialis
illis,quibus eſt communis, & uniuoca,
diſtincta realiter ab illis. ¶ Hanc mate-
riam de uniuerſalibus:quia alibi in logi-
ca tractari habet:breuiter, & ſummatim
tangam,ne prorſus in obliuionẽ uadat.
¶ In hac ergo quæſtione doctor recitat
opinionem Platonis in ſex articulis com Opi.pla
præhenſam. Primus:ꝙ uniuerſale eſt res tonis.
una exiſtens realiter extra animam. Se-
cundus:



cundus:ꝙ eſt res intrinſeca cuilibet ſin
gulari,& de eius eſſentia. Tertius:ꝙ eſt
realiter diſtinctum a quolibet ſingulari.
Quartus:ꝙ etiam realiter diſtinguitur a
quolibet alio uniuerſali. Verbi gratia.
Tenet hæc opinio:ꝙ homo uniuerſalis
eſt una uera res extra animam exiſtens
realiter in quolibet homine ſingulari,&
diſtincta realiter a quolibet ſingulari a
Ioanne: a Petro &c. Etiam a quolibet
uniuerſali.ſ. ab animali,a corpore,a ſub-
ſtantia uniuerſali:& ſic de alijs omnibus
generibus & ſpeciebus. Quintus: ꝙ tot
ſunt res realiter diſtinctę in quolibet ſin
gulari inter ſe , & a tali ſingulari: quot
ſunt uniuerſalia in quid, & per ſe primo
modo de tali ſingulari prædicabilia.Sex
tus.ꝙ uniuerſale nullo modo multipli-
catur in diuerſis indiuiduis eiuſdem ſpe
ciei ſpecialiſſimę.ſed eſt idem in quoli-
bet indiuiduo eiuſdem ſpeciei. ¶ Pro
hac opinione arguit. xiij. rationibus, &
certis cõfirmationibus,ac deinde impu-
gnat opinionem ſex rationibus cũ ſuis
replicis, & confirmationibus. Hanc ſub
inferens reſponſionem ad titulum quæ-
C ſtionis. ¶ Nulla res realiter diſtincta a
ſingularibus,& intrinſeca eis eſt uniuer
ſalis,& communis eis. Hæc probatur:
quia nulla res una numero communica
tur pluribus ſingularibus creaturis per
identitatem in ſe non uariata,uel multi
plicata:ſed illa res uniuerſalis ſi eſſet:eſ-
ſet una numero:ergo. Maior patet: q̃a
hoc ſoli diuinæ eſſentiæ eſt proprium, q̃
ſine omni multiplicatione, & diuiſione
eſt in pluribus ſuppoſitis realiter diſtin-
ctis. Minorem probat multipliciter inter
quas eſt, & illa· Omnis res cum alia a ſe
diſtincta faciens numerum eſt una nume
ro: quia omnis numerus ex unitatibus
colligitur,& in unitates reſoluitur: ſed
natura cõmunis (ſi eſt diſtincta realiter
ab omnibus ſingularibus) cum quolibet
ſingulari facit numerum:quia res uniuer
ſalis, & ſingularis ſunt plures res : quia
non una , eo quòd ſecundum illam opi-
nionem realiter diſtinguuntur: & non
infinitę. ergo duę uel tres &c. ¶ Item
uniuerſalis homo, & uniuerſalis aſinus
ſunt duo uniuerſalia: ſic uniuerſalis
homo, & uniuerſale animal.ergo quod
libet illorum eſt unum . ¶ Item quæro:
quid ſignificat unum numero: aut ſigni
ficat,ꝙ eſt unum, & non plura,& habe
tur propoſitum:quia quodlibet uniuer-
ſale eſt res una,& non plures:licet com
municetur pluribus. Aut unum numero
dicitur,quod eſt unum,& nõ plura, nec
eſt in pluribus: tunc ſequeretur: quòd
eſſentia diuina non eſſet una numero.
Nec intellectus agens eſſet unius nume
ro ſecundum opinionem commentato
ris,qui ponit hũc unum in omnibus ho-
minibus. Nec forma una, ſi per poten-
tiam diuinam cõmunicaretur pluribus
materijs: ſicut de facto anima humana
eſt una in ſingulis membris. Nullum ho
rum eſſet unum numero , quod eſt fal-
ſum, & abſurdum. ¶ Conſequenter ſol- D
uit rationes pro opinione adductas:quæ
ut plurimum procedunt ex ignorantia
logica: ponẽs multa notatu digna.¶ Ad
primum principale quando accipitur, ꝙ
diffinitio primò eſt ſubſtantiæ. Oſtẽdit:
quòd diffinitio primò eſt termini tan-
quam eius,de quo conuertibiliter præ-
dicatur:ut diffinitio de ſuo diffinito.Eſt
etiam primò ſubſtantiæ ſingularis tan-
quam eius,cuius partes primò exprimit:
primò negatiuè non affirmatiuè. ¶ Con
ſequenter oſtendit:quòd licet ad hoc,ꝙ
aliqua ſint conuertibilia requiritur: ꝙ
unum de altero prædicetur in ſuppoſi-
tione perſonali: tamen ultra hoc ali-
quid dicitur: non in ſuppoſitione per-
ſonali tãtum de altero eorum: ut homo
eſt riſibilis:ſed riſibile eſt paſſio:non au-
tem homo eſt paſſio. ¶ Item ſicut diffi
nitio,& diffinitum non ſunt unus & idẽ
terminus , ſed plures: ita non ſunt ea-
dem res. ſuppponunt autẽ pro eadem
re conuertibiliter. Et hoc uolunt qui-
dam dicentes diffinitionem,& diffinitũ
eſſe eãdem rem:quia ſupponunt pro ea-
dem re,licet ſint plura ſigna Notat etiã
ꝙ philoſophi frequenter ſubſtantias di
cunt prædicata ſubſtantialia ſolas ſub-
ſtantias importantia. ¶ De diffinitione
per additamẽtum dicitur: ꝙ ideo dr̃ per
additamentum·quia in ea ponitur termi
nus ſignificans aliqd extra eſſentiã diffi

niti, & non quia in ea ponitur aliquid, quod non eſt de eſſentia diffiniti. Hæc omnia habet in reſponſione ad primum principale.
E ¶ Cum ad ſecundum principale reſpondet. Primò notat, propter inexercitatos in logica: ꝙ ſcientia quælibet: ſiue ſit realis, ſiue rationalis, eſt tantum de propoſitionibus: quia ſolæ propoſitiones ſciuntur. ¶ Et ꝙ propoſitio habet triplex eſſe, in mente, uoce, & ſcripto: hoc ē aliqua propoſitio eſt ſcripta: aliqua prolata: aliqua concepta, & intellecta. Et ſi eſſent aliqua alia ſigna ad ſignificandum inſtituta ſicut & literę: ex illis poſſet etiam formari propoſitio. Et omnes tales propoſitiones uocales, mentales, & ſcripræ ſunt ueræ, & falſæ: & dicuntur generali uocabulo ſciri. ¶ Quamuis aliquarum propoſitionum prolatarum ſciētia ſit realis, alia rationalis: quia aliquarum propoſitionum partes ſupponunt pro rebus: aliquarum pro conceptibus. Sic proportionabiliter de mentali propoſitione dicendum. Nihil ergo refert ad ſcientiam realem, ut talis dicatur: an termini illius propoſitionis ſint in anima, uel extra animā: dummodo ſaltem ſtant pro rebus extra. Et ideo propter ſciētiam realem non oportet ponere tales res uniuerſales diſtinctas realiter a ſingularibus. ¶ Dicitur autem ſcientia eſſe de rebus, uel quia res ſciunt̄ per terminos illius propoſitionis: uel qa res ſunt partes eius, quod ſcitur: uel qa res ſignificantur per partes ſciti. Et ſic illo tertio modo de rebus eſt ſcientia: de rebus ſingularibus non uniuerſalibus: non autem primo uel ſecundo modo. ¶ Et ſi quandoque dicitur ſcientia eſſe de rebus uniuerſalibus: intelligitur: ꝙ eſt de uniuerſalibus prædicabilibus pro rebus. ¶ Non ergo dicitur ſcientia realis: quia res ſunt partes propoſitionis ſcitæ: ſed quia termini ſupponunt pro rebus quoad ſcientiam realem: aut quia ſupponunt pro ſignis mentalibus, uocalibus, uel ſcriptis quoad ſcientiam rationalē. Hæc omnia in ſolutione rationum ad ſecundum principale. ¶ In tertio princi-
R pali oſtendit ꝙ uox homo nullam rem ſignificat primò affirmatiuè: licet quemlibet hominē ſingularem ſignificet primò negatiuè. ¶ Quodq; uox aliqua poteſt tripliciter imponi ad ſignificandum primò plura. Et ſecundū hoc quandoque eſt uniuoca: quandoque ęquiuoca. Hoc latè proſequitur. ¶ In quarto oſtendit ꝙ intellectus intelligens hominē ſecundū; unam opinionem intelligit cognitione communi quemlibet ſingularem hominem: ſecundum aliam non intelligit rem de genere ſubſtantiæ, ſed quendam conceptum mentis habētem eſſe obiectiuū. ¶ In quinto: quomodo hæ ſunt concedendæ. Color eſt obiectum uiſus: eo ꝙ de illo cōmuni color prædicatur primò, & adæquatè, & cōuertibiliter appræhenſibile a potentia uiſiua. Color enim prædicatur de omni uiſibili: de hoc clarius infra diſt. iij. q. viij: ¶ In ſexto. Paſsio rea G lis dupliciter accipitur. Vel pro accidente inhærente alicui, uel pro termino prędicabili ſecundo modo dicendi per ſe. Et huius paſsionis realis qui terminus eſt ſubiectum non eſt res extra animam: ſed ſignum aliquod, de quo conuertibiliter prędicatur. ¶ Quomodo illa propoſitio homo eſt primò riſibilis: falſa eſt de uirtute ſermonis. Conceditur tñ ad illum intellectum de homine prædicatur conuertibiliter riſibile. ¶ In ſeptimo agens H naturale id, quod intendit producit: intendit autem rem ſingularem: ergo & producit rem ſingularem: hoc autem intendere, eſt producere. Intendit autem unam determinatē: hanc .ſ. quam producit. ¶ Item aliquis promittendo alteri equum rem ſingularem promittit: licet non determinatam propter ſuppoſitionem confuſam nominis equum. ¶ In octauo parum tangit. ¶ In nono. Species eſt collectio multorum in unam naturam .i. prędicatur de multis ſolo numero differentibus. Sic participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo .i. homo prædicatur de omnibꝰ hominibus contentis ſub una ſpecie. ¶ In decimo. Frequenter in prędicamētis eſſe capitur pro dici, & res pro termino. ¶ Accipitur intellectus illius dicti philoſophi. Eorū, quę ſunt quædam dicuntur de ſubiecto, ideſt nominum ſignificantium res extra

Propōnes ſciūtur, tāq̃ ſcibilia: propinqua res, ut ſcibilia remota ſiue remotiſsima.



animā: quædā dicuntur de ſubiecto &c. ¶ In undecimo. Diuiſio ſubſtantiæ in primam, & ſecundam non eſt in res: ſed in terminos prædicamentales. Species ſunt magis ſubſtantiæ, quàm genera .i. confuſius ſignificant. ¶ Aliquæ proprietates prædicamenti ſubſtantiæ dicuntur eſſe communes ſubſtantiæ primæ, & ſecundæ. Non per realem inhærentiam: ſed per prædicationē. ¶ In duodecimo. Rerum quędam uniuerſales, quędam particulares .i. terminorum importantium res ueras, ſeu ſupponentium pro rebus: quidam ſunt uniuerſales: quidam ſingulares. Et uocantur termini res: quia ſupponunt pro rebus. ¶ In ultimo innuit triplicem identitatem realem, numeralem, ſpeciuocam. Hæc de opinione Platonis.

## QVAESTIO. V.

A VTRVM uniuerſale, & uniuocū ſit res uera extra animam ab indiuiduo, cui ineſt realiter diſtincta: & ad multiplicationem indiuiduorum realiter
Opinio multiplicata & uariata. ¶ Recitat opinionem tenentium partem affirmatiuā quęſtionis differentem ab opinione in præcedenti quæſtione recitata: in hoc tantum: ꝙ ponit uniuerſale multiplicari realiter in pluribus indiuiduis, & hoc per differentiam indiuidualem contrahentē, a qua differentia diſtinguitur realiter: ita ꝙ humanitas in ſorte realiter diſtinguitur ab humanitate in Platone. Non quidem per ſe: ſed per differentiā indiuidualem additam in ſorte, per quā contrahitur, a qua etiam differentia realiter diſtinguitur. ¶ Hæc opinio quantū ad ea, in quibus cum priori concordat reprobatur, ut prior. Sed quātum ad id, in quo a priori diuerſificatur, reprobat. ſupra. q. iij. huius diſtinctionis: ubi oſtenſum eſt: ꝙ nihil diſtinguatur formaliter ab alio, per aliquod ſibi non intrinſecum. Cum ergo differentia contrahens non eſt intrinſeca uniuerſali: quia realiter ab ea diſtincta: ſequitur: ꝙ per eam uniuerſale non poteſt formaliter diſtingui a quocunque. Si ergo humanitas in ſorte realiter diſtinguitur ab humanitate in Platoni, ex ſe diſtingueretur, & non per differentiam contrahentem. Et ſi ex ſe diſtinguitur, ex ſe erit uniuerſalis. ¶ Reſponſio itaque auctoris ad quæ B ſtionem eſt negatiua: uidelicet in indiuiduo non eſt natura uniuerſalis realiter diſtincta a differentia contrahēte: quia ſi ibi eſſet: eſſet pars eſſentialis indiuidui: ſed inter totum, & partes ſuas ē proportio: ita ꝙ ſi totum eſt ſingulare, partes ſunt ſingulares. Similiter inter partes ſi una pars eſt ſingularis, ſimul alia erit ſingularis.

## QVAESTIO. VI.

VTRVM aliquid, quod eſt uniuerſale, & uniuocum ſit realiter extra animam ex natura rei diſtinctum ab indiuiduo: quamuis non reali- A
ter. In hac quæſtione Scotus commen Arti. 1.
datur a doctore iudicij ſubtilitate, & ideo eius opinionem de uniuerſalibus doctor latè recitat: colligens eam ex diuerſis ſcriptis eiuſdem doctoris ſubtilis.
¶ Tenet hæc opinio in ſumma, ꝙ in qua Opinio Scoti.
libet re extra animam ſiue totali, ſiue partiali: puta materia uel forma eſt natura & differentia contrahens naturā ad ſingularitatē: ut ſit hæc res, q̃ natura eſt eadē realiter cū differentia contrahēte diſtincta tñ ab ea formaliter, & prior ea naturaliter. Et prior naturaliter nō ē de ſe hęc: ſed de ſe indifferēs ad eſſe hoc, uel eſſe illud ſingulare. ¶ Eſt tñ ſingularis ꝑ aliquod additum, quod uocat differentiam indiuidualem contrahentem, quæ eſt hæc ſeipſa formaliter: ipſa natura nullibi eſt non cōtracta: quia ubicunq; eſt, ſiue in quocunque indiuiduo (nam nō poteſt eſſe ſeparata extra indiuiduum) ibi contracta eſt, & eadem realiter cum contrahente: & per conſequens uere res ſingularis, & realiter alia, & alia cū alio: & alio contrahente: hoc eſt in diuerſis indiuiduis: & ita nunquam una numero in diuerſis indiuiduis: puta ſorte, & Platone. Sed in quolibet indiuiduo eſt

unum numero, non autem de ſe: ſed qua
ſi denominatiuè per differentiam con
trahentem. Hæc autem differentia con
trahens non eſt negatio: neque acciden
talis exiſtentia nec materia: ſed eſt de
genere ſubſtantiæ intrinſecum indiui-
duo: & ultima realitas entis, quod eſt ma
teria: & entis, quod eſt forma, & entis,
quod eſt compoſitum: ita ꝙ quælibet na
tura ſiue ſit partialis, ſiue totalis quan-
tumcunq; ſit una res, poteſt diſtingui in
plures realitates formaliter diſtinctas. ſ.
realitatem naturæ, ut prior differentia
contrahente. & realitatem differentiæ
cõtrahentis: quarum hæc formaliter nõ
eſt illa: & hæc. i. differentia contrahens
formaliter eſt entitas ſingularis: & illam.
i. natura ut prior differentia contrahẽte
formaliter eſt entitas naturæ cõis. Nec
tñ illæ realitates poſſunt eſſe res, & res.
i. diſtinctæ res: ſed ſunt realitas, & reali-
B tas tñ una res. ¶ Conſequenter ponit: ꝙ
licet natura de ſe ſit communis: tamẽ
non eſt de ſe completẽ uniuerſalis: ſed
ſecundum ꝙ habet eſſe in intellectu. Nã
ad hoc, ꝙ aliquid ſit commune: ſufficit,
ꝙ de ſe ſit indeterminatũ ad ẽẽ hoc, uel
hoc: determinabile tñ per additam diffe
rentiam, & tale eſt natura. Ad hoc autẽ:
ꝙ aliquid ſit uniuerſale: requiritur, ꝙ ſit
quidem commune. & cum hoc ſit unum
prædicabile de quolibet ſuppoſito prędi
catione dicente hoc eſſe illud: quia. j.
Vniuerſale. Poſteriorum. Vniuerſale eſt, quod eſt
unum in multis, & unum de multis. Ni-
hil autem in re eſt tale: quia licet aliquid
extra animam non ſit de ſe hoc: ita ꝙ
ex ſe non repugnat ſibi eſſe in alia ſin-
gularitate, & ita eſſe non hoc: omne tñ
extra animã eſt ſingulare & hoc ſiue ex
ſe, ſiue ex ſuperaddita contrahente dif-
ferentia, cum qua tamen eſt idem reali-
ter. Et per hoc nihil realiter exiſtens
extra animam, poteſt prædicari de alio
ſingulariter prædicatione dicente hoc
eſſe hoc. Sed hoc ſolum eſt poſſibile de
aliquo, quod ſecundum conſideratione
intellectus eſt idem: ſeu unum obiectum
numero: ſecundum quam unitatem: q̃
habet ex conſideratione intellectus po
teſt prædicari de multis ſingularibus prę
dicatione dicente hoc eſt hoc. & illa
uniuerſalitas non conuenit rei extra ani
mam ex ſe: ſed ex conſideratione intel-
lectus. ¶ Hanc opinionem firmat qua- Cõcl. 1.
tuor rationibus, quas poſtea ſoluit eam Arti. 2.
quoq; de ſeptem rationibus impugnat. C
¶ Ad quæſtionem eſt hæc reſponſio au-
ctoris. ¶ Concluſio prima. Quælibet
res ſingularis ſeipſa eſt ſingularis. Nam
ſingularitas, unitas, identitas immediatè
conuenit rei omni alio circumſcripto: Cõc. 2.
& per conſequens non per aliud. ¶ Con
cluſio ſecunda. Omnis res extra animã
eſt realiter ſingularis, & una numero. Pa
tet ex prioribus: quia omnis res cũ alia
re facit numerum: puta dualitatem: igi-
tur quælibet earum duarum eſt una. Cõcl. 3.
Cõcluſio tertia. Quælibet res extra ani
mam ſeipſa eſt ſingularis. Patet ex prę-
cedentibus duabus. Vnde quælibet res
extra animam ſeipſa eſt hæc: nec eſt quæ
renda cauſa indiuiduationis niſi fortè
extrinſeca, uel intrinſeca, ſi fuerit com- Cõcl. 4.
poſita: ſed quælibet res eo ipſo ꝙ eſt, eſt
hæc res. ¶ Cõcluſio quarta. Illud, quod
eſt uniuerſale & uniuocum: non eſt ali-
quid realiter ex parte rei diſtinctum for
maliter ab indiuiduo. Probatur: q̃a alias
in prędicatione ſuperioris idẽ ꝓdicarẽt
de ſeipſo. & in ꝓdicatione gñis de diuer
ſis ſpeciebus, eſſet ſem̃ p aliud & aliud prę
dicatũ: non tm̃ numero: ſed ſpecie. facilẽ
oſtenditur. ¶ Rationes pro opinione D
Ioann. latè adducuntur, & ſufficiẽter
ſoluuntur a doctore. Et licet auctor eas
bene ſoluat: nihilominus ut appareat
nullitas argumenti primæ rationis. Sco
ti arguatur in ſimili ſic. Quicquid con-
uenit alicui ex ſua ratione per ſe, ineſt &
in quocunque: ergo ſi differentia indi-
uidualis de ſe eſt hęc: in quocunq: eſſet
differẽtia indiuidualis, illud eſſet hic ho
mo: & ſic quilibet homo eſſet hic ho
mo. ſ. Ioann. demonſtratus: eo ꝙ in quo
libet homine eſt differentia indiuidua-
lis. ¶ Solutio huius rationis eſt ſolutio
rationis Scoti. quia eſt eadem ratio, ni
ſi ꝙ loco dictionis natura, ponatur diffe
rentia indiuidualis. Ponatur ergo argu
mentum Scoti ad formam ſyllogiſticam
ſic. Quicquid de ſe eſt hic homo: ubicun
que



que eſt, eſt hic homo. natura humana de
ſe eſt hic homo: demonſtrando ſortem:
ergo ubicunque eſt natura humana, eſt
hic homo. ſ. ſortes. Reſpondetur: ꝙ argu
mentum non ualet. Nam ambæ præmiſ
ſæ ſunt ueræ: & concluſio falſa: & eſt fal-
lacia accidentis: quia non eſt talis habi-
tudo minoris extremitatis ad maiorem
extremitatẽ in concluſione: qualis fuit
medij ad eandem maiorem extremitatẽ
in maiore. Nam in maiore medium prę
cedit maiorem extremitatem: & in con-
cluſione minor extremitas ſequitur par
tem maioris extremitatis. ¶ Et ſi dicitẽ:
ſola tranſpoſitio terminorum non ua-
riat: neque ueritatem propoſitionum:
nec formam ſyllogiſticã: quia nomina,
& uerba tranſpoſita idem ſignificant.
Reſpondet auctor: ꝙ arguitur a ſuppoſi-
tione determinata ad confuſam tantũ:
quia natura humana in minore ſuppo-
nit determinatè: & in concluſione con-
fuſè tantum. Deberet ergo ſic conclu-
di. ergo natura humana in quocunq; eſt
eſt hic homo. Et ſic concluſio eſt uera
E ſicut antecedens: ut clarẽ oſtẽdit. ¶ Sed
contra. A ſuppoſitione determinata ali
cuius termini ad eundem ſupponentem
confuſè tantum in affirmatiua eſt bona
conſequentia, licet nõ econuerſo: quia
bene ſequitur. Omnis homo eſt aliquod
animal: ergo omnis homo eſt animal. er
go bene ſequitur. Natura humana in
quocunq; eſt, eſt hic homo: ergo in quo
cunque eſt natura humana eſt hic ho-
mo. Dicendum finaliter: ꝙ non ſequitẽ:
quia arguitur a non diſtributo ad diſtri-
butum: unde in illa. In quocunque eſt
natura humana, eſt hic homo: natura
humana ſupponit confuſè diſtributiuè:
quia eſt determinatio termini diſtributi.
ualet enim illam. In omni habente, ſeu
continente naturam humanã eſt hic ho
mo: uel. Omne animal rõale eſt hic ho-
mo. Vnde eſt hæc regula. Omne ſignũ
diſtribuens determinabile diſtribuit eius
determinationem diſtribuibilem ſe-
quentem, ſiue immediatè determinet,
ſiue mediante relatiuo: ut hic. Om-
ne animal, quod eſt rationale, eſt ho-
mo: uel. Omne animal rationale eſt
hic homo. Vtrobique rationale diſtri-
buitur. Similiter hic. Quicunque ui-
det animal, uidet equũ (q̃ ualet illam,
Oẽ uidẽs animal uidet equũ) animal di
ſtribuitur. Vnde manifeſtum eſt: ꝙ ſi-
gna quæcunque quicquid: & cætera di-
ſtributiua includentia relatiuum, diſtri-
buunt omnem terminum diſtribuibi-
lem a patre eiuſdem extremi ſequen-
tem. ¶ Hæc reſponſio uera eſt ſecun-
dum opinionem Burid. tenentis: quòd
ſignum uniuerſale affirmatiuum diſtri-
buens determinabile, etiam diſtribuit
determinationem ſequentem, ſi fuerit
diſtribuibilis ut hic: quilibet aſinus ho-
minis currit: ubi tam aſinus quàm homi
nis diſtribuitur. ¶ Si uerò illa opinio nõ
tenetur ſed generaliter ꝙ obliquus me
diate ſequens ſignum diſtributiuum, af-
firmatiuum, ſupponit confuſè tantum,
& ꝙ in prædicta hominis ſupponit con-
fuſè tantum, & non diſtributiuè: ſicut
uidetur uelle auctor. Dicendum: ꝙ con
ſequentia ſuppoſitione determinata ad
confuſam tantum, ualet quando ſuppo-
ſitio confuſa tantum eſt determinatio
termini diſtributi, & ſic eſt in propoſito.
Et hæc ſolutio eſt facilior, & planior.
Non enim facilè ſaluatur: ꝙ hominis
ſupponit confuſè diſtributiuè in illa:
quilibet aſinus hominis currit: cum non
ualeat ſub eo deſcenſus copulatiuus, quę
ad logicam pertinent. ¶ Alia etiam no-
tat doctor conſideratione digna in ſolu
tione aliarum rationum. ¶ In ratione
ſecunda oſtendit hanc eſſe ueram. Na-
turæ repugnat multitudo numeralis, &
uniuerſaliter eſſe in multis ſecundũ ſup
poſitionem perſonalem: hoc eſt naturæ
repugnat eſſe in alio, & naturę repugnat
eſſe in multis. ¶ Item quòd in ſuppoſi-
tione perſonali ita repugnat naturę præ
dicari de multis ſicut eſſe in multis. Sed
in ſuppoſitione ſimplici illud commu-
ne natura, quod non eſt in re: ſed in
mente poteſt prædicari de multis non
pro ſe, ſed pro re. ¶ In tertia ratione
parum habet. ¶ In quarta unitas ſumi-
tur multipliciter. Vno modo dicitur
unitas ſecundum, quòd denominat prę-
ciſè unum aliquid, & non plura: nec

Hoc tantum aſinus hominis diſtribuit: hois tñ ſupponit cõfuſè tm̃. F

unum comparatiuè ad aliud: ſic omnis unitas realis eſt numeralis. Alio modo ut denominat plura indiuidua, uel unum in ordine ad aliud. ut unitas generis, uel ſpeciuoca, & hæc non eſt numeralis. Nec tamen eſt diſtincta ab indiuiduis: ſed plurium indiuiduorum ut unitas plurium contentorum ſub eadem ſpecie, uel eodem genere. ¶ Aliqua ſunt idem ſpecie .i. continentur ſub eadem

G ſpecie. ¶ Ad primam probationem. In omni genere eſt unum primũ, quod eſt metrum, & menſura omnium aliorum illius generis.i. quandocunque menſuramus aliquod menſurabile: mẽſuramus ipſum per aliquod minus, per cuius replicationem cognoſcitur mẽſura maioris: Hæc eſt ſententia philoſophi, & ſui commenta.x.metaph. In tertia probatione. Comparatio fit inter ea, quorum unum eſt intenſius alio: ſed quia intenſio eſt unio graduum eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ: ideo ſolum in ſpecie athoma fit comparatio.i.in illis, quæ habent eandẽ qualitatem ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam. ¶ In tertia probatione parum habet. ¶ In quarta quomodo intelligitur: ꝙ oppoſitionis tm̃ ſunt duo extrema prima: & quomodo multa ad ſenſum pręfatum in.q. iiij. de illa. Color eſt obiectũ adæquatum uiſus: homo eſt primò riſibilis. Item tantum unum uni eſt contrarium. Philoſophus loquitur de uno ſecundum ſpeciem, non ſecundum numerum. Item unitas ſpeciuoca eſt realis, & a parte rei.i. aliqua plura continẽtur ſub eadem ſpecie. Itẽ contraria poſſunt eſſe in eodem ſucceſsiuè. In quinta probatione: non eſt idem dicere potentia appræhenſiua cognoſcit hoc diſtinctum: .i. hoc diſtinctum.i. illud quod eſt diſtinctum. Et cognoſcit illud diſtingui id eſt:

H ꝙ diſtinguatur ab alio. ¶ In ſexta. Quare conceptus cõmunis poteſt abſtrahi a ſorte, & Platone, & non a ſorte, & albedine cum tamen utrobique ſit diuerſitas numeralis. Ratio eſt natura rei: quia uterque eſt homo ſua ſubſtantia: & ſunt ſimillimi. ¶ Nec eſt concedendũ: ꝙ ſortes, & Plato conueniant in aliquo puta in natura: ſed conueniunt aliquibus; q̃ ſeipſis: utputa: ꝙ uterq; eſt hõ. ¶ Qñque tñ dicitur: ꝙ cõueniant in homine: hoc uerum eſt in ſuppoſitione ſimplici: quia homo prædicatur de quolibet. homo inquam: ut eſt nomen commune, ſiue ſpecies. Sed in ſuppoſitione pſonali falſum eſt: quia in nullo homine cõi conueniũt. ¶ In prima confirmatione, aliqua eſſe primò diuerſa ſumitur dupliciter. Et ꝙ primò diuerſa ſunt propriè: non quæ in nullo conueniunt: ſed quorum neutrum differt ab alio p aliquod cõmunis, a quo alterum prius negatur. ¶ Et ꝙ longè refert aliqua eſſe diuerſa: & aliqua eſſe differentia: quod per longũ oſtendit. ¶ Aequinitas eſt per ſe indifferens ad eſſe ſingulare, & uniuerſale cõceditur in actu ſignato iſto.ſ.de equinitate poteſt indifferenter prædicari eſſe uniuerſale, & ſingulare. Plura alia notatu digna in eadem quæſtione tãguntur in ſolutione rationum. Scoti.

## QVAESTIO. VII.

VTRVM illud, quod eſt uniuerſale, & commune uniuocum: ſit quomodocunq; realiter de parte rei extra animam. In quæſtione auct. ſummat opiniones eſt uniuerſalibus tenentes, ꝙ uniuerſale eſt aliquid realiter exiſtens in indiuiduo: licet aliqui dicãt, ꝙ diſtinguuntur realiter inter ſe, & ab indiuiduo, ut platonici: de quibus in.q. iiij.&.v. huius diſtin. Alij, ꝙ tantum formaliter diſtinguuntur: de quibus dictum eſt.q.vj. Alij.ꝙ nullo modo diſtinguuntur ex natura rei: ſed tantum ſecundum rationem, per conſiderationem intellectus: licet ſint res quædam extra intellectum. & ſunt triplices, quos proſequitur in hac quæſtione. ¶ Nam aliqui tenent: ꝙ forma generis nõ eſt una ſimplex forma ex ſe: ſed ex ſe eſt diuiſa per formas ſpecierum: & habet ſolum vnitatem rationis ſecundum intellectũ. Sed forma ſpeciei ex ſe eſt una ſimplex: & ut ſic eſt uniuerſalis. Sed ipſa forma ut eſt ſignata in hoc ſuppoſito eſt particularis. Et utraq; tam forma ſpeciei, quã

A

Opiniones de vniuerſalibus.



generis ſubſiſtit realiter in indiuiduis: licet aliter, & aliter. ¶ Alij tenent: ꝙ eadem res ſecundum eſſe ſuum in effectu eſt ſingularis. & ſecundũ eſſe ſuũ in intellectu eſt uniuerſalis: ita ꝙ eadem res cõſiderata ſecundum unum eſſe eſt ſingularis: conſiderata ſecũdum aliud eſſe eſt ulis. ¶ Tertij dicunt: ꝙ eadem res ſub uno conceptu eſt ulis. & ſub alio conceptu eſt ſingularis. omnis autem res poſitiua eo ipſo, ꝙ eſt extra animam, eſt ſingularis: ſed poteſt mouere intellectum ad concipiendum ipſum confuſè, uel diſtinctè: & ſecundum hoc dicitur uniuerſalis, uel ſingularis. ¶ Pro iſtis opinionibus quantum ad id, quo concordant, arguit rationibus quinque, & pluribus aucto. Etiam impugnat eas primò in genere: poſtea quamlibet breuiter in ſpecie.

Cõcl. ¶ Reſponſio auctoris ad quæſtionem.
Rñſio. Nulla res extra animam, nec per ſe, nec

B per aliquod additum reale, uel rationis nec qualitercunq; conſideretur, uel intelligatur: eſt uniuerſalis: niſi forte ſigna ad placitum inſtituta, quæ ſunt res ſingulares: & dicuntur uniuerſalia ſignificatione, uel prædicatione. Probatur, q̃a propter conſiderationem intellectus res non mutatur. Ideo quicquid realiter eſt ſingulare: per nullam conſiderationem intellectus eſſe poteſt uniuerſale. Vnde uniuerſale nõ eſt in re: nec realiter, nec ſubiectiuè: nec eſt pars ſingularis, reſpectu cuius eſt uniuerſale: non plus: quàm

C uox eſt pars ſui ſignati. ¶ Probat multipliciter, ratione & auctoritate: & egregiè ſoluit rationes pro opinione. & aucto. exponit. In improbatione opinionis tertiæ pulchrè tangit, quid determinatio diminuens: quid detrahens. Item quando eſt fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter latè explanat: & ſimiliter cõmunem (licet improprium) modum loquendi. Cum dicitur: res cõſiderata ſic: eſt talis conſiderata ſub alia intentione eſt alia &c. ¶ In reſponſione ad quæſtionem inter cætera tangit, quomodo res poteſt eſſe ſubiectum, & prædicatum. quomodo poteſt concipi, & intelligi, docens ꝙ nulla conſideratione, uel operatione intellectus res põt mutari: ſed bene de nominatione extrinſeca nominari, & tali q̃ competit intellectui primò: ſiue intellectus conſiderationi: ſeu quæ cõpetit alicui præcisè per operationẽ intellectus, ut eſſe pars propoſitionis: ſubiectum, aut prędicatũ &c. Et ideo intellectus non poteſt rem ſingularem facere uniuerſalem: nec ecõtra. Et ideo ſi eſſet aliqua natura uniuerſalis: intellectus nõ poſſet illam uniuerſalitatẽ fabricare: ſed neceſſarò eſſet talis ex natura rei. ¶ Dehinc oſtendit: ꝙ licet aliqua res cõpoſita realiter ex partibus poſſet diuidi in partes reales, ex quibus cõponitur: & ita neceſſariò ſit res uera: hoc tñ nõ oportet: cũ aliquid diuiditur in ſuas partes: ſicut ſignum in ſua ſignata. Sic uox aliqua, uel nomen ſubſtantiale diuiditur in ſpecies, & genera. Itẽ indiuidua &c. Nec oportet id, quod ſic diuiditur, eſſe rem uerã. ¶ Item ſuperius prædicatur de ſuo

D inferiori primo modo per ſe: ſed non eſt de eſſentia inferioris: nec includitur in eo. ¶ Item nihil in rerum natura eſt communicabile pluribus per identitatẽ præter ſolam eſſentiam diuinam. ¶ Et ꝙ in creaturis non eſt inter ſuppoſitum, & naturam realis diſtinctio præter naturam humanam a uerbo aſſumptam. Vnde concedi poteſt hæc particularis: homo eſt humanitas licet ſit contingens. ¶ Oſtendit etiam ſi prædicatum cõponatur: ex rebus, uel ſignis. Reſoluit quoque multas aucto. philoſophi hinc inde: quas hic ſignare tędium generaret.

## QVAESTIO. VIII.

A VTRVM uniuerſale uniuocum ſit aliquid reale alicubi exiſtẽs ſubiectiuè. ¶ Circa hãc quæſtionem auctor recitat.iiij.opi. tenẽtes: ꝙ uniuerſale eſt aliquid exiſtẽs ſubiectiuè in anima. ¶ Prima, ꝙ eſt conceptus.i.res, quæ concipitur. Et de hoc dicunt, ꝙ eſt realiter ipſa intellectio confuſa rei: qui habet ſe indifferenter, & communiter ad omnia ſingularia: quia ipſa non plus intelligitur unum ſingulare, quàm reliquũ. ¶ Secunda opinio dicit: ꝙ uniuerſale eſt ſpẽs aliqua in aĩa ęqualiter reſpiciẽs oẽ ſingu-

lare,quæ in eſſendo eſt ſingularis: ſed uniuerſalis in repſentando. ¶ Tertia opi. ꝙ uniuerſale eſt aliqua uera res,ſequens actum intellectus,quę eſt ſimilitudo rei. æqualiter reſpiciens ſingularia. ¶ Quarta opi. ꝙ nihil eſt uniuerſale ex natura ſua:ſed ſolum ex inſtitutione: ſicut uox ſignificans communiter ex inſtitutione eſt uniuerſalis. ¶ Has opi.iiij.auctor reputat falſas:licet magis probabiles: quã priores.

B

¶ Ponit adhuc duos modos, quos reputat æquè probabiles:committens lectori,quem ex his uoluerit amplecti. ¶ Primus: ꝙ uniuerſale non eſt res aliqua:neque habet eſſe ſubiectiuũ.i.eſſe reale ſiue actuale:neq; extra animam,neque in anima:ſed eſt quoddã fictum ab intellectu,habens tñ eſſe obiectiuum in anima,cuius eſſe non eſt aliud niſi cogitari,uel intelligi ab intellectu. ¶ Ad cuius intellectum ſic opinantes conſequẽter dicunt:ꝙ intellectus noſter uidẽs rẽ aliquam extra fingit in ſe eius ſimilitudinem,quæ talis eſt in eſſe obiectiuo qualis eſt res extra,qua fingitur in eſſe ſubiectiuo: ſicut artifex uidẽs domum extra: ſimilem fingit intra: ſimilem non realiter:quia illud fictum nihil reale eſt: ſed ideo ſimilem:quia tale eſt in eſſe obiectiuo.i.in interiori apparentia, uel repræſentatione:qualis eſt domus extra in eſſe ſubiectiuo: & ſi omnia haberent uim productiuam ſicut fictiuam produceret domum realem in eſſe ſubiectiuo a priori ſolo numero diſtinctam. ¶ Et eſt aliquo modo ſimile de imagine in ſpeculo apparente:quæ nõ eſt aliquid in ſpeculo, in quo apparet,eſt tamẽ ſimillima in eſſe apparente imaginato,& id fictum eſt obiectum intellectus, terminãs immediatè actum intelligendi: quod non generatur: ſed abſtrahitur & fingitur:& uocatur propriè conceptus participaliter.i. obiectum, quod tamen concipitur, & propter illam ſimilitudinem in eſſe obiectiuo naturaliter repræſentat rem extra,& ſupponit pro ea: & cum ſe habet indifferenter ad ſingularia, quæ repræſentat, dicitur uniuerſale: & illud eſt unum, quod inuariatum prædicatur de multis: de quo etiam uerificantur prædicata ueras res ſignificantia non accepta pro ſe: ſed pro rebus ſingularibus, pro quibus ſupponunt:& illud fictum a beato Aug. uocatur ſimilitudo, imago, & uerbum rei:a qua abſtrahitur. Hanc opinionem probat, & modum loquẽdi ratione,& auct. firmat:& præſertim beati Augu. dubia quoq; circa ipſam mota ſoluit.

C

¶ Secundus modus æquè probabilis eſt,tenẽs,ꝙ uniuerſale eſt uera res, & qualitas exiſtens in mente: quæ ex natura ſua eſt ſignificatiua rerum extra: ſicut uox eſt ſignum cõmune pluriũ ex uoluntaria inſtitutione:& quodlibet tale etiam genus generaliſſimum, eſt res realiter exiſtens in anima, & accidens animæ productum ab anima,& res certi generis. Sed eſt uniuerſalis in prædicando,& ſupponendo non pro ſe:ſed æque pro pluribus ſingularibus: quibus ſubordinantur uoces ad placitum inſtitutæ in ſignificando:& ſcripta,& quæcunque ſigna extra animam. ¶ Et hic modus poſſet dupliciter teneri: uel ꝙ illa qualitas ſit realiter ipſa intellectio:uel ꝙ eſſet aliquid poſterius intellectione: ut innuit doc. iuxta finem quæſtionis. Poteſt etiã dici conceptus nominaliter,non participialiter:& cuilibet uoci impoſitæ, correſpondet huiuſmodi conceptus in mente,tam cathegorematicè, quàm ſyncathegorematicè.

D

¶ Vlterior proſecutio ex alijs dictis auct. colligi poteſt:in alijs quæſtionibus præcedentibus, & ſequentibus. Sed contra iſtam opinionem de fictis poteſt argui primò:ꝙ talia ficta nõ ſunt ponenda: ſecundò: & ſi ponerentur, non eſſent uniuerſalia.

Contra primũ.

¶ Contra primum arguitur: quia ſi poneretur huiuſmodi fictum: maximè propter hoc, ut eſſet obiectum cognitum actu intelligendi: ut patet per aucto. beati Augu. in litera:ſed hoc non:ergo. Maior patet. Minor probatur: quia obiectum præcedit actum: ſed hoc fictum non præcedit: ergo. Prima pars aſſumpti patet: quia actus præſupponit potentiam, & obiectum ſecundum beatum Auguſt. a cognoſcente, & cognito paritur cognitio. ix. de trini. Cauſa autem præcedit effectum ad minus natura

tura



naturaliter. Secunda pars patet:quia hoc fictũ fingitur ipſa intellectione:quia eſſe eius obiectiuum nihil aliud eſt, quàm intelligi: ergo intellectio eſt cauſa eius eo modo, quo poteſt habere cauſam. Præterea actus intelligendi uniuerſalis obiectum eſt res extra:ergo non huiuſmodi fictum. Tenet conſequentia: quia eiuſdem actus nõ ſunt plura obiecta ſaltem, quorum unum non eſt pars alterius:cũ actus diſtinguitur arguitiue per obiecta. Antecedens probatur:qa alias non haberemus uniuerſalia de rebus extra animam. Et confirmatur:quia obiectum intellectionis eſt id, quod intelligitur actu intelligendi: ſed actu intelligendi intelligitur res extra. Nam dicendo homo eſt animal: homo eſt rationalis:homo eſt ſubſtãtia: homo currit &c. non intelligitur:,ꝙ fictum ſit animal rationale: nec quòd homo fictus ſit animal fictũ:quia tunc ſpecies ſpecialiſſima eſſet genus: ergo non fictum: ſed realis homo qui currit comedit &c. eſt obiectum actus intelligendi:cum iſta in mente formatur homo eſt animal,currit, comedit &c. ¶ Item quæro formata hac mentali:homo eſt animal· aut actus intelligendi terminatur ad realem hominẽ tantum: aut ad fictum tantum: aut ad utrunque. Si primum: habetur propoſitum,ꝙ fictum non eſt obiectum terminans intellectionem. Si ſecundum:tunc hæc ualebit: fictus homo ſeu conceptus homo eſt fictum animal,ſeu conceptum animal: quod eſt manifeſtè falſum:quia conceptus ſpeciei non eſt conceptus generis. Si tertium:erit ſenſus,ꝙ realis homo & conceptus hominis eſt reale animal,& conceptus animalis, qui iterum eſt falſus. ¶ Itẽ aut in illa:homo eſt animal:conceptus hominis, & ſimiliter animalis ſupponit perſonaliter:& ſic nõ ſupponit pro ficto: & per conſequens non terminat actum intelligendi: quia illud terminat actum intelligendi, pro quo fictum ſupponit: quia hoc ſolum intelligitur. Si ſupponunt ſimpliciter:tunc ſupponunt ꝓ fictis tñ:& ita ficta terminant non res,& ſic prędictę ſunt falsę,& nunquam poſſet aliquid uerè cõcipi,uel prędicari de re:nec poteſt dici: ꝙ ſupponũt pro utroq; ſimul:quia tũc conceptus eẽt æquiuocus. ¶ Item quæro,an id fictũ.ſ. conceptus hoĩs, ſit ſimilitudo naturalis rei uel ſuiipſius:quia nõ poteſt eſſe ſimilitudo naturalis duorum maximè diſſimilium:qualia ſunt ens reale,& ens rationis. Si primum: tunc repræſentabit ſe. Si ſecundum: non repræſentabit rem. ¶ Item quæro, dum intelligo rem extra & conceptũ. aut uno conceptu, aut pluribus. Si ſecundum:erunt duo obiecta diuerſarum cognitionum. unius qua cognoſco rem:& alterius, qua cognoſco conceptum rei:& primæ cognitionis obiectum erit res,& non fictũ.ſecundæ fictum,& non res & per conſequens fictũ a re non erit obiectũ: ſed res ipſa a qua fingitur.

E

Contra ſecũdũ.

¶ Contra ſecundũ.ſ.ꝙ fictum, ſi poneretur non eſſet uniuerſale,arguit: fictum ſeu conceptus repræſentat rem,a qua fingitur,ſiue abſtrahitur:ſed nõ abſtrahitur niſi a re ſingulari: quia res non eſt niſi ſingularis·ergo repręſentat p̃cisè rem ſingularem: & per conſequens erit ſingularis. ¶ Confirmatur:quia fictũ eſt tale in eſſe obiectiuo,qualis eſt res in eſſe ſubiectiuo: ſed res in eſſe ſubiectiuo eſt ſingularis:ergo & fictũ erit ſingulare in eſſe obiectiuo. ¶ Item fictũ aut importat prçcisè rem illam ſingulariter, a qua fingitur aut non·ſed ſibi ſimile. Si primum: habetur propoſitũ:ꝙ fictum eſt ſingulare:non ſecundum:quia tunc non eſſet ſimilitudo rei, a qua fingitur:ſed alterius rei ſimillimæ:nam eſt ſimilitudo rei, quã importat. ¶ Item de re intuitiuè,& ſingulariter cognita poſſumus habere notitiam abſtractiuam ſingularem puta memoratiuam. Quæro de obiecto, an ſit res, an conceptus rei fictus. Non res:qa ſtat rem non eſſe, & obiectũ debet eſſe præſens intellectui ad minus in eſſe cognito:& ita illud eſſe cognitũ, quod eſt conceptus fictus erit obiectum. Si ſecundum:habetur propoſitũ:quia cognitionis ſingularis eſt obiectũ ſingulare. ¶ Itẽ non experimur in nobis niſi fictum alicuius rei ſingularis. Vnde & ſi fingimus conceptum rei prius nõ cognitæ:ut ciuitatis Alexandrię,quã nõ uidimus: ut ſup

pono:fingimus nihilominus unam ciui
tatem ſingularẽ ex alijs ciuitatib⁹ prius
notis,cui imponimus nomen ſingulare
Alexãdria:nec experimur in nobis alia
ficta uniuerſalia. Volens ſeruare hanc
opinionem poteſt reſpondere ad illas
Ad. 1. rationes. ❡ Ad primum dicendum præ-
F mittendo,ꝙ duplex eſt obiectum termi
Duplex obiectũ terminans. nans. Quoddam ultimatè terminat actũ
intelligendi:in quo , ſcilicet intellectus
quaſi quieſcit ſuo actu,non tendẽdo ul-
tra in aliud:& illud poteſt dici obiectum
mouens:& hoc præſupponitur actui : &
eſt cauſa partialis cognitionis ſecundũ
beatum Aug. Aliud eſt obiectum imme-
diatè terminans: quod eſt quaſi medium
quoddam,quo intellectus per actum co
gnoſcendi tendit in obiectum ultima-
tum: & illud obiectum non mouet ad
formationem actus intelligendi : ſed
actu intelligendi cõſtituitur in eſſe ſuo
obiectiuo:& illud nõ præcedit actum in
telligendi:ſed natura ſequitur non tem
pore:quia eius eſſe non eſt niſi intelligi.
Et ita eo,ꝙ actus intelligendi eſt : intel
ligitur huiuſmodi fictum: & hoc intelli-
gi eſt ſuum obiectiuum eſſe:& ita ſunt ſi
mul tempore. Et per hoc patet ſolutio
primi,ꝙ beatus Aug. loquitur de obie-
cto mouẽte ab illo:& potentia cauſatur
Replica actus intelligendi. ❡ Sed diceres. Sic er
G go fictum eſt obiectum actus:ergo diſtin
ctum ab actu:& per conſequens utrunq;
poteſt conſeruari ſine alio. Igitur pote-
rit eſſe conceptus ſine actu intelligẽdi :
& per conſequens abſque hoc,ꝙ intelli
gatur,quod implicat: quia ſuum eſſe eſt
intelligi:& ſi actus cõſeruatur ſine con-
ceptu:& tunc quæro , an adhuc habeat
obiectum mediatum,uel ultimatum. Si
ſic fruſtra ponitur conceptus tanquam
obiectum mediatum: cum ſine eo intel
lectus tendat in obiectum ultimatum.
Si ſecundum:tunc actus eſſet ſine obie-
cto,& tunc quis intelligeret , & tamen
nihil intelligeret:haberet enim actum in
telligẽdi:& ita intelligeret: nam hoc eſt
intelligere,habere in ſe actum intelligẽ
di:& tamen nihil intelligeret: quia nullũ
eſſet obiectum huiuſmodi intentionis.
Solutio ❡ Ad hanc replicã dicitur,ꝙ conceptus,
& actus intelligendi dicitur ſicut ens ra-
tionis,& res:quia conceptus eſt ratio tã
tum : quia fictus actus cognoſcendi eſt
ens reale tãtum in anima: quia qualitas
inhærens animæ.Conſequenter dici po
teſt : ꝙ ſeparari non poſſunt:quia impli
cat ut deducit ratio , quæ uidetur eui-
dens: maximè quo ad primam partem :
quia ſequitur conceptus eſt:ergo intelli-
gitur. Et cõſequenter dicitur: ꝙ iſta ma
xima quæcunque ſunt diſtincta,poſſunt
ſeparari &c. intelligitur de rebus reali-
ter diſtinctis:non de re,& ratione : & ſi
placet dicere:ꝙ ſaltem actus intelligen
di,qui prior eſt , poteſt conſeruari ſine
conceptu. Dicitur:ꝙ in caſu actus intel
ligendi eſſet ſine obiecto: & ꝙ illo actu
nihil intelligeretur:& ꝙ qualitas illa po
teſt conſeruari a deo in intellectu abſq;
hoc,ꝙ intellectus per eam in aliquid tẽ-
deret:nec hoc implicat contradictionẽ.
❡ Et cum quæritur: tunc aliquis intelli-
geret:& tamen nihil intelligeret:nege-
tur antecedens:ꝙ tũc intelligeret: nam
illo actu nihil intelligeret Et ad proba
tionem intelligere eſt in ſe habere intel
lectũ:negetur illud:ſed ultra requiritur
tendentia in obiectum:unde intellige-
re eſt actu intelligendi tendere in obie
ctum modo licet ſit actus intelligendi.i.
qualitas illa,qua intellectus non impedi
tus poſſet intelligere : tamen quia non
tendit per eam in obiectum:non intelli-
git per eam. ❡ Ad ſecundum cõceditur: Ad. 2.
ꝙ actus cognoſcendi uniuerſaliter obie
ctum,eſt res extra : ſed negetur conſe-
quentia:quoniam eiuſdem actus poſſunt
eſſe plura obiecta non eiuſdem ordinis,
ſcilicet mediatum,& immediatum;actus
autem diſtinguuntur per obiecta eiuſdẽ
rationis. ❡ Confirmatio prima probat, Ad confir.
ꝙ actus intelligendi uniuerſalis eſt obie
ctum,extra quod conceditur:ut ſufficiẽ
ter probatur. ❡ Ad ſecundam confirma Ad. 2.
tionem dicitur,ꝙ actus intelligẽdi cor
reſpõdens ſubiecto in illa:homo eſt ani-
mal , terminatur ad utrunque diuerſi-
modè:ad rem tanquam ad obiectum ul
timate,& principaliter terminans, ad cõ
ceptum tanquam ad obiectum media-
tum.❡ Conſequenter dicitur:ꝙ non ua Ad. 3.



lebit illa propoſitio: homo eſt animal.i.
homo realis & conceptus ſunt animal:
quia terminus propoſitionis non ſuppo
nit pro obiecto mediato : ſed tantum
pro obiecto principali, & ultimatè ter-
minante , quod in dicta propoſitione
eſt realis homo. Et per hoc patet ſolu-
tio ſequentium confirmationem uſq; ad
ultimam.unde patet:ꝙ in prædicta extre
ma ſupponunt perſonaliter tantum pro
rebus,& dum ſupponunt ſimpliciter:ſup
Ad. 4. ponunt tantum pro conceptibus. ❡ Ad
ultimam confirmationem poteſt dici:ꝙ
rem extra & conceptum rei intelligo di
uerſis conceptibus:quia diuerſis actibus:
quia rem extra actu recto , & cõceptum
actu reflexo,& quemlibet actum ſequi-
tur ſuus proprius cõceptus ſiue propria
fictio: & ſi ſimul utrunque cognoſcitur,
ſimul erunt plures cõceptus,& actus in-
telligendi:nec hoc uidetur inconueniẽs
præſertim de actu recto ,& reflexo:im-
mo neceſſe eſt quandocunque intuitiuè
cognoſcitur actus proprius intelligendi
actu reflexo: ꝙ ſint ſimul duo actus in-
telligendi in intellectu. Et ſi argueretur
conſequenter,ꝙ ſic eſſet proceſſus in in
finitum:quia actus reflexus etiam intel-
ligitur & non ſeipſo, ſed per alium , &
ſic alius intelligitur &c. in infinitum.
Dicitur: ꝙ ſtatus erit in ſecundo actu:
ut dicit auctor.q.j.prologi ❡ Si quæritur
quomodo tunc uniuerſale eſt obiectum
cognitum,cum dum ſupponit perſona-
liter,non ſupponit pro ſe, ſed pro re: &
tunc non dicitur actus reflexus: ſed ſolũ
dum ſupponit ſimpliciter.Fortè dici poſ
ſet,ꝙ exiſtente uniuerſali in intellectu:
ſemper intuitiuè cognoſcitur:& ita ſem-
per eſt ſimul cum actu recto reflexus:li-
cet prædicatum propoſitionis non dici
tur de actu reflexo , ſed tantum de actu
recto. Vel ſi non placet,dicatur ꝙ uni-
uerſale eſt obiectum cognitum aptitu-
dinaliter:non ſemper actu.i ꝙ eſt cogno
Ad rões ſcibile. ❡ Ad rationes contra ſecũdum
H dicitur. ❡ Ad primam dicitur ſecundum
doct.diſt.xxv.q.iij. ꝙ inter rem intuiti-
uè cognitam , & actum cognoſcendi in
tuitiuè,non ponitur fictum quaſi mediũ
terminans cognitionem intuitiuam:ſed
cognitio intuitiua primò, & immediatè
terminatur ad rem ipſam ſingularem in
tuitiuè cognitam. Similiter nec inter
notitiam abſtractiuam ſingularem im-
mediatè intuitiuam ſequentem,quia idẽ
omnino,& ſub eadem ratione eſt obie-
ctum intuitiuè,& abſtractiuè notitiæ im
mediatè ſequentis: ſed cognita re intui
tiuè intellectus fingit conceptum ſimil
limum in eſſe obiectiuo rei intuitiuè co
gnitæ,repræſentans ipſam rem & omne
ſibi ſimile:ſicut nõ eſt ſimillimus ſoli rei
cognitæ:ſed etiã cuilibet ſibi ſimillimę,
quod eſt obiectum primò cognitum in-
tellectione communi. ❡ Per hoc ad ar- Ad. 1.
gumentum dicitur, quod illud fictũ,ſiue
conceptus abſtractus , non repræſentat
præcisè rem ſingularem, a qua abſtrahi-
tur:ſed illam & quodlibet ſibi ſimile,quę
poſſunt plura eſſe: ſicut declarat auctor.
q.ſequenti. ❡ Ad confirmationem dici- Ad cõf.
tur,ꝙ fictũ eſt tale in eſſe obiectiuo non
quantum ad ſingularitatem repræſen-
tandi:ſed quantum ad habitudines reprę
ſentatas, quas repræſentat eaſdem non
numero tantum, ſed ſpecie: quia omnia
ſimilia. ❡ Per hoc ad confirmationem Ad. 2.
ſecundam dicitur, ꝙ eſt ſimilitudo rei,
a qua fingitur:& cuiuslibet ſibi ſimilis ,
ſicut ſtatua regis licet fingatur a figulo
ſecundum ſingularem faciem regis: re-
præſentat tñ æquè regem,& omnem ſi-
bi ſimillimum. ❡ Ad tertiam confirma- Ad. 3.
tionẽ patet ex dictis, ꝙ conceptus fictus
non eſt obiectum cognitionis intuitiuę,
nec abſtractiuæ immediatè ſequentis :
quia illas præſupponit: ſed eſt obiectum
cognitionis communis abſtractæ. Quid
autem ſit obiectum cognitionis intuiti-
uæ,& abſtractiuæ immediatè ſequentis
dictum eſt : nec oportet obiectum eſſe
prężens quo ad abſtractiuam:ſed ſufficit,
ꝙ aliquando fuerit præſens. ❡ Ad quar Ad. 4.
tam confirmationem dicitur:ꝙ experi-
mur in nobis fictum importans rem ſin-
gularem:ſed non illam tantum,a qua fit
fictio:ſed omnium ſibi ſimilium , & ideo
eſt uniuerſale ut dictum eſt: nec tantum
ab una re ſingulari abſtrahimus uniuer-
ſale:ſed etiam a pluribus ſingularibus in
ter ſe conuenientibus abſtrahitur uni-

-uerſale:qđ eſt ſimilitudo quędã oium ſic
cõuenientiũ: & obiectũ terminãs actum
intelligendi cõmuné. Et quod additur:
cũ fingimus ciuitatẽ Alexãdrię, fingi-
mus aliquod ſingulare:negetur id: nã
illa imago,quã a pluribus prius ſenſatis
fingimus,de ſe eſt vniuerſalis: quia ęqua
liter eſt omnium:q̃ ſunt:uel eſſe pñt ſimi
lia huic fictioni licet forte de facto ni-
hil reale eſt huic ſimile:& ita patẽt ſolu
Cõtra opi. de fictis. tiones. ¶ Sed adhuc cõtra hũc modũ ar-
guitur. illa opinio de fictis uidetur om-
nino ſuperflua: quia omnia in hac ma-
I teria ſaluãtur per ſolũ actũ intelligendi,
ſine hmõi ficto habẽte tãtum eſſe obie
ctiuum:& multò facilius,quàm ponendo
huiuſmodi fictum cum actu intelligẽdi:
quem tamen oportet ponere ex rationi
bus diſtin. ſequenti ponendis. Cum er-
go non ſit ponenda pluralitas ſine neceſ
ſitate : uitanda eſt huiuſmodi pluralitas.
Antecedens patet:quia ſi ponitur huiuſ
modi fictum:adhoc ponitur , ut cogni-
tio uniuerſalis habeat obiectũ uniuer-
ſale:ſed ob hoc non oportet ponere: q̃a
ſufficiẽter ſaluatur ueritas cognitionis
per plura obiecta ſingularia,æquè primò
per cognitionem uniuerſalem ſignifica
ta:quæ tamen oportet ponere,etiam ſi
ficta ponantur: alia nulla eſſet cognitio
uniuerſalis rerum ſingularium: quod ex
ſupradictis patet eſſe falſũ. ¶ Nec opor
tet ponere huiuſmodi ficta habentia tñ
eſſe obiectiuum propter declarare gene
rationem uerbi in diuinis:ut infra pate-
bit:quæ magis declaratur per productio
nem notitiæ abſtractiuæ immediate ſe-
quentem notitiam intuitiuam:quàm per
fictionem huiuſmodi uniuerſalis , aut ẽt
ſingularis. ¶ Nec propter ſaluare aucto.
beati Auguſt. aut alia inducta in ratio-
nibus pro illa opinione per auctorẽ ad-
ductis in quæſtione præſenti iuxta prin-
cipiũ:ut patebit ex earum ſolutionibus.
Vnde ad eas ſecundum ordinem reſpon
Ad. 1. dendo. ¶ Ad primam,qua arguitur. ꝙ ſe
K cundum philoſophum ens diuiditur pri-
maria diuiſione in ens in anima : & ens
extra animam. Dicendum:ꝙ non eſt di
uiſio entis accepti pro termino primæ
impoſitionis: ſed pro termino ſecundæ
impoſitionis:ut ſit ſenſus entium.i.ter-
minorum ſignificantium entia: aliqui ſi
gnificant entia extra animam: aliqui en
tia in anima:& intelligit per entia in ani
ma entia,quæ ſunt ſigna: ſicut illud ſu-
pra expoſitum eſt. Rerum aliæ uniuerſa
les : aliæ particulares. i. ſignorum aliud
uniuerſale:aliud particulare. Et eſt ſimi
lis diuiſio ei,quam ponit beatus Auguſt.
j. de doctri. chriſtiana.& magiſter diſt. j.
Omnis doctrina uel rerum eſt,uel ſigno
rum:hoc eſt terminorum ſignificantiũ
res, uel ſigna. Eſt ergo diuiſio philoſo-
phi(ſi tamen eſt philoſophi)hęc in ſen-
tentia. Terminorum entia ſignificãtiũ:
quidam ſunt primę impoſitionis:quidam
ſecundæ impoſitionis. Neq; illa diuiſio
entis in ens in anima &c. ualeret:ſi per
ens in anima intelligeretur huiuſmodi
fictum:quia tale fictum non eſt ens , uel
res:ſed tantum fictum uel ratio,quod di
ſtinguitur contra ens & rem: niſi dicere
tur:ꝙ eſſet diuiſio æquiuoci in ſua ęqui-
uocata. ¶ Ad ſecundam de figmentis di Ad. 2.
citur:ꝙ intelligendo illam ſimilitudinẽ,
quam anima fingit.i. abſtrahit a rebus ſic
figmenta ſunt actus intelligendi,qui ha-
bent eſſe uerum, & ſubiectiuum in ani-
ma. Sunt enim qualitates animæ inhæ-
rentes:& hi actus ſunt naturales ſimilitu
dines rerum , a quibus formantur , quæ
ſunt obiecta eorũ : nec oportet ponere
aliquod obiectum medium inter cogni-
tionem intellectiuam actus,& reale eius
obiectum. Dicuntur autem huiuſmodi
actus figmenta: quia talia ſunt in repræ-
ſentando rem:quales ſunt res repræſen-
tatæ. Non autem talia in exiſtendo.i.
in qualitatibus realibus:quia ſunt quali-
tates ſpirituales:obiecta uerò frequẽter
res materiales:ſunt autem naturaliter ſi
miles in repræſentando: quia repræſen-
tant res diſtinctę cum ſuis habitudinibus
ſicut ſunt realiter:non autem ſunt ſimi-
les in eſſendo , ideſt: ꝙ actus haberent
eſſe reale:aut qualitates reales eiuſdem
ſpeciei cum ſuis obiectis. Quod additur
de chymera:patet:ꝙ aliter chymera di-
citur figmentum : & aliter cognitio rei
poſſibilis. Verum conceptus chymeræ,
ideſt actus cognoſcendi correſpondens



huic uoci chymeræ, eſt uera qualitas in
mente:tamẽ illud,quod ſignificat, nihil
Ad. 3. eſt. ¶ Ad tertium de propoſitionibus,
ſyllogiſmis &c. dicitur:ꝙ habẽt eſſe ſub
iectiuum in anima : nec eorum eſſe eſt
tantum cognoſci:licet dum ſunt cogno
ſcuntur: ſunt enim aggregata, & cõple
xa ex pluribus conceptibus,& actibus,q̃
ſunt qualitates in anima. Verum notitia
adhæſiua propoſitionum eſt ſimplex qua
litas mentis terminata ad complexũ pro
Ad. 4. poſitionale ¶ Ad quartum de artificibus
dicitur: ꝙ artificialia in mente artificis
ſunt cognitiones,quæ ſunt uerę qualita
tes conceptus.ſ.qui ſunt naturales ſimili
tudines rerum artificiatarum extra. Se-
cus tñ de mente diuina, cuius cognitio
non eſt qualitas: ſed ipſa eſſentia. Non
tamen eſt concedendum propriè loquen
do:ꝙ artificialia extra habent eſſe qua-
lecunq; in mente artificis. Nec creatu-
rę in mente diuina:niſi eſſe capiatur abu
ſiuè pro cognoſci:de quo inf. diſt. xxxvj
Ad. 5. ¶ Ad quintum de reſpectu rationis dicit,
ꝙ talis non eſt ponendus diſtinctus a re
bus:tñ conceptus relatiuus ſicut conce
ptus connotatiuus eſt uera qualitas men
tis,qui poteſt dici reſpectus rationis: q̃a
Ad. 6. importat operationẽ intellectus. ¶ Ad ſex
tum dicitur: ꝙ ens , quod eſt uniuocum
deo,& creaturis,eſt conceptus & quali
tas mentis, & non res aliqua extra ani-
mam realiter cõmunis deo,& creaturis:
ſed eſt communis repræſentatiuè : ſicut
Ad. 7. uox eius,de quo.q. ſequenti. ¶ Ad ſepti
mum dicitur:ꝙ intentiones ſecũdę ſunt
ueræ qualitates in anima, & conceptus
ſignificantes ſigna per modum ſigni &
nõ tantum ficta. Conſequenter dicitur
quicquid beatus Aug. de iſto ficto dicit:
conuenit conceptui, qui eſt actus intel
ligendi,& quomodo intellectio eſt obie
ctum cognitiuum non ſuimet:ſed actus
reflexi. dicatur proportionabiliter ſicut
ſupra reſponſum eſt de ficto. ¶ Ad ratio
nem primam contra ſecundam opin. in
principio.q.quæ etiam uidetur militare
contra hanc opi. dicitur,ꝙ actu intelli-
gendi uniuerſali nihil intelligitur niſi
ſingulare : quodlibet ſingulare ſub eo
contentum æquè primò negatiuè. Nec
eſt inconueniens:ꝙ infinita in potentia
poſſunt intelligi confusè:ſecus ſi intelli-
gitur quodlibet ſeorſum diſtinctè. ¶ Ad
ſecundã contra eandem opi. dicitur ꝙ
conceptus dupliciter accipitur: partici-
pialiter:& nominaliter. Participialiter Conceptus dupliciter accipit.
eſt res,quæ concipit.i. res quæ actu co-
gnoſcendi intelligitur: & ſic conceptus
eſt obiectum intellectionis:& eſt res ex
tra terminans actum intelligẽdi, ſcilicet
res cognita , ſed nominaliter capiendo
eſt ipſa cognitio,qua res cognoſcitur,&
ſic eſt actus intelligendi. Et uerum eſt:ꝙ
cognitio non præcisè terminat ſeipſam,
ut ſignificatum per ſe naturaliter pro-
priè: ſed bene terminat ſeipſam ut ſigni
ficatum per ſe mediante alio conceptu.
hoc eſt dictu:ꝙ nullus conceptus ſignifi
cat ſeipſum præcisè naturaliter propriè,
& ultimate:ſed bene ſignificat ſeipſum
pręcisè naturaliter cõmuniter , uel non
ultimatè , & hoc mediante alio conce-
ptu reflexo naturaliter propriè ſignifi-
cante. ¶ Ad rationes contra ſecundam
opinionem inquantum faciunt contra
illam:dicitur: ꝙ uniuerſale non eſt ſpe-
cies,ſed cognitio ſiue actus cognoſcen
di communiter. Et conſequẽter dicitur:
quòd illud uniuerſale non primo intelli
gitur:ſed res ſingularis : ſed eſt , quo in-
telligitur. poteſt tamen intelligi alio cõ
ceptu,qui dicitur reflexus: nec proceditur
in infinitum: ſed eſt ſtatus ſecundum
auctor. in ſecundo ut dicit in prologo.
q. j. ¶ Dicitur etiam : quod conceptus
uniuerſalis abſtrahitur,& generatur. Ab
ſtrahitur a conuenientia ſingularium.&
generatur:quia realiter in anima produ
citur. Aliæ rationes non ſunt contra
iſtam opinionem. ¶ Propter illas ratio- L
nes factas contra opinionem de fictis :
uidetur ſecunda opinio probabilior , ꝙ
uniuerſale eſt conceptus mentis.i. actus
cognoſcendi: qui eſt uera qualitas in
anima : & res ſingularis: ſignificans
uniuocè plura ſingularia æquè primò
negatiuè naturaliter propriè : quo-
rum ſingularium eſt naturalis ſimili-
tudo: non in exiſtendo : ſed in repræ-
ſentando :propter quod dici poteſt fi-
ctum, ſimilitudo imago uel pictura rei

etiam obiectum cognitum: ſed non ſeip
ſo: ſed alio conceptu reflexo. Eſt etiam
uniuerſale: uox uel ſcriptum, aut quod-
cunque aliud ſignum ex inſtitutione, uel
uoluntario uſu ſignificans plura ſingu-
laria uniuocè. quod tamen ſignum eſt
res aliqua ſingularis, & ſicut conceptus,
ita & ipſum ſolum repræſentatiuè eſt uni
uerſale: ita  eſſe uniuerſale nihil aliud
eſt, quàm repræſentare, uel ſignificare
plures res ſingulares uniuocè. Et ſecun-
dum hunc modũ omnia faciliter poſſunt
ſolui, & intelligi: quam opinionem in ſe-
quentibus proſequi propono: ſicut &
doc. quodlib. iij. q. ij. eam acceptat di-
cens:  non ſit paruus mundus conti-
nens huiuſmodi entia ficta. Vnde ſecun
dum eũ ibi qđ nulla res eſt nihil eſt om-
nino. Item. iiij. quodlib. q. xix. ¶ Ad Au
gu. dicentem poſſum fingere talem ho-
minem: dicit,  illa fictio eſt intellectio
communis hominibus &c. Item. v. quod
lib. q. xij. & xiij. Itẽ. iiij. quodlib. q. xix.

## QVAESTIO. IX.

A VTRVM aliquod uniuer-
ſale ſit uniuocum deo, &
creaturis. Recitat opi. Sco.
li. j. diſt. iij. q. iij. & diſt. viij.
impugnantis eos, qui tenent partẽ quæ
ſtionis negatiuam: qui duo dicit. Primũ,
quòd aliquod eſt uniuocũ deo, & crea-
turis. ſ. ens, ſiue conceptus entis. Secun-
dum,  ens non eſt uniuocum dictum in
quid de paſſionibus ſuis proprijs: nec de
ultimis differentijs. Et licet auctor in
primo dicto concordet cum Ioanne: ta
men rationes ſuas impugnat tanquam
inſufficiẽtes. ¶ Verum cum quæſtio iſta
quęrit de uniuoco, auctor declarat, quid
ſit uniuocum, & æquiuocum: quid deno
minatiuum, & quia hæc logicalia ſunt:
B ideo breuius hic ſumantur. ¶ Notat
Vniuocum. ergo doct.  licet uniuocum propriè ſo
lum uoci attribuatur, ſcilicet qui uni cõ
ceptui ſubordinatur: ſic enim uocabulũ
ſonat uniuocũ, quaſi uox uni conceptui
ſubordinatum (ſicut ęquiuocum dicitur
uox una diuerſis conceptibus ſubordina
ta) largius tamen etiam conceptus dici
tur uniuocus: quia unius, uel uño modo
ſignificatiuus: unde omnis conceptus
eſt uniuocus, & non ęquiuocus, reſpectu
illorum, quorum eſt conceptus. i. quorũ
eſt naturaliter ſignificatiuus. Accipitur
autem aliquando, ut diſtinguitur cõtra
conceptum propriũ. & ſic duntaxat con
ceptus communis pluribus eſt uniuocus,
& non conceptus ſingularis, & ſic acce
ptum eſt in titulis præcedentium quæ-
ſtionum: ubi quæſitum eſt de uniuerſali,
& uniuoco. Alio modo ut diſtinguitur
contra conceptum denominatiuum, &
ſic ſolus conceptus cõmunis abſolutus,
dicitur uniuocus ſic de ſignis ad placitũ
inſtitutis. ¶ Vniuocum aliquando diſtin
guitur contra æquiuocum: ut ſit omne
ſignum uni conceptui in ſignificando
ſubordinatum. Alio modo diſtinguitur
contra æquiuocum ſimul, & denomina
tiuum: & ſic uox connotatiua (licet uni
conceptui ſubordinata) nõ dicitur uni-
uoca. Adhuc diſtinguitur de uniuoco
ut conuenit tam conceptibus, quàm uo
cibus. Vno modo ut accipitur pro eo,
quod prædicatur de pluribus ſibi ſimilli-
mis: quæ non ſunt una res realiter, & ſic
ſola ſpecies ſpecialiſſima eſſet uniuoca.
Secundo modo pro eo, quod prędicatur
in quid de pluribus etiam nõ ſimillimis:
quæ non ſunt una res, & ſic genus etiã
eſt uniuocum. Tertiò dicitur, quod prę-
dicatur de pluribus, quæ tamen ſunt una
res: ſic relatio dicitur uniuocè de rela-
tionibus diuinis, quæ ſunt uera eſſentia.
¶ Ex quibus patet:  uniuocum nihil ẽ Corol.
uniuocatorũ: nec de eorum eſſentia, nec C
pars, nec accidens eorum, quia uniuoca
ſunt ſigna: uniuocata uerò res ſignifica-
tę: licet ſignum nihil eſt rei ſignificatæ. Corol.
¶ His prę miſſis eſt concluſio prima re- D
ſpondens ad quæſtionem. Dabilis eſt cõ
ceptus unus communis deo & creaturę,
prædicabilis de eis in quid, & per ſe pri-
mo modo. Probatur concluſio: qa deus
poteſt a nobis cognoſci, & nõ in ſe: nec
in conceptu ſimplici proprio ſibi: ergo
in aliquo conceptu cõmuni ſibi, & crea
turis: talis autem conceptus poterit eſſe
quidditatiuus. ergo &c. Conſequentia
ultima nota: & prima conſequentia te-



net a ſufficiẽti diuiſione. Et prima pars
antecedentis. ſ.  nõ cognoſcitur a no-
bis in ſe: quia omnis talis cognitio rei
in ſe eſt intuitiua, uel abſtractiua: ut pa-
tet ex prologo. q. j. Deus autem a nobis
non poteſt cognoſci intuitiuè in uia: qa
illa cognitio eſt beatifica. nec abſtracti-
uè: quia illa præſupponit intuitiuam. ¶ Se
cunda pars:  etiam non in aliquo con-
ceptu ſimplici proprio: quia nihil ſic in-
telligitur. niſi prius in ſe cognoſcatur: a-
lioquin color poſſet a cęco cognoſci in
conceptu proprio coloris: quod patet
falſum. Si dicis:  diuiſio non eſt ſuffi-
ciens: quia poteſt cognoſci in conceptu
complexo proprio. Dicitur,  conce-
ptus complexus proprius deo: quia non
poteſt componi ex ſimplicibus deo pro
prijs: neceſſariò componitur ex ſimpli-
cibus communibus deo, & creaturis.
¶ Quòd uerò poſſet eſſe quidditatiuus
probatur: quia ſi non: tunc erit denomi
natiuus. Sed ille præſupponit conceptũ,
cui ſua denominatio attribuitur: gratia
exempli. Creatiuum eſt denominatiuũ:
ideo præſupponit conceptum ſignifican
tem rẽ, cui attribuitur. ¶ Reſoluitur. n.
denominatiuum in duos conceptus. unũ
rei, quæ denominatur, & eius quo deno
minatur: ſic creatiuum ens potens crea-
re. Aut ergo ille conceptus, cui deno-
minatio attribuitur, eſt quidditatiuus,
aut denominatiuus. Si primum: habetur
propoſitum. Si ſecundum: quæro de illo
ſicut de primo denominatiuo, & uel erit
proceſſus in infinitũ: aut ſtabitur ad con
Cóc. 2. ceptum quidditatiuum. ¶ Secunda con
E cluſio. Conceptus entis eſt communis,
uniuocus omnibus exiſtentibus realiter
extra animam: prædicabilis de eis in qd
Ens uniuocè dici de deo, & creaturis. per ſe primo modo. Probatur: quia cum
ſit uniuocus deo & creaturis, erit uniuo
cus omnibus creaturis. Plus enim con-
ueniunt quæcunque creaturæ inter ſe: &
quælibet cum qualibet creatura, quàm
aliqua creatura cum deo. Quod uerò
F prædicatur in quid, probatur eadem ra-
tione, qua concluſio præcedens quantũ
ad hanc partem. ¶ Verum ſi uniuocum
acciperetur ſtrictè pro conceptu prædi-
cabili de pluribus ſimillimis, ſiue perfe-
ctam ſimilitudinem ad inuicem haben-
tibus: tunc nullus conceptus eſſet uniuo
cus deo, & creaturis: quia nihil ẽ in crea
tura, quod ſit ꝑfectè ſimile alicui, quod
eſt deus: & hoc modo ſancti negauerũt
uniuocationem dei, & creaturæ. ¶ Ad-
uertendum etiam:  licet ens eſt uniuo-
cum prædicabile in qd de omnibus crea
turis: non tamen prædicatur quidditati
uè de omnibus conceptibus creaturarũ,
quia non de denominatiuis. Hæc enim
non eſt prædicatio quidditatiua, album
eſt ens: quantitas eſt ens: ſuppoſito 
quantitas non diſtingueretur a re quan
ta: eo  in his ſubiectum connotat ſu-
per prædicatum: prædicatur autem in
quid de omnibus conceptibus abſolutis:
& quælibet res exiſtens extra animã po-
teſt ſignificari conceptu abſoluto.
¶ Supponendo autem  uniuocum eſt G
ſignum uni conceptui naturaliter pro-
priè ſignificanti ſubordinatum: uel ip-
ſemet conceptus unus naturaliter pro-
prie ſignificatiuus. Aequiuocum uerò Aequiu.
eſt ſignum pluribus conceptibus diuiſim
ſubordinatum: & ſic naturaliter propriè
ſignificantibus. Denominatiuum eſt ter
minus accidentaliter connotatiuus. Po
teſt totum ſummari breuius, & clarius,
hac unica concluſione, quam etiam ha-
bet doctor. v. quodlib. q. xiiij. Ens eſt uni
uocum deo, & creaturis. Probatur: da-
bilis eſt unus conceptus quidditatiuus
communis deo, & creaturis: & ille ma-
ximè erit conceptus entis. Minor nota.
Maior patet: quia deus eſt aliquo modo
a nobis cognoſcibilis, & non conceptu
ſimplici proprio abſoluto, ſiue quiddita
tiuo, quod idem eſt. (Nota doc. per cõ
ceptum ſimplicem intelligit conceptum
abſolutum. i. non connotatiuum) ergo
uel communi quidditatiuo, uel comple
xo. Aſſumptum pro prima parte notum
eſt quia niſi deus eſſet a nobis aliquo
modo cognoſcibilis: de eo tanquam de
re ſimpliciter ignota, nec cogitare nec
loqui poſſemus. Secunda pars patet. qa
talis conceptus præſupponit notitiam
intuitiuam dei: quæ nobis pro ſtatu iſto
non eſt poſſibilis: ut patuit in prologo.
& infra diſt. iij. magis patebit: quã tenet

ſufficienti diuiſione, & quodcunque il-
latum dicitur: habetur propoſitum. De
primo membro patet: de ſecundo, & ter
tio ſimiliter: quoniam conceptus conno
tatiuus præſupponit conceptum ſubſtra
cti, quod denominat: & ille, uel erit abſo
lutus, uel connotatiuus. Si primum: ha-
betur propoſitũ: quia non erit proprius
deo: ergo communis deo, & creaturis.
Si cõnotatiuus arguitur ut prius, & uel
proceditur in infinitum, quod eſt impoſ
ſibile: uel ſtatur ad abſolutum communẽ
deo, & creaturis Similiter ſi fuerit com
plexus, quæritur de partibus eius, ſi ſunt
abſoluti & per conſequens communes. ſi
connotatiui: & arguitur, ut iam argutũ
eſt. ¶ Item a qualibet conuenientia eſ-
ſentiali poteſt abſtrahi conceptus quid-
ditatiuus communis ſic cõuenientibus:
ſed tam deus, quã creatura exiſtunt rea
liter extra animam. i. in eſſe ſubiectiuo:
& ſic eſſe eſt eſſentiale deo, & creaturis:
ergo. ¶ Item deus plus conuenit cũ ſub
ſtantijs creatis, quàm cum accidentibus.
¶ Item plus cum ſubſtantia intellectua
li, quàm cum ſubſtantia non cognoſcen
te. ¶ Item plus cum ſpirituali, quàm cor
porali: & a qualibet earum conuenien-
tiarum poteſt abſtrahi conceptus abſo-
lutus: quia ſunt eſſentiales. Similiter ni
ſi ſic: nullum prædicatum conueniens na
turæ ſecundum rationem ſuam formalẽ
poſſet attribui deo niſi metaphoricè, &
ſic uel deus non eſſet uerè uiuens: aut
anima non eſſet uerè uiuens: ſimiliter
uel deus, uel angelus non eſſet uerè ſpi-
ritus: & ſic non magis propriè deus dice
retur intelligens, quàm diceretur lapis.
¶ Item tunc nullum prædicatum dicens
perfectionem ſimpliciter, uerè dicere-
tur de creatura: quia cum tale conueni-
ret deo: utique ſecundum rationem ſecũ
dum quam dicit perfectionem ſimplici-
ter: ſecundum illam non poſſet conue-
nire creaturę: ſi non uniuocè conueni-
H ret utrique. ¶ Conſequenter dicitur: ꝙ
ens acceptum ut ſignificat abſolutè om
ne. quod realiter eſt: ſiue quod habet eſ
ſe ſubiectiuum prędicatur quidditatiuè
de omnibus terminis abſolutis: & ita uni
uocè ſignificat omnia exiſtentia: non
aũt prędicatur quidditatiuè de omnib⁹
terminis: quia non de connotatiuis. Prę
dicatur autem ſic de omnibus abſolutis:
& quia quælibet res poteſt per aliquem
terminum abſolutè ſignificari. ut eſt ens
tale in ſe ens: poteſt quidditatiuè prædi-
cari de qualibet re: id eſt de cuiuslibet
rei termino eam abſolutè ſignificante:
non autem de quolibet termino rem ſi-
gnificante: non enim de non abſoluto.
¶ De paſſionibus uerò, & differentijs ſi-
ue ultimis, ſiue nõ ultimis tales nõ ſunt
res diſtinguitur contra ſignum: ſed ſigna
prædicabilia accidentaliter & conuerti
biliter, uel eſſentialiter & non quiddita-
tiuè: id eſt ſunt ſigna connotatiua acci
dentaliter, ut paſſiones: eſſentialiter ut
differentiæ & ita de illis non prędicatur
ens quidditatiuè: tamen de rebus ſignifi
catis per eas prædicatur quidditatiuè ſe
cundum intellectum expreſſum: id eſt
de aliquibus terminis ſignificantibus ab
ſolutè ea, quæ paſſiones, & differentiæ ſi
gnificant connotatiuè. Hæc ſunt ſum-
mariè, quæ determinantur in hac quæ-
ſtione.

## QVAESTIO. X.

VTRVM ſit tantum unus A
deus. Quęſtio hæc termina
bitur articulis tribus. Pri-
mus notabilia & ſuppoſitio
nes. Secundus concluſiones. Tertius du
bitationes abſoluet. ¶ Circa articulum Arti. 1.
primum notandum, ꝙ concluſio eſt cer Nota. 1
ta & claret ex fidei articulis. An autem Vtrũ ſit
ſit naturaliter demõſtrabilis pertractat tm̃ un⁹
auctor, & quomodo ueritas credita poſ deus.
ſit ratione nuturali oſtendi. Recitat au-
tem doctor primum opinionem. Sco.
lib. j. q. ij. diſt. præſentis tenentis in ſum-
ma: ꝙ poteſt probari, ꝙ eſt aliquod ens
primum primitate cauſalitatis effectiuę
& finalis & primitate eminentiæ. Et ſe-
cundò: ꝙ illa triplex primitas uni ſoli na
turæ conuenit. & de hoc. q. iij. tractat.
Primum probat: quia oportet ponere
ſtatum in cauſis eſſentialiter ordinatis,
ne fiat



ne fiat proceſſus in infinitum: ergo da-
tur efficiens non effectum: & illud erit
cauſans primum. ¶ Circa hoc oſtendit
Ioan. quę cauſæ ſint eſſentialiter ordi-
natę: ſcilicet quarum poſterior depẽdet
a priore in cauſando, & eſt imperfectior
ea: & ſimul requiruntur ad cauſandum:
oppoſitum eſt in accidentaliter ordina
tis. Ex quo etiam oſtendit: ꝙ non eſt idẽ
cauſa eſſentialiter ordinata, & cauſa per
ſe: nam cauſa per ſe ſecundum eum eſt, q̃
ſecundum naturam propriam, & non ſe
cundum aliquod ſibi accidens cauſat.
cauſa per accidens econuerſo. ¶ Secun
dum ſimiliter probatur pluribus ratio-
nibus. Secundum probat: quia tale pri-
mum eſt neceſſe eſſe: nõ autem poſſunt
eſſe duo neceſſe. Has & alias ratio-
nes latè recitat, & impugnat doc. con-
tra Ioan. oſtendens aliquas ſaltem ex eis
minus ſufficientes. Plura etiã impugnat,
quæ Scotus dicit de cauſa per ſe, & per
accidens, ſimiliter de cauſis eſſentialiter
ordinatis. Commendans nihilominus ip
ſum doc. ſubtilem: quia fuit magnus lo
Nota. 2 gicus. ¶ Secundò ſuppono quid nominis
B dei: quod dupliciter poteſt aſſignari: ut
dicit doc. j. quodlib. q. j. Siquidem deus
primò dicitur ens omni alio perfectius:
uel ſecundò, quo nihil eſt perfectius. Se
cũdum primum quid nominis probato:
ꝙ deus eſt: etiam probatur, ꝙ tantum
unus eſt deus: quia ſic accipiendo inclu-
dit manifeſtè contradictionem eſſe plu
C res deos. Quoad ſecundum quid nomi-
nis duo quęrit q̃ſtio. Primô, an ſit deus:
ſecundò an ſit unus, & non plures ſecun
dum expoſitionem ſigni tantum. ¶ Quo
ad primum tenet auctor cum Sco. ꝙ deũ
eſſe eſt demonſtrabile per hoc, ꝙ poteſt
demõſtrari, ꝙ eſt aliquod primum in ge-
nere cauſę efficientis demonſtratione
ad impoſſibile: alias enim procederetur
in infinitum: & eſſet infinitas rerũ actu
exiſtentium ſeparatarum: quod eſſe im-
poſſibile demonſtratur. iij. Phyſi. Et hãc
demonſtrationem philoſophi, Petrus de
Aliaco effert ſuper omnes alias demon-
ſtrationes philoſophi: licet dicat eam nõ
fore demonſtrationem: ſed bonam pro-
babilem rationem. Attamen ſecundum
doc. illa demonſtratio euidentius fieri
poſſet per rerum conſeruationè, quàm
per rerum productionem. ¶ Quoad ſe- D
cundum, ſcilicet ꝙ etiam unitas dei ſit
demonſtrabilis, & non pluralitas: circa
quod Sco. probare nititur infinitatem
dei. & conſequenter impoſſibile eſt plu
ra infinita. Quas rationes multiplicat
in q. j. & ij. huius diſ. Sed has auctor ſol
uit: oſtendens ꝙ non procedunt ex eui-
dentibus, ſed frequenter ex creditis in
j. q. j. quodlib. & q. xvij. & ſeq. vij. quod
lib. ¶ Quantum ad articulum ſecundũ Arti. 2.
eſt concluſio prima. Primitas cauſæ ef Cõcl. 1.
ficientis efficacius probatur, & euiden- E
tius ex conſeruatione rerum, quàm ea-
rum factione: ſic arguendo. Omne pro
ductum ab alio cõſeruatur ab alio, q̃diu
manet. Nam ipſum conſeruare eſt effi-
cere, & conſeruans eſt efficiens. Quæro
ergo de conſeruante, an ipſum conſer-
uetur ab alio: an non: Si non: erit primũ
conſeruans, & ita primum efficiens. Si
ab alio: de illo ſimiliter quæritur & niſi
detur ſtatus: proceditur in infinitum in
conſeruantibus: quod eſt impoſſibile: q̃a
tunc eſſent infinita in actu. eo ꝙ neceſſe
eſt conſeruans tam mediatum, quàm im
mediatum ſimul eſſe cum conſeruato.
Secus de efficiente: quia non oportet
efficiens. ſ. cauſam cauſæ eſſe ſimul cum
cauſato mediatè: puta auum cum nepo-
te. Et illa ratio procedit tam in acci-
dentaliter ordinatis, quàm eſſentialiter
ordinatis. ¶ Secunda concluſio. Tantũ Cõcl. 2.
unum ens eſt ſimpliciter primum. Pro- F
batur: quia ſi eſſent plura: uel ſpecie dif
ferrent: uel tantum numero. Non pri-
mum: quia tunc non eſſent ęquè perfe-
cta: quia ſpecies ſe habent ut numeri, &
ita imperfectius nõ eſſet ſimpliciter pri
mum. Non ſecundum, quia tunc nõ poſ
ſet dari certus numerus eorum. Vbicun
que enim ſunt duo indiuidua ſolo nume
ro differentia: ibi poſſunt dari plura ſine
numero certo. Et ſic eſſent plures dij ſi-
ne numero; q̃a quicquid poteſt eſſe deus
neceſſariò eſt deus. Hæc ratio probabi-
lis eſt: ſed non demonſtrat. Alias etiam
rationes Ioannis approbat: ſed non om Cõcl. 3.
nes. ¶ Concluſio tertia. Tantum unum G

eſſe deum eſt creditum: & non demon-
ſtratũ ratione naturali nobis in uia poſsi
bili: tametſi multæ ꝓbabiles rationes ad
huius ueritatis oſtenſionem poſsint ad-
duci. Iſta propoſitio ex ſequentibus am
Arti .3. plius patebit. ¶ Quantum ad articulum
Dub 1. tertium dubitatur primò circa primam
H concluſionem. Nam nulla uidetur eſſe
ratio diuerſitatis inter rationem conſer
uationis, & productionis: ergo ſi una cõ
cludit & alia uel neutra. Ad illud dicitᷣ,
ꝙ ratio tacta eſt in concluſione prima,
licet breuiter. Nam ut ſupra patuit: iſta
arguit per conſeruationem: alia per pro
ductionem. ſecundum ꝙ producere ſiue
produci dicit rē accipere eſſe ſtatim poſt
nõ eſſe. Sed oē conſeruãs aliud mediate
uel imediate ē actualiter cũ ſuo conſer
uato & econuerſo. Non autē oē produ
ctum ab alio requirit; ꝙ producens ſit ſi
mul cum eo: ut patet de patre, & filio ge
nito. Et ſic quamuis poſsit poni proceſ-
ſus in infinitum in cauſis producētibus
ſiue in infinitate actuali: non tamen in
conſeruantibus: unde poſſet ratio ſic for
mari. Quicquid realiter producitur ab
alio: q̃diu manet in eſſe reali, ab aliquo
realiter conſeruatur: ſed iſte effectus pro
ducitur: igitur q̃diu manet ab aliquo cõ
ſeruatur. Tunc quæro de illo conſeruan
te: aut poteſt produci ab alio: aut non.
Si non: tunc eſt efficiens primum ſicut
eſt conſeruans primum: quia eſſe conſer
uans eſt eſſe efficiens: ut oſtendam in
quarto. Si autem illud conſeruans pro-
ducitur ab alio: igitur cõſeruatur ab alio.
Et de illo alio quæro ſicut prius: & ſic
uel oportet producere in infinitum: uel
oportet uenire ad aliquod primum con-
ſeruans, non conſeruatum: & tale eſt pri
mum efficiens. Sed non eſt poſsibile eſſe
proceſſum in infinitum in conſeruanti-
bus: quia tunc actu eſſent infinita: quod
eſt impoſsibile: ſaltem naturaliter: ſicut
poſſet probari per rationes philoſophi,
& aliorum quæ ſunt ſatis rationabiles.
Et per conſequens per iſtam rationem
patet ſufficienter (licet non euidenter)
ꝙ oportet dare primũ conſeruans, & ita
Dub. 2. primum efficiens. ¶ Secundò dubitatur
I de cauſis eſſentialiter, & accidētaliter or
dinatis, qualis ſit inter eas differentia. Et
ſi ſit notum per experientiam: uel ſolum
creditum eſſe cauſas ſic ſubordinatas.
¶ Ockam quæſtione præſenti dicta Sco
ti de huiuſmodi cauſarum differentia im
pugnat. Et Oyta. q. iiij. art. iij. ſequitur
Ockam dicens plura dicta a doctore de
cauſis conſiſtere in quid nominis termi
norum. ¶ Ad hoc ergo dubium poſt do
minum Camera. q. iij. ſuppoſitis his, quæ
tangit Ockam in litera quæſtionis præ
ſentis, dicitur ꝙ non triplex inter eas aſ Triplex
ſignari differētia. ¶ Prima eſt ꝙ in cauſis differen
eſſentialiter ordinatis, ſecunda depēdet tia cau-
a prima in cauſando. Cauſæ autem acci ſarum.
dentaliter ordinatæ ſunt, quarum neu
tra ad productionē alicuius effectus aliã
requirit naturaliter in cauſando. ¶ Secũ
da differētia eſt, quæ ſequitur ex prima,
ꝙ in cauſis eſſentialiter ordinatis, ē cau
ſalitas alterius rationis & alteriꝰ ſpeciei:
ita ꝙ cauſæ eſſentialiter ordinatæ ſunt
alterius ſpeciei: quia ad cauſationē unius
effectus ſufficit unum unius rationis:
¶ Tertia differentia eſt: ꝙ omnes cauſæ
eſſentialiter ordinatæ ſimul requirũtur
ad cauſandum effectum. In cauſis autem
accidentaliter ordinatis non requiritur
earum ſimultas in cauſando. ¶ Et ſi dica
tur: ꝙ mus, & ſol eſſentialiter ſubordinã
tur in cauſando murem: & tñ non requi
ritur earum ſimultas. Dico, ꝙ licet mus
eſſentialiter ſubordinatur ad ſolem: non
tñ econuerſo &c. ¶ Vnde circa prędicta
ſciendum eſt, ꝙ cauſarum concurrentiũ
ad determinatum effectum, ſi una non
poſsit concurrere niſi alia concurrat:
ita dependet una ab alia in cauſando ſi-
cut econuerſo. Generaliter tamen illa,
quæ eſt prior, & illimitatior non ſic om
nino dependet a poſteriori cauſa eiuſdē
effectus ſicut econuerſo. Verbi gratia.
In generando hominem: homo eſſentia
liter a ſole dependet, & econuerſo: quia
nec homo ſine ſole: nec ſol ſine homine
poteſt hominem generare: ſed tamē ſol
ſine ſorte poteſt hominem generare. Et
ſic cauſa uniuerſalior, & illimitatior nõ
omnino dependet ab inferiori: ſcilicet
ſol ab homine: ſicut inferior a ſuperiori
& uniuerſaliori propter cauſam dictam,



ſcilicet quia ſol in producendo hominē
non requirit neceſſariò hoc ſingulare:
puta ſortem ad cõproducendũ: ſed econ
trario. Aliquãdo autē non eſt ſic mutua
dependentia cauſarum concurrentium
in cauſando: ſicut quando ſol, & mus ge
nerat murem: quia licet mus non poſsit
generare murem ſine ſole: ſed tñ ſol po-
teſt ſine mure. Et per hoc poteſt appa-
rere, quomodo procedunt, uel non pro-
cedunt multæ inſtantiæ, quas in hac ma
Corol. teria mouet Ockam contra Scotũ po-
nentē prędictas differentias &c. ¶ Ex prę
1. K dictis ſequitur primò: ꝙ nõ eſt nobis eui
dens per experientiam, nec per demon-
ſtrationem: ſed ſolum opinatum, uel cre
ditũ aliquas cauſas ſic eſſe eſſentialiter
Corol. ordinatas. Patet ſatis per prędicta. ¶ Se
cundò ſequitur, ꝙ ſecundum fidem om-
2. nis cauſa creata non ſolum in eſſendo:
ſed etiam in cauſando eſſentialiter de-
Coroll. pendet a deo. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ deus
3 a nulla cauſa dependet eſſentialiter in
cauſando. ¶ Quartò ſequitur, ꝙ ſecun-
Corol. dum fidem ſimpliciter, & abſolutè nihil
4. eſſentialiter dependet ab aliqua cauſa
creata ſiue in cauſari, ſiue in eſſe. Hæc
ſunt de mente domini Camerac. ubi ſu
L pra. & aliorum. ¶ Attamen pro prę miſ-
ſorum clariori intellectu notandum: ꝙ
aliquid eſſentialiter de impendere, alio
poteſt dupliciter intelligi. Vno modo
ſimpliciter, & abſolutè: quia. ſ. ſine illo
non poſſet eſſe uel conſeruari alijs qui-
buſcunq; poſitis: & ſic nihil eſſentialiter
dependet niſi a ſolo deo. Alio modo ſe-
cundum quid: quia. ſ. de facto ponitur in
eſſe, & cõſeruatur ab illo: & ſine illo nõ
fieret: nec naturaliter fieri poſſet: licet
bene abſolutè. Et ſic aliquid eſſentiali-
ter dependet a cauſa creata: quia ſecun-
dum curſum naturę cauſatur: & conſer-
uatur ab illa &c. ¶ Et hoc patet ad præ-
dictam rationem quantum probat, &
quantum non. & qualiter debeat intel-
Dub. 3. ligi &c. ¶ Tertiò dubitatur circa illa, quę
tangit doctor de diuerſis propoſitioni-
bus, & primum circa illam quæ tangit
Per ſe. de cauſa per ſe: & cauſa per accidens.
Per ac- ¶ Pro cuius intellectu notandum, ꝙ per
cidens. ſe, & per accidens quãdoque ſumuntur,
ut dicunt comparationem conditionis
realis rei, quę eſt cauſa per ſe ad cauſam
per accidens: hoc eſt ſumuntur, ut dicũt
conditionem rei naturalis. Alio modo,
ut dicunt conditionē propoſitionis. De
primo dicit doctor. Cauſa per ſe ē aliqd,
quod cauſat non per aliud realiter diſtin
ctum ab eo, ſed per ſe: ita ꝙ ipſo poſito,
circumſcripto omni alio, quod non eſt
cauſa in aliquo genere cauſę, poteſt ſe-
qui effectus, & ſic calor per ſe calefacit:
anima per ſe intelligit. Et per non, exclu
dit circũſtantiam partialis cauſæ concur
rentis. Nam ſecundum multos, acciden-
tia non habent actiuitatem ſuam extra
ſubiectum ſicut in ſubiecto. & pro ſtatu
illo oportet intelligentem phantaſmata
ſpeculari. Cauſa per accidens eſt illud,
quod cauſat per aliud ab eo diſtinctum:
ſic anima intelligit per corpus: ignis ca-
lefacit per calorē: hõ intelligit ꝑ animã:
totum agit per partem. ¶ Corollariè ſe- Corol.
quitur: ꝙ doctor facit in illo dicto cõpa
rationem huius, quod agit, ſeu cauſat ꝑ
ſe ad cauſans per aliud: & ſic per ſe & per
accidens dicunt conditionem rei natu-
ralis. ¶ Quandoq; uerò per accidens, &
per ſe dicunt cõditionem propoſitionis:
ut ędificator per ſe ædificat. Statuam fa
ciens eſt cauſa per ſe ſtatuæ. Album per
accidens ędificat. Policletus eſt cauſa ꝑ
accidens ſtatuę: ut innuit cõmentator. j.
Phyſi. cõmen. lxxiiij. Sic. n. ſenſus eſt.
Hęc propoſitio eſt per ſe ędificator ędi-
ficat: hęc eſt per accidens albũ ędificat:
ut etiã habet philoſopus. ij. Phyſ. ubi phi
loſophus uult: ꝙ de illo prędicatur per ſe
aliquod prędicatum, cui nõ poteſt ineſſe
oppoſitũ illius prędicati. i. qñ eſt propoſi
tio neceſſaria. Hęc. n. ſemper eſt uera: ca
lefaciens calefacit: ſtatuam faciens ſta-
tuificat. Non ſic illa. Policletus eſt cau
ſa ſtatuæ: albũ ędificat: quę poſſunt eſſe
uerè poſita circõſtãtia ſubiecti. Vnde illa
pñt ſimul ſtare, ſecundũ ꝙ per ſe dicit cõ
ditionē ꝓpoſitionis ꝑ ſe: uel conditionē
cauſę per ſe. Album per ſe calefacit: cali
dũ ꝑ ſe calefacit. Hę ambę uerę ſunt ſub
iectis ſupponentibus pro eodē: & tñ pri
ma eſt propoſitio per accidēs: ſcđa uerò
per ſe. Sic ſimiliter. Policletus per ſe eſt

cauſa ſtatuæ. Policletus per accidens eſt
cauſa ſtatuæ. Statuam faciens per acci
dens eſt cauſa ſtatuæ ut per ſe,& per ac-
cidens conuenit cauſæ per ſe,uel per ac
cidens. alias tertia non eſt uera,ſi per ac
cidens eſt conditio propoſitionis. Non
ergo malum eſt tales propoſitiones di-
ſtinguere propter multiplicem acceptio
nem per ſe,& per accidens. Tandē oſten
dit illud non eſſe uniuerſaliter, uerum
etiam ſecundum Scotum. Quicquid eſt
cauſa cauſæ, eſt & cauſa cauſati. ¶ Pro
materia huius quæſtionis de unitate dei
& primitate efficiētis uide doc. j. quod-
lib. q. j. Item. vij. quodlib. q. xvij. fere
uſque ad finem. Item. ij. quodlib. quæ-
ſtione. j. & ij.

## QVAESTIO. XI.

A VTRVM communitate nu
merali diuinæ eſſentiæ, ſtet
pluralitas perſonarum rea-
liter diſtinctarum. ¶ Tribus
articulis quæſtio terminabitur, ſcilicet
Arti. 1. notabilium præmiſſione: concluſiua re-
ſponſione, & dubiorum ſolutione.
¶ Quoad primum ſuppono hic dicta in
quæſtione prima huius diſtinctionis de
diſtinctione formali. ¶ Secundò pro in-
tellectu quæſtionis notandum: ꝙ diffi-
cultas quæſtionis oritur ex hoc. Dictū
eſt enim in principio huius diſtinctionis
in concluſionibus textualibus. & q. ij. di
ſtin. j. &c. ꝙ eſſentia diuina identificat
& unit ſibi eſſentialiter, & realiter om-
nia, quæ ſunt in diuinis. Cum ergo eſſen
tia eſt realiter pater, & filius & ſpiritus
ſanctus: & ſimiliter proprietates relati-
uæ Et tres perſonæ ſunt una res nume-
ro indiſtincta. extra de ſum. tri. & fide ca.
firmiter. Difficile eſt uidere, quomodo
ſunt plures relationes, & plures perſo-
nę, & una ſola eſſentia diuina. Et ergo
quæritur: utrum cum eſſentiæ ſimplicita
te ſtare poſſit perſonarum pluralitas.
B ¶ Ad quod ſaluandum diuerſi diuerſa di
Opinio cunt, quorum doct. recitat opi. & præ-
Thomæ ſertim tres. ¶ Prima, quam recitat, di-
citur eſſe. ſ. Tho. diſt. præſenti, quę tenet,
ꝙ ad ſaluandum illa ſufficit diſtinctio ra
tionis inter eſſentiam,& perſonam & re
lationem, quam doct. improbat: & mo-
dum loquendi improprium, & fere inclu
dere contradictionem oſtendit. ¶ Secun
da dicitur eſſe Gerſon. hæc tenet: ꝙ eſ- Opinio Gerſon
ſentia, & relatio realiter diſtinguuntur,
ſed hæc omnino uidetur irrationabilis.
¶ Tertia opi. eſt Sco. diſt. ij. q. iiij. ſecun Opinio Scoti.
dum quotationem aliquorum, iuxta fi-
nem non longè ante reſponſionem ad
primum principale, quam & auctor te-
net. ¶ Hæc tenet ſine aſſertione teme-
raria, & prǫiudicio ſententiæ ſanioris: ꝙ
relatio, & eſſentia ſunt una res realiter:
nec tamen ſunt eadem omnibus modis
ex natura rei: ſed ex natura rei habent
aliquem modum non identitatis. Et ille
modus non identitatis ſufficit ad diſtin
ctionem realem inter ſuppoſita diuina.
Et ille modus non identitatis poteſt di-
ci diſtinctio formalis non realis: ut ſu-
pra: habitum eſt. quæ. j. huius diſtinct.
¶ Quòd autem ſit talis non identitas in
ter relationem, & eſſentiā probatur ſic.
Nec credo (ait Ockam) ꝙ ſit aliud ar C
gumentum efficax ad iſtam concluſio-
nem: & eſt ratio Sco. in ſententia. Pri-
mum ſuppoſitū, ſcilicet pater habet rea-
liter entitatem communicabilem, puta
eſſentiam: alioquin nō poſſet eam com
municare: habet etiam realiter entitatē
non communicabilem, alioquin non
eſſet ſuppoſitum, & hoc ex natura rei.
Sed contradictoria non poſſunt uerifi-
cari de eodem omnibus modis ſine om
ni diſtinctione. Cum ergo de eſſentia ue
rificatur cōmunicabile, & de relatione,
puta paternitate incommunicabile, &
hoc ex natura rei. Nam eſſentia ex na-
tura rei eſt communicabilis, & commu-
nicata perſonis. Et relatio, ſcilicet pa-
ternitas ex natura rei eſt incommunica
bilis: ergo erit aliqua non identitas ex
natura rei inter eſſentiam, & paternita-
tem. ¶ Veruntamen ex diſtinctione for
mali eſſentiæ, & relatione ſola non ha-
betur diſtinctio realis perſonarū a prio-
ri: ſed magis econuerſo: ex diſtinctione
reali perſonarum & identitate eſſentię,
cum perſonis, & relationibus infertur di
ſtinctio formalis relationi:, & eſſentiæ.
Et ita



Et ita diſtinctio perſonarum realis non
eſt: quia relatio, & eſſentia diſtinguūtur
formaliter. Nam paternitas, & ſpiratio
actiua in patre diſtinguūtur formaliter:
& tñ non conſtituunt diſtincta ſuppoſi
ta: quia non diſtinguuntur inter ſe rea-
liter, nec a patre: ſed perſonæ diſtin-
guuntur realiter: quia relationes oppoſi
Arti. 2. tæ conſtituentes perſonas diſtinguūtur
Cōc. 1. realiter. ¶ Quantum ad articulum ſecū
D dum, eſt hæc concluſio reſponſiua. Do
cet fides: & habet fidei articulus: ꝙ cum
unitate diuinæ eſſentiæ ſtat pluralitas di
uinarum perſonarum realiter diſtincta-
rum. Sic etiā habetur in ſymbolo Atha
naſij. Sed patris, & filij & ſpiritusſancti
una eſt diuinitas: æqualis gloria, coęter
na maieſtas. Quòd autem in diuinis ſit
perſonarum emanatio infra oſtēdetur.
Facit pro illa concluſione hoc: quod ha
betur ubi ſupra de ſum. tri. & fi. c. firmi-
ter. Hæc ſancta trinitas ſecundum com
munem eſſentiam indiuidua: & ſecundū
proprietates perſonales diſcreta &c. Ec
ce tria dicit. Primum trinitas eſt pater,
& filius, & ſpiritusſanctus. Secundum.
Hæc ſancta trinitas eſt indiuidua ſecun
dum eſſentiam. Tertium, eſt diſcreta per
ſonali proprietate. Eſt ergo in diuinis
dare eſſentiam unam: tres perſonas, tres
proprietates relatiuas ſiue perſonales: ut
Cōcl. 2. clarè patet ex hac litera. ¶ Secunda
E concluſio. Eſſentia diſtinguitur for-
Eſſentia maliter a perſona, & proprietate perſo-
diſtin- nali, & econuerſo. Patet ex quid nomi
guit̄ for nis diſtinctionis formalis prǫmiſſæ. q. j.
maliter Quòd enim diſtinguātur, patet ex quid
a pſona. nominis diſtingui: quia de ipſis ſiue de
terminis pro ipſis perſonaliter ſupponē-
tibus uerè per modum contradictionis,
aut contradictoriæ oppoſitionis affir-
matur aliquid, & negatur: ut generare:
non generare: eſſe communicabile: eſſe
incommunicabile. Nec eſt intelligibile:
ꝙ de aliquibus uerè aliquid negetur, &
affirmetur per modum cōtradictionis:
ita ꝙ hæc ſit uera. Gratia exempli. Eſ-
ſentia non generat. pater generat. A eſt
c. b non eſt c: niſi a & b uel ſignifica-
ta per ipſa: & niſi pater & eſſentia: uel
de ipſa ſignificata aliqualiter inter ſe di
ſtinguantur. Si enim nullo modo diſtin
guuntur: ergo non eſt aliqua non iden
titas inter eſſentiam, & perſonam. ergo
ſicut illa conceditur: perſona generat:
cōcedi debet illa: eſſentia generat: quod
eſt contra eccleſiæ determinationem.
¶ Suppono enim: ꝙ non ſit inter perſo
nam, & eſſentiam al' qua diſtinctio quo-
ad modos grammaticales, uel logicales
ſignificandi, uel ſupponendi niſi quan-
tum requirit natura rei ſignificatæ. Si
ergo ex natura rei ſignificatę, uel ſigni
ficatarum ſeccluſa omni operatione in
tellectus nulla pęnitus reperitur diſtin-
ctio, uel non identitas inter eſſentiam,
& perſonam: ſequitur: ꝙ ſunt termini
omnino ſynonymi idem præciſè ſignifi
cantes, & per eodem ſupponentes. Tūc
arguo ſic. Qñcunq; aliqua nomina ſunt
ſynonyma, quicquid uerificatur de uno
ſignificatiuè ſumpto, & perſonaliter ēt
uerificatur de alio eodem modo ſum-
pto: ergo ſi hæc eſt uera eſſentia eſt fi-
lius: hæc erit uera, paternitas eſt filius:
quod eſt falſum. Item ſpiratio paſſiua,
& filius &c. Hanc rationem, & alias de
ducit latè Ockam quæſtione præſenti:
& habet eaſdem Oyta. q. v. art. j. & Ca-
merac. q. vj. art. j. ¶ Præterea. nemo ſa- F
næ mentis uidetur poſſe negare, quin
quandocunq; de duobus terminis ſigni
ficatiuè ſumptis aliquod idem affirma-
tur, & negatur: ibi eſt aliqua diſtinctio,
uel non identitas. Sed ſic eſt in propoſi
to: quia generat, & non generat: eſſe cō
municabile eſſe incommunicabile: ergo
eſt ibi aliqua diſtinctio non eſſentialis,
nec realis: ut ſumi poteſt ex quæſtione
prima: & inferius amplius patebit in alijs
diſtinctionibus: ergò nō identitas ſiue di
ſtinctio formalis, q̄ eſt minima. Et ab ali
quibus dr̄ diſtinctio modalis: ut innuit
Oyta ubi ſupra. q. v. ar. j. primi. ¶ Poſſet
hic fortè incidere dubium de perſonarū
diſtinctione, & cōſtitutione qbus dicant̄
diſtingui, & cōſtitui: & qūo hoc ſaluo po
teſt nihilominꝰ defendi ſimplicitas dei.
Sed de hoc infra. ¶ Vnū tñ hic adijcio
ſecundū Adā: ꝙ cū dr̄ eſſentia eſſe in di
uinis, uel in patre eē: in ſumitur intrāſiti
uè: ut cū dr̄ creatura ſalis. i. q̄ eſt ſal: qa na

tura diuina eſt eſſentia diuina, & pater
eſt eſſentia. & pater eſt ſua proprietas re
latiua, ſcilicet paternitas. Idem eſt de
mente Damaſce. lib. j. c. xj. ❡ Quantum
Arti. 3. ad articulum tertium eſt primum dubiũ.
Dub. 1. Vtrum propter diſtinctionem formalẽ
G concedendum ſit: ꝙ in diuinis ſint plures
An ſint plures formalitates in diuinis. formalitates: ſicut ubicunque aliqua rea
liter diſtinguuntur, ibi ſint plures realita
tes. Solutio. Non eſt magis conceden-
dum: ꝙ in diuinis ſint plures formalita-
tes, quã plures realitates. Vbicunque er
go non conceditur: ꝙ aliqua ſint plures
res: ibi non eſt concedendum, ꝙ ibi ſint
plures formalitates: nec plures rationes
reales: nec plures quidditates. Cuius ra-
tio eſt: quia ſigno realitatem eſſentiæ, &
relationis: quæ eſt una: & ſigno formali
tatem eſſentiæ, qua diſtinguitur a forma
litate relationis. Quæro an illa forma-
litas ſit idem omnibus modis cum reali-
tate eſſentię: an diſtinguatur formaliter.
Si primũ: ergo ſicut eſt una realitas: ita
erit una formalitas. Si ſecundum: quæro
de formalitate, qua diſtinguitur forma-
litas a realitate eſſentiæ: ſicut prius. ergo
uel erit proceſſus in infinitũ: uel alicubi
ſtandum eſt. & eadem ratione in primo;
ita ꝙ aliqua diſtinguuntur formaliter: &
tamen non ſunt in eis plures formalita-
tes. Hanc rationem latè deducit Ockã
in ſolutione dub'j primi. ❡ Si quæratur:
quomodo ergo diſtinguitur eſſentia di-
uina formaliter a relatione. Reſpondet
non per aliquod ſuperadditum: ſed ſeipſa
relatio non eſt formaliter eſſentia, & ſe-
ipſa eſt eadem realiter relationi. Non
enim concedendum eſt propriè loquen
do de conuenientibus, ꝙ conueniunt in
aliquo: ſicut nec diſtincta propriè diſtin-
guuntur in aliquo, ſed aliquibus. unde
ſic omnia diſtincta diſtinguuntur uel ſe-
ipſis, uel aliquibus ſibi intrinſecis: ita om
nia conuenientia, in quibus non eſt ali-
quod idem omnibus modis, ut in diui-
nis: uel conueniunt ſeipſis: uel aliquibus
Dub. 2. ſibi intrinſecis. ❡ Secundum dubium.
H Cum inter rem, & rationem nõ eſt me-
dium: ergo uidetur: quòd diſtinctio for-
malis ſit diſtinctio realis, uel diſtinctio
rationis. ❡ Item omnis diſtinctio mate-
rialis eſt realis: ergo multò fortius diſtin
ctio formalis eſt realis: quia formæ ma-
gis diſtinguuntur, quàm materia: ſed di-
ſtinctio formalis eſt diſtinctio formarũ.
quod probatur: quia diſtinctio realis eſt
diſtinctio rerum: & diſtinctio rationis eſt
diſtinctio rationum: & diſtinctio mate-
rialis eſt diſtinctio conditionum mate-
rialium: ergo diſtinctio formalis eſt diſtin
ctio formarum. ❡ Item bene ſequitur.
Diſtinguuntur formaliter: ergo realiter.
& inter illa eſt diſtinctio formalis: ergo
eſt diſtinctio realis: ab inferiori ad ſupe-
rius. ❡ Item ſequitur. diſtinguuntur for
maliter: ergo diſtinguuntur. Vltra diſtin
guuntur: ergo non ſunt idem per expoſi
tionem. ❡ Ad primũ illorum dicitur ne
gando conſequentiam: quia licet inter
rem, & rationem non ſit medium: ta-
men inter diſtinctionem realem, & diſtin
ctionem rationis eſt medium: ut diſtin-
ctio inter rem, & rationem. ❡ Item di-
ſtinctio formalis eſt medium. quia nec
realis, nec rationis: ſicut in ſimili non
ſequitur inter ſubſtantiam, & accidens
non eſt medium, ſaltem quantum ad res
extra animam: ergo inter diſtinctionem
ſubſtantialem, & accidentalem non eſt
medium: quia datur inſtantia de diſtin-
ctione reali non eſſentiali, quæ nec eſt
ſubſtantialis, nec accidentalis. ❡ Ad ſe-
cundum negetur conſequentia: quia di-
ſtinctio formalis non eſt diſtinctio for-
marum. ❡ Vbi nota: ꝙ formaliter, & for- I
malitas non ſunt purè cathegoremata:
ſed ſyncathegoremata mixta: ſicut per-
ſeitas, & per ſe neceſſariò, & neceſsitas
prout attribuuntur propoſitionibus:
ideo non dicunt res aliquas ab alijs re-
bus diſtinctas: ut cum dicitur. Homo
neceſſariò non eſt aſinus: hic eſt quæ-
dam neceſsitas: & tamen non talis, quæ
ſit uera realitas: quia alias eſſet aliqua
neceſsitas alia a deo. Sed neceſſariò, & Formaliter diſtingui.
neceſsitas dicunt quandam conditionẽ
propoſitionis: ſic formaliter, & forma-
litas, ut hic loquimur, dicunt quandam
conditionem propoſitionum: quia for-
maliter diſtingui per dicta. q. j. huius di-
ſtinctionis ſecundum modum loquendi
doctoris nihil aliud eſt: niſi aliqua idem



eſſe realiter: & tamẽ de uno illorum ali
quid affirmari, quod negatur de alio. Et
ita formalitas non eſt res aliqua: ſed di-
cit quendam modum diſtinctionis, qui
exprimitur, ut dictum eſt: ſicut neceſſi-
tas, uel perſeitas cum dicimus. Homo ne
ceſſariò non eſt aſinus: homo per ſe eſt
rationalis: & cum negatur neceſsitas,
uel perſeitas non negatur res aliqua: ut
hõ non eſt per ſe albus: ſed negatur per
ſeitas. i. quidam modus enunciandi præ
dicatum de ſubiecto: ſic cum dicimus: eſ
ſentia non eſt formaliter paternitas nõ
ponũtur res aliquę, quæ dicuntur forma
litates: ſed negetur formalitas propo-
ſitionalis. Ex illo patet: quòd forma-
litas non eſt inferius ad realitas: nec
formaliter ad realiter. Patet etiam: ꝙ
formaliter non eſt determinatio alicu-
ius termini cathegorici, uel modus ca-
thegoricus: ideo non arguitur hic aper
tè in modo ad totum: diſtinguuntur for
maliter, ergo diſtinguuntur. Etiam hic
arguitur cum termino includente ne-
gationem: ideo cõſequentia non ualet:
nam diſtingui ualet. i. non idem. Et per
Corol. 1. hoc patet ad alia argumenta. ❡ Corol
larium primum. Iſta conſequentia non
K ualet. Eſſentia diuina, & paternitas di-
ſtinguuntur formaliter: igitur in patre
ſunt formalitates diſtinctæ: uel eſt ibi
aliqua formalitas, uel modus non iden-
titatis, qui, uel quę conueniat paternita
ti, & non eſſentiæ, uel ecõuerſo. Patet:
illa formalitas nihil eſt a parte rei: ſed
eſt ſyncathegorema mixtum denomi-
nans aliquod prædicatum uerè poſſe
dici de uno termino ſignificatiuè ſum-
pto: & non ſic de reliqui termino idem
cum eo eſſentialiter, & realiter ſignifi-
Corol. 2. cante. ❡ Corollarium 2. Nõ ſequitur, a
& b diſtinguũtur formaliter, igitur a &
b ſunt iter ſe formaliter diſtincta. Patet:
q a nõ ſeqtur, a & b non ſunt idẽ forma
liter: ergo a & b formaliter nõ ſunt idẽ:
ut infert Camerac. Cõſequentia tenet:
quia a diſtingui formaliter a b non eſt
aliud: quòd a eſſe & b eſſe, & a non eſſe
formaliter idem ipſi b. Antecedens pro
batur: quia formaliter in antecedente
negatur, & in conſequente affirmatur:
ut patet intuenti. Vnde ad eſſe idem
formaliter ipſi b ſecundum Oytam ubi
ſupra eſt a per ſe primò & totaliter: &
omnifariè eſſe idem ipſi b. Sic ꝙ quic-
quid uerificatur, aut uerificari poteſt de
a. etiam uerificetur de b. & econuerſo.
Et quicquid negatur de uno: negetur
etiam de reliquo. Et ſic formaliter æ-
quiualet per ſe primò, & totaliter & om
nifariè, uel alicui conſimili dictioni ple
nè includenti ſignũ uniuerſale. ❡ Quod Regula
Cameracen. innuit, cum dicit. quæſt. L
vj. uolens tradere regulam, ubi primò
debeat poni diſtinctio formalis. Quan-
docunque aliqui termini dicuntur de
ſeinuicem conuertibiliter. & hoc con-
uerſione non regulata per hoc diſtri-
butiuum quicquid: uel omnis res, quæ
eſt: tunc de ipſis ſignificatiuè ſumptis
uerificatur diſtingui formaliter: & nun-
quam aliter. Patet ex quid nominis di-
ſtinctionis formalis. exemplificat. Om
nis eſſentia eſt paternitas: omnis pater-
nitas eſt eſſentia: & ſic iſti termini con-
uertibiliter prędicantur: non tamen cõ-
uerſione regulata per quicquid eſt: quia
eſſentia eſt filius: filius non eſt paterni-
tas. Et quia quicquid eſt deus, eſt dei-
tas: ideo identificatur formaliter deus
& deitas. Sed hic quid nominis diſtin-
ctionis formalis non ſufficit: ut infra pa
tebit: quia etſi illa conceditur: deus ge-
nerat: non ſic illa deitas generat. Item
deus eſt paſſus: non ſic deitas eſt paſſa:
de quo latius infra. Item deus aſſum-
pſit humanitatem: ſecundum plures nõ
conceditur de deitate. Ex illo infert
Oyta ſic dicens ultimatè reſoluendo.
Videtur mihi (ait Oyta) quòd non
alio modo concedendum ſit eſſentiam
diuinam diſtingui formaliter a perſo-
nà, uel proprietate perſonali: niſi
quia deus eſt talis naturæ, ꝙ aliquod
idem uerè affirmatur de eſſentia, & ne-
gatur de perſona, & econtrario. Et ad
illam mentem (ait idem doct.) uidentur
Sco. & Ockã finaliter tendere. Et talis
interpretatio propoſitionum, nec contra Ad rationes Holkot M
dicet Adã, nec Greg. nec Holkot. ❡ Vn
de ad rõnes Holkot, quas hic recitare
omitto, quas ponit. q. x. determinatio-

num uolēs impugnare Ockam de diſtin
ctione formali, ſic rñderi poteſt. Dicit
enim illum modum loquendi fore im-
proprium repugnantem, & fictitiũ, ſeu
Ad. 1. fruſtra adinuentum. Vnde cum primò
quæritur: ſi a, & b, diſtinguuntur forma-
liter: quæro quid demonſtretur per ſub-
iectum: aut una res, uel plures. Dici põt:
ꝙ una, & non plures: quia ut patuit, di-
ſtinctio formalis dicit conditionem nõ
rei, ſed propoſitionis. in qua termini ſi-
gnificatiuè ſumpti prædicantur de ſein
uicem: & tñ de altero eorum ſignifica-
tiuè ſumpto aliq̃d affirmatur, quod non
eo modo præciſè affirmatur de reliquo
Ad. 2. ſignificatiuè ſumpto. ❡ Ad ſecundum
negetur: ꝙ omnis diſtinctio aliquorum,
ſit diſtinctio aliquarum rerum: ſed qñq;
dicit ſolum cõditionem propoſitionis.
Ad. 3. ❡ Ad tertiũ claret: ꝙ non eſt repugnan
tia in modo loquendi ſanè intellecto, cũ
dicitur. Pater, & eſſentia ſunt formali-
ter diſtincta. per hoc enim innuitur, ꝙ
eſt una, & eadem res pater, & eſſentia:
attamen de patre ſignificatiuè ſumpto
dr̃ prędicatum aliquod: quod nõ ſic di-
citur de eſſentia. & hoc ex fide: q̃a pa-
ter genuit filium. eſſentia autem nõ ge-
Ad. 4. nuit. ❡ Ad quartũ patuit in ſecundo du
bio in litera I. ꝙ illa conſequentia non
ualet. diſtinguuntur formaliter: ergo di
ſtinguuntur. Et cũ infert negata conſe
quentia ergo oppoſitum conſequentis
ſtat cum antecedente. Negetur illud, ut
Ad. 5. patuit. ❡ Ad quintũ, cũ arguit modũ lo-
quēdi implicar̃: eo ꝙ dicit, ꝙ aliqua ſint
aliqua: & tñ idem oĩbus modis. Neger̃
illud: hic enim ſunt duo termini ſignifi-
catiuè ſumpti eãdem rem ſignificãtes,
& pro eodem ſupponentes, de quorum
uno aliquid dicitur uerè affirmatiuè: &
non ſic de reliquo. Et hunc intellectũ
clarè habet doct. diſt. xxvij. q. j. & diſt.
xxviij. Et ſecundum hunc intellectũ di
cta in. q. j. huius diſtinctionis ueniũt mo
Ad. 6. deranda, & interpretanda. ❡ Ad ſextũ.
Si eſſentia non eſt eadem formaliter,
quæro cui &c. Dico ꝙ eſt eadẽ realiter
eſſentię, & oĩbus. quę in diuinis ſunt: ſed
non eſt eadem formaliter patri. Hæc. n.
non eſt prędicatio formalis. eſſentia eſt
pater: nã pater genuit. eſſentia non ge-
nuit. ❡ Ad ſeptimũ negetur, ꝙ ille mod⁹ Ad 7.
loquendi eſt fruſtra. Ad probationẽ cõ
ceditur: ꝙ oẽs concedunt, ꝙ aliqua con
ueniunt eſſentiæ, quæ non conueniunt
patri in ſuppoſitione perſonali. Et cũ pa
ter, & eſſentia ſupponant pro eadem re,
nihilominus aliquid attribuitur patri, &
non eſſentiæ, & hoc eſt diſtingui forma
liter: qui modus loquēdi breuitatis grã
inuentus eſt. ❡ Et ſi qñq; quæritur: qua
re uni eorũ hoc prędicatũ conuenit, &
non alteri. Rñdetur; q̃a diſtinguitur for
maliter ibidem pluribus uerbis explicar̃:
& non aſſignatur ratio pręciſa prioris,
q̃ eſt natura rei: ex conſequenti neger̃
dictum illius doctoris & ꝙ diſtingui ra-
tione, uel formaliter inferat diſtingui.
❡ Cũ ſubiungit hanc non forè concedẽ
dã. pater, & eſſentia ſunt: propriè loquen
do cõceditur illud: q̃uis illa propoſitio,
& cõſimiles, q̃ de uirtute ſermonis falſæ
ſunt: poſſint ſanè, & catholicè concedi
in actu ſignato: ut ĩfra patebit diſ. xxvij.
q j. & ſimiliter diſt. xxviij. Oẽs eñ intel
ligunt per illã. Aliquid dr̃ de eſſentia, &
nõ de relatione, q̃ idẽtificatur eſſentię:
uel pater non dr̃ formaliter de eſſentia
ſumēdo formaliter, ut eſt cõditio propo
ſitionis & non res aliqua. Non. n. haben
tur ad hoc termini proprij: ideo ille mo
dus loquendi theologorum ſic intelle-
ctus, nõ eſt malus, & execrãdus: ſed eſt
acceptandus. Et ſi q̃s poteſt dare breuio
rem, det &c. ❡ Et cũ inter eſſentiã, & re
lationẽ eſt aliqua identitas ſecundũ ad-
uerſariũ: ergo identitas eſt inter aliud, &
ipſum. Manifeſtum eſt, ꝙ hæc illatio, &
ſimiles non ualent: quia uel doctor ille
non acceptat: uel uult nõ acceptare in-
tellectũ piũ loquentiũ de diſtinctione
formali. Hęc & ſimilia ſciẽtibus logicã,
& quid dicit diſtinctio formalis, clara
ſunt. ❡ Sed licet illud poſſit ſic catholi
cè defendi, & ꝙ ꝓpoſitiones illę & cõ
ſimiles: pater, & eſſentia ſunt: pr̃, & eſſen
tia diſtinguuntur formaliter: pater &
eſſentia ſunt eadẽ res &c. capiant, & ha
beant iam dictũ intellectum. ſ. pater non
prædicatur formaliter de eſſentia: uel
hęc ꝑdicatio non eſt formalis: pater eſt
eſſen



tia. eſſentiæ cõuenit communicari
pluribus, & non patri: patri conuenit ge
nerare, & nõ eſſentiæ. Eſſentia eſt in om
nibus perſonis: & pater non eſt in omni
bus perſonis: naſci conuenit filio, & nõ
eſſentiæ. Et ſic ſuo modo de proprieta-
tibus perſonalibus, quibus perſonę diſcer
nuntur: ut patet ex determinatione ec-
cleſiæ. c. firmiter. & in genere de quibuſ-
cunque formaliter diſtinctis in diuinis.
Dub. 3. ❡ Poſſet tamen aliquis dubitare tertiò,
N & dicere. Hoc eſt uelle euadere, & uelle
recedere a dictis. ſupra q. j. de diſtinctio-
ne formali ſecundum Ockam. Quomo
do ergo ſaluabitur dictum ſuum ibidem,
& ſimiliter dictum Sco. ubi ſupra diſtin.
præſenti: dum allegata fuit ratio diſtin-
ctionis formalis inter eſſentiam, & per-
ſonam in recitatione opinionis eiuſdẽ
doct. Siquidem ſecundum dicta ſua, ut
uidetur: in patre eſt realiter entitas com
municabilis: & realiter entitas non com
municabilis. ❡ Præterea quæritur, quæ
eſt ratio ſecundum prædicta, ꝙ aliquid
uerificatur de patre, & non de eſſentia.
❡ Item ſi illud uerum ſit: ꝙ de quibuſcun
O que prædicantur contradictoria: ꝙ ipſa
ſunt aliquo modo diſtincta. ❡ Dehinc
quid ergo dicendum ad Adam: Holkot:
Petrum, & Gregor. quæ tenet contra-
rium. ❡ Ad primum poteſt dici ſalua
ſententia ſaniori, quòd ſicut ponimus in
diuinis trinitatẽ perſonarum, & earum ꝑ
proprietates perſonales diſtinctionem:
ut habetur loco ſuperius allega. c. firmi
ter. Ita poteſt dici, ꝙ in patre ſit natura
communicabilis intranſitiuè: & ꝙ in pa-
tre ſit realiter natura incommunicabilis:
quamuis Oyta hoc dictum, & alia dicta
Sco. & Ockam præfata omnimodè ni-
tatur trahere ad ſenſum prius tactũ, qui
planus eſt, & intelligibilis. ❡ Si dicitur:
ergo in qualibet perſona ſunt duæ enti-
tates: quia ſecundum Sco. & Ockam in
patre eſt natura cõmunicabilis: & in pa-
tre eſt natura incommunicabilis. Dici
poteſt, ut præcedenti dubio clarè tactũ
eſt: ꝙ de eſſentia prædicatur communi-
cabile, & non de relatione: & ꝙ in patre
eſt eſſentia intranſitiuè: & ſimiliter pro
prietas relatiua iuxta. c. firmiter. prealle
gatum. Non tamen in ulla perſona ſunt
plures entitates, aut plures res: ut infra
patebit diſtin. xxvij. ubi doctor expreſsè
habet: ꝙ paternitas, & eſſentia non ſunt
plures res. Quomodo autem illa ſit con
cedenda in diuinis, ſunt quatuor notio
nes: & ad quem ſenſum ibidem explana
tur. ❡ Sed quicquid ſit ſtante ſemper fi-
dei catholicę firmitate: nõ uidetur, quo
modo illa uerificatio contradictoriorũ
locum habeat: niſi ſit aliqua non iden-
titas ex natura rei: quam cum identitate
eſſentiali capere ſufficienter per intelle
ctum non poſſumus in uia: ideo tam Gre
go. quàm Petrus, Adã, Oyta, & Holkot
inutile dicunt ſe uelle in illis plurimum
occupare. Eapropter diſcuſſa utcunque:
ſed non clarè intellecta: illa materia de
ſimplicitate naturæ diuinæ cum perſona
rum pluralitate, breuiter in ſuis ſcriptis
uadunt: licet argumentationes multas
contra modum loquendi propriũ con P
fecerint. ❡ Et ſi dicitur, hæc dicta repu-
gnant ſimplicitati diuinæ. Reſpon-
detur: quòd ſicut non repugnat ſim-
plicitati diuinæ: eſſe unam trinitatem
ſecundum cõmunem eſſentiam indiui-
duam, & ſecundum proprietates perſo-
nales diſcretam: ut habetur. c. ſæpe alle-
gato. firmiter. Ita non repugnat in pa-
tre eſſe intranſitiuè eſſentiam, & proprie
tatem relatiuam pari ratione. Nõ enim
opponitur diuinæ ſimplicitati perſona-
rum pluralitas, quæ realiter identificant̃
eſſentiæ diuinæ, & ita nec proprietates
perſonales, quibus perſonę diſtinguun-
tur ad ſenſum infra tangendũ. Nec con
ſtitutio opponitur ſimplicitati naturæ
diuinæ, quando conſtituentia ſunt inter
ſe idem, & dum toto (ſi ita fas loqui) per
fecta identitate: ut infra tangetur diſt.
xxvij. q. j. & q. vij. diſt. viij. ❡ Similiter q̃a
conſtituentia perſonam ſunt idem inter
ſe, & cum ſuppoſito, quod conſtituunt:
nulla eſt ibi omnino compoſitio. ❡ Eſt
ergo (ſtantibus prædictis, & eis ſanè, & Cõclu.
piè ad communem intellectum intelle- Rñſio.
ctis) natura diuina ſummè ſimplex: quia
nulla eſt ibi compoſitio: nec intrinſeca:
nec extrinſeca: nec ulla proprietas rela-
tiua: ſed neque eſſentia eſt ſimplicior

perſona propter perfectam eſſentialem: & realem identitatem eſſentiæ, & proprietatis relatiuę cum ſuppoſito. ¶ Præterea ſimplicitas non tollit pluralitatem eorum, quæ ſunt perfectè idem inter ſe, & cum perſona, in qua ſunt intrãſitiuè. ¶ Et non mirum: ꝙ hoc ſingulare eſt in diuinis, ubi multa ſingularia humanum intellectum tranſcendentia reperiuntur. Et ſecundum hoc iam patet qualiſcunq: intellectus utriuſque notificationis diſtinctionis formalis ſecundum Ockam. Amplectatur pius lector, quod plus placet. ¶ Ad ſecundum fateor ignorantiam meam: quia rationem aliam ponere neſcio niſi naturam rei, ut patuit: ob quem aliquæ propoſitiones conceduntur. alię ab eccleſia prohibentur, & negantur. Vtique eccleſia, quæ regitur ſpiritu ſancto, in his, quæ fidei ſunt non ſine cauſa rationabili dixit: ſanctam trinitatem eſſe indiuiduam ſecundum cõmunem eſſentiam: & diſcretam ſecundum proprietates perſonales, &c.

R

Formaliter duplex accipi põt

¶ Ad tertium: puto gentilis id non negaret. ¶ Ad quartum poteſt breuiter dici ut & Oyta tangit: ꝙ doctores illi diſſonant, non in re, ſed in modo loquendi. Vnde Greg. diſtin. xxxiij. & xxxiiij. q. unica. arti. iij. dicit: ꝙ formaliter in propoſito poteſt dupliciter accipi. Vno modo, ut eſt conditio propoſitionis æquiualens huic, quod eſt per ſe primo modo. Alio modo ſecundũ ꝙ eſt caſuale nominis forma, ſiue aduerbium. Primo modo concedit illam: eſſentia diſtinguitur formaliter a patre, eo ꝙ non eſt idem formaliter cum patre prout formaliter ſequitur, diſtinguitur: ueluti determinatio ſuum determinabile: ſed ſi pręcederet, falſum eſſet ſecundum eum. Sed cum reuerentia, licet illud ſic fortè poſſet dici de rigore logicę: attamen rigor ſępe non attenditur: & unum ponitur pro reliquo. Si uerò ſumitur ſecundo modo: tunc illa eſt falſa: eſſentia diſtinguitur formaliter a patre, ſiue formaliter præponatur, ſiue poſtponatur: quia nullam habet formam: ſeu quia pater non eſt realitas diſtincta ab eſſentia, uel formabilis alia. ¶ Item Adam diſtin. xxxiij. quæſt. j. art primo. conclu. ix. dicit, ꝙ deitas, & perſona ſunt idem non formaliter, nec per primo modo. ¶ Idem ex hoc infert cõcluſionem decimam: ꝙ deitas non eſt omnibus modis eadem perſonæ, quibus ſibiipſi, uel perſona perſonę: ergo poſſunt omnes concordari: quia in re non diſſident (ſi ſanè intelliguntur) ſed in modo loquendi. ¶ Hæc quæ de diſtinctione formali poſui: humili cum ſubmiſſione ſine aſſertione temeraria: & cuiuſcunque ſanius ſentientis præiudicio recitaui: ſicut & pręfati doctores abſque temeritate, & pertinacia materiam hanc cum formidine tractant.

## DISTINCTIO. III.

FIDE iam ſuperbene dictæ trinitatis ſolidata: oſtendit magiſter, quomodo credita intelligere poſſumus, rationibus, & ſimilitudinibus diſtin. pręſenti. Deinde circa idem dubia ſoluit diſtinctione ſequenti. Et poteſt ſententia huius diſtinctionis his complecti propoſitionibus. ¶ Prima. Vnum deum eſſe probatur quadruplici ratione ſumpta. a cauſalitate: ab imperfectione ad perfectum reductione, a fine: ab eminenti pulchritudine. ¶ Secũda. In omnibus creaturis relucet aliquo modo ueſtigium ſuperbenedictæ trinitatis. ¶ Tertiò in animæ rationalis ſubſtantia, dei imago dei quęrenda. Harum probationes patent ex textu.

### QVÆSTIO. I.

A

De cognitione diuinę unitatis.

CIRCA iſtam diſtinctionem in qua tractat de cognitione diuinę unitatis, & trinitatis ex ipſis creaturis: quæritur primò: utrum primum cognitum ab intellectu noſtro ſit diuina eſſentia. ¶ Recitata, & impugnata opinione Henrici Gandaueñ. propter cuius dicta multum obſcura, quæſtio hæc mouetur: licet eius intellectus ſufficienter ex ſequentibus dependeat quæſtionibus: præmiſſis paucis notabilibus doctor reſpondet ad quæſitum. Et licet multa hoc dici poſſint de notitiæ, & cognitionis quidditate: quia tamen de hoc doctor. hoc nihil loquitur: ſed cæteri puta dominus Cameracen. quæſt. iij. artic. primo, & Gregor. diſtin. præſenti latè hęc tetigerunt: remitto ad eorum dicta ſuppoſitis his, quæ prius fuere tacta in prolog. quæſt. j. & ij. ¶ Itaque quæſtio hæc duobus terminabitur articulis breuiſſimis.

Arti. 1.

Nota. 1

¶ Pro articulo primo notandum, ꝙ aliquid eſſe obiectum primum intellectus noſtri poteſt intelligi tripliciter (prout habet etiam doct. infra diſtin. xxxv. quæſt. iij. quæres utrum eſſentia diuina ſit primum obiectum intellectus ſui: ubi latius, & clarius, quàm hic materiam pręſentis quæſtionis examinat.) Eſt enim obiectum primum primitate originis, uel generationis, quòd ſcilicet terminat primum actum intellectus. Eſt primum primitate adæquationis: & hoc ſubdiuidit loco nunc allegato: ſed hic non oportet: & eſt, quod prædicatur de omnibus a tali ſcientia appræhenſibilibus. Et eſt commiſſum inter omnia appræhenſibilia ab illa potentia ſiue quodlibet ſub eo contentum, ſit appræhenſibile ſub propria ratione, & in particulari ſiue non: de quo. ſupra quæſt. iiij. diſt. ij. Item quæſtio. iij. huius diſtinctionis primum primitate perfectionis: eſt perfectiſſimum appræhenſibile a potentia.

Arti. 2.

B

¶ Pro articulo ſecundo quatuor ponendæ ſunt concluſiones conformiter his, quæ infra ponuntur de deo diſti. xxxv. quæſtio. iij. a doct.

Cõcl. 1.

¶ Concluſio prima. Deus non eſt primum cognitum a nobis primitate generationis pro ſtatu illo. Probatur: quia aut deus cognoſcitur in ſe: aut in conceptu. Primo modo non cognoſcitur a nobis pro ſtatu iſto: quia omne ſic cognitum cognoſcitur cognitione intuitiua, uel abſtractiua: ſed neutra eſt nobis poſſibilis pro ſtatu illo: ut patet ex prioribus. quæſt. ij. prologi. & quæſt. j. Et procedunt illæ rationes ſecundum opin. quę tenet conceptum eſſe diſtinctum ab intellectione. Si in conceptu diſtincto ab intellectione: tunc ille conceptus eſt primò (ſecundum opin. de fictis) cognitus: aut ęquè repræſentat alia cum deo ſecundum ſe totum, uel partes. ¶ Item infra dicitur. Primum cognitum noſtri intellectus eſt ſenſibile: ſed deus non eſt ſenſibilis. ¶ Si autem ponatur conceptus mentis eſſe realiter intellectio, tunc probandum eſt: ꝙ deus nõ cognoſcitur cognitione propria ſibi, nec ęquiualenti: ut ſupra oſtenſum eſt in collectorio pręſenti. quæſt. ij. & ſimiliter. quæſtio. j. prologi. Et patebit amplius. quæſtio. ij. huius diſtinctionis.

Cõcl. 2.

C

¶ Concluſio ſecunda. Deus nõ eſt obiectum primum intellectus noſtri primitate adæquationis, prout hic loquimur de primitate adęquationis. Patet: quia non prædicatur de omnibus intelligibilibus. Nec ſufficit: quòd uirtualiter contineat omne cognoſcibile ab intellectu noſtro: quia ſic diceretur: quòd perſona in diuinis producta eſſet obiectum adæquatum uel terminus adæquatus potentiæ productiuę patris: quia uirtualiter continet omne producibile a patre.

Cõcl. 3.

D

¶ Concluſio tertia. Deus eſt primum obiectum intellectus noſtri primitate perfectionis. Patet: quia deus eſt ens perfectiſſimum: & cum ſit aliquo modo a nobis cognoſcibilis: patet propoſitum.

Cõcl. 4.

¶ Concluſio quarta. Deus eſt principium noſtræ cognitionis tamquam cauſa efficiens: & non ut obiectum cognitum. Nec obſtat: quòd deus ſit, & eſſe debeat finis noſtrę cognitionis. Vltima enim perfectio noſtra eſt reſpectu dei in ſe: ſed non prima cognitio noſtra eſt reſpectu dei in ſe: uel ſaltem poteſt cognitio noſtra non eſſe propria deo: & ideo non eſt ſimile. De his uide latius in doctore.

## QVAESTIO. II.

A VTRVM eſſentia diuina ſit
Arti. 1. Vtrũ eſſentia diuina ſit a nobis cognoſcibilis. a nobis cognoſcibilis. ¶ Pro
articulo primo notandum;
ꝙ hęc quęſtio principaliter
mouetur de cognitione quidditatiua,
ſeu abſoluta: quamuis etiam de alijs mo-
dis cognoſcendi cauſa determinet doct.
Vnde impugnata opin. doct. ſolẽ. ęquè
obſcura ſicut opi. eiuſdem in quæſtione
præcedenti: reſpondendo præmittit di-
ſtinctionem: ꝙ res aliqua poteſt duplici-
ter cognoſci ſcilicet in ſe: uel non in ſe:
ſed in conceptu. Quæ diuiſio intelligen
da eſt de cognitione propria. Patet de
membro primo. ¶ De ſecundo ſimiliter
patet: quia dicit non in ſe: ſed in conce
ptu ſibi proprio. Procedit etiam illa di-
uiſio ſecundum opinionem tenentem,
ꝙ conceptus ſit, quid fictum in intelle-
ctu, terminans immediatè actum cogno
ſcendi. ¶ In ſe cognoſcitur res: quando
ipſamet res, & nihil ab ea re, uel ratione
terminat actum cognoſcendi: ſiue cogni
tio ipſa ſit intuitiua, uel abſtractiua præ
ſupponens intuitiuam eiuſdem rei. Res
autem cognoſcitur non in ſe, quando
cognoſcitur in aliquo conceptu ſibi pro
prio. Et hoc maximè dum cognoſcitur
conceptus ille de aliquo ente uerificari.
Et ſecundum hoc intelligitur illud Phi-
loſophi .ij. Poſte. Aliquando ſimul habe
tur de re cognitio, quia eſt & quid eſt:
quia dum res in ſe cognoſcitur intuiti-
uè: cognoſcitur utrunque ſimul: & quia
eſt & quid eſt: quia nunquam cognoſci-
tur res in ſe, quin quidditas, uel pars q̃d-
ditatis in ſe cognoſcatur. Quando au-
tem tantum cognoſcitur in conceptu
etiam ſibi proprio: prius cognoſcitur, q̃a
eſt: quàm quid eſt cognitione ſimplici
& propria: quia prius cognoſcitur, ꝙ ali-
quid interponatur inter ſolem, & lunã:
quàm cognoſcatur quid interponatur.
Et puta doct. loqui de cognitione ſingu
lari propriè ſecundum membrum, quod
alias eſſet nimis reſtrictum. De primo
membro manifeſtum eſt: quia res in ſe
non cognoſcitur niſi cognitione ſingu
lari intuitiua uel abſtractiua eam pręſup
ponente: quarum utraque eſt ſingularis

¶ Secundum aliam opi. quæ negat entia
habentia tantum eſſe obiectiuum & ſup
poſitis dictis in quæſtione .j. prologi du
bio .ij. poſſet ſic poni diuiſio. Res dupli-
citer poteſt cognoſci. Vno modo in ſe
.i. cognitione diſtincta. Alio mõ nõ in ſe
.i. cognitione indiſtincta. Et uocatur co
gnitio diſtincta rei ut auctor dicit: quan
do nihil quomodocunque diſtinctum a
re, cuius eſt cognitio terminat huiuſmo
di cognitionẽ .i. eſt cognitio ſignificans
rem aliquam præciſè: & nihil quomodo-
cunq; a re illa diſtinctum. ¶ Ex quo duo
ſequuntur. Primum, ꝙ omnis cognitio
diſtincta eſt ſingularis. Patet; quia ſi eſſet
communis non ſignificaret aliquã rem
præciſè: quia quacunque re per illam de
ſignata: cum illa etiam ſignificat aliquid
ab ipſa diſtinctum: quia non ſignificat
unum tantum: ſed plura. Secundum, ꝙ
omnis cognitio diſtincta eſt abſoluta.
Patet: quia ſi eſſet connotatiua cum re,
quam ſignificaret, etiam aliquid aliud cõ
notaret. Illo notabili præmiſſo, auctor
ponit tres concluſiones, quæ uidentur
poſitæ ſecundum primam opinionẽ de
conceptibus in eſſe obiectiuo. ¶ Quan- Arti. 2.
tum ergo ad articulũ ſecundum, eſt hæc Cõc. 1.
concluſio prima. Nec deus, nec aliquid, C
quod eſt realiter deus ſiue dicatur, & ſit
eſſentia: ſiue quidditas: ſiue quocunque
modo intrinſecum deo: naturaliter po-
teſt hic pro ſtatu uitæ cognoſci in ſe a no
bis, ſiue diſtinctè: ita ꝙ nihil aliud a deo
concurrat in ratione obiecti. Probatur:
quia nihil naturaliter cognoſci poteſt
in ſe: niſi cognoſcatur intuitiuè: ſed deus ꝑ
ſtatu illo non põt cognoſci intuitiuè ex
prima quæſt. prologi: ergo. Maior pa-
tet: quia propter hoc ſecundum philoſo
phum. Cæcus a natiuitate non poteſt
cognoſcere colorem in ſe: nec habere
ſcientiam de coloribus. Et eadem ratio Cõcl. 2.
eſt in omnibus. ¶ Concluſio ſecunda. D
Eſſentia, uel quidditas diuina poteſt a
nobis cognoſci in aliquo conceptu non
ſolum ſimplici communi deo & creatu-
ris: ſed etiam compoſito proprio deo cu
ius partes ſunt naturaliter abſtrahibiles
a rebus. Probatur pro prima parte: ꝙ in
conceptu communi: quia ſicut creatu-



ra aliqua poteſt cognoſci in conceptu
ſimplici communi deo, & creaturæ: ita
& deus: quia conceptus communis ali-
quibus æquè repræſentat quodlibet eo-
rum, quibus eſt communis. Quòd autem
talis conceptus ſit dabilis: patuit ſupra
diſtinct. 2. q. ix. in doct. & q. ij. prologi in
collectorio iſto. Item niſi deus ſic co-
gnoſceretur: nullo modo eſſet a nobis
cognoſcibilis. Secunda pars patet: quia
quando ſunt multa communia diſtincta
habentiá idem aliquod contentum, ſiue
repræſentatum: omnia illa communia ſi
mul accepta, & coniuncta conſtituunt
unum conceptum compoſitum propriũ
illi ſoli, quod in omnibus cõtinetur: ſed
multi ſunt conceptus ſimplices natura-
liter abſtrahibiles, quorum quilibet eſt
communis deo, & alicui creaturæ: ergo
omnes illi ſimul accepti, faciunt unũ cõ
ceptum compoſitum proprium deo. Et
ita cum poterit cognoſci: ꝙ ille conce-
ptus compoſitus de aliquo uerificatur:
deus in illo cognoſcitur. Maior proba-
tur: quia cum illa communia ſunt diſtin-
cta: quodlibet eorum aliquid continet,
quod nullus aliorum continet. Cõtinet
dico repræſentatiuè: alioquin ſi duo eo-
rum præciſè idem continerent repræſen
tatiuè, non eſſent diſtincti: ergo ſi illa
communia ſimul iunguntur: ſoli illi con
ueniunt, quod in omnibus continetur.
Nulli enim conuenire poſſunt ſimul, q̃d
non in omnibus continetur repræſenta
tiuè propter eorum diſtinctionem: quia
conceptus ex pluribus compoſitus non
poteſt alicui conuenire: cui nõ quælibet
pars totius cõuenit: ſicut animal, homo,
ſortes. Ille conceptus compoſitus nulli
conuenit, niſi quod eſt animal & homo,
& ſortes: & per conſequens ſoli ſorti. Et
ita eſt proprius illi, cui ſoli conuenit.
Minor probatur: quia ab entibus poteſt
abſtrahi conceptus entis, qui eſt commu
nis deo, & omnibus alijs entibus. Simili
ter poteſt abſtrahi conceptus ſapientiæ,
conceptus charitatis, conceptus iuſti-
tiæ &c. communis ſapientiæ, charitati,
iuſtitiæ, creatę, & increatæ. Et cum nul
la creata ſapientia ſit charitas, uel iuſti-
tia: ergo conceptus ex his compoſitus:

nulli creatæ ſapientiæ, uel charitati, aut
iuſtitiæ conuenit. Et quia poteſt conclu
di aliquam ſapientiam eſſe charitatem,
& iuſtitiam, quę non eſt creatura: & per
conſequens deus: ideo ille conceptus cõ
poſitus eſt proprius deo: quia nulli alij a
deo conuenit. Et uide circa hoc aucto-
rem clarè loquentem etiam ſupra q. vij.
prologi. Et nota, ꝙ illud, quod aſſumit
doct. dicens. Quando ſunt communia E
multa habentia aliquid idem contentũ:
omnia illa ſimul accepta faciunt unum
conceptum proprium illi contento in
omnibus: contento repræſentatiuè .i. ſi-
gnificato. Hoc intelligi debet de cõmu
nibus diſtinctis tali diſtinctione, ꝙ quod
libet eorum continet .i. ſignificat aliquid
quod per nullum aliorum ſignificatur:
unde oportet duo in omnibus illis con-
currere. Primum, quòd aliquod idem ſit
ſignificatum per omnia communia. Se-
cundò: ꝙ per quodlibet commune ſigni
ficetur aliquid: quod per nullum aliorum
ſignificetur: ut patet in declaratione ꝑ
aucto. Et per hoc excluduntur commu-
nia, quorum unum eſt ſuperius ad aliud,
in quibus non tenet probatio. Nã licet
idem continetur ſub illis communibus,
ſubſtantia, corpus, animal, ſcilicet ſortes:
tamen non conſtituunt ſimul ſumpta
conceptum proprium ſorti. ¶ Tertia cõ Cõcl. 3.
cluſio. Deus eſt cognoſcibilis a nobis in F
conceptu aliquo ſimplici connotatiuo,
uel negatiuo: quo modo repræſentatur
a ſigno incomplexo ad placitum inſtitu
to: ut conceptus huius ſigni ſumitur, pri
mum, prima cauſa, increatum, immorta-
lis, immutabilis, incauſabilis, ęternus &c.
probatur: quia poteſt cognoſci: ꝙ conce
ptus huiuſmodi ſimplices prædicantur
de ente particulariter. ut aliquod ens eſt
ſimpliciter immutabile &c. Et per hoc
cognoſcitur deus in conceptu tali, quia
illud ens, de quo uerificatur illa particu
laris propoſitio, non eſt niſi deus. Hoc
autem eſt cognoſcere deum in conce-
ptu cognoſcere propoſitionem (in qua
conceptus aliquis prædicatur de aliquo
cõmuni deo, & creaturæ) uerificari pro
ſuppoſito illius communis quod ẽ deus.
Omnia illa procedunt ſecundum opi-

nionem, quæ ponit, ꝙ conceptus habet tm̄ eſſe obiectiuum in mente. ¶ Tenendo autem, ꝙ conceptus eſt qualitas realis in mente. ſ. ipſe actus intelligendi dicitur, ꝙ deus non cognoſcitur in ſe: qa ſemper in omni cognitione, quā de deo habemus pro ſtatu iſto: concurrit aliquid in ratione obiecti, quod non eſt deus: qa omnis cōceptus nobis poſſibilis de deo ſecundum ſe totum uel ſecundum eius partem important creaturam: ut patet de conceptibus de quibus ſupra mentio eſt habita.

Arti. 3. Dub. 1. G

¶ Circa hoc quod auctor dicit in tertia concluſione: ꝙ diuina eſſentia eſt nobis cognoſcibilis in conceptu ſimplici ad placitum inſtituto proprio, connotatiuo uel negatiuo. Dubitatur primò. nā uidetur præſupponere falſum: cum nullus ſit conceptus ad placitum inſtitutus. Omnis enim conceptus ſignificat naturaliter propriè ea, quorū eſt conceptus tanquam naturalis ſimilitudo eorum. Siquidem cognitio mentalis in ſignificando non ſubeſt noſtræ poteſtati: ut patet de uiſione, & cæteris ſenſationibus. nec aliter ſentiendum eſt de cognitionibus intellectualibus. ¶ Ad hoc dicēdum: ꝙ auctor loquitur de conceptu ſecundum opinionem dicentium: ꝙ conceptus non eſt cognitio: ſed obiectū cognitionis in anima, habens eſſe fictum, quo ſupra in ſcripto primo diſt. ij. q. viij. in ſolutione quarti dubij loquitur. Talis enim conceptus ſi ponitur, quandoq; ſupponit pro re extra, a qua abſtrahitur: & quandoque pro ſimilibus rebus. Quandoque etiam pro rebus diſſimilibus: ut dum audita uoce carthaginis, quam nō uidit: ex uiſis urbibus fingit quandā imaginem ciuitatis, qua utitur pro cōceptu carthaginis: quę fortè eſt multum diſſimilis in eſſe obiectiuo carthagini. Hic ergo conceptus repræſentat carthaginem ex impoſitione, & non naturaliter. Vnde ſi conceptus ille uideri poſſet ab alijs: non repręſentaret eis carthaginē: niſi eis fuerit notificata impoſitio: ſicut dicitur de uoce carthago. ¶ Per hoc ergo dicitur: ꝙ conceptus abſtractus a re in ſe & intuitiuè cognita: naturaliter repræſentat rem illam & ſimilia rei illi a qua re abſtrahitur, & pro illis ſupponit: non ad placitum ſed naturaliter. Sed cōceptus abſtractus a rebus non intuitiuè cognitis tāquam ſimilitudo alicuius nō uiſi: illam rem non uiſam repræſentat ex inſtitutione fingentis, quę utitur tali actu pro re non uiſa: non natura imaginis fictæ: ſed ſua uoluntate: & quia nō eſt res aliqua intuitiuè cognoſcibilis: præciſè correſpondens conceptibus connotatiuis, & negatiuis, & ſyncathegorematibus: ideo conceptus connotatiui, negatiui, & ſyncathegorematicè ſignificāt ſic ex impoſitione, & non naturaliter, & frequenter ſunt conceptus proprij uocum impoſitarum: licet poſſint etiā abſtrahi a rebus: & hęc ſatis patent ex dictis auct. in. q. allegata.

Conceptus fictus ad placitū ſignificat

H

¶ Secundum aliam uerò opinionem tenentem: ꝙ conceptus eſt ipſamet cognitio: dicitur, ꝙ omnis cognitio, ſiue conceptus mentalis: quatenus ſiue inquantum eſt actus intelligendi ſignificat ea, quæ per ipſum intelliguntur naturaliter propriè. i. naturaliter ſeipſo immediatè: & non per ſubordinationem ad quemcūque alium conceptū, uel cognitionem. ¶ Veruntamen conceptus mentalis præter ea, quæ naturaliter ſignificat: poteſt quędam ad placitum ſignificare non ultimatè: uel naturaliter communiter, uel etiam ad placitum ultimatè conſecutiuè. exemplum primi, ut conceptus ſingularis ſortis ſignificat naturaliter propriè ſortem ſeipſo immediatè: & ſignificat ſeipſum naturaliter communiter mediāte alio conceptu reflexo. Significat etiam ſe, & ſibi ſimilia in ſignificando. puta uocem ſortis, & ſcriptum: ad placitum non ultimatè: mediante conceptu, qui eſt naturalis ſimilitudo ſignorum ſortem ſignificantiū: nihil tamen ſignificat ad placitum ultimatè. Conceptus autem non ultimatus uocis ſortis, qui naturaliter propriè ſignificat uocem ſortis: ad placitum ultimatè ſignificat ſortem: non per impoſitionem factam circa conceptum: ſed per impoſitionem, qua uox impoſita eſt ad ſignificandum talem hominem: conſecutiuè cōceptus impoſitæ uocis ſignificat eundē hominem: pro eo ꝙ ſignum



ſigni eſt etiam ſignum ſignati. Ex quo ſequitur: ꝙ dabiles ſunt duo coceptus, qui ſibi mutuò ſubordinantur: patet de conceptu ultimato, & cōceptu non ultimato huius uocis ſortes: nam ultimatus ſubordinatur non ultimato in ſignificādo uocem: & non ultimatus ſubordinatur ultimato in ſignificando hoīem: qui eſt ſortes. ¶ Et per hoc dicitur ad aucto. ꝙ loquitur de conceptu ſecundum primā opinionem: non ſecundum ſecundā: quę tenet: ꝙ conceptus ſit cognitio: nam ita cōceptus connotatiuus ſignificat naturaliter ea, quorum eſt ſicut cōceptus abſolutus unde conceptus correſpondens ad albus: naturaliter ſignificat omnia alba: & connotat omnes albedines per modum inhæſionis: ſic de cōceptu negatiuo: ſiue ſit complexus uel incōplexus: ſimiliter de ſincathegoremate mentali: eo modo quo ſignificat: ſignificat naturaliter. Latior proſecutio ad logicam pertinet.

Dub. 2. I

Qūo cōceptus cōnotatiuus ſit ſimplex

¶ Circa eandem concluſionem eſt dubium ſecundum: quo conceptus connotatiuus ſit ſimplex cum ſignificat diuerſa diuerſimodè: nam unum ſignificat in recto: aliud in obliquo: & hoc dubiū tangit hanc difficultatē in uno ſimplici cōceptu poſſint includi diuerſimodi ſignificandi. Et poteſt probabiliter dici ꝙ ſic. Quod patet de ſingulari uago: puta de ſenſatione, aut intellectione prima: quæ eſt nota intellectiua ſignificans rem ſingulariter quidem: ſed cum multis circūſtantijs diuerſorum prædicamentorum. Vnde dicitur: ꝙ una ſimplex qualitas mentis, & indiuiſibilis in partes diuerſarum rationum, poteſt habere diuerſos modos ſignificādi: unum formalem: aliū materialem. Qui modi ſignificandi non diſtinguuntur a conceptu. ſed ſunt ipſemet conceptus plura repræſentans: unū ut ſubiectum: aliud ut formam ſeu diſpoſitionem inhęrentem: immo poteſt habere diuerſos modos ſignificandi formales. Nec uidetur magis inconueniēs, intellectum uno actu appræhenſiuo ferri in diuerſa obiecta habentia tamē aliquem ordinem, ſeu habitudinem ad ſe: quàm ꝙ intellectus eodē actu adhæſiuo fertur in diuerſas propoſitiones: puta in pręmiſſas & concluſionē: ut patet de adhæſione totius demonſtrationis: ſeu quā ꝙ appetitus eodem actu fruitur fine: & utitur medijs ad finē: & ita ꝙ idem actus ſit uſus, & fruitio: immo amor & odium: de quo ſupra diſt. j. q. j. dictum eſt. Nec tn̄ quæcunq; res diuerſæ poſſunt per eundem conceptum ſignificari uniuocè: puta hic homo: & hic lapis pręcisè. Quoniam non habent aliquem ordinem, ſeu habitudinem ad inuicem: puta ſubiecti, & accidentis: aut totius & partis: aut alicuius conuenientiæ eis adęquatæ: uel alicuius reſpectus aut huiuſmodi. Non. n. poſſunt diuerſa eodem, uel diuerſis modis ꝑ eundem conceptum repręſentari: niſi ad ſe habeant certam conuenientiam, habitudinem, uel ordinem.

Dub. 3. K

Qūo res pōt cognoſci in alio.

¶ Tertiò dubitat̄ circa hoc, quod dictum eſt: ꝙ res poteſt cognoſci in alio. Non enim uidetur uerum: ꝙ cognitio cōceptu prędicabili de aliquo cognoſcatur res ipſa. Ad hoc dr̄ ſecundum utrāque opinionem de conceptibus. Primò, ſi conceptus habet eſſe obiectiuum: tunc uolentes cognoſcere deum in conceptu (quia ipſum in ſe cognoſcere nō poſſumus) utimur pro deo uno conceptu proprio, attribuēdo eidē per prædicationem (non pro ſe: ſed pro re, cuius eſt conceptus) quicquid deo attribui poteſt, & debet. Eſt ergo deum cognoſcere in conceptu: formare aliquam propoſitionem de deo in conceptu, ſiue in eſſe obiectiuo: & ſcire eam uerificari pro ſignificato illius cōceptus: ut patuit in concluſione. iij. q. huius. Quamuis. n. in huiuſmodi dei cognitione nihil terminet actum intelligendi, niſi ſolus ille cōceptus: quia tamē conceptus ille eſt proprius deo: ſecundum illam opinionem: & quicquid poteſt prędicari de deo: prędicatur uerè de illo conceptu (non pro ſe: ſed pro re, quæ deus eſt.) Ideo dum talem propoſitionem de deo uerificamus; deum in conceptu cognoſcimus. Illa eſt mens omnium de opinione illa dicentium: ꝙ deum in hac uita cognoſcere non poſſumus. Verum eſt in ſe: ita quòd ſolus deus in ſe terminet actum noſtræ cognitionis. ¶ Secundum aliam uerò opinionem, quę tenet:

ꝙ cõceptus eſt cognitio,poteſt ſic dici:
ut & tactum fuit.q.j.prologi. dub.ij. &
quæſtione præſenti in concluſione. iij.
ꝙ deum cognoſcimus non in ſe, ſed in
conceptu.i. non cognitione propria &
diſtincta:ſeu diſtincte deum repręſentet:
ſed commune ſibi & alijs Quãuis enim
ſecundum opinionem illam, deus eſt im
mediatũ obiectum noſtrę cognitionis:
licet enim intuitiuè uidere nõ poſsimus
pro ſtatu uię: quia tñ cognitio illa, ſiue
conceptus eſt communis deo, & creatu
ræ:ideo dum aliquam talem propoſitio-
nem formamus,in qua aliquid prędicaẽ
de huiuſmodi cõmuni deo, & creaturis:
& propoſitionem ipſam uerificamus pro
ſuppoſito illius communis ſcilicet pro
deo non in eſſe obiectiuo:ſed reali:dici-
mur deum cognoſcere in conceptu.
Dub.4. ¶ Quartum dubium:nam uidetur: ꝙ il-
L lud dictum in probatione primæ conclu
ſionis, ſcilicet ꝙ de nullo poſsit haberi
notitia abſtractiua, ſiue intuitiua nõ ſit
uerum. Siquidem angelus habuit noti-
tiam quidditatum ante rerum produ-
ctionem:ſed non poterat res prius, quã
conderentur, intuitiuè cognoſcere.
¶ Item agnus elicit inimicitiam lupi nõ
niſi: & ita ſub ſpecie aliena cognoſcit lu
pum. ¶ Ad primum dicitur:ꝙ illa proba
tio uadit naturaliter loquendo: ut ſupra
habitum eſt.q.j.prologi. Alias enim cę-
cus ita poſſet cognoſcere colores abſtra
ctiuè:ſicut quicunque aliud: quod tamẽ
falſum eſt. ¶ Cum autem obijcitur de
angelo:conceditur, ſi habuit talem noti
tiam quidditatum.i.conceptum commu
nium quidditatiuorum, ꝙ habuit eam a
deo infuſam: ſed non ex naturalibus ac
quiſitam. ¶ Ad aliud de lupo, & agno di
citur: ꝙ agnus ſub ſpeciebus, ſeu æqui-
ualenter ſolum cognoſcit inimicitiam
lupi:cuius latiorem declarationem uide
in doct. quia non facit directe ad quæ-
Dub.5. ſtionem. ¶ Quintum dubium quod in
textu doct. eſt tertium in ordine
ſuorum dubiorum habuit,
fuit. quæſtio. vij.
prologi.

## QVAESTIO. III.

VTRVM de deo poſſumus
habere plures conceptus
quidditatiuos. Articulis tri
bus quæſtio abſoluetur. Arti.1.
¶ Pro articulo primo notã Nota.1
dum breuiter,ꝙ auctor recitata,& impu A
gnata opinione quadam, quę tenet; ꝙ
de deo non poteſt haberi niſi unus con
ceptus quidditatiuus: & alij conceptus
ſunt denominatiui. Primum notat:ꝙ in
propoſito conceptus quidditatiuus eſt
conceptus ſupponens pręcisè pro re ip-
ſa:& pro nullo alio:niſi pro eo, quod eſt
illa res nihil connotando extrinſecũ rei.
Et ſic cõceptus dicere uidetur eſſe quid-
ditatiuus: quia prędicatur per ſe primo
modo de ſpecie. Aliter conceptus quid-
ditatiuus eſt conceptus abſolutus, ſiue
non connotatiuus,qui uidelicet ſignifi
cat eſſentiam rei ſine connotatione cu-
iuſcunque. Et ſic conceptus quidditati-
uus non diſtinguitur contra abſolutum:
ſed connotatiuum. ¶ iſto ſecũdo modo
doct. frequenter accipit conceptũ quid
ditatiuum in hac quæſtione. Prima uerò
acceptionem innuit clarè in probatio-
ne primæ concluſionis. Suppono hic di
cta in.q.ij. prologi,quæ plurimum ualẽt
ad propoſitum. ¶ Pro articulo ſecundo Arti. 2.
eſt hæc cõcluſio prima. Reſpectu dei poſ Cõcl.1.
ſunt haberi plures cõceptus quidditatiui B
non conuertibiles. Probatio: quia con-
ceptus entis ſapientiæ,bonitatis,iuſtitię
ſunt quidditatiui:quia abſoluti:& conue
niunt deo. Sunt etiam non conuertibi-
les: quia non omne ens eſt ſapiẽtia:nec
omnis ſapientia eſt iuſtitia: immo nulla
creata ſapientia eſt iuſtitia. ¶ Secunda Cõcl.2.
concluſio. De deo non poſſunt haberi C
plures conceptus quidditatiui conuerti
biles.Patet:quia omnes conceptus quid-
ditatiui conuertibiles ſunt ſynonymi: &
ita unus conceptus.i.non diſtincti in re-
pręſentando. Aſſumptum probatur:quia
tales ſignificant idem pręcisè:quia ſunt
conuertibiles. & eodem modo:quia ab-
ſoluti. ¶ Et ſi replicatur de conceptu ue
ri boni,& entis: qui ſunt conuertibiles,
& quid



quidditatiui conuenientes deo. Dicen
dum:ꝙ conceptus ueri,& boni ut cõuer
tuntur cũ ente, non ſunt quidditatiui:
ſed connotatiui:nam uerũ cõnotat ens
determinatũ.ſ.intellectũ,& bonũ cõno
tat appetitũ. Verum.n.habet hoc quid
nõis,uel ſimile ens intelligibile intelle
ctione ſimplici:& bonũ ens acceptabile.
de hoc.ſupra d.ij q.j.Sunt.n.iſti conce-
ptus paſsiones entis:et habeẽ in doct. &
collect. pſenti diſt.ij.q.ix. Paſsio aũt nõ
Cõcl.3. eſt conceptus quidditatiuus. ¶ Conclu
ſio tertia. De deo poſſunt haberi plu-
res conceptus ſimplices denominatiui,
& conuertibiles. Patet de illis: creatum
beatificatum &c. patet:ꝙ ſunt conuer-
tibiles:quia ſoli deo conueniunt. Quòd
ſint diſtincti: quia connotant differen
tiam in creaturis: licet nihil diuerſum
Epilog⁹ importent in deo. Et ſi placet ea, quæ
nũc dicta ſunt,ſummatim perſtringere,
poſſunt ex præcedẽtibus quæſtionibus,
& præſenti hæ colligi concluſiones.
Cõcl. 1 ¶ Prima. Deus in ſe, & diſtinctè: ita ꝙ
nihil aliud concurrat in ratione obie-
cti a nobis in uia naturaliter non poteſt
cognoſci. Patet ex prima quæſtione
prologi: quia talis cognitio eſt intuiti-
ua: uel abſtractiua præſupponens intui
Corol. tiuam. Corollarium. de deo non poteſt
haberi conceptus abſolutus conuertibi
Cõcl.2. lis cum deo: uel adęquatus. ¶ Secunda
concluſio. De deo poſſunt haberi plu-
res conceptus ſimplices quidditatiui cõ
munes deo,& creaturæ. Patet de conce
ptu entis,ſapientiæ charitatis &c. ſub-
Cõcl.3. ſtantiæ ſpiritus. ¶ Tertia concluſio. De
deo poteſt haberi conceptus quiddita-
tiuus compoſitus adæquatus. Compoſi
tus ex pluribus conceptibus, abſolutis,
adęquatis.i.conuertibilis. Patet de illo.
Ens,quod eſt ſapiẽtia,iuſtitia, charitas:
iſta declarata eſt quæſtione præceden-
Cõcl.4. ti. ¶ Quarta concluſio. De deo non
D poſſunt haberi plures conceptus quid-
ditatiui conuertibiles cum deo, ſiue
ſint ſimplices: ſiue compoſiti. Patet:
quia illi conceptus ſi eſſent: eſſent ſy-
nonymi. ¶ Verum conſiderandum:
quòd termini conuertibiles connota-
tiui non ſunt ſemper termini ſynony-
mi: ſed abſoluti conuertibiles ſunt ſem
per ſynonymi. exemplum primi. Ri-
ſibile, & flebile:licet enim habent idem
ſubſtractum: non tamen idem forma-
le. hæc de conceptibus quidditatiuis.
¶ Quinta concluſio. De deo poſſunt Cõcl.5.
haberi plures conceptus connotatiui,
tam ſimplices, quàm complexi,tam cõ-
uertibiles: quàm non conuertibiles.
Hi conceptus licet nihil diuerſum im-
portent in deo, tamen quia connotant
creaturam: poſſunt eſſe diſtincti ſecun-
dum diſtinctionem creaturam,quas con
notant. exemplum primi: ut ſapiens,
creatiuum. exemplum ſecundi de com
plexis: ut immaterialis,infinitus,immu
tabilis. ¶ Quantum ad articulum ter- Arti.3.
tium eſt primum dubium:quomodo con Dub.1.
ceptus concretiui:ut ſapiens, iuſtus,di- E
ligens, prædicantur de deo, an quiddi-
tatiuè, uel connotatiuè. Ad hoc dici-
tur primò de abſtractis,ſapiẽtia, iuſtitia,
dilectio,quæ in creaturis important per
fectionem ſecundam rei ſuperadditam:
quòd poſſunt accipi abſolutè: ut ſine
connotatione important rem illam ab
ſolutam, a qua aliquid dicitur ſapiens;
iuſtum diligens &c. Hoc enim in crea-
tura eſt qualitas quædam informans
animam: ſicut caliditas informat mate-
riam: & in deo non eſt quid ſuperad-
ditum: ſed omnibus modis eſſentia di-
uina:& quia utrobiq; eſt res abſoluta:po
teſt ſignificari abſolutè:omnis enim res
abſoluta põt abſolutè ſignificari. ¶ Poſ-
ſunt nihilominus ſignificare connota-
tiue,connotando.ſ. tendentiam poten
tię per huiuſmodi abſoluta in obiectum:
per quam ipſa potẽtia bene, uel malè di
ſponitur. Et ſic accipiendo abſtracta illa
ſunt connotatiua de prima,uel ſecunda
ſpecie qualitatis:quia pręter illam perfe
ctionem cõnotant aliud.ſ.ſubiectum, &
obiectum:quæ.ſ.ſubiectum,& obiectum
diſtinguuntur ab illa perfectione, pro
qua ſupponunt. In deo autem et ſi ſub-
iectũ prędicatione nõ diſtinguitur a per
fectione.i.deus a ſapientia:tñ diſtingui-
tur ab obiecto, qđ eſt creatura,in quàm
tendit cognoſcendo, uel tribuendo,
aut amando. ¶ De cõcretis.ſ.ſapiens,iu F

ſtus &c. dicitur quòd illa concreta ac-
cipiuntur quandoque ut communiter,
& uniuocè prædicantur de deo, & crea-
turis: & ſic ſunt connotatiua: quia non
poſſunt de creatura abſolutè prædicari:
eo quòd ſemper connotent præter ſub-
iectum, pro quo ſupponunt qualitatem
ſuperadditam: & quia idem conceptus
uniuocè tentus non poteſt eſſe abſolu-
tus, & connotatiuus: impoſſibile eſt: ꝙ
de uno prædicetur quidditatiuè: & de
alio connotatiuè: niſi fortè unum il-
lorum, de quo prędicatur, eſſet quid-
ditatiuè inferius: ut coloratum prædi-
catur de nomine albus, ſeu album quid-
ditatiuè: & de nomine homo denomi-
natiuè. Alio modo poſſet accipi ſapiēs
(licet non de ui ſermonis) ut pręciſè
attribuitur deo: ita quòd nihil ſignifi-
cat ſubſtractiuè, uel formaliter extra
deum: & ut ualet tantum ſapiens. i. ens,
quod ſapit: ſeu increatus iuſtus deus.
Et ſi ſic accipitur, eſt conceptus quid-
ditatiuus, & ſi fuerit compoſitus: eſt no
bis poſſibilis. Si ſimplex: erit conceptus
abſolutus correſpondens ad deus: ſed
ille non eſt nobis poſſibilis in uia. Et
illo modo accipiendo non prædicatur
uniuocè de deo, & creatura: ſicut etiam
dicit auctor. ij. quodlibet. quæſtio. iij.
quia habet aliud quid nominis, ut attri-
buitur deo: & aliud, ut attribuitur crea-
turæ. Primo modo dicitur ſapiēs, quod
habet ſapientiam ſibi inhærentem. Se-
cundo dicitur ſapiens, quod eſt ſapien-
tia. ¶ Secundum dubium eſt: quis con
Dub. 2. ceptuum quidditatiuorum dei ſit ſim-
G plicior, & perfectior. In hoc dubio re-
citata, & impugnata opin. Sco. ponit
doct. opinio. propriam, ſcilicet ꝙ inter
quidditatiuos conceptus inferior, &
minus communis eſt aliquo modo per-
fectior conceptu magis communi: &
per hoc conceptus, qui eſt præciſè com
munis deo, & maximè perfectioni, &
minus communis eſt perfectior. Inter
conceptus uerò nō quidditatiuos com-
poſitos ille eſt perfectior, qui compo-
nitur ex conceptu entis, & tali conce-
ptu perfectiſſimo ſimplici: conceptus
tamen do talis ex omnibus compoſitus
eſt perfectiſſimus. ¶ Ex illo patet: ꝙ
conceptus infiniti non eſt perfectiſſi-
mus: tum quia nō eſt ſimplex: tum quia
eſt negatiuus: ſed affirmatiuus eſt per-
fectior negatiuo: & ſimplex compoſito.
Sed inter conceptus compoſitos nega
tiuos: compoſitus entis infiniti expreſ-
ſius ſignificat maximam perfectionem
dei. Quod autem non ſit ſimplex: patet;
quia eſt proprius deo: nunc autem talē
habere non poſſumus pro ſtatu iſto: ue-
rum inter conceptus compoſitos, con-
ceptus infiniti expreſſus ſignificat ma-
ximam perfectionem dei. de hoc clarius
ſupra habetur. quæſt. ij. prologi. ¶ Tertiū Dub. 3.
dubium uad t contradicta in conclu- H
ſione ſecunda. Nam uidetur, ꝙ licet
conceptus ueri boni, & entis, non ſunt
ſimpliciter quidditatiui: tamen reſpectu
dei ſunt quidditatiui: quia non impor-
tant aliquid deo ſuperadditum, ſiue ex-
trinſecum: ſicut enim dicit auctor ꝙ ſa-
piens in quid prædicatur de deo: licet
de creatura prædicatur denominatiuè.
Reſpondetur: ſi iſti conceptus accipiun
tur, ut præciſè attribuuntur deo: uerum
pro uero increato, quod eſt deus: & bo
num pro bono increato: nihil aliud ex-
tra deum ſignificando: tunc ſunt conce
ptus ſynonymi: & ita ſunt unus conce-
ptus: non plures ſaltem repræſentatiuè.
Sicut etiam ſapientia increata, & iuſti-
tia increata, & omnes conſimiles con-
ceptus ſignificantes præciſè illud, quod
in deo eſt, ſapiētia, iuſtitia, charitas &c.
& nihil quomodocunque diſtinctū ſunt
ſynonymi & unus conceptus: quia con
ceptus diuinæ eſſentię. Sed talis con-
ceptus non eſt nobis poſſibilis: ut dictū
eſt. de hoc latius in dubio primo.

## QVAESTIO. IIII.

VTRVM deū eſſe ſit per ſe
notū. Tribus articulis quæ A
ſtio terminabitur. ¶ Pro ar Arti. 1.
ticulo primo notadum pri Nota. 1
mò: ꝙ cum dicitur propoſitio per ſe no
ta: per ſe notum non primò conuenit
rei: ſed propoſitioni: ut habet doctor. &
poſt eum Petrus de Alia. q. iij. artic. ij.



contra Grego. diſt ij. quæſt. j. art. j. qui
ponit complexe ſignificabilia: & eſſe per
ſe notum attribuit tam propoſitioni, q̃
rei ſignificatę per eam: magis tamē rei,
quàm propoſitioni. utriuſque opinionē
Nota. 2 recitat Oyta. q. iiij. artic. ij. ¶ Notan-
B dum ſecundò, cum dicitur propoſitio ꝑ
ſe nota: nō excluditur notitia termino-
rum: nec notitia terminorum eſt cauſa
ſufficiens reſpectu talis notitiæ: ſed cum
terminorum notitia, etiam requiritur
formatio propoſitionis, & ex conſe-
quenti uoluntas imperans intellectui,
ut intelligat. Non tamen idem eſt pro
poſitio contingens euidens: & propoſi
tio per ſe nota ut patuit. quæſt. j prolo-
gi. Nec idem ſufficit, & requiritur ad
utrunq; ut patuit ibidē. ar. j. Sed ad hoc,
ꝙ propoſitio ſit per ſe nota, requiritur:
ꝙ quæcūq; terminorū illorum notitia,
ſiue perfecta, ſiue imꝑfecta, ſiue confu
ſa, ſiue diſtincta, ſiue intuitiua, ſiue ab-
ſtractiua ſufficiat cum propoſitionis for
matione ad cauſandum notitiam euidē
tem talis propoſitionis. Et dictum eſt
notanter illorum, & non aliorum termi
norum: quia nō ſufficit, nec requiritur
notitia terminorū in uniuerſali ad pro-
poſitionem per ſe notam propriè di-
ctam. Attamen propoſitio per ſe nota
aliquando capitur impropriè: ad cuius. ſ.
notitiam non ſufficit notitia termino
rum incomplexa cum formatione pro-
poſitionis: ſed requiritur aliquid aliud.
Non tamen ſyllogiſmus: nec experien-
tia aliqua alicuius extrinſeci realis: ſed
ſufficit ſola exemplificatio. Sic illa dici
tur per ſe nota ex duabus uniuerſalibus
diſpoſitis in modo, & figura ſequitur
uniuerſalis. Sic quædam principia ſcien
tiarum dicuntur per ſe nota, quæ tamē
non ſunt ſimpliciter euidentia. Suppo-
nitur etiam: ꝙ alius eſt terminus uniuer
ſalis: & alius quodlibet ſub eo conten-
tum. Item alius diffinitio: alius diffini-
tum. Item alius terminus in propoſitio
ne deus eſt, quam format beatus cogno
ſcens deum in ſe, & quam nos pro ſtatu
iſto formamus: pro quo deum in ſe non
Nota. 3 cognoſcimus, neque diſtinctè: de quo. q.
C j. prologi. diſtin. ij. huius colle. ¶ Tertiò
notandum poſt dicta in doct. j. prologi.
& in collec. iſto ibidem. arti. j. & dub. ij.
ꝙ in deſcriptione propoſitionis per ſe
notæ: auctor per terminos (cum dicit: ꝙ
propoſitio per ſe nota eſt, ad cuius noti
tiam cauſandum ſufficit notitia ſuorum
terminorum &c.) intelligit quandoque
obiectum repręſentatum per extrema
propoſitionis. i. illud, ad quod termina-
tur cognitio ſubiecti, & prædicati: ſiue
ſit conceptus habens eſſe obiectiuum:
ſiue res ad extra terminans cognitionē:
ſiue etiam intelligitur per terminos co
gnitio, aut intellectio ipſa, unde forma
tur propoſitio mentalis: ut in dub. ij. q. j.
prologi huius collect. latius patuit. Et
ita ad hoc, ꝙ propoſitio ſit per ſe nota:
requiritur, ꝙ ſit nota appræhendenti ea
dem obiecta præciſè: per quaſcunq; no
titias ſiue intuitiuas, ſiue abſtractiuas.
Vnde patet: ꝙ in propoſitione, quam
format beatus de deo, & quam nos for
mamus: quia non eſt idem obiectum in
utriſque ideo non ſunt ijdem termini:
quia obiectum propoſitionis beati eſt
deus in ſe, cauſans diſtinctam ſui cogni
tionem, quæ non repræſentat aliquid
diſtinctum a deo, ſaltem unius extremi:
non ſic propoſitionis noſtræ (ut ex præ
ceden. patet) cuius termini, uel ſaltem
unus eſt conceptus communis, uel co-
gnitio indiſtincta. ¶ Quartò notandū, Nota. 4
ꝙ propoſitio per ſe nota poſſet breuius D
ſic deſcribi. Eſt propoſitio neceſſaria
non dubitabilis. Vel ſic. Eſt propoſitio
neceſſaria nota ex terminis ſuis proprijs
ex quibus componitur. Intelligendo ꝑ
terminum cognitionem mentis, uel ſibi
ſubordinatum. per ly neceſſarium ex-
cluditur propoſitio contingens: per id,
quod ſequitur propoſitio dubitabilis.
¶ Pro articulo ſecundo ponendæ ſunt Arti. 2.
concluſiones, quæ potiſſimum proce-
dunt ſecundum primam deſcriptionem
doct. tactā. ſupra q. j. prologi. ¶ Con- Cōcl. 1.
cluſio prima, quam etiam tenet Pet. & E
Oyta ubi ſupra eſt. Propoſitio deus eſt.
quam pro ſtatu iſto formamus: non eſt
per ſe nota. Probatur: quia eſt dubita-
bilis. Dixit enim inſipiēs in corde ſuo:
non eſt deus. Pſal. liij. ¶ Concluſio ſe- C

cunda,cuius cōtrarium tenet Grego.
ſed Oyta utranq; partem habet proba-
bilem:ubi ſupra. Propoſitio deus eſt, q̃
format beatus cognoſcens diuinam eſ-
ſentiam in ſe,eſt per ſe nota. Probatur:
quia beatus eam formans neceſſariò ei
aſſentit. Non enim poteſt dubitare deū
eſſe,qui habet notitiam dei intuitiuam ,
Cōcl.3. ſiue abſtractiuam. ¶ Concluſio tertia.
F Propoſitio deus eſt,quā nos habemus:
eſt demonſtrabilis per illam, quā habet
beatus: prædicando in maiori conceptū
eſſe de conceptu dei,quem format bea-
tus:& ſubijciendo reſpectu eiuſdem cō-
ceptum dei ,quem nos habemus in mi-
nori:& inferendo illam, quam nos ha-
bemus , deus eſt . Hic enim conclu-
ſio dubitabilis infertur ex præmiſſis per
ſe notis. Sed quæritur,cui eſt ſyllogiſ-
mus ille demonſtratio:non beato: quia
ille non dubitat concluſionem:nec uia-
tori:quia ille non habet præmiſſas. Di-
cendum:ꝙ eſt demonſtratio beato : &
licet non dubitet concluſionem: tamen
eſt dubitabilis ſibi,& alijs : quia ſi beatus
deſineret eſſe beatus: ita ꝙ perderet no
titiam diſtinctam diuinæ eſſentiæ:poſſet
eam dubitare: nec oportet ad hoc , ꝙ
ſyllogiſmus ſit demonſtratio:ꝙ conclu
ſio actu dubitetur:ſed ſufficit:ꝙ ſit dubi
tabilis:ut in doct. habetur in prologo .
Arti. 3. ¶ Quantum ad articulum tertium eſt du
Dub. 1. bium contra primas duas concluſiones.
G Nam illa propoſitio deus eſt,quam nos
formamus,eſt ſynonyma illi: deus eſt ;
quam beatus format:ergo ſi una eſt per
ſe nota,etiam alia. Antecedens proba-
tur: quia extrema ſunt ſynonyma:nam
utrobique ſubijcitur ille terminus deus:
& utrobique prædicatur uerbum eſt:uel
participium ens incluſum: & neuter æ-
quiuocatur:ergo ſunt ſynonymi : quia
omne idem ſignum non æquiuocatum
eſt ſibi ſynonymum. Nec refert:ꝙ bea
tus formans illam deus eſt: uidet intui-
tiuè deum : & non uiator eandem for-
mans:quoniam hæc propoſitio Ioannes
currit,eadē eſt formata a uidente Ioan
nem currere:& a non uidente. Alioqn
ſi illa,quæ formatur a uidente Ioannē
currere,eſſet alia:eſſet per ſe nota: quia
omni formanti eam indubitabilis eſt, &
euidenter nota:quod tamen falſum eſt:
quia eſt contingens. ¶ Ad hoc dicendū: H
ꝙ propoſitio deus eſt , quam nos for-
mamus non eſt ſynonyma ei,quam bea-
tus format : neque extrema ſunt ſyno-
nyma:quia alius cōceptus ſubijcitur in
propoſitione beati.ſ.ſimplex & abſolu-
tus deitatis:& diſtinctus & alius in no-
ſtra:in noſtra enim ſubijcitur cōceptus ,
uel communis uel connotatiuus , uel
complexus:qui non eſt ſynonymus ſub
iecto beati. ¶ Si dicis:deus ē terminus
abſolutus;& uolo,ꝙ ſic accipiatur in no
ſtra propoſitione. Dicendum:ꝙ illa uox
deus poteſt eſſe abſoluta pro quanto ſub
ordinatur conceptui abſoluto:ſed illum
non poteſt formare uiator: ſed inquan-
tum ſubordinatur conceptui, quem for
mat uiator non eſt abſoluta: ſed uel cō
plexa uel connotatiua. ¶ Et per hoc ad I
illud,quod additur:non refert ꝙ beatus
uidet intuitiuè deum &c. Negetur illud:
immo multum refert. Nā propter hoc,
quia beatus uidet : format conceptum
ſpecie diſtinctum ab eo , quem nos for-
mamus. Et ad probationem iſta Ioānes
currit, eſt eadem:ſiue formetur a uiden
te Ioannem, ſiue a non uidente. Re-
ſpondetur uocando eaſdem propoſitio
ne,ꝓpoſitiones ſynonymas: diſtinguo :
quia uel non uidens Ioannem currere:
aliquando uidit Ioannem currere:licet
nunc non uideat:& ita ad prolationem
uocis Ioannes format nunc notitiam
abſtractiuam diſtinctam Ioāni:tunc ſunt
ſynonymi. Et licet notitia intuitiua Io-
an. in uidente eum: & abſtractiua in nō
uidente eum ſpecie differant: ſunt tamē
ſynonymę:ut ſupra.q. j.prologi. Si uerò
non uidens Ioann. currere : nunquam
uidit Ioan. licet formet eandem uoca-
lem Ioannes currit: tamen non eādem
mentalem. Non conceptus, quem ipſe
format de Ioanne , non eſt ſynonymus
illi,quem format uidens Ioā.
eſt enim uel comple-
xus,uel conno
tatiuus.





## QVAESTIO. V.

A Vtrū uniuerſale cōmuniſſimū ſit primum cognitū a nobis.

VTRVM uniuerſale com-
muniſſimum ſit primum co
gnitum a nobis. ¶ Illa quę-
ſtio ſicut uerba ſonant:quę
rit de ordine obiectorum
adinuicem inquātum cognita: & poſſet
ſimiliter moueri de ordine cognitionū:
& quodammodo dependet eius ſolutiò
ex ſecunda:nam eo ordine obiectum co
gnoſcitur:quo eius cognitio a potentia
elicitur : cum ſit impoſſibile obiectum
cognoſcere: niſi per actum cognoſcēdi
a potentia elicitum:ſaltem in creatura :
de qua modo loquimur : ideo cognito
ordine cognitionum patet ordo obie-
ctorum cognitorum. Quod etiam quæ
ſtio inueſtigat:an primum cognitum ſit
ſingulare:dūtaxat locum habet ſecun-
dum opinionem tenētem uniuerſalem
conceptum eſſe obiectum cognitionis
uniuerſalis: & habere in mente tm̄ eſſe
obiectiuum : quia ſecundum oppoſitam
opinionem tenentem,ꝙ talia ficta non
ſunt ponenda : quodq; uniuerſale nihil
ſit niſi cognitio uniuerſalis:aut ſignum
ſibi ſubordinatum : quod eſt res quædā
ſingularis: licet uniuerſaliter repræſen-
tet, & ideo dicatur uniuerſalis : non in
eſſendo,ſed repræſentando:nulla eſt quę
ſtio. Cum enim eſſe cognoſcibile ſit ſin
gulare:certum eſt,ꝙ primum cognitum:
& medium & ultimum eſt ſingulare: eo
ꝙ quicquid cognoſcitur , eſt ſingulare.
Nec habet quæſtio dubium, ſi fieret cō
paratio obiecti cogniti ad cognitionē :
quia cum cognitio,quæ eſt actus cogno
ſcentis non cognoſcitur niſi per actum
reflexum:certum eſt: ꝙ prius actu recto
cognoſcitur obiectum ſingulare quam
ipſe actus rectus actu reflexo , ad minus
prius natura . Difficultas ergo non eſt
niſi de ordine cognitionum,quo præce
dat aliam generatione. Secundum illā
opinionem in tribus articulis ſtabit de-
ciſio quæſtionis. Primò recitatur a do-
ctore in ſcripto ſuo primo apud Scot.
diſt.iij.q.ij.qui tenet,ꝙ communiſſimū
non eſt prius notum: ſed ſpecies ſpecia
liſſima illius ſingularis,quod fortius mo
uet ſenſum. Et intelligitur ſecundū eum
quæſtio de primitate generationis,& im
pugnatur a doc. multum latè.& diffuſè.
De hinc recitatur opinio ſancti Tho.
part.j.q.lxxxv.art. iij: & ſimiliter impu
gnatur. Poſt hæc auctor ponit opinionē
propriam:ut patet in doct. ¶ Notandū Arti. 1.
ergo pro articulo primo ſuppoſita diſt. Nota. 1.
de obiecto primo potentiæ ex. q. j. diſt. B
huius.& diſt.xxxv.q iij. ꝙ cognitionū
quædam eſt confuſa: quædam diſtincta.
Cognitio rei diſtincta eſt,qua quicquid
eſt cognitio eſſentiale patet potentiæ.
Cognitio confuſa eſt, qua aliquid eſſen
tiale,uel intrinſecum obiecto patet po-
tentiæ & aliquid latet. Sicut cū cogno
ſcūtur diſſimilia in eſſentijs, figuris, uel
maioritate,aut minoritate,quæ tm̄ non
poſſunt diſcerni. Vide ad idem dicta in
q.ij.diſt.huius, &.q.ij.prologi. ¶ Secun Nota. 2
dò notandum:aliud eſt cognoſcere con C
fuſum:aliud cognoſcere confuſè. Co-
gnoſcere confuſum eſt,dum cognoſcit
totum habens partes intrinſecas:uel qn̄
cognoſcitur uniuerſale cōmune ad mul
ta:& tm̄ quodlibet illorum poteſt diſtin
ctè cognoſci. Sed cognoſcere confuſè
dupliciter accipitur. Propriè:qn̄.ſ.aliqd
cognoſcitur:& tm̄ non quodlibet intrin
ſecum ſibi patet potentiæ : & illo modo
ſolum totum includens partes confuſè
cognoſcitur. Impropriè( hoc eſt in con
ceptu )aliquid dicitur cognoſci:quia ali
quid aliud , quod eſt ſibi commune co-
gnoſcitur:uel aliquod proprium inclu-
dens cōmune,uel connotans, quod nō
eſt ipſum cognoſcitur : uel qn̄ aliquod
cognoſcitur, nec cognitione ſimplici
propria:nec æquiualenti: hic uerò acci
pitur cognoſcere confuſè propriè: non Nota. 3
impropriè. ¶ Tertiò notandum:ꝙ qui- D
dam conceptus eſt ſimplex nō includēs
plures conceptus ſuo modo ſicut com
poſitum actualiter plures res reales:ma-
teriam.ſ.& formam includit: per oppo
ſitum conceptus compoſitus . Notan-
dum etiam eſt:ꝙ doct. reſpondet ſecun
dum opinionē tenentem conceptus eſſe Arti. 2.
obiecta cognitionum. ¶ Quantū ad ar- Cōcl. 1.
ticulum ſecundum,eſt concluſio prima. E

Primum cognitũ a nobis ab intellectu
primitate generationis ẽ ſingulare. Pro
batur: quia illud, quod primò cognoſcitũ
ab aliqua potẽtia ſub aliqua ratione: ſub
illa ratione pręcedit actũ illius potentię:
ſed ſolum ſingulare ſub rõne ſingularis
pręcedit actum potentię: ergo. Maior
patet: quia nulla potentia facit primum
ſuum obiectum: nec rationem oſtenſiuã
ſui obiecti. ¶ Item ubi potentia prior
terminatur: ibi incipit poſterior: ſed ſen
ſitiua terminatur in ſingulari: ergo a ſin
gulari incipit potentia intellectiua. ¶ Itẽ
in potentijs ordinatis: in quodcunque
obiectum poteſt potẽtia inferior: in idẽ
& ſub eadem rõne poteſt potentia ſupe
rior: ut patet de intellectu, & uoluntate
& de potentijs ſenſitiuis exteriori, & in
teriori. Sed ſenſus & intellectus ſunt po
tentiæ ordinatæ: & ſenſus poteſt primò
Cõcl. 2. in ſingulare: ergo & intellectus. ¶ Con
F cluſio ſecunda. Primum diſtinctè cogni
tum ab intellectu poteſt eſſe ſingulare.
Probatur: quia primum diſtinctè cogni-
tũ a ſenſu poteſt eſſe ſingulare: ergo ẽt
ab intellectu. ¶ Item ſingulare poteſt
cognoſci nullo uniuerſali cognito: er-
go &c. Añs patet: quia res poteſt cogno
ſci: nullo quod non eſt de eius eſſentia
cognito. ſed uniuerſale non eſt de eſſen
tia cuiuſcunq; ſingularis: ut ex priorib⁹
patet. Et ẽ ſenſus huius propõnis. Prima
cognitio intellect⁹ põt eẽ ſingularis. Et
ſenſus primę. Prima cognitio ĩtellectus
primitate gñrationis ẽ ſingularis. Auct.
uerò ꝓſequitur de cõceptu: ut ẽ obiectũ
Cõcl. 3 cognitionis per totã quæſtionem. Et ſe-
cundũ hoc propoſitiones hic poſitæ ue
niunt intelligendæ. ¶ Concluſio tertia.
Aliquod aliud a ſingulari poteſt eſſe pri
mum diſtinctè cognitum ab intellectu.
Patet: quia ſtante cognitione confuſa
alicuius ſenſualis, poteſt ſtare cognitio
confuſa eiuſdem in intullectu: ab illa po
teſt abſtrahere intellectus conceptũ uni
uerſalem ſimpliciter ſimplicem ante co
gnitionem cuiuſcunq: alterius rei ſingu
laris: & ille conceptus ſimpliciter ſim-
plex diſtinctè cognoſcitur: quia ſimplex
non poteſt niſi diſtinctè cognoſci: quia
dum cognoſcitur (eo ꝙ ſimplex partes
non habet) nihil eius latet: aut enim to
tum cognoſcitur: aut totum ignoratur.
¶ Concluſio quarta. Solum ſingulare Cõcl. 4
poteſt confuſè cognoſci. Patet: quia ſo G
lum compoſitum, cuius aliquid latet: &
aliquid patet: poteſt cognoſci confuſè:
tale autem ſolum eſt res ſingularis in-
cludens multas partes. Maior patet ex
notabili. Minor patet: quia tale nõ po-
teſt eſſe conceptus: quia nec ſimplex:
quia talis non poteſt confuſè cognoſci:
nec compoſitus: quia talis nõ poteſt co
gnoſci, niſi omnes partes eius cognoſcã
tur: quia earum eſſe nihil eſt niſi cogno
ſci: & ſic nihil eius latet: quare ſi cogno
ſcitur, diſtinctè cognoſcitur. ¶ Conclu Cõcl. 5.
ſio quinta. Non ſemper totus ordo cõ
fuſè cognoſcendi præcedit totum ordi
nem diſtinctè cognoſcendi. Patet: quia
aliqñ primum cognitum primitate gene
rationis eſt diſtinctè cognitum ab intel
lectu: qñ. ſ. aliquid eſt diſtinctè ſenſatũ. Cõcl. 6.
¶ Ex illis ſequitur cõcluſio ſexta ad quę-
ſtionem reſponſiua: ꝙ cõmuniſſimum
non eſt primum cognitum a nobis. Pa-
tet ex præcedentibus concluſionibus.
¶ Plura notanda tangit auctor in ſolu-
tione rationum, quæ hic propter breui
tatem omittuntur. uide doct. ¶ Quantũ Arti. 3.
ad articulum tertium, dubitatur contra Dub. 1.
concluſionem primam. Cauſa naturalis H
primò agit ad effectum perfectiſſimum,
in quem poteſt: & cũ cognitio ſpeciei
ſpecialiſſimæ ſit perfectiſſima cognitio
illa primò cauſabitur: & ita non ſingula
re. Reſpondetur breuiter: ꝙ ratio acci-
pit falſum, nec concludit: non enim cau
ſa naturalis ſemper agit primò ad perfe
ctiſſimum effectum, in quem poteſt. Pa-
tet. Nam intellectio præcedit dilectio-
nem, quæ tamen eſt nobilior cognitio
ne. Præterea maior eſt falſa: quia con-
ceptus ſpecialiſſimè non eſt perfectiſſi-
mus effectus: in quem poſſunt illæ cau-
ſæ naturales: ſed cognitio ſingularis eſt
perfectior: & ita nõ procedit ratio. Sco
ti. ¶ Secundum dubium poſſet hic mo- Dub. 2.
ueri de ordine generationis cognitio-
num: ſed per doct. hoc tan-
gitur in quæſt. ſequẽti
hic omittitur.



## QVÆSTIO. VI.

A VTRVM prima notitia in
tellectus primitate genera-
tionis ſit notitia intuitiua
alicuius ſingularis. ¶ In hac
quæſtione doc. primò reci
tat opinionẽ ſancti Tho. par. j. q. lxxxvj.
art. j. tenentem: ꝙ intellectus noſter pri
mò & directè nõ poteſt cognoſcere ſin
gulare in rebus materialibus: quia primũ
ſingularitatis in rebus materialibus eſt
materia: ſed poteſt ſingulare cognoſce-
re ſolum per quandam reflexionem. De
hinc recitatur opi. Henrici Gandauen.
v. quodli. q. xv. & iiij. quodlib. q. xij. qui
eandem ponit concluſionem. Adducun
tur tñ multæ auctoritates pro hac opi-
nione, quas doctor impugnat: uide in
ſcripto ſuo. Itaq: quæſtio illa pro maxi
ma parte fundatur in ſolutione aucto-
ritatum militantium contra prius dicta
doct. & dependet eius defectus ex prius
dictis. Habebit ergo quæſtionis deciſio
tres breues articulos. Primus ordinem
generationis cognitionum pro ſtatu il-
lo explicabit. Secundus concluſiones re
Arti. 1. citabit. Tertius dubium mouebit. ¶ Pro
B articulo primo, & pro clariori intellectu
dicendorum, eſt hic notãdum breuiter
de ordinata cognitionum generatione.
Et primò de operatione ſenſitiua cogni
tiua: ꝙ pro ſtatu uiæ huius omnis no-
ſtra cognitio incipit a ſenſu. ¶ Eſt ergo
De operatione ſenſus. prima cognitio primitate generationis
ſenſatio exterior: quę cauſatur immedia
tè ab obiecto. Immediatè dico, ideſt ſi-
ne cognitione media: ſiue ponatur ſpe-
cies media, ſiue non: de quo in. ij. quæ
ſtio. ij. diſtinctio. iij. Hæc notitia eſt in-
tuitiua: quia ea cognoſco rem ſenſatã
eſſe: & dependet ab obiecto non ſo-
lum in fieri: ſed etiam in eſſe. Vnde
remoto obiecto ſtatim corrũpitur hęc
cognitio: hæc ſingulariter repræſen-
tat obiectum, ideſt qualitates ſenſibiles
tam proprias, quàm communes. ¶ Se-
cunda cognitio eſt cognitio eiuſdem
ſubiecti, quam elicit ſenſus communis:
eodem modo repræſentans obiectum
ſicut cognitio prima: & cum hoc ut ſen
ſatum, uel uiſum &c. Nam ſenſus in-
terior eſt, qui iudicat de actibus ſen-
ſuum exteriorum. Prima enim uiſio-
ne, ſcilicet exteriori non cognoſco me
uidere: quia nonnunquam aliquis uidet
neſciens ſe uidere. Illa cognitio ſimi-
liter eſt intuitiua: quoniam ea euiden-
ter cognoſco me ſentire: quæ ſimiliter
cedente prima ſenſatione corrumpitur:
huius obiectum eſt res ſenſata: & cum
hoc ſenſatio exterior. ¶ Tertia noti-
tia eſt ſynonyma ſecundæ: manens re-
moto obiecto etiam ceſſante ſenſatio-
ne exteriore: per quam cogito de re
etiam abſente. Siquidem experimur:
quòd uidentes rem aliquam: ipſa a-
mota ab oculis adhuc manet in nobis
notitia quædam, quæ repræſentat rem
diſtinctè: & eodem modo, quo noui
præſentem: & hæc non eſt aliqua dua-
rum pręcedentium: quia per illam non
poſſumus euidenter ſcire aliquam ueri-
tatem contingentem dę re cognita: ſi-
cut per præcedentem: ergo diſtinguitur
ab eis. Et ita non eſt intuitiua: ſed ab-
ſtractiua: quia abſtrahit ab exiſtentia
rei hic & nunc, ideſt per eam non poſ-
ſumus euidenter ſcire de re, quam repre
ſentat an ſit, uel non: an ſit hic, uel ibi:
eſt tamen notitia rei diſtincta. ¶ Quar-
ta eſt cognitio memoratiua, quæ for-
matur per ſpecies, uel habitus a priori-
bus cognitionibus deciſas, uel deciſos
in organo memoriæ reſeruatos. Et illa
cognitio memoratiua cum obiecto im
portant tempus præteritum, ideſt im-
portat obiectum ut prius etiam cogni-
tum. Hæc notitia etiam abſtractiua eſt
ſicut tertia, & diſtincta uel rei in ſe:
ſed non intuitiua. ¶ Hæ quatuor noti-
tiæ ſenſitiuæ ſunt ſimplices: quæ re-
gulariter producuntur de quolibet ob-
iecto ſenſato: præſertim tres primæ,
quæ ſunt rei in ſe diſtinctæ ſingula-
res, & materiales inhærentes orga-
no ſenſus, quod eſt compoſitum ex
corpore, & anima ſenſitiua. Quarum pri
mę duæ ſunt intuitiuę: poſteriores duæ
abſtractiuæ. ¶ Deinde & alias cogni-
tiones elicit ſenſus, ponens conuenien-

tiam,& differentiam ſenſibiliū: & com
ponit ſpecies diuerſas formans cogni-
tionem rerum non ſenſatarum:ſed totū
licet ſecundum partes puta in ſomno, &
uigilia. Et ſecundum multos componit,
& diuidit per uirtutem æſtimatiuam: ſe
cundum quoſdam etiam elicit ſpeciem
non ſenſatam.i.format cognitionē re-
præſentantem rem ſub circūſtantia ſen
ſu exteriori non perceptibili: ut cū cir
cūſtantia nociui,uel inimicitiæ,ut ouis
uiſo lupo propter ꝙ fugit:ſed ſuperfluū
uidetur ponere hanc notitiā: ut probat
auctor diſt.iij. q.ij. & in hoc termina-
tur tota operatio ſenſitiua cognitiua.

De operatione intellectus.

¶ Intellectus uerò,qui eſt potentia ſupe
rior,operationem ſuā incipit a ſenſibus:
neque.n.non ſentiens intelligit. iij. de
anima. Prima ergo cognitio intellecti-
C ua:eſt cognitio ſingularis rei ſenſatæ, ſy
nonyma ſenſationi interiori, quæ inte-
rior uocatur phantaſma. Dicitur autem
intellectio prima a ſenſatione interiori:
quia illa eſt penitus immaterialis inhæ-
rens tantum intellectui,& non organo.
A qualibet autem ſenſatione interiori
poteſt generari intellectio eius in ani-
ma:quia in quodcunque obiectū poteſt
potentia inferior:in idem & ſub eadem
ratione poteſt & ſuperior in potentijs
ordinatis:ut patet de ſenſū exteriori, &
interiori:de intellectu,& uoluntate.¶ A
notitia ergo prima intellectiua intuiti-
ua abſtrahit intellectiuam abſtractiuam
ſingularem uagam,ſicut ſenſus. Deinde
abſtrahit duplicem notitiam : ſingularē
& communem. Singularem:nam habita
ſingulari uaga ſignificante multas circū
ſtantias ſenſu perceptibiles : conſiderās
aliquas uariari alijs manentibus abſtra-
hit duos conceptus:unū eius, quod mu
tatur: alium repræſentantem præcisè il-
lud,quod manet immutatum: & omnes
ſunt ſingulares: nec ab illa abſtractione
ceſſat,donec perueniat ad cōceptus ſim
plices ſignificantes tm̄ unam qualitatē
abſolute. Item conſiderans plura ſingu
laria conuenientia ſibi ſimiliora inter
ſe in aliquibus,q̄ cū alijs abſtrahit con-
ceptum communem adęquatè repręſen
tantem huiuſmodi conuenientia . Et ſi
fuerit cōuenientia eſſentialis:poteſt for
mare conceptum abſolutum:ſi acciden-
talis:format conceptum connotatiuū :
& ſecundum ꝙ conuenientiæ ſunt plu-
rium,uel paucorum, format conceptus
magis,uel minus communes. In his tn̄
conceptibus abſtractis ſiue ſingularibus,
ſiue communibus non eſt determinatus
ordo:ſed nunc prius unum format: nūc
alium:ſecundum ꝙ occurrunt mutatio
nes rerum ,uel ſingularia diuerſa nunc
eiuſdem ſpeciei nunc diuerſarum ſpecie
rum,uel generum. Et idem conceptus
ſpeciei non pręſupponit conceptum ge
neris,nec econuerſo:quia nūc ille prius
formatur:nunc ille: cōceptus tamen ſin
gulares rerum ſenſatarum pręſupponun
tur omnibus alijs. ¶ Deinde intellectus
negotiatur circa conceptus coniungen
do eos:faciendo complexa propoſitio-
nalia,& non propoſitionalia. Idem ex
ꝓpoſitionibus ſyllogiſmos facit,& alios
diſcurſus conſequētionales, quibus in
Arti. 2. quirit ex notis ignota. Pro articulo ſe-
Cōcl.1. cundo eſt hæc concluſio prima. Singu
D lare intelligitur. Patet ex præcedenti
quæſtione. Item ſi non:uel propter per
fectionem,uel imperfectionem ipſius in
tellectus non poſſet intelligi. Non pro
pter imperfectionem:quia ſenſus eſt im
perfectior:& tamē cognoſcit ſingulare:
nec propter perfectionē intellectus : qa
aut ex eo,ꝙ non poteſt intelligere tam
imperfectū:ſicut eſt ſingulare materiale:
ſed hoc nō:quia ſingulare eſt perfectius
uniuerſali. Nam uniuerſale abſtractū a
ſingularibus nō eſt perfectius ſingulari.
Aut quia nō poteſt immutari ab aliquo
materiali: nec recipere materiale . Sed
hoc non:quia quodcunq; fuerit,quo im
mutatur ad intelligendum uniuerſale ſi
ue ſpecies intelligibilis,ſiue actus intel-
ligendi , ſiue habitus ſecundum com-
muniter loquentes:per illud poteſt im-
mutari ad intelligendum ſingulare . Et
licet res ſingularis ſit materialis : ta-
men ſpecies intelligibilis , quæ im-
mutat , uel recipitur in intellectu (ſe-
cundum ponentes ſpecies ) & ſimi-
liter intellectus agens , ideſt actus intel
ligendi,uel intellectus habens in ſe actū:
ita



tā ut totum illud ꝓdicat intellectus agēs:
eſt immaterialis: non enim lapis eſt in
anima:ſed ſpecies eius. Præterea ani-
ma ſeparata poteſt intelligere ſingulare
materiale.ergo eadem ratione coniun-
cta. Item obiectum dicitur recipi intel-
lectu:quia actus intelligendi, qui eſt il-
Cōcl.2. lius obiecti eſt intellectu. ¶ Concluſio
E ſecunda. Prima notitia ſingularis eſt in
tuitiua. Probatio: aliqua notitia ſingu-
laris intellectus eſt intuitiua : quia niſi
ſic,nulla ueritas contingens poſſet eui
denter cognoſci ab intellectu:ſed noti-
tia intuitiua non eſt poſterior abſtracti-
ua:ut patet. q.i.prologi.ergo &c. ¶ Cō
Cōcl 3 cluſio tertia. Singulare ſenſibile primò
intelligitur. Probatur: quia prima noti
tia intellectus noſtri pro ſtatu iſto eſt no
titia ſingularis ſenſibilis. Patet:quia qd̄
primò ſenſatur a ſenſu,primò intelligi-
tur ab intellectu:quia in potentijs ordi
natis quicquid,& ſub eadem ratione po
teſt potentia inferior: id & ſub eadem ra
tione poteſt ſuperior. Quod patet de
ſenſu exteriori , & interiori , & appe-
titu, intellectu , uoluntate : ut dictum
eſt ſupra . Nec ualet hic euaſio ſancti
Thom. ſi diceret ꝙ uirtus ſuperior po
teſt in id in quod inferior:ſed modo e-
minentiori. Hoc latè improbat doc.in
ſcripto primo. ¶ Pro articulo tertio du
Arti. 3. bitatur circa nūc dicta.ſ.ꝙ cognitio no
F ſtra ortum habet a ſingularibus . Nam
uidetur : ꝙ cognitio noſtra incipit ab
uniuerſalibus: quia ſenſu cognoſcuntur
res conceptu uniuerſaliori : & deinde
minus uniuerſali:ut patet in cognoſcen
te rem a remotis , quæ primò iudicatur
corpus: deinde animal: deinde homo:ul
timò Ioannes,uel Petrus. ¶ Similiter
pueri primò uocant omnes uiros patres:
& omnes fęminas matres: deinde diſcer
nunt unumquodque. ¶ Ad hoc addu-
cuntur multæ auctoritates philoſophi,
& cōmenta. & poſſet ſimile oſtendi de
fatuis,ſicut de pueris. Et tamen illud nō
uidetur eſſe uerum, niſi uniuerſale eſſet
Rn̄ſio. primo intellectu. ¶ Ad illa dicitur bre-
G uiter poſt doctorem,qui materiam iſtam
latè,& clarè proſequitur. Primò,ꝙ eſt
contra opi. omnium,ꝙ uniuerſale prius
ſentitur,quàm ſingulare. ¶ Secundò di
citur:ꝙ ſicut eſt in pueris, ꝙ primò om
nes uiros patres,& omnes fęminas ma-
tres appellant,& deinde diſcernunt unū
quodque: ita etiam eſt in fatuis, & uſu
rationis carentibus:& ſimiliter in bru-
tis:& tamen nō cognoſcunt uniuerſale.
Et loquitur auctor ſecundum opi.de fi-
ctis , ꝙ conceptus eſt obiectum cogni-
tionis. ¶ Secundum aliam opi.talis co
gnitio nō eſt uniuerſalis:ſed ſingularis .
Cum ergo uniuerſale non ſit niſi in in
tellectu & per operationem intellectus:
ergo talia faciunt pueri per notitiam
ſenſitiuam tantum.¶ Tertiò dicitur & ſe Corol.
quitur corollariè ex præfatis: ꝙ pri-
mò intelligitur ſingulare ſicut primò
ſentitur ſingulare. Attamen aliqua co-
gnitio ſingularis tam ſenſitiua quàm in
tellectiua,ſiue partialiter,ſiue totaliter,
eſt ſufficiens ad diſcernendum id, quod
ſenſu appręhenditur ab alio:& aliqua ad
hoc non ſufficit: niſi fortè ad diſcernen
dum a paucis: & aliquando una res po-
teſt diſcerni a paucioribus, & alia a plu-
ribus. Exempli gratia. Agnus nō diſcer-
nit hanc ouem ab illa: et tamē diſcernit
ouem a lupo boue,uel aſino. Quandoq;
unam albam ouē ab alia non diſcernit :
ſed diſcernit albam a nigra. Et tandem
diſcernit matrem ab alijs omnibus. Illa
nobis innoteſcunt per ſenſus. Et ratio
huius eſſe poteſt: quia potentia appræ-
henſiua creata non poteſt unum diſcer
nere ab alio: niſi propter aliquam diſſi-
militudinem compræhenſorum,ſiue ap
præhenſorum per ſenſum:non curando
an illa diſſimilitudo ſit in uoce, figura ,
loco,ſitu,qualitate inter ipſa appræhen
ſa. Et quia ouis non ſtatim cognoſcit
omnia talia diſtinctè: non ſtatim poteſt
unum ab alio diſcernere. ¶ Præterea in
ter ipſa diſtincta quandoque magna re-
peritur ſimilitudo : ita ꝙ diſtincta noti-
tia unius non ſufficit ad diſcernendum
hoc ab alio confusè cognito: & tamen
ſuper cognoſcitur ſingulare. An autem
talis notitia ſit ipſa notitia appræhen-
ſiua,uel diſtinguatur ab ea:alias patebit.
¶ Et ſi dicitur:ꝙ hoc eſt contra proceſ H
ſum philoſophi. j. Phyſ. ubi dicit:ꝙ no-

bis manifeſtisſima ſunt,& certa cõfuſa
magis. ¶ Secundò dicit, ꝙ ex uniuerſa-
libus in ſingulare oportet deuenire. ¶ Itẽ
cõmentator cõmen. iiij. Oportet nos
procedere de rebus uniuerſalibꝰ ad par
ticulares &c. ¶ Ad illa dicitur. Primum:
ꝙ nomen commune, & notitia magis
uniuerſalis dupliciter ſumitur. Eſt enim
commune per prædicationem eſſentia-
lem:& eſt commune per prædicationẽ
denominatiuam. Commune per prædi
cationem eſſentialem eſt, quod prædica
tur de pluribus in quid, & per ſe primo
modo, q̃ aliud:& ſic animal eſt cõius, q̃
homo:& corpus, quàm animal. Aliud
eſt communius non per prædicationem
in quid,& per ſe primo modo:ſed ꝑ præ
dicationem denominatiuã, & quaſi per
ſe ſecundo modo. Et iſto modo motu
localis eſt quid cõmunius: q̃ coloratum,
uel color:quia motus localis in pluribus
inuenitur quã color. Omne enim colo
ratum poteſt moueri:ſed non oẽ, quod
poteſt moueri, eſt coloratum. Sic luci-
dum eſt communius, q̃ coloratum:quia
in pluribus inuenitur per prædicationẽ.
¶ Item æquiuocatio eſt de notitia uni-
uerſalioris:quia quędam eſt notitia com
plexa:quædam incomplexa. Similiter
aliquod incomplexum eſſe ꝓrius notũ
alio poteſt intelligi dupliciter. Vel quia
hoc poteſt eſſe prius notum ex eo:quia
eſt in potentia propinqua ad notitiam
alterius. Vel quia neceſſariò eſt notum
ante notitiam alterius. Ita ꝙ ſequitur:
aliquid eſt notum:ergo hoc eſt notum.
& non econuerſo. ¶ Per hoc ad argu-
menta dici poteſt:ꝙ intẽtio philoſophi
& commentatoris eſt dũtaxat uelle tra
dere ordinem libri phyſicorum ad alios
libros naturales. Et ꝙ in tradendo ſciẽ
tiam aliquam procedendum eſt eo ordi
ne, quo communitas hominum audien-
tium doctrinam talem poteſt facilius ca
pere,& addiſcere. Nunc autẽ ea, de qui
bus tractatur in libris phyſicorum: ſunt
uniuerſaliora primò uel ſecundo modo:
q̃ ea, quę tractant̃ in alijs libris:ideò ſunt
ut frequẽter magis manifeſta. Et ſic de
uniuerſalibus procedere oportet ad par
ticularia: q̃uis ẽt e regione aliquibꝰ par
ticularia ſint magis facilia, q̃ uniuerſalia.
hæc latè proſequitur doc. Cũ ergo dicit Cõfuſa.
philoſophus .j. Phyſ. ꝙ nobis manifeſtisſi
ma ſunt,& certa cõfuſa magis. cõment.
cõm. iij. per confuſa intelligit cõpoſita
ſiue ſint cõpoſita, ut res componitur ex
ſuis partibus:ſiue ut diffinitum dr̃ cõpo
ni ex diffinitione:ſiue ut cõmune dicit̃
componi ex contentis ſub eo:quos tres
modos cõpoſitionis tãgit cõmen. com
v. j. Phyſ. Et talia confuſa, ſiue cõpoſita.
ſunt notiora, & certa magis. primo mõ
capiendo notiora:quia .ſ. conferunt ad
notitiam alterius: non autẽ ſecũdo mõ
accipiendo notiora. ¶ Ad ſecundã auct. K
patuit: quia oportet ex generalioribus
deſcendere ad particularia. ¶ Ad tertiã
auct. dr̃ conſimiliter: ꝙ totum ſecundũ
ſenſum notius eſt: qa pauciora ſufficiũt
ad notitiam totius (ut totũ aliquod ab
alio toto diſcernatur) q̃ ad diſcernen-
dum partes totius inter ſe diſtinctas: qa
qñque minor propinquitas, & diſtincta
ſufficit ad diſcernendum totum a toto,
q̃ partem a parte. ¶ In genere ergo ſe-
cundum mentem doctoris, cõmentator
intelligit, ꝙ uniuerſalia a cõitate faci-
lius cognoſcuntur. notanter addit a cõ
munitate. Et illa eſt generalis reſponſio
ad oẽs illas auctoritates philoſophi, &
cõmentatoris. ¶ Plura autẽ tangit do
ctor ponẽs notabilẽ proceſſum tam ſen
ſus, q̃ intellectus in operationibus ſuis
circa ſingulare ſenſatum. ¶ Item ꝙ in-
tellectus agens, & posſibilis non diſtin-
guantur. Et ad quid ponitur intellectus
agens: quæ (& alia) uideri poſſunt in li-
tera. ¶ Itẽ quõ agnus ſub ſpeciebus ſen
ſatis æquiualenter cognoſcit inimicitiã
lupi. uide. q. ij. diſtin. huius in doctore.

## QVAESTIO. VII.

VTRVM ſingulare posſit A
diſtinctè cognoſci ante co
gnitionem entis, uel cuiuſ-
cunq; uniuerſalis. ¶ Tribus
articulis, quæſtio terminabitur. ¶ Arti Arti. 1.
culus primus ponet multiplicẽ acceptio
nem nois cõpræhẽdere. Accipitur. n. cõ
prehendere quintupliciter. Primò gene



raliter:ut eſt idem, quod cõprehendere:
& ſic accipitur pro oi cognitione. Scd̃o
modo accipitur pro notitia rei diſtincta
qua .ſ. nihil latet, quod eſt de eſſentia rei
cognitæ: ſed quicquid eſt intrinſecum,
patet. Tertiò accipitur pro lympidisſima
& perfectisſima rei cognitione, q̃ poteſt
eſſe rei ipſius. Quartò ꝓ notitia rei ſub
oibus prędicabilibus de re ipſa. Quintò
pro notitia rei diſtincta: & tantæ perfe-
ctionis in actu: quãta eſt perfectio rei co
gnitæ. ¶ Pro articulo ſecundo eſt hæc
Arti. 2. Cõcu. B cõcluſio unica. Cognitio diſtincta ſingu
laris nõ requirit neceſſariò diſtinctã no
titiam cuiuſcunq; uniuerſalis. Probatur:
qa quodlib. põt diſtinctè cognoſci ſine
illo, quod nõ eſt de eius eſſentia:ſed nul
lum uniuerſale eſt de eſſentia ſingularis:
quia uniuerſale eſt ens rõnis, & ſingula
re ens reale:ſed nullũ ens rõnis eſt de eſ
ſentia, & qdditate realitatis ſingularis.
de hoc ſupra. q. vj. Ex quo patet: ꝙ res
poteſt diſtinctè cognoſci abſq: eius dif-
finitione quidditatiuo: diffinitio ei quid
ditatiua non eſt res ipſa cognita &c. de
hoc infra in dub. iij. art. iij. ¶ Pro artic.
Arti. 3. Dub. 1. C tertio dubitatur primò circa ꝓbationem
cõcluſionis. Si enim ſtaret: ſequeretur,
ꝙ quicquid diſtinctè cognoſceretur, il-
lud cõpræhenderetur: quod tñ falſum ẽ:
quia deus poteſt a creatura diſtinctè co
gnoſci: non tñ cõprehendi. Sequela pro
batur: quia qñcunq; aliquid ſic cogno-
ſcitur, ꝙ nihil eius latet ad eius noti-
tiam diſtinctam requiſitũ, illud cõprehẽ
ditur:ſed deus poteſt a creatura diſtin-
ctè cognoſci: ergo poſſet ab intellectu
creato cõpræhendi. ¶ Ad illud dr̃ ſuppo
ſita acceptione nois cõprehendere mul
tiplici. Deus primo, & ſecũdo modis cõ
præhenditur ab intellectu creato. Sed
tertio, & quarto modis nec deus, nec
creatura compræhẽditur a creatura: ſed
a ſolo deo. Quinto modo poteſt creatu
ra a creatura cõpræhendi: ſed non deus.
Per hoc ad rationes dubij patet. ¶ Se-
Dub. 2. D cundò dubitatur. Nã ſingulare non po
teſt intelligi ſine uniuerſali. Probatio:
quia imposſibile eſt intelligere hunc ho
minẽ, non intelligendo animal. Ad hoc
dr̃ negãdo aſſumptum. Et ad probatio-
nem conceditur: ꝙ ſecundũ ſuppoſitio-
nem perſonalem extremorũ, imposſibile
eſt intelligere hunc hoiem non intelli-
gendo animal: non autẽ ſecundũ ſuppo
ſitionem materialẽ, uel ſimplicem. Sic
eñ posſibile eſt intelligere hũc hoiem,
non intelligendo animal. Cum. n. alius,
& alius ſit conceptus hois, & aialis: po-
teſt unus formari ſine alio. ¶ Dubitatur Dub. 3.
tertiò, quõ uerũ eſt: ꝙ res poteſt diſtin-
ctè cognoſci abſque eius diffinitione
quidditatiua: ſi. n. hoc uerum eſt: tũc dif
finitio nihil facit ad rei notitiam. Ad il
lud poteſt rñderi ſecũdũ doct. q. v. huius
diſt. ꝙ diffinitio tripliciter poteſt facere
ad cognitionẽ rei. Primò ſicut pasſiones
faciunt ad notitiã ſubiecti. cũ. n. pasſio
prædicatur de ſubiecto: iam aliquid no-
ſcitur dici de ſubiecto prius diſtinctè co
gnito in ſuppoſitione perſonali: quod
prius ignorabatur. Secundò aliqñ res eſt
cognita ſolũ in conceptu aliquo ſimpli
ci & cõi, uel cõpoſito proprio. Et tunc
diffinitio facit ad notitiã rei: quia tunc
non eſt, aliud cognoſcere rem, q̃ diffini
tionem rei cognoſcere: ſicut. ſupra. q. ij.
dictum eſt deũ cognoſci in aliquo cõce
ptu. Tertiò diffinitio facit ad notitiam
rei: quia inueſtigata diffinitione: & ali-
qua re ſingulari oblata, cognoſcit intel
lectus illã rem ſic, & ſic ſe habere, ut di-
cit diffinitio. Sic ergo ad primũ poteſt
dici ꝙ res nõ poteſt cognoſci diſtinctè
abſque eius diffinitione quidditatiua in
ſuppoſitione perſonali: poteſt tñ aliquis
uidere rem intuitiuè, & non habere dif
finitionẽ eius in ſuppoſitione ſimplici.
Facit ad idem ſolutio data in ſecundo
dubio priori.

## QVÆSTIO. VIII.

VTRVM ens, quod eſt cõ
mune ad decem prædica- A
menta, & ad deum, & ad
creaturam: ſit obiectum
primum, & adæquatum in-
tellectus noſtri. ¶ Pro articulo quæ- Arti. 1.
ſtionis, recitata, & impugnata a doct. Nota. 1
opin. beati Thom. par. j. q. lxxxv. art. j.
Notandum; ꝙ aliquid eſſe obiectum ad

æquatum potentiæ poteſt intelligi du-
pliciter. Vel quia eſt aliquid appræhen-
ſibile, ut potentia primò: ita ꝙ nihil ap-
prehenditur niſi ſub ratione illius. Et ſic
nihil eſt obiectum adæquatum alicuius
potētiæ & maximè ſenſitiuè: quia æquè
primò apprǽhenditur a potentia ille co
lor, ſicut ille: & ſic de alijs potentijs ſen
ſitiuis. Secundò aliquid dicitur eſſe ob
iectum adæquatum potentiæ. ſ. quia eſt
per ſe commune ad omnia apprǽhenſi-
bilia per ſe ab illa potentia. i. eſt illud, de
quo primò & adęquatè ſeu conuertibi-
liter prædicatur eſſe obiectum talis po-
tentiæ, uel eſſe apprǽhenſibile a tali po
tentia. Iſto modo cuiuslibet potentiæ
ſenſitiuæ, eſt aliquod obiectum adęqua
tum: quia eſt aliquod tale, de quo adæ-
quatè, & cōuertibiliter prædicatur eſſe
obiectū talis potētię & tñ in rei ueritate
nō eſt obiectū talis potētię: nec pōt ap-
prǽhendi a tali potentia, nec per ſe, nec
per accidens. Exempli gratia. Iſtud cō-
mune color eſt id, de quo conuertibi-
liter primò & adæquatè prędicatur ap-
B prǽhenſibile a potentia uiſiua. ¶ Et ſi
dicitur. Nihil eſt obiectum potentiæ ſen
ſitiuę: niſi uera res. iſta conceditur de
uirtute ſermonis: ſed tamen, quando
æquiualet iſti actui ſignato: de nullo prę
dicatur eſſe obiectum potentiæ ſenſiti-
uæ, niſi de uera re extra animam: eſt ſim
pliciter falſa: quia de illo nomine color
prædicatur eſſe obiectum potentiæ: &
tamen non eſt uera extra animā. Et cau
ſa eſt: quia eſſe obiectum potētiæ uiſiuæ
non prędicatur de illo communi pro ſe:
ſed pro ſuis inferioribus: & ideo in tali
propoſitione habet ſuppoſitionem per-
ſonalem, non ſimplicem. Iſta enim: co-
lor eſt uiſibilis: non eſt uera niſi pro co
lore ſingulari. Hæc ſunt de mente doct.
diſt. ij. q. iiij. ubi latius, quàm hoc exami-
nat. Ad quem ſenſum conceditur ali-
quid eſſe obiectum primum, & adęquatū
potentię. ¶ Valent etiam ad intellectū
huius quæſtionis dicta. ſupra. q. ix. diſt.
ij. Et in quodlib. v. q. xiiij. ¶ Quantum
Arti. 2. ad articulum ſecundum, eſt hæc conclu
Cōcl. 1 ſio prima ſecundum opi. tenentem con
C ceptum eſſe qualitatem animæ, & habe-
re eſſe ſubiectiuum in anima. Ens eſt ob
iectum adæquatum: & ita primum in-
tellectus noſtri. Probatur: quia eſt com Lata en
mune uniuocum omni per ſe intelligi- tis acce
bile. i. terminus prędicabilis de omnibus ptio.
intelligibilibus uniuocè: quia ſic nihil in
telligitur niſi ens reale. Et hoc modo
conceptus, falſa impoſſibilia: intētiones
ſecundę, ſunt entia realia: quia qualita-
tes animę ſecundum illam opinionem:
nec eſt aliquid quōcunque apprǽhenſi-
bile ab intellectu: quin de eo ens per ſe
hoc eſt abſolutè, & uniuocè prędicari
poſſit. ¶ Poteſt enim omnis res mundi
per aliquem terminum abſolutè ſignifi
cari: ut eſt ens tale in ſe. Et ita ens po-
teſt prædicari quidditatiuè de qualibet
re. i. cuiuslibet rei termino eam abſolutè
ſignificante. Abſolutè dictum eſt notan
ter: quia non prędicatur uniuocè, & ab-
ſolutè de terminis connotatiuis rem ali
quam ſignificantibus. ut ſupra diſt. ij. q.
ix. patuit. Et ſic intelligendum eſt dictū
doct. ſupra ubi dixit. q. ix. diſt in. ij. ꝙ ens
non prędicatur de ſe, & primo modo in
quid de paſſionibus, & differentijs, ſeu
terminis connotatiuis. Hoc enim uerū
eſt in ſuppoſitione perſonali: ſed non in
ſuppoſitione ſimplici. Sic enim poſſunt
abſolutè ſignificari: & poteſt ens de ens
per ſe primo modo prędicari: non autē
quando ſupponunt perſonaliter. Si ta-
men per terminos aliquos abſolutè ſi-
gnificaretur, quod per paſſiones, & dif-
ferentias ſignificatur connotatiuè: poſ
ſet ens de eis quidditatiuè dici. Sic ergo
ſecundum illam concluſionem ens eſt
obiectum adęquatum intellectus noſtri:
quia prędicatur de omnibus, quę poſſunt
intelligi ad ſenſum prœmiſſum. ¶ Secun Cōcl. 2.
da concluſio. Communiſſimum, quod D
a nobis poteſt appręhendi eſt ens, quod
eſt uniuocum omni enti reali. ¶ Tertia Cōcl. 3.
concluſio. Secundum opin. tenentem
conceptum habere tantum eſſe obiecti-
uum in anima, & nullibi eſſe ſubiectiuū:
nihil eſt obiectum adæquatum intelle-
ctus noſtri. Patet: quia nihil eſt per ſe cō
mune, & uniuocum ad omnia per ſe in-
telligibilia. Nam entia rationis ſunt per
ſe intelligibilia. & tamen nihil eſt uniuo



cum ad entia realia, & entia rationis.
Hanc concluſionem doctor ſolum reci
tatiuè ponit. Entia enim rationis non
habent eſſe reale: ſed tantum eſſe obie-
ctiuum ſecundum illam opi. ſecundum
quam conceptus habet eſſe obiectiuum
tantum: ideo dicit eſſe dubium, ſi ſit ali
quod commune prędicabile in quid prę
ciſè de iſtis, quæ ſunt motiua intelle-
Arti. 3. ctus pro ſtatu illo. ¶ Quantum ad arti-
Dub. 1. culum tertium eſt dubiū primum. Vtrū
E ens communiſſimum ſit naturaliter ap-
pręhenſibile ab intellectu. Si ſic: ergo
quodlibet ſub ipſo contentum per ſe eſt
naturaliter appręhenſibile: & ſic natu-
raliter poſſet appręhendi deus, & ſubſtan
tię immateriales. Si non: quomodo eſt
obiectum primum intellectus naturali-
ter. Sol. Suppoſito, ꝙ ens ſit primum,
& adæquatum obiectum intellectus ſe-
cūdum concluſionem primam: ad illud
obiectum adęquatum poteſt intellectus
noſter naturaliter attingere: quia ad in
telligendum, ſiue attingendum per in-
tellectum naturaliter obiectum adæqua
tum intellectus ſufficit quodlibet per ſe
contentum ſub eo: nō tñ quodlibet per
ſe contentū ſub illo: puta deus eſt per ſe
attingibile naturaliter ab ipſa potentia.
Sicut aliquando econuerſo non eſt in-
conueniens, ꝙ quodlibet per ſe conten
tum ſub illo communi (quod eſt obie-
ctum adęquatum potentiæ) ſit natura-
liter apprǽhenſibile ab aliqua potentia:
& tamen illud obiectum adęquatum nō
ſit apprǽhenſibile ab illa potentia nec per
ſe, nec per accidens: ut patet de obiecto
adęquato ſenſus. Nam color eſt com-
mune, de quo cōuertibiliter prędicatur
appręhenſibile a potentia uiſiua: & ta-
men cum ſit commune, non ſentitur:
quia ſenſus eſt ſingularium tātum. ¶ Du
Dub. 2. bium ſecundum eſt. An ſit aliquod obie
ctum motiuum intellectus adęquatum.
Reſpondetur, ꝙ omne ſingulare, & ſolū
tale eſt motiuum intellectus: quia omne
motiuum ſingulare poteſt intelligi intui
tiuè quantū ē ex natura animę, & intel
lectus noſtri: ſed notitia intuitiua cau-
ſatur a re intuitiuè cognita: ergo omne
ſingulare eſt motiuum intellectus. Vnde
dicitur, ꝙ ens uniuocum, & communiſ-
ſimum eſt primum obiectum motiuum
intellectus: quia eſt commune, & uniuo-
cum prędicabile in quid de intelligibi-
libus omnibus motiuis intellectus. Tñ
ipſum ens commune non eſt motiuum
intellectus: ſed habet tantum eſſe obie-
ctum in mente, uel in intellectu. Verū-
tamen pro ſtatu iſto nihil eſt motiuum
intellectus noſtri ad cognitionem ſui-
ipſius: niſi ſenſibile, & aliqui actus, &
paſſiones animæ, uel etiam ipſamet ani
ma, ſi poteſt intuitiuè cognoſci a ſeipſa
pro ſtatu iſto. De quo ſupra. q. j prolo-
gi. Hęc enim poteſt eſſe euidens alicui.
Ego uolo, diligo, uiuo &c. ¶ Vtrum au-
tem ſit aliquod commune prędicabile
in quid de iſtis, quę ſunt motiua intelle-
ctus pro ſtatu iſto, eſt dubium. ¶ Tertium Dub. 3.
dubiū. Vtrum darj poſſit terminus uni- G
uocus ſignificans abſolutè omnes ſubſtā
tias, & omnia accidentia. ¶ Suppono
primum: ꝙ uniuocū eſt conceptus unus
naturaliter propriè ſignificatiuus: uel ſi-
gnum uni conceptui naturaliter pro-
priè ſignificanti ſubordinatum: quo ſtan
te uidetur, ꝙ ſit dabilis. ¶ Primò ſic: quia
ſi non: aut propter diſtantiam perfectio
nis ſubſtantię & accidentis, quę dicunt
primò diuerſa: & ita non poſſunt ab uno
conceptu ſignificari. Ille enim conce-
ptus eſſet prius diuerſus a ſuo oppoſito
(Gratia exempli ens a non ente) quā
ſubſtantia ab accidēte. Sicut animal nō
eſt primum diuerſum a planta: quia ge-
nus ſuum corpus animatum eſt prius di
uerſum a corpore inanimato: aut pro-
pter diuerſum modum exiſtendi ſubſtan
tię, & accidentis. Nam ſubſtantia exi
ſtit in eo, quod eſt per ſe: accidēs in eo,
quod non eſt per ſe: ſed ineſt. Iſti autem
duo modi eſſendi, uel exiſtendi non poſ
ſunt ſignificari per unum conceptum.
¶ Sed neutrum illorum impedit: non pri
mum: non longè plus diſtat in perfectio
ne deus a creatura: quàm creaturę a ſe-
inuicem. (Deus enim eſt perfectio ſim-
pliciter infinita: quęlibet creatura eſt per-
fectio finita. Plus autem diſtat infinitū
a finito; quàm finita inter ſe) Sed deus,
& creatura ſignificantur uno conceptu

abſoluto,ut cõceptu ſubſtantiæ. Deus
enim uerisſime per ſe eſt,& ita ſubſtan-
tia. Similiter conceptus huius termini
ſpiritus capiẽdo abſolute pro omni nõ
Primò diuerſa. corporeo. ¶ Nec impedit:ꝙ ſunt primò
diuerſa:quia autem primò diuerſa dicũ-
tur,quę primò diuidunt genus genera-
lisſimum tamq̃ ſpecies immediatè:& ma
nifeſtum eſt,ꝙ uno conceptu.ſ.generis
(cuius ſunt ſpecies immediatè) ſignifi-
cantur. Si uerò per primò diuerſa,intel
liguntur, quæ in nullo communi conue
niunt:tunc eadem difficultas eſt, an ſub
ſtantia, & accidens ſint diuerſa, & an
uniuocantur.Sic etiam dicetur:ꝙ nulla
ſunt primò diuerſa: diuerſitas autem ſo-
lum cadit inter res exiſtentes. Quod.n.
non eſt:nõ eſt ab alio diuerſum. Omnia
autem exiſtentia conueniunt in uno cõ
muni,quod eſt exiſtere. Et uoco exiſte
re,quod non eſt nihil. ¶ Nec diuerſus
modus exiſtendi ſubſtantię,& accidẽtis
per ſe, & in alio impedit uniuocationẽ:
quod probetur multipliciter. Primò:qa
forma ſubſtantialis,quæ non per ſe exi-
ſtit: ſed tantum in alio.ſ.materia: & to-
tum compoſitum uniuocãtur in conce
ptu cõmuni ſubſtantiæ:ergo etiam ſub-
ſtantia, & accidens:quia ſicut accidens
non poteſt per ſe ſubſiſtere: ita nec for-
ma:nec materia. ¶ Præterea dabilis eſt
conceptus uniuocus ſignificans abſolu
tè omnem rem potentem per quamcũq;
potentiam per ſe ſubſiſtere. Patet:quia
hæc eſt conuenientia eſſentialis talibus
rebus:ergo &c. Sed tam ſubſtantiæ,quã
accidentia poſſunt per ſe ſubſiſtere ꝑ po
tentiam diuinam, & ſic poſſe ſubſiſtere
eſt eis eſſentiale:ergo &c. ¶ Item a qua
libet cõuenientia eſſentiali aliquibus ad
æquata poteſt abſtrahi conceptus uniuo
cus ſic conuenientibus:ſed omnia, quæ
ſunt extra intellectum (hoc eſt extra co
gnitionem intellectus) ſic conueniunt:
ergo. Maior eſt commune principium.
Minor patet:quia omnia illa conueniũt
in hoc eſſentialiter,ꝙ poſſunt exiſtere,
ſiue eſſe aliquid extra intellectum. Item
in eo,ꝙ non ſunt nihil:plus.n.eſſentia-
liter conuenit caliditas,uel grã: aut uir
tus cũ ſubſtantia: q̃ tenebra,uel cęcitas:

uel non ens. ¶ Si dicis. Non a qualibet H
conuenientia poteſt abſtrahi cõceptus:
ſed ab illa terminꝰ,rõne cuius rebus ſic
conueniẽtibus cõuenit aliqua operatio,
quæ ſecundum ſe,uel ſibi ſimilem in ſpe
cie non conuenit alijs. ¶ Contra. Tunc
ſubſtantia nõ poſſet ſignificare uniuocè
materiam primã,& alias ſubſtantias: cõ
ſequẽs falſum. Antecedẽs probatur:quia
nulla operatio conuenit materię primę:
cum ſit potentia purè paſsiua. ¶ Et ſi di
cis:ꝙ ei conuenit actio exẽplaris,qui ſe
repræſentat intellectui nudo. Sed illud
non impedit:quia hæc operatio ſi poni
tur ſecundum ſe,uel ſibi ſimilẽ in ſpecie
cõuenit oibus rebus. ¶ Itẽ ex alio. Con
ceptus entis eſt diſtinctus a cõceptu ſub
ſtãtiæ,& cõceptu accidẽtis, & nõ eſt in
ferior: nec diſtinctus:nec cõuertibilis.
Nõ cõuertibilis:qa nõ dãt duo cõceptꝰ
conuertibile abſoluti. Nec diſtinctus:
quia prædicatur de eis. Nec inferior ma
nifeſtum eſt: ergo ſuperior. Conſequen
tia tenet a ſufficienti diuiſionę. Maior
patet:quia idem cõceptus nõ poteſt eſſe
dubius, & certus de eodẽ. Sed de aliquo
dubitare poſſum,an ſit ſubſtantia: ſimili
ter an ſit accidens: & tñ non dubitare,
an ſit ens. Nam de quantitate ſubſtãtię
extenſæ multi dubitant, an ſit ſubſtãtia
quanta,uel accidens inhærens: & tñ nõ
dubitant,an ſit ens. Gratia exempli. For
mentur illæ tres propoſitiones. Quanti-
tas eſt ſubſtantia: quantitas eſt accidẽs:
quantitas eſt ens. Primæ duæ ſunt du-
bię. Tertia non eſt dubia. Cum autẽ ne
mo posſit eandem propoſitionem dubi
tare,& non dubitare:tertia propoſitio,
quę non eſt dubia: nõ erit eadem cũ pri
ma,neque cum ſecunda: qm̃ ambæ ſunt
dubiæ. Si ergo non eſt eadem: ergo di-
ſtinguitur ratione ſubiecti, copulæ, uel
pręedicati. Non prima duo:quia illa ſunt
eadem:ergo ratione pręedicati:ergo prę
dicatum,quod eſt cõceptus entis: aliud
erit a conceptu prędicati primarũ dua-
rum, quæ ſunt ſubſtantia accidens. Eſt
ergo conceptus entis alius a conceptu
ſubſtantię: quæro ut prius, an ſuperior,
uel inferior,non inferior,ergo ſuperior:
& per conſequens genus: quoniam cum



ſit abſolutus nõ poteſt eſſe ſuperior niſi
Corol. quidditatiuè. ¶ Corollariè ſequitur ex
dictis,ꝙ poteſt dari terminus quiddita-
tiuè ſuperior ad ſubſtantiam. Quodque
ille poteſt eſſe genus ad ſubſtantiam, &
eo ſuperior quidditatiuè.

## QVAESTIO. IX.

VTRVM in omni creatura
ſit ueſtigiũ trinitatis. ¶ Ter
minorum declaratione,cõ-
cluſionum illatione, & du-
biorum ſolutione quæſtio
Arti. 1. terminabitur. ¶ Pro articulo primo:qa
A omnes transferentes ſecundum aliquã
ſimilitudinem ſe transferunt:uidendum
eſt primò de ueſtigio & imagine in cor-
poribus,in quibus propriè inueniuntur.
Secundo modo, quomodo transferun-
tur reſpectu dei: ex quibus omnibus po
terit elici eorundem notificatio, & de
Nota. 1 ſcriptio. ¶ Eſt ergo primò notandũ:
ꝙ ueſtigium,& imago in quibuſdam cõ
ueniunt:in quibuſdam differunt. ¶ Con
ueniunt in tribus. Primò,quia utrunque
diſtinguitur ab eo, cuius eſt imago, uel
ueſtigium. Secundò:quia utrunque na-
tum eſt ducere in notitiam illius, cuius
B eſt ueſtigium,aut imago. ¶ Pro cuius in
tellectu cõſiderandũ:ꝙ aliqd dupliciter
ducit in notitiã alterius. Vno mõ im-
mediatè.i.ſine alia notitia media, ſicut
intellectus tanq̃ cauſa ducit in notitiam
cuiuslibet intelligibilis:ſic ſpẽs intelligi
biles ſecundũ ponentes eas:& obiectum
in notitiã ſui intuitiuã. Alio modo me
diatè ſcilicet mediante ſui notitia, ita
ꝙ ſua notitia eſt cauſa notitię alterius.
Et hoc contingit dupliciter. Vel enim
ducit in primam notitiam alterius: ſic
res ſingularis mediante ſua notitia ſin-
gulari eſt cauſa primæ notitiæ, uniuer-
ſalis: & pręmiſſæ,cauſant notitiam con
cluſionis. Et illo modo notitia unius
rei incomplexa nunquam eſt cauſa ſuf-
ficiens cum intellectu: & his, quæ
ex parte potentiæ requiruntur notitiæ
incomplexæ alterius. Secundo modo ali
quid ducit in notitiam alterius reme-
moratiuam rei habitualiter notę, & hoc
modo tantum ueſtigium, & imago du-

cunt in notitiam eius,cuius ſunt ueſti-
gium,& imago: licet ergo utrũque du-
cat in cognitionem eius,cuius eſt ima-
go,uel ueſtigium:non tamẽ immediatè
ſicut notitia præmiſſarum in notitiã cõ
cluſionis:uel ſpecies intelligibiles in no
titiam rei, quam repręſentant: ſed me-
diante ſui notitia primò obiectiuæ co-
gnitæ. Nec in notitiam primam ueſti-
giati,uel rei,cuius eſt imago:quia nunq̃
unius rei notitia eſt cauſa reſpectu primę
notitiæ alterius rei incomplexæ. ¶ Etiã
experientia docet:quantumcũq; quis ui
derit ueſtigium pantherę quã prius nun
quam nouit. uel ſtatuam Cæſaris,quem
nunq̃ uidit: non per hoc ducetur in no
titiam pãtheræ,uel Cæſaris. Ducunt er
go notitiã rei iam habitualiter notæ re-
memoratiuã, ita ꝙ notitia habitualis
concurrit in rõne cauſæ partialis. ¶ Ter
tia conditio conuenientię imaginis, &
ueſtigij eſt:ꝙ tam ueſtigium,quã imago
ex natura ſua nõ plus repręſentant unũ
indiuiduum, quam aliud ſibi ſimillimũ.
Vnde ſi eſſent ſortes, & pręlato in cor-
poralibus diſpoſitionibus ſimillimi:non
plus repręſentaret ſtatua ſortem quàm
Platonem. immo ſi aliquis uidiſſet Pla
tonem, & non ſortem,uiſa ſtatua ſortis
duceretur in rememorationem Plato-
nis. Quod ergo imago ducit frequẽter
in notitiam certi indiuidui:ex eo eſt,ꝙ
rarò reperiuntur indiuidua ſibi ſimilli-
ma:ſicut ſi aliqs bos haberet pedẽ alijs
diſsimilem:ueſtigium etiam repręſenta-
ret hunc bouem,& non alios. ¶ Diffe- C
runt ſimiliter in tribus. Nã de ratione
ueſtigij eſt, ꝙ ſit cauſatum ab eo, cuius
eſt: ideo ſi artifex deſcriberet pedem bo
uis in puluere: nõ eſſet ueſtigium bouis:
nõ aũt de rõne imaginis. ¶ Secundò: qa
ueſtigium non ſolũ ducit in cognitionẽ
incõplexam ueſtigiati:ſed etiã natũ eſt
ducere in cognitionẽ alicuius complexi
propõnis.ſ. cõtingẽtis ſignificãtis cãm
ſuã ibi fuiſſe,uel tranſiſſe,aut ſimilis. Vñ
uidens ueſtigiũ bouis non ſolum recor
datur bouis prius habitualiter noti:
ſed etiam aſſentit huic, bos hic tran-
ſiuit: imago uerò nõ ſic. ¶ Tertiò diffe
rũt:qa ueſtigiũ propriè captũ ẽ impſsio

partis:& ita primò in memoriam partis
ducit: & mediante illa in notitiam to-
tius: non dico arguitiuè:ſed imago, cū
ſit quædam configuratio totius, primò
ducit in notitiam totius,& non in noti
Nota.2 tiam alicuius certæ partis primò. ¶ Se-
D cundò notandum:ꝙ ueſtigium in crea-
Veſti- turis tripliciter capitur. Vno modo lar
giū tri- gè:& ſic eſt effectus derelictus ex aliqua
pliciter cauſa rememoratiuus ipſius ducens ex
communi lege in adhæſionem alicuius
propoſitionis contingentis enunciātis
eſſe, fuiſſe:uel aliquid tale de cauſa iſta.
Hoc modo fumus,uel aduſtio derelicta
ex igne,dicitur ueſtigium ignis:& odor
aliquando derelictus ex animali tran-
ſeunte dicitur ueſtigium eius. ¶ Secūdo
modo capitur magis ſtrictè pro impreſ-
ſione alicuius,in aliquod ſibi cedens,re
manens in ſui abſentia,ducens &c.Hoc
modo in cera relinquitur ſigilli ueſti-
gium:& in luto,quo ſus totus ſe uolue-
rat ueſtigium porci. Verum ꝙ impreſ-
ſio ſigilli in cera dicitur imago licet nō
propriјſſimè capiendo imaginem. ¶ Ter
tio modo capitur ſtrictiſſimè & propriè:
ſic eſt impræſſio partis alicuius totius in
aliquod ſibi cedens,remanens in abſen-
tia eius,rememoratiuum eius &c. ut ſu-
pra. Et patent in hac deſcriptione con
Nota.3 ditiones prius poſitę. ¶ Tertiò notandū:
E ꝙ imago dicitur quaſi imitago. Et ſecū
Imago dum ꝙ reperitur in creaturis tripliciter
triplici accipitur. Vno modo propriјſſimè pro
ter. ſubſtantia formata ab artifice ad ſimili-
tudinem alterius ſecundum aliqua acci-
dentia eiuſdem ſpeciei cum accidenti-
bus eius,ad cuius imitationē formatur:
ducens in notitiam rememoratiuā eius
magis diſtinctam,qua ſcilicet repræſen-
tatur ut diſtinctum ab aliјs talia accidē
tia non habentibus. Vel ſic eſt ſubſtan-
tia formata ab artifice ad ſimilitudinē
alterius ſecundum aliqua accidentia cō
formia:& eiuſdem ſpeciei cum acciden-
tibus eius, ad cuius ſimilitudinem for-
matur diſtinctè ipſum ab aliјs in aliqui-
bus accidentibus diſſimilibus repræſen-
Corol. tans. Particulę patent. ¶ Ex illa deſcri-
ſcriptione ſequitur:ꝙ imago non eſt pri
mò ſimilitudo totius:ſed eſt primò ſimi
litudo accidentiū:quia accidētia in ima
gine, & prototypo ſunt eiuſdē rationis
non ſubſtantiæ,ſaltem non oportet ut
patet de ſtatua herculis, quæ quantum
ad figuram,& colorem eſt eiuſdem ra-
tionis cum hercule:non quantū ad ſub
iectum. ¶ Secundò ſequitur:ꝙ hoc mo
do capiendo imaginem,de ratione eius
eſt,ꝙ fiat ad imitationem prototypi.
¶ Secundo modo capitur imago pro ta
li formato:ſiue fiat ad imitationem alte
rius,ſiue non. quo modo duo homines
multum ſimiles dicuntur alter alterius
imago. ¶ Tertio modo capitur pro uni-
uocè producto ab alio: quod ſecundum
rationem ſuæ productionis producitur,
ut ſimile. Illo modo filius dicitur imago
patris. ¶ Nunc pro ſecunda parte arti-
culi primi uidendum eſt:quomodo hæc Nota.4
dicuntur reſpectu dei. Pro quo notan F
dum quartò: ꝙ trinitatem in diuinis du
pliciter concipimus. Quandoque mul
tum imperfectè per conceptus commu-
nes omnibus perſonis qui tamen appro
priantur plus uni perſonę: quàm alteri:
ut conceptus potentię patri: ſapientiæ
filio:bonitatis ſpirituiſancto:quilibet ta
men ſupponit pro qualibet perſona. In-
telligimus,ergo per hos trinitatem: ſed
multum confuſè pro quāto approprian
tur diſtinctis perſonis. Alio modo ma-
gis perfectè intelligimus trinitatem per
conceptus proprios,& relatiuos,quorū
unus eſt proprius uni perſonę, & non
ſupponit pro alia ut conceptus patris,&
filiј,& ſpirituſſancti. Item generantis ge
niti procedentis. Item producentis nō
producti,producti ab uno tantum:pro-
ducti a duobus: his tribus intelligimus
tres perſonas realiter diſtinctas. ¶ Poſ-
ſumus ergo in creatura conſiderare quę
dam,quibus ducimur in notitiam reme-
moratiuam appropriatorum diuinorū.
In perfectioribus uerò creaturis,poſſu-
mus cōſiderare aliqua,quibus poſſumus
duci in notitiam rememoratiuam pro-
priorum. ideſt aliqua diſtincta,quorum
unum producit, non producitur: aliud
ab illo uno producitur:tertium ab utro
que: ut mens, notitia, amor, quæ quia
ſunt ſimul in eodem habent aliquam
con



conſubſtantialitatē. Et ita ducunt in me
moriam propriorum.i.patris non produ
cti:filiј a ſolo patre geniti:& ſpirituſſan
cti procedentis ab utroque: qui ſunt ue
rè conſubſtantiales:quia una eademque
eſſentia. Primum in creatura dicitur ue
ſtigium. Secundum imago. Quæ tunc
magis propriè dicitur imago, quādo ea,
quæ in ea conſiderantur,habent ordinē
ad diuina: ita ꝙ per ea creatura poteſt
capere deum intelligendo, & amando.
Et ſic propriè non inuenitur niſi in crea
tura rationali,& eius parte excellētiori.
ideſt rationis ſuperiori parte,quæ capax
G eſt æternorum. ¶ Ex his poteſt colligi
notificatio utriuſque tam ueſtigiј,quàm
imaginis. Remotiores enim ſimilitudi-
nes creaturæ ad deum dicuntur ueſtigiū
Veſti- propinquiores uerò imago. ¶ Eſt ergo
gium. ueſtigium ſimilitudo dei imperfecta re
perta in creatura nata ducere in cogni
tionem recordatiuam appropriatorum,
uel alicuius propriј: ſed non propriorū
trium perſonarum. Patet deſcriptio ex
dictis,& præſertim quantum ad hoc, ꝙ
dicitur uel propriј. Nam creatura conſi
derata ut de ſe generat ſibi ſimile in na
tura præciſè,ducit in notitiam genera-
tionis actiuè in diuinis,quæ eſt proprie-
tas perſonalis patris: & tamen ut ſic eſt
ueſtigium:quia non imago: ergo ueſti-
gium. Tenet conſequentia: quia omne
ducens in notitiā dei uel eſt imago,uel
Imago. ueſtigium. ¶ Imago ſic poteſt notifica-
ri:eſt ſimilitudo dei reperta in creaturis
nata ducere in cognitionem recordati-
uam propriorum diſtinguentium perſo
nas,& unitatis eſſentiæ cum quadam ſui
imitatione prout id in ſermonibus de
feſto trinitatis latius, & clarius expreſ-
Artl. 2. ſi. ¶ Quantum ad articulum ſecundum
Cōcl.1. eſt concluſio prima. Quęlibet creatura
H poteſt aliquo modo eſſe ueſtigium trini
tatis. Probatur:quia cuiuslibet creatu-
ræ appropriata perducunt in notitiam
recordatiuam appropriatorum diuinis
perſonis. Verbi gratia. Habens in ſe con
ceptum pulchritudinis abſtractum a ſpe
cie ſiue pulchritudine creaturæ( quę eſt
appropriatum diuinæ perſonæ)dum oc
currit pulchra creatura: incipit intelle-
ctus cogitare de pulchritudine diuina.
¶ Secunda concluſio. Propriè loquen- Cōcl.2.
do nulla creatura eſt ueſtigium trinita-
tis:ſed ſolum impropriè metaphoricè,
aut tranſſumptiuè, quia conuenit cum
ueſtigio corporali in multis. Primò:qa
ducit in notitiam recordatiuam alicuius
appropriati diuinę perſonę. Secundò:
quia ſicut ueſtigium corporale tantum
eſt ab eo cuius eſt ueſtigium:ita creatu-
ra cauſata eſt a deo. Tertiò ſicut ueſti-
gium corporale ducit in notitiam con-
tingentis ueritatis complexè: ita creatu
ra ducit in notitiam ueritatis contingē
tis de deo.ſ.ꝙ deus creauit &c. Quartò:
quia ſicut ueſtigium conuenit cum ueſti
giato quantum ad aliqua accidentia &
nunquam quantum ad omnia:ita creatu
ra uniuocatur cum deo in aliquibus cō-
ceptibus cōmunibus & in aliquibus non
.ſ.propriјs. Quintò: quia ſicut ueſtigiū
corporale eſt alìqualis ſimilitudo & non
omnimoda ueſtigiata: ita creatura reſpe
ctu dei. ¶ Pro articulo tertio dubitatur Arti.3.
in qbus proprietatibus quę ſunt in crea I
tura conſiſtit ratio ueſtigiј. Reſpondet:
ꝙ aliquando in realiter diſtinctis: quia
aliquando ſubſtantia aliqua rei alicuius
ſignificat appropriatū patri, qńq; aliqua
qualitas uel unum accidens ſpeciali mo
do repręſentat appropriatū filio:& aliud
accidēs alia rōne repſentat appropriatū
ſpirituiſancto. Sic conſiderando in crea
tura unitatē ſubſtantię, ſpeciem & ordi
nem: quibus in recordationem uenit
unitas principiј quæ attribuitur patri;
ſpecies,uel pulchritudo, quę attribuitur
filio: ordo ad operationem ſummā quæ
eſt beatitudo:& hęc attribuitur ſpiritui-
ſancto. Hæc autem ſecundum declara-
tionem beati Aug. unitas, ſpecies, ordo
in creatura dicunt ſubſtantiam & diſtin
cta accidentia. Aliquando autem par-
tes ueſtigiј in creatura non diſtinguun
tur realiter:ſed unum aliquod in creatu
ra ſortitur diuerſa nomina ex quibus in
tellectus poteſt rememorari diuerſa ap-
propriata ſiue pręedicabilia de perſonis
diuinis. Sic conſiderando in creaturis
quod eſt unum uerum, bonum( quæ ta-
men non diſtinguuntur realiter in creą

curis) ducimur in memoriam unitatis,
quę in diuinis appropriatᷓ patri: ueritatis
quę appropriatur filio, & bonitatis quæ
appropriatur ſpirituiſancto. Et illo mo-
do poteſt ueſtigium inueniri in qualibet
creatura quantumlibet ſimplici: non au
tem primo modo.

## QVAESTIO. X.

A VTRVM creatura rationa
lis ſit imago trinitatis. Iſtius
quæſtionis intellectus par-
tim dependet ex præceden-
ti: ideo breuius expedietur. ¶ Suppoſita
ergo multiplici acceptione imaginis ex
quęſtione præcedenti: licet doctor eam
hic ponat pro articulo primo. Eſt pro
Cōcl. 1. articulo ſecundo cōcluſio prima. Crea
tura rationalis impropriè dicitur imago
trinitatis. Patet ut ſupra de ueſtigio: q̃a
nihil reperitur in creatura eiuſdem ſpe-
ciei cum deo, ergo &c. Patet ex prima
Cōcl. 2. acceptione imaginis. ¶ Secunda conclu
ſio. In qualibibet creatura rationali, &
ſolum tali reperitur imago dei. Prima
pars probatur. In qualibet rationali crea
tura eſt inuenire trinitatem per quam
ipſa poteſt duci in notitiam recordati-
uam &c. ergo. Conſequentia tenet ex
quid nominis imaginis. Antecedens pa
tet: quia in qualibet rationali creatura
eſt inuenire mentem, notitiam, & amo
rem in quibus conſiſtit ratio imaginis ut
in partibus: ut dicetur concluſione ſe-
quenti. Secunda pars patet: quia eo ipſo
mens imago dei eſt: quo capax eius eſt
ut dicit Aug. xiiij. de trini. & habetur in
B textu: ſed ſola creatura rationalis eſt ca
pax dei. ergo. ¶ Pręterea: ex quo imago
dicitur propter conformitatem alicu-
ius eiuſdem rationis in imagine & ima-
ginato: propter quod natum eſt ducere
in memoriam recordatiuam &c. illa
creatura magis propriè dicitur imago
dei quę habet aliquid deo ſimillimum,
ideſt aliquid præcisè commume uniuo-
cum deo & tali creaturæ: talis eſt ſola
creatura rationalis: quia ipſa ſola habet
aliquid cōmune uniuocum deo & ſibi,
& nulli alij creaturæ, puta irrationali.
Nam eſſe intellectiuũ, ſapiens, iuſtũ &c.
uniuocè cōuenit deo & creaturę rōnali,
& nulli non rationali: ut patuit. q. iij. hu
ius diſt. & q. ix. diſt. ij. Et nihil uniuocè
conuenit deo & creaturæ irrationali; q̃n
etiam conuenit rationali. Gratia exem
pli. Ens uniuocè prędicatur de deo. &
creatura. ut ſupra tactum fuit. q. ix. diſt.
ij. ¶ Aliquę autē ſunt proprietates quæ
præcisè conueniunt deo & creaturæ ra-
tionali cum excluſione creaturæ irratio
nalis. Non autem ecōtrario in quibus
creatura rationalis maximè aſsimilatur
deo. Et magis aſsimilaretur ſi per impoſ
ſibile, eſſe iuſtum, bonum, ſapientem, &
ſimilia eſſent accidentia in deo ſicut in
creatura. Sicut enim ſtatua facta ad imi
tationē Herculis, uerè dicitur eius ima-
go propter ſimilitudinem accidentium
eiuſdem rationis cum eo ducens in re-
cordationem Herculis: ſic creatura ra-
tionalis propter ſimilitudinem acciden
tium ſimilium cum deo duceret in noti
tiam dei ſi eſſent accidentia in deo. Sed
cum illę peoprietates ſunt in deo uerè,
& conſubſtantialiter, & eminentius quā
in creatura rationali: in qua ſunt accidē
tia: ideo creatura rationalis, & ſola dici-
tur imago: quāuis non ita perfecta ſicut
ſi eſſent utrobiq; accidentia tam in deo
Cōcl. 3 quā in creatura. ¶ Tertia concluſio. Ima
C ginis ratio conſiſtit radicaliter, & origi
naliter in animę ſubſtantia: ſed perfectè
& cōpletiuè in ſubſtantia aīę, & duobus
actibus ab ea productis. Prima pars patet
de quocūq; uerificatur eſſe capax dei, &
poſſe eſſe eius particeps: de illo uerifica-
tur imago: creatura rōnalis ē hmōi. Ma-
ior eſt beati Aug. xiiij. de trini. Eo anima
eſt imago dei quo capax eius eſt parti-
cepſq; eſſe pōt. ¶ Ex illo ſequitur, ꝙ ani-
ma ſenſitiua ſola; ſeu ut talis pręcisè, non
eſt imago dei. ¶ Et ſi dicitur anima non
eſt capax dei niſi per actus ſuos. Dicitur
ꝙ quandoq; dicit circumſtantiam ſub-
iecti uel denominati tali denominatio-
ne: & ſic anima eſt capax dei ſubſtantia
quia anima eſt quod capit deum. Alio
modo poteſt dicere circumſtantiam con
notati ſine quo non ſic denominaretᷓ:
& ſic eſt capax dei per actus ſuos ſine
quibus non poteſt capere deum. Secun-



da pars patet, & eſt cōtra ſanctum Tho.
qui ponit ꝙ imago dei conſiſtat in po-
tentijs animę, & non in actibus: quia ſi-
ne actibus anima non eſt perfecta ima-
go dei: hi ſunt actus intelligendi, & uo
lendi. Facit pro illo dictum beati Augu.
in quodam ſermone ut habetur in do-
D ctore. ¶ Pręterea. omnes ponunt imagi-
nem conſiſtere in tribus habentibus or
dinem originis inter ſe: ſed potentię nō
origantur nec ſubſtantia animæ origi-
natur: ergo oportet ponere actus. ¶ Po-
teſt etiam conſiſtere in ſubſtantia ani-
mæ, & duobus habitibus correſponden-
tibus illis actibus. Nam ſicut pater in di
uinis habet fęcunditatem ad producen
dum tam filium quā ſpiritumſanctum:
& communicat filio fęcunditatem pro-
ducendi ſpiritum ſanctum: ita ſubſtan-
tia animæ eſt fœcunda tam intellectio-
nis quam uolitionis, & communicat a-
ctu intelligēdi (quam primò producit)
fęcunditatem producendi cum anima
actũ uolendi. Siquidē actus uolendi eſt
a ſubſtantia aīę, & ab actu intelligēdi: a-
ctus aũt intelligendi a ſola animæ ſubſtā
Arti. 3. tia. ¶ Pro articulo tertio dubitatᷓ primò.
Dub. 1. Nam inter ſubſtantiam animæ, & aīam
E nulla eſt diſtinctio: imago uerò neceſſa
riò requirit aliquam diſtinctionē. ¶ Præ
terea. inter partes imaginis debet eſſe
conſubſtantialitas aliqua: ſed inter ani-
mam, & actus eius, non poteſt eſſe con-
ſubſtantialitas cum ſint accidentia. Ad
illa diffuſè reſpondet poſt doctorem do
minus Camera. quæſt. iiij. ideo breui-
ter hic dicitur: quamuis ad perfectam i-
maginem trinitatis requireretur aliqua
diſtinctio: ſed cum animæ ſubſtantia ſit
imperfecta dei imago: licet longinquam
habeat ſimilitudinem cum deo: tamen
maiorem, & præciſiorem ſimilitudinem
habet cum deo quām quæcunque alia
creatura irrationalis. Et licet Auguſti.
exprimat partes imaginis per nomina
ſignificantia ſubſtantiam animæ: con-
notant tamen actus ſuos ad habendum
aliquam conformitatem inter partes
imaginis, & perſonas in diuinis. Et ſic
ut frequenter Auguſt. exprimit imagi-
nem conformiori modo quo poteſt
fieri. ¶ Præterea ad ſecundum. quam- F
uis partes imaginis non ſunt ſibi con-
ſubſtantiales intrinſecè, & realiter: ſunt
tamen aliquo modo conſubſtantiales
animæ extrinſecè, & accidentaliter: eo
ꝙ actus illi in quibus ratio imaginis cō-
pletur, & perficitur: ſunt in anima ſub-
iectiuè, & ab ea effectiuè. ¶ Quamuis
ergo partes imaginis non ſint ſibi con-
ſubſtantiales: quia differunt realiter, &
eſſentialiter ab inuicem: & in hoc ima-
go deficit a perfecta repreſentatione,
& ſimilitudine dei. Nec poſsibile eſt in
creaturam inuenire perfectiorem dei
ſimilitudinem immo ſemper manet ma-
ior diſsimilitudo quām ſimilitudo: & ta
men in hoc repreſentatur a remotis
conſubſtantialitas perſonarum in deo:
eo ꝙ eſt ibi quædam intraneitas actuũ
in eadem ſubſtantia: quia partes ima-
ginis non ſunt extra ſe: quia actus illi
ſunt realiter in ſubſtātia animæ. ¶ Quòd G
autem imago in anima eſt perpetua, &
immortalis: uerum eſt ſecundum poten
tiam: non ſecundum perfectionem.
¶ Et ſi diceres reſpectu cuius obiecti eſt
imago: breuiter dicitur imago pro-
prijſsimè eſt reſpectu dei. Siquidem ipſa
anima ſemper capax eſt: & quantum eſt
ex ſua natura productiua intellectio-
nis, & amoris reſpectu dei: dum non
fuerit aliud impedimentum. Sic ergo
in partibus imaginis, patet quædam
trinitas eiuſque conſubſtantialitas im-
perfecta: imperfecta diſtinctio, & ori-
go: quæ poſſunt ducere in memoriam
trinitatis diuinæ unitatis ſcilicet eſſen-
tiæ trium perſonarum, & originatio-
nis earum. Et quia perfectior eſt ſimi-
litudo in actibus reſpectu ęternorum i.
intellectionis dei, & dilectionis eius;
ideo perfecta imago conſiſtit in ſubſtan
tia animæ; & actu intelligendi deum, &
amandi deum. Qui actus: quia non
poſſunt eſſe in parte ſenſitiua: ideo in
parte ſenſitiua beatus Auguſti. non
conſtituit rationem imaginis. Et ſecun-
dum hęc ſolui poſſunt, & poni duę ſę
auctoritates ſanctorum, & ratione,
doctorum. ¶ Secundò dubitatur quo- Dub. 2.
modo uerum eſt dictũ beati Aug. Crea- H

ea fuit in homine imago dei, quam non
ſeruauit. Reſpondetur poſt Cameracen.
ꝙ imago capitur dupliciter. Vno mo-
do prout ſupponit pro ſubſtantia animę
quę eſt memoria: intelligentia, & uolun
tas: & ſic non perdidit homo imaginem
dei: licet per peccatum bene perdiderat
efficaciam bene operandi ex impedi-
mentis quæ incurrit. Alio modo capi-
tur ut eſt nomen quaſi collectiuum ſup
ponens pro ſubſtantia animæ, & actibus
cognitionis & dilectionis dei. Iſtos au
tem perdidit homo pro ſtatu naturę la-
pſę. Alia dubia latius uide in præfatis
doctoribus. Et quomodo actus uolendi
gignatur ab actu intelligendi &c.

## DISTINCTIO. IIII.

IN Diſtinctione præ
cedenti magiſter o-
ſtēdit quomodo cre
dita poſſunt intelli-
gi. Conſequenter
mouet dubia & ſol-
uit circa generatio-
nis terminum, modum & principiū ab
hinc uſque ad diſtinctionem. vij. inclu-
ſiue. Primò ergo abſoluit dubia circa
generationis terminum per nomina cō
creta diſtinctione præſenti. Secūdò per
nomina abſtracta diſtinctione. v. Et po-
teſt textus his concluſionibus ſummari.
¶ Prima concluſio. Deus deū generat:
quia deus pater deum filium generauit.
¶ Secunda cōcluſio. Licet deus genuit
deum: non tamen genuit ſe: nec genuit
alium deum. ¶ Tertia concluſio. Deus
eſt trinitas: & deus eſt pater, et filius &
ſpirituſſanctus. Hę propoſitiones pa-
tent ex textu.

## QVAESTIO. I.

A VTRVM hęc ſit conceden
da de uirtute ſermonis: de⁹
generat deū. Quæſtio hęc
nihil aliud quærit: niſi pro
quo ſupponit deus: an eſſentialiter: an
perſonaliter in titulo quæſtionis. Veri-
tas enim rei plana eſt, ſuppoſito ex fide,
ꝙ in diuinis ſunt tres perſonæ: pater &
filius & ſpirituſſanctus. ¶ Tribus articu-
lis quęſtio more ſolito terminabitur.
Primò recitat doctor & impugnat opi-
nionem ſancti Tho. par. j. q. xxxix. arti.
iiij. Deinde recitat & proſequitur opi-
nionem propriā: ¶ Primò ergo pro pri Arti. 1.
ma parte articuli primi, notandum pri- Nota. 1
mò extra literam doctoris, ꝙ nominum B.
prædicabilium de deo quædam ſunt eſ-
ſentialia: quædam perſonalia: quædam
notionalia, & quædam communia. ¶ Eſ
ſentialia ſunt quæ ſupponunt pro eſſen
tia ut eſſentia eſt. i. ſic ſupponunt pro eſ
ſentia: ꝙ ſi per impoſſibile eſſentia rea-
liter diſtingueretur a ſuppoſito: ſuppo-
nere pro eſſentia & non ſuppoſito: ut
natura, eſſentia, deitas, diuinitas. Et ho
rum quædam ſubſtantiua ut ſunt quæ di
cta ſunt: quædam adiectiua ut communi
cabilis. Item quædam ſunt numeralia:
ut trinitas, trinus quædam non. ¶ Per
ſonalia uerò ſunt, quæ ſupponunt pro
ſuppoſito, ut ſuppoſitum eſt: ita ꝙ ſi ſup-
poſitum diſtingueretur ab eſſentia per
impoſſibile: ſupponeret pro ſuppoſito,
& non pro eſſentia: ut pater, filius, & ſpi
rituſſanctus. ¶ Et compręhendo ad pro
poſitum ſub perſonalibus nomina pro-
prietatum & notionalia: quia frequēter
pro eodem capiuntur: ut dicit magiſter
diſtin. xxvj. ut paternitas, filiatio, gene
ratio actio, generatio paſſio, ſpiratio
actio, ſpiratio paſſio: quia de his ſimile
eſt iudicium in propoſito. ¶ Et horum
quædam ſunt communia omnibus per-
ſonis. ut perſona hypoſtaſis ſuppoſitum.
Quędam uerò ſolum uni perſonæ, uel
duabus tantum conueniunt: ut pater fi-
lius ſpirituſſanctus: ſpirator ſiue ſpirans.
Et iterum quædam concreta ſiue adie-
ctiua: ut iam dicta: quædam abſtracta, &
ſubſtantiua: ut paternitas, filiatio, ſpira-
tio, generatio &c. ¶ Communia uerò
ſunt quæ indifferenter tam pro ſuppoſi
to: quàm pro eſſentia ſupponunt. Etiam
ſi ad imaginationem eſſent diſtincta: ut
ens res aliquid, creator, gubernator: ſa-
piens, patens &c. ¶ Item uerborum prę
dicabilium de deo quædam ſunt eſſen-
tialia ut communicatur: quædam perſo
nalia



nalia: ut generat, generatur, ſpirat, ſpi-
ratur: quædam communia, ut eſſe exiſte
re, creare, gubernare, intelligere: ama-
re &c. ¶ Secundo notandum: ꝙ duplex
Nota. 2 eſt prædicatio in diuinis: ſcilicet forma
C lis & identica. Formalis eſt, qñ prædica
tum (prędicatur hic capitur pro prędica
to totali uel parte eius principali) dicit̃
de ſubiecto ſecundum propriam rōnem
immediatè. i. non ratione alicuius ad-
diti uel incluſi: ſine quo nō conueniret
ſubiecto: ut hæc, pater eſt generans: fi-
lius eſt genitus: eſſentia eſt communica
bilis uel cōmunicatur. Prædicatio iden
tica eſt, qñ prædicatum dicitur de ſubie
cto mediante aliquo addito uel incluſo,
quod identificatur ſubiecto: ſine quo
non conueniret ſubiecto: ut eſſentia eſt
pater generans: filius eſt eſſentia com-
municabilis: eſſentia eſt res genita. In
his oībus prædicatum (ſi caperetur ſine
addito) negaretur de ſubiecto: ſed quia
additur ei illud: cui formaliter conue-
nit: quod additū identificatur ſubiecto:
hoc eſt ſupponit pro eodem pro quo
ſubiectum: ideo mediante illo prædica-
tur de ſubiecto identica prædicatione.
Quibus pręmiſſis ponuntur aliquę re-
Regu- gulæ. ¶ Prima. Omnia eſſentialia ſiue
la 1. nomina ſiue uerba, de ſe inuicem prædi
D cantur: ut eſſentia eſt deitas: eſſentia eſt
cōmunicabilis: eſſentia eſt trinitas: &
2 econuerſo. ¶ Secunda. Eſſentialia ſub
ſtantiua nō numeralia de perſonalibus
prædicantur in quolibet numero. Nu-
meralia uerò de perſonalibus ſumptis in
plurali tm̄. Adiectiua uerò nec de eis in
ſingulari: nec in plurali prædicantur.
Exemplū primi: perſona, pater, filius &c.
eſt eſſentia. Exemplum ſecundi ut pater
eſt trinitas non uere dicitur: ſed pater,
filius & ſpirituſſanctus ſunt trinitas.
Exemplum tertij: ut perſona eſt commu
3 nicabilis, non dicitur: uerè. ¶ Tertia re
gula. Omnia perſonalia ſubſtātiua præ
dicantur de eſſentialibus, non numera-
libus: ut eſſentia eſt paternitas: pater fi-
Nota. 3 lius &c. Item communicabile eſt pater
E conceditur: ut ualet illam: res cōmuni-
cabilis ſiue eſſentia communicabilis eſt
pater. Non autem conceditur trinitas
eſt pater: licet bene illa concedatur: tri
nitas eſt pater & filius & ſpirituſſanctus
coniunctim. ¶ Quarta regula. Perſo- 4
nalia adiectiua prædicantur de eſſentia
libus identicè non formaliter: ut eſſen-
tia eſt res generans: non autē eſſentia
eſt generans. Ex quo patet, ꝙ illę, eſſen
tia eſt pater: eſſentia eſt filius, concedun
tur ſecundum prędicationem identicā
non formalem: quia ſecundum forma-
lem ualeret tm̄: eſſentia eſt pater. i. eſſen
tia habet filium quem genuit: quæ non
conceditur. ¶ Quinta regula. Per- 5
ſonalia communia de omnibus perſo-
nalibus: propria uerò de aliquibus non
omnibus prædicantur propria. i. non cō 6
munia. Exempla ſunt cara. ¶ Sexta re-
gula. Verba eſſentialia de ſolis eſſentia-
libus, & perſonalia de ſolis perſonalibus
prædicantur. Idem eſt de participijs eo
rum: ut eſſentia cōmunicatur: non per-
ſona. Exemplū ſecūdi: perſona generat:
non eſſentia. Rō: quia illa non p̄dicātur
niſi formaliter, maximè uerba: participia
uerò ſecundum identicā prædicationē
poſſent indifferenter prędicari de eſſen
tialibus & pſonalibus: ut eſſentia ē res
generans: pater eſt res cōicabilis. ¶ Septi 7
ma regula. Prædicabilia cōmunia tam
nomina: q̄ uerba de omnibus prædican
tur: & omnium prædicationem ſuſci-
piunt: ut eſſentia eſt aliquid: perſona eſt
aliquid. Item eſſentia eſt creans: per-
ſona creat, & ſic de alijs. Vide etiam in
Cameracen. quęſt. ij. ¶ Pro ſecunda par Nota. 3
te articuli primi notandum tertiò ſecū E
dum doct. ꝙ ſuppoſitio termini uaria-
tur aliquando quoad ſuppoſitum: ita ꝙ
in una propoſitione terminus pro alio
ſupponat quàm in alia. Et ſecundū hanc
uariationem attenditur ſuppoſitio per
ſonalis, ſimplex, materialis. Perſonalis
quando terminus ſupponit pro ſignifi-
cato ultimato: quod ſcilicet terminus
naturaliter uel ex impoſitione ſignifi-
cat: & tale nominat auctor ſimpliciter
ſignificatum termini. Aliquando ua-
riatur ſuppoſitio termini quoad modū
ſupponendi tantum: quando ſcilicet
pro eiſdem præciſè ſupponit: ſed in una
aliter quàm in alia. Et ſecundum hanc

uariationem ſumitur diuiſio ſuppoſitio
nis in confuſam diſtributiuam: confu-
Nota.4 ſam tantum, & determinatam. ¶ Quar
F tò notandum: ꝙ terminus abſolutus:
quia habet tantum unum ſignificatum:
ſemper ſupponit pro illo dum ſupponit
perſonaliter. Terminus uerò concretus
habet duplex ſignificatum: materiale ſi
ue ſubſtractiuum, & formale. Materia-
le eſt illud, quod in eius quid nominis
exprimitur in recto. Formale quod ex-
primitur in obliquo tamen ſolum ſup-
ponit pro ſignificato ſubſtractiuo, & nũ
quam pro formali niſi eſſent idem. Ideo
albus ſupponit pro re quę habet albedi
nem: & non pro ipſa albedine. ¶ Quin-
Nota.5 tò notandum: ꝙ terminus habens ali-
G quod ſignificatum principale ad quod
ſcilicet eſt principaliter inſtitutus: ſem-
ꝑ ſupponit pro illo. Et ſi habet aliquod
ſignificatũ minus principale: puta ana-
logũ, pro illo nõ ſupponit niſi ex adiun
cto. i. propter terminum adiunctum ipſi
pro tali ſignificato minus principali cõ-
uenientem: licet etiam tunc ſupponat
pro ſignificato principali. Vnde patet,
ꝙ propoſitio in qua ponitur terminus
huiuſmodi ſine adiuncto nõ ē diſtinguē
da: ut homo eſt rationalis. Propoſitio
autem in qua ponitur cum adiuncto: di
ſtinguenda eſt: an ſupponat pro ſignifi-
cato principali, uel minus principali: ut
homo eſt ſpecies: homo eſt pictus. Et pa
tet: ꝙ auctor non aduertit illam com-
munem topicam. Talia ſunt ſubiecta:
qualia &c. ¶ Sextò notandum, ꝙ quia
Nota.6 deus & deitas habent ſe, ut concretum,
H & abſtractum: deus ratione ſui modi ſi-
gnificandi ſupponit pro ſuppoſito ſiue
perſona: ita ꝙ ſi ſuppoſitum in diuinis
realiter differret a deitate ſiue eſſentia
diuina: ſicut ſuppoſitum uerbi realiter
differt a natura humana aſſumpta: non
ſupponeret pro eſſentia ſecundum pro
prietatem ſermonis. Quia uerò eſſen-
tia diuina, & perſona non diſtinguun-
tur realiter: ſed formaliter: & ſunt
unum: ideo ex uſu loquendi ſupponit
pro ſuppoſito, & etiam pro natura di-
uina, reſpectu cuiuslibet prædicati po-
tentis conuenire tam naturæ, quàm ſup

poſito: ita ut loco eius poteſt poni tam
nomen naturæ: quàm ſuppoſiti. Quãdo
autem deus ponitur reſpectu termini,
uel prædicati eſſentialis, ſupponit pro
eſſentia. Sed quando reſpectu termini,
uel prædicati notionalis ſupponit pro ꝑ
ſona. Et hoc intelligitur quando ponitˀ
reſpectu termini præciſè ſupponentis ꝓ
ſuppoſito, uel eſſentia: & hoc rationabi
liter: tum propter identitatem diuinæ
naturæ, & ſuppoſiti: tum etiam propter
hæreticos. Ne ſi deus præciſè ſuppone-
ret pro ſuppoſito: multæ propoſitiones
eſſent concedendę, quæ per aſtutiam hę
reticorum ſimplicibus propoſitæ, eſſent
eis occaſio errandi, & credendi plurali-
tatem deorum ac diuinæ eſſentiæ. ¶ Et
propter eandem cauſam doctores diffe
renter utuntur termino deus in affir-
matiua & negatiua: nam de affirmatiua
nunc patuit: ſed in negatiua propter idē
titatem dei cum omnibus, quæ in diui-
nis ſunt: utuntur termino deus cũ qua-
dã diſtributione: ita ꝙ intelligitur præ
dicatum negari a quolibet, quod eſt rea
liter deus: ut iſta deus non eſt pater, ua
let tñ. Nihil quod ē deus eſt pr̃: & deus
nõ generat: ualet illã. Nihil qđ ē deꝰ, ge
nerat: licet nõ de uirtute ſermonis. Ideo
negatur ſicut illa: nõ deus generat deũ:
quamuis de uirtute ſermonis eſſet con-
cedenda ſecũdum Greg. Et ita utuntur
ſancti propter cauſam prædictam: ne ſi
concederetur: deus non generat: puta-
rent ſimplices, ꝙ in diuinis nõ eſſet ge-
neratio. Et ſic ait S. Bonauē. in dub. lite
ralibus diſt. præſ. Non refert præponere
uel poſtponere. negationē termino de Nota.7
us. ¶ Septimò notandũ, ꝙ qñ deus po- I
nitˀ cũ ſigno alietatis aut importãte plu
ralitatē, ſupponit eſſentialiter. Et hoc
ne ſi cõcederetˀ, ꝙ pater eſt alius deus a
filio: ſimplices putarēt eſſe plures deos.
Cauent. n. doctores ne detur occaſio er
randi, ſimplicibus: quo credãt eſſe plures
deos eſſentialiter diſtinctos: quo mõ er-
rant idolatrę. Et ideo illę negantˀ, deus
genuit aliũ deũ, pater & filius & ſpiritus
ſanctus ſunt tres dij: quãuis cõcedatur,
quòd perſona diuina genuit aliam per-
ſonam diuinam. Similiter pater, & fi-



lius & ſpiritusſanctus ſunt tres perſonę.
ſimiliter illa conceditur. Filius eſt alia
perſona a perſona patris, & non illa: fi-
lius eſt alius deus a deo patre. Cuius
ratio, quia perſona ſuppoſitum ſuppo
nunt tantum pro perſona, & nunquam
pro eſſentia: quia non prædicantur niſi
de illo de quo formaliter prędicantur.
Deus autem ex uſu ſupponit tam per-
ſonaliter, ideſt pro perſona, quàm eſſen
tialiter, ideſt pro eſſentia. & per hoc ſol
uuntur omnia. ¶ Iſtis præmiſsis eſt pro
Arti. 2. articulo ſecundo concluſio prima. Hęc
Cõcl. 1. propoſitio deus genuit deum, ſecundũ
K ſermonis proprietatē eſt concedenda.
Patet concluſio auct. magiſtri in textu,
& ratione. Nam deus, & deum hic po
nunt reſpectu dictionis ſeu uerbi notio
nalis. ſ. genuit ergo ſupponũt ꝓ ſuppoſi
to: & ualet illã. Perſona diuina genuit ꝑ
ſonam diuinam: quæ uera eſt: quia pa-
ter filium. & hoc etiam ſecundum pro-
prietatem ſermonis: quia ut dictum eſt:
deus ex modo ſuę ſignificationis eſt ter
Cõcl. 2. minus perſonalis. ¶ Secunda concluſio.
L Hæc propoſitio deus non generat deũ,
ſecundum uſum ſanctorum non eſt con
cedenda. Patet; quia ualet illam: nihil
quod eſt deus generat deum, quæ eſt
falſa: uerum de rigore uerborum uide-
tur concedenda: quia deus de rigore
uerborum non diſtribuitur, & cum ſup-
ponit pro quolibet ſuppoſito diuino ua
lebit illam. Aliquod ſuppoſitum diuinũ
non generat, quæ eſt uera: quia filius
non generat. Nec illæ ſunt contradi
ctorię: deus generat deum: deus non
generat deum: quia in neutra ſubiectũ
plenè diſtribuitur: nec plænè ſingulari-
Arti. 3. zatur. ¶ Pro articulo tertio dubita-
M tur circa concluſionem primam. Si
deus genuit deum: ergo deus eſt alius
a deo & non niſi pater a filio, & ita
pater eſt alius deus a filio. Conſequen
tia probatur: quia ſequitur: pater ge-
nuit filium: ergo pater eſt alius a fi-
lio, ſiue non eſt filius: ita etiam ſe-
quitur hic. Deus genuit deum: ergo
deus non eſt deus. Solutio. conſequens
eſt falſum: deus eſt alius a deo: quia deus
& deo ſupponunt pro eſſentia & perſo-

nã, & ſic ualet deus eſt alius a deo in eſ
ſentia, & perſona. Ad conſequentiam
dicitur primò: illa conſequentia, pater
genuit filium: ergo pater non eſt filius:
non eſt formalis: quia non tenet in crea
turis: in diuinis tamen tenet ex eo: quia
ibi ſolum una perſona eſt pater: & ſolum
una eſt filius, & ita ibi ſequitur: hic eſt
pater: ergo non eſt filius. non autem
ualeret. ſi per impoſsibile, filius genuiſ
ſet alium filium: cum autem quælibet
perſonarum ſit deus: non eſt ſimile. Itē
ſi attenditur hic diſtributio huius quod
eſt deo ab alius: manifeſtum eſt hanc eſ-
ſe falſam ſecundum rigorem ſermonis.
Deus eſt alius a deo: etiam quomodo-
cunque ſupponat deus, perſonaliter uel
eſſentialiter. ſimiliter hoc deus non eſt
deus. Aliter dicitur, ꝙ conſequentia
non ualet: quia uariatur ſuppoſitio hu-
ius termini deus & deum: qui in ante-
cedente ſupponit perſonaliter: in con-
ſequente perſonaliter, & eſſentialiter
ſimul. ¶ Si uerò arguitur ſicut magi- N
ſter arguit. Si deus generat deum: uel
ergo ſe deum: uel alium deum genuit:
non primum nec ſecundum: quia nõ eſt
alius deus a deo patre: cum tñ ſit unus
deus. Dicendum: ꝙ neutrum illorum eſt
concedendum: quia nec ſe genuit pater
nec alium deum. Cuius ratio patuit ex
notatis: quia ſignum alietatis additum
termino in diuinis, qui ſupponit tã pro
ſuppoſito, quam pro eſſentia: importat
alietatem utriuſq; tam perſonæ q̃ eſſen-
tiæ, & ita diuiſio non eſt immediata. Eſt
enim talis: ſi pater generat deum: aut ſe
deum aut alium: tam in eſſentia, quã in
perſona. ubi datur medium, ſcilicet fi-
lium: qui eſt deus alius in perſona: & idē
in eſſentia. ¶ Sed an illa ſit concedēda:
pater generat ſe uel aliũ: magiſter ur̃ cõ
cedere illam: deus pater genuit alterũ al
legans Aug. ad Maximinum: cui cõſo-
nat Ockã: qm̃ magiſter benè exponit:
pr̃ de ſe genuit alterũ ſe. i. a ſe: non utiq;
alterũ deũ: ſed alterã ꝑſonã. Vel genuit
ſe alterum. i. genuit alterũ qui hoc ē qđ
ipſe. Nec ſequitur genuit ſe uel alterũ:
ergo genuit ſe deũ, uel alterũ deũ: qa nõ
ſemꝑ ualet cõſequẽtia ab aliquibus pro-

poſitionibus ad eaſdem, utrobique eodē addito ut patet ſatis Late proſequitur & dilucidat huius quęſtionis materiam Oyta.q.vj.art.j.& Camera. art.j.q.v.

## QVÆSTIO. II.

A VTRVM hæc ſit concedenda: deus eſt pater & filius & ſpiritusſanctus. ❡ Re-

Concl. citatur opinio Scoti diſt. iiij.q.ij. & impugnatur. ❡ Reſponſio cōcluſiua eſt hæc. Hæc eſt concedēda: deus eſt pater & filius & ſpiritusſanctus. Probatur: quia deus hic ſupponit pro eſſentia diuina: quæ eſt tres perſonæ: ergo & deus eſt tres perſonæ. Antecedēs patet ex dictis præcedentis quæſtionis. ❡ Si dicitur: quandocunq; aliquod prædicatum a quolibet ſuppoſito termini negatur: illud etiam negatur uniuerſaliter de tali termino: ſicut angelus negatur de Ioan. Pe. &c. ergo ab omni homine: ſed eſſe patrem & filium & ſpiritumſanctum negatur a quolibet ſuppoſito diuino, ut ſupra ergo ab hoc termino deus. Sol. maior eſt uera quando terminus ſupponit præciſe pro ſuppoſitis, & nō pro aliquo formaliter a ſuppoſitis diſtincto: modo deus nō ſolum ſupponit pro ſuppoſitis diuinis: ſed etiam pro diuina eſſentia: quę formaliter diſtinguitur a ſup-

B poſitis. ❡ Vel poteſt dici: ꝙ in illa maiore ſuppoſitū non accipitur pro perſona: ſed pro illo pro quo terminus ſupponit: ſiue ſit natura ſiue perſona. Et ſic accipiendo, maior eſt uera: ſed minor. ſ. eſſe patrem & filium & ſpiritumſanctum: negatur a quolibet ſuppoſito huius termini deus (ſi ſic accipitur) falſa eſt: quia non negatur ab eſſentia diuina: pro qua tamen ſupponit deus. Si autem minor ſic accipitur, ſcilicet eſſe patrem & filium & ſpiritumſanctum: negatur de quolibet ſuppoſito diuino: conſequen-

C tia non ualet: quia ſuppoſitum in antecedente æquiuocatur. Si dicitur: omne prædicatum, quod conuenit pluribus, conuenit alicui primò: quid ergo eſt id cui primò conuenit eſſe patrem, & filium &c. Solutio: ſi conuenire realiter intelligitur: ſic aſſumptum falſum eſt: ſicut ridere nulli hominum primò conuenit: ſed æque cuilibet. Si intelligitur conuenire per prædicationem, ſic uerum eſt: ſed illud primum ſiue cui primò conuenit non eſt res aliqua: ſed illud commune cum quo conuertitur: & illud eſt hoc commune deus.

## DISTINCTIO. V.

IN HAC diſtinctione magiſter abſoluit dubia circa generationis terminum per nomina abſtracta: & poteſt textus trifaria ꝓpoſitione ſummari. (Prima. Non eſt concedendum ꝙ pater genuit diuinam eſſentiam: uel eſſentia filium; uel eſſentia eſſentiam. ❡ Secunda concluſio. Eſſentia diuina (.i. natura diuina, quę communis eſt tribus perſonis & tota in ſingulis) nec generat nec genita eſt. ❡ Tertia concluſio. Filius genitus eſt de patris ſubſtātia non tanquam de materia: ſed ſicut de aliquo ſibi conſubſtantiali & coęterno. Probationes quęre in textu.

## QVAESTIO. I.

VTRVM eſſentia diuina generet uel generetur. ❡ Re- A

citata, & impugnata opin. doct. ſubtilis diſtinct. pręſenti. quęſtio.ij. ſaltem quo ad rationes eiuſdem. quia concluſio certa eſt extra de ſum. trin. & fi. cat.

damnamus. ❡ Notandū eſt pro articu- Arti. 1.

lo primo: ꝙ fundamentum huius quæ- Nota. 1

ſtionis ſtat in hoc. In diuinis eſt una eſſentia ſimpliciſsima, eadem omnibus quæ ſunt realiter in deo. Eadem dico realiter etſi nō formaliter. Secūdo in di

uinis



uinis ſunt tres perſonę realiter diſtinctę inter ſe uel a ſe: non ab eſſentia. Tertiò inter generans, & genitum eſt diſtinctio realis: quod ſic patet. Nam generare, & generari ſpirare, & ſpirari uerbaliter diſtinguuntur realiter: & per ea perſonæ diſtinguūtur realiter. Nam pater non diſtinguitur a filio niſi quia ille generat: hic generatur. Circumſcriptis enim proprietatibus relatiuis in patre, & filio: quæ ſunt generare ſiue paternitas: & generari ſiue filiatio: nihil eſt in patre: quod diſtinguitur ab aliquo quod eſt in filio; ſi itaq; eſſentia generaret diſtingueretur realiter a genito: quod nō conceditur. Idem ſi generaretur. ❡ Secū-

Nota. 2 dò notandum: ꝙ aliqua ſunt prædicata

B quæ de nullo prędicantur niſi de illo de quo primo, & immediatè prędicantur: uel ſaltē mediante aliquo ſibi eſſentiali & intrinſeco. ❡ Dicitur autem aliquid prædicari de aliquo primo, & immediatè: quod prædicatur de illo omni alio circumſcripto: & de nullo illo circumſcripto. Sicut calefacere primò prædicatur de calore, & non de igne: & intelligere primò prædicatur de anima ſiue intellectu: & non de homine. Sed prædicari non primò ſiue mediatè oppoſito modo. Nunc autem aliqua ſunt prędicata quæ non prędicantur de aliquo niſi cui primò conueniunt: ut inhærere, informare, eſſe ſubſtantiam, eſſe accidens. Sunt & prædicata, quæ nō prædicantur de aliquo, niſi de quo immediatè prædicantur: uel mediante aliquo intrinſeco: ut diſtingui, diuerſum: nihil enim diſtinguitur ab alio per aliquod ſibi extrinſecum. Aliqua autem prædicantur indifferenter. ſ. & de illis, quibus immediatè conueniunt: & etiam de illis, quibus cōueniunt mediante alio: ſicut calefacere prędicatur tam de calore, quàm de igne, ſiue calido. ❡ In diuinis autem illa prædicata generat, generatur, non poſſunt prædicari niſi de illis, de quibus immediatè prædicantur ex cōmuni uſu loquētium. Et hoc rationabiliter: ne cū apud omnes generans realiter diſtinguitur a genito: concedatur in diuinis eſſentiā realiter diſtingui ab aliquo in diuinis. Et quia generare, & generari primò, & immediatè prædicantur de ſuppoſitis in diuinis: ideo de ſolis ſuppoſitis, & non de eſſentia prædicantur. ❡ Dicitur in diuinis: quia in creaturis generare, & generari, etiam prędicantur de illis, quibus mediatè conueniunt: ſicut conceditur: ꝙ ignis generat calorem. Cuius ratio eſt: quia quicquid in creaturis mediatè generat: diſtinguitur realiter a generato: ideo ex illa prædicatione in creaturis nō ſequitur idem generare ſeipſum.

❡ Pro articulo ſecundo, eſt concluſio Arti. 2.

certa ab eccleſia determinata extra de Cōcl.

ſum. tri. & fi. ca. damnamus. Eſſentia C

non eſt generans, nec genita, nec procedēs: ſed eſt pater, qui generat: & filius, qui gignitur: & ſpiritusſanctus, q procedit. Huius quæſtionis probatio ſecundū magiſtrum (ſalua, & præſuppoſita eccleſiæ determinatione) eſt, quia gignēs diſtinguitur realiter a genito: nihil enim gignit ſe ſecūdum beatū Aug. Eſſentia autem diuina ſecundum præmiſſa identificat ſibi realiter, & eſſentialiter quicquid in diuinis eſt. ❡ Holkot uerò in determinationibus. quę. x. dub. iiij. cauſam determinationis eccleſiæ ponit diuinam reuelationem: unde ait. Poteſt dici ſine aſſertione, ꝙ non negantur propter aliquam rationem naturalem cogentem: ſed ſicut reuelatum eſt eccleſię de re, q̄ eſt deus, ꝙ eſt res una: etiam ita reuelatum eſt eccleſię: quibus ꝓpoſitionibus debet uti in loquendo de trinitate, & ſimiliter quibus terminis: ſicut reuelatū credimus ſanctis patribus: quomodo uti debemus hoc nomine perſona: quando quęritur per tria, uel per tres: debemus enim dicere, ꝙ deus eſt tres perſonæ: & ſic reuelatum eſt eccleſiæ, ꝙ iſtę debent negari: eſſentia generat: eſſentia gene-

ratur. ❡ Contra nunc dicta poſſet mul- Arti. 3.

tipliciter argui pro articulo tertio: pro- D

ut & materiam ipſam latè, & diffuſè examinat Oyta. q. vj. art. ij. ubi etiam oſtendit: ſi ſyllogiſmus expoſitorius ualeat in diuinis. Item quid requiritur ad eius bonitatem iuxta finem prętati articuli. Item Grego. de Arim. diſt. pręſenti. q. j. Item Holkot ubi ſupra. Itē dn̄s Camer.

qui latè pertractat hoc dubium. q.v. art. ij. Si poſitio de trinitate poſſit ſuſtineri ſine bonæ conſequentiæ negatione: oſtendens etiam contra Greg. quæ requirantur ad bonitatem conſequentiæ bonæ. Item ad ſyllogiſmum expoſitoriū. Item ad plenam uniuerſalizationē &c. Verum quia doctor breuiter procedit, pauca tangam: remittendo ad præfatos doctores, & ad logicam: ubi materia conſequentiarum uenit latius examinanda.

Dub. 1. Generare & paternitas in diuinis ſunt idē oīb⁹ modis.

¶ Arguitur ergo. Generare, & paternitas in diuinis ſunt idem omnibus modis: ergo ſicut paternitas prædicatur de eſſentia, ita & generare: & per conſequens eſſentia eſt generare. ultra eſt generare: ergo eſt generans: et ſi eſt generans, generat a reſoluēte ad reſolutam. Reſpondetur: ſi generare capitur nominaliter: illa poteſt concedi: eſſentia eſt generare. i. eſt id, quod generat: tñ per hoc non conceditur: ꝙ eſt generās, uel generat. ¶ Aliter poteſt dici: ꝙ generare nominaliter, & paternitas non ſunt idem omnibus modis, ſed diſtinguūtur formaliter: quia generare nominaliter eſt ſuppoſitum generans formaliter: ſed paternitas non eſt ſuppoſitum generās formaliter. & ideo illa non eſt cōcedenda eſſentia eſt generare. ¶ Sed ſi arguit: generans participialiter, ſiue qui generat, & pater ſunt idem omnibus modis: ergo ſicut pater dicitur de eſſentia: ſic qui generat, uel generans: & ita eſſentia eſt, quæ generat: & eſſentia eſt generās. Reſponſio: conſequentia non ualet: licet enim generans, & pater ſint idem omnibus modis: tamen hoc prædicatum generans nō prędicatur niſi immediatè. Pater uerò etiam prædicatur de aliquo mediatè. ſ. de eſſentia. & ideo non oportet quando duo prędicata importāt idē omnibus modis: & unum ſolum prædicatur immediatè: aliud tam mediate: quā immediatè, ꝙ de quocunque unum prædicetur, & reliquum. Quare autem pater prædicetur mediatè, & immediatè & non generans: patet ratio ex ſupradictis.

a Dub.. E An ſit cōcedēdū, eēntia ē res gñans, &c.

¶ Secundò dubitatur: an illę ſint cōcedendæ. Eſſentia eſt res generans: eſſentia eſt pater generans. & uidetur: ꝙ ſic: quia eſſentia eſt pater: uel ergo eſt pater generans, uel pater non generans. Non ſecundum, ergo primum. Reſponſio auctoris. Capiendo generans purè adiectiuè: nulla harum concedenda eſt. Cuius ratio eſt: quia ſequeretur, ꝙ eſſentia eſſet generans. Et ratio eſt: quia qñ determinabile cum ſua determinatione prædicatur de ſubiecto: ad hoc ꝙ propoſitio ſit uera: requiritur: ꝙ determinabile prædicetur de ſubiecto: ſimiliter & determinatio p̄dicetur de ſubiecto: & tertiò, ꝙ determinatio prędicetur de determinabili. Ita ꝙ ad ueritatem illius, eſſentia eſt pater generans: requiritur ueritas harum trium: eſſentia eſt pater: eſſentia eſt generans: pater eſt generans: ſed ſecunda eſt falſa. ſimiliter eſſentia eſt pater non generans, requirit ueritatem illarum trium, ut ſit uera: eſſentia eſt pater: eſſentia eſt non generans: pater eſt non generans: modo illa tertia eſt falſa. ¶ Si dicis de quolibet alterum contradictoriorum: ſed pater generans: pater nō generans, ſunt prędicata cōtradictoria: ergo &c. Dicendum: ꝙ pater generans non pater generans ſunt prędicata contradictoria: non autem pater generans: pater non generans: ſicut nec lignū album: lignum non album, quę utraq; negantur de homine: falſum enim eſt: hō eſt lignum album, & ſimiliter homo eſt lignum non album. Si tamen illa, eſſentia eſt pater generās, poſſet habere hūc intellectum: eſſentia eſt pater, qui primò eſt generans: ſic concedenda eſſet: ſed tunc non ſequitur: eſſentia eſt primò generans: ergo eſt generans. Sicut non ſequitur, eſſentia eſt hic pater: & ille pater eſt generans: ergo eſſentia eſt generās: de quo alibi. Et ita conſequentia a parte in modo ad totum nō ualet: quando totum non prędicatur niſi immediatè, & pars in modo prędicatur tam mediatè, q̃ immediatè.

Dub. 3. F

¶ Dubitatur tertiò circa illud. ꝙ de forma ſyllogiſtica Grego. repræhendit Ockam; eo ꝙ dicit, ꝙ talis modus arguendi. Omnis pater generat: eſſentia eſt pater: ergo eſſentia generat; ſemper tenet, præterquam in propoſito in diuinis. Eo quòd nuſquam



niſi ibi poſſunt eſſe tres res, quarum nulla eſt alia, quæ tamen ſunt una res numero: ſed tātum in diuinis illud reperitur. Et ideo non oportet ibi, ꝙ ſi aliqua cōiunguntur cum illa una re ſingulariſſima: ꝙ ideo inter ſe coniungantur: unde non ſequitur. Omnis eſſentia diuina eſt pater: filius ē eſſentia diuina: ergo filius eſt pater. Nec expoſitoriè, hæc eſſentia diuina eſt pater, & hic eſt filius: ergo filius eſt pater. Nec ualet. hic pater genuit: & hic pater eſt eſſentia: ergo eſſentia genuit &c. Et per hoc imponit auctori, ꝙ uelit dicere, ꝙ formę ſyllogiſticę, quæ ſunt euidentiſſimæ non teneāt in diuinis: ſed tantum in creaturis. Et probat ibi, ꝙ ſi ſeruatur debita forma: tenet in diuinis ſicut in creaturis. ¶ Sed malè imponit auctori. Nam expreſſè dicit in logica: ꝙ ubique ualet in forma ſyllogiſtica, dum regulatur per dici de omni, uel de nullo. Quod ſi non regulatur: iam non eſt forma ſyllogiſtica. Ad hoc autem, ꝙ reguletur &c. oportet, ꝙ medium in pręmiſſis complete diſtribuatur: ita ꝙ uigore diſtributionis prædicatum in uniuerſali denotetur dici de quocunque, de quo dicitur (ſeu dici poteſt) ſubiectum: ita ꝙ nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo non dicitur prædicatum: & ſic diſtribuendo pater in illa. Omnis pater generat, ſi pater completè diſtribuitur, ualet tantum. De quocūq; uerum eſt dicere: ꝙ eſt pater: de illo uerum eſt dicere, ꝙ generat, & illa eſt manifeſtè falſa, & tunc eſt bonus ſyllogiſmus: licet non probatiuus, ſed ſolum illatiuus. Omnis pater genuit: eſſentia diuina eſt pater: ergo eſſentia diuina genuit, & maior eſt falſa ſicut cōcluſio. Sed accipiendo pater, ut non diſtribuitur cōpletè, ſed ut ualet illā. Quod eſt omne, quod eſt pater, generat: ſic uera eſt; ſed non poteſt eſſe pręmiſſa in ſyllogiſmo: quia non regulatur per dici de omni, & ita non erit forma ſyllogiſtica, ſicut de illa. Omnis eſſentia diuina eſt pater, ſecundum diſtributionem eius incompletam ualet. Quod eſt omnis eſſentia diuina eſt pater, quæ eſt uera: ſed nihil ualet ad ſyllogiſmum. Sed philoſophus, qui impoſſibile putaret unam rem ſingularem eſſe plures res: ſicut impoſſibile eſt in creaturis: crederet illam formam ſufficere, quia credit tales propoſitiones regulari per dici de omni, uel de nullo. Et quidem in creaturis non datur inſtantia: ideo ibi ualet materialiter: ſed in diuinis nec materialiter ualet, quia ibi datur inſtantia: nullibi tamen ſimpliciter ualet, quia nec in creaturis, nec in diuinis ſeruatur forma ſyllogiſtica: niſi fuerit diſtributio completa quo ad non expoſitorios, uel ſignificatio completa quo ad expoſitorios. De quo uidendum latius in logica, & in præallegatis doctoribus.

Dub. 4. G De hac eſſentia eſt pr: ergo pater filij.

¶ Quartò dubitatur de illa. Eſſentia eſt pater: ergo pater filij, conſequens diſtinguitur ſecundum Scot. & Gregor. quia uel pater capitur adiectiuè, uel ſubſtantiuè. Si primum, conceditur, quia ualet illam, eſſentia eſt hypoſtaſis, uel perſona, & illa genuit, uel habet filium. Si accipitur adiectiuè: negatur, quia accipitur pro proprietate, quæ eſt generare, & ualet illam. Eſſentia eſt pater filij, ideſt eſſentia genuit filium, uel eſt generans, quæ eſt manifeſtè falſa. ¶ Et cum dicitur: ſi eſt pater filij: ergo genuit filium. hoc enim eſt eſſe patrem filij. Reſpondetur negando conſequentiam, capiendo pater ſubſtantiuè, in quo ſenſu conceſſa eſt. Sed eſſe patrem hoc modo eſt eſſe hypoſtaſim, quæ genuit filium.

¶ Si dicitur, ſi eſt pater filij, filius eſt filius eſſentiæ. Reſpondetur negando conſequentiam. quia antecedens ualet tantum, ut eſt uera. Eſſentia eſt hypoſtaſis, quæ habet filium: ex qua non ſequitur illa. Filius eſt filius eſſentiæ, ſed bene illa: ergo filius eſt filius hypoſtaſis, quæ habet filium. ¶ Si dicitur, illa etiam eſt uera. Eſſentia eſt pater filij capiendo adiectiuè: quia ſequitur per conuerſionem. Pater filij eſt eſſentia. ergo eſſentia eſt pater filij: capiendo in antecedente pater adiectiuè. ſimiliter in conſequente. Dicendum: ꝙ pater in antecedente non poteſt capi

pure' adiectiue: hoc eſt ſolum pro for-
mali, & non materiali: quia in antece-
dente eſt ſuppoſitum uerbi: ergo opor-
tet habere ſignificatum ſubſtantiuum.
Adiectiuum enim pure adiectiue tentũ,
non poteſt reddere ſuppoſitum uerbo:
ſecus a parte prædicati: quia ibi reſpicit
ſubiectum a parte ſubiecti poſitũ: ut hic:
homo eſt albus: albus capitur pure' adie-
ctiue: & importat ſolum formale reſpe
ctu ſubſtantiui a parte ſubiecti poſiti: un
de ualet tantum: homo eſt homo habẽs
albedinem. Sic illa: eſſentia eſt pater fi-
lij. i. eſſentia habet filiũ: uel eſſentia eſt
eſſentia habens filiũ: quæ eſt manifeſtẽ
falſa: nõ habere hic importat generare.
¶ Si dicitur: generans eſt eſſentia: ergo
eſſentia eſt generans per conuerſionẽ.
Dr̃: ꝙ in antecedente generans accipitũ
ſubſtantiue: in conſequẽte adiectiue: &
ideo non ualet. Sed debet ſic conuerti,
generans. i. hypoſtaſis, quæ gñerat, ē eſ
ſentia: ergo eſſẽtia ē hypoſtaſis, quę ge
H nuit: & ita conſequens eſt uerum ſicut
antecedens. ¶ Item arguitur bene ſe-
quitur. pater generat: ergo eſſẽntia ge-
nerat: ab inferiori ad ſuperius. Solutio:
negetur conſequentia. Nec eſſentia eſt
ſuperius ad pater: quia eſt ſingularis ſi-
cut pater. Nam ſuperius large eſt, quod
habet plura ſuppoſita eſſentialiter di-
ſtincta. Vel quod ſupponit pro omnibꝰ
pro quibus inferius: & cum hoc pro ali-
quo eſſentialiter diſtincto a quolibet
ſuppoſito inferioris. Vel dicitur: ꝙ con
ſequentia ab inferiori ad ſuperius non
ualet reſpectu prędicati: quod non prę-
dicatur niſi de illis, quibus immediatẽ
conuenit. Sicut non ſequitur hęc diffe
rentia contrahit: ergo natura cõtrahit:
ſecundum ponentes differentias con-
trahentes, & eas identificari naturæ.
Dub. 5. ¶ Dubitatur. v. contra regulã prius datã
I a doct. in dubio ſecundo: ob quam non
admittit illam. Eſſentia eſt pater gene-
rans, capiendo generãs pure' adiectiue.
Nam diceret aliquis cum Greg. ubi ſu-
pra: ꝙ illa regula habet ueritatem, quan
do quodlibet illorum cõiunctorum, de-
terminabile. ſ. & determinatio per ſe. i.
ſine addito, prędicatur de principali ſub
iecto. ¶ Præterea opponit Holkot ubi
ſupra. q. x. deter. Ille ē optimus clericus:
ille eſt albus ſecundum dentes. ille eſt al
bus monachus: hæ conceduntur & ſimi
les, & tamen non poteſt ex hoc inferri:
ergo ille eſt optimus: ille eſt albus: & ita
de conſimilibus. Ergo ſi illæ ſunt con-
cedendę, non obſtante, ꝙ non inferant
illas: ergo ſimiliter illa: eſſentia eſt pater
generans etiam adiectiue ſumendo ge-
nerans poteſt concedi, tametſi ex hoc
nõ inferatur ueritas illius: eſſentia eſt ge
nerans, quę eſt falſa. Ad illam poteſt di
ci, ut ſupra, ꝙ illa non eſt cõcedenda: eſ
ſentia eſt pater generans, ſumendo ge-
nerans adiectiue': licet gloſ. in. c. dam-
namus. concedat eam, ſi generans capi
tur ſubſtantiue: unde tunc ualet. Eſſen-
tia eſt pater, & ille generat. Sic conci-
lium in. c. præfato damnamus: cõcedit:
eſſentia eſt pater, qui generat: eſt filius
qui gignitur: eſt ſpirituſſanctus, qui pro
cedit. Reſoluatur qui in & ille: clarent
propoſitiones nam ſenſus eſt. Eſſentia
eſt pater, qui generat, ideſt eſſentia eſt
pater, & ille generat: uel eſt filius, & ille
gignitur &c. Ad hunc etiam ſenſum
Greg. concedit illam: eſſentia eſt pater
generans: motus auctoritate concilij:
ſed cum negat conſequentiam, & bene
adducendo intellectum regulæ præmiſ-
ſum poteſt dici: ꝙ regula doct. ut iacet
eſt uera ſine tali intellectu: non tamen
oportet illam conſequentiam ualere. Eſ
ſentia eſt pater generans: ergo eſſentia
eſt generans: quando determinatio ſe
ſola non prædicatur niſi de illo, cui im-
mediatẽ conuenit: ſed cum addito bene
prædicatur de aliquo, cui immediatẽ cõ-
uenit: ſicut in ſimili non ſequitur. Pa-
ter eſt relatio conſtituens: ergo pater eſt
conſtituens. Conſtituens enim ſe ſolo
non prędicatur niſi de eo, cui immedia
te conuenit: ſed cum addito poteſt bene
dici de perſona, quę conſtituit. ¶ Ad
obiecta dicitur ꝙ falſę ſunt. nam albus,
& optimus ęquiuocantur, cum dicitur:
eſt albus monachus: ergo eſt albus: &
ſic de alijs. Et ita regula doc. manet ue
ra: nec oportet illas conſequentias ua-
lere propter cauſas tactas. ¶ Prętereaſi



regula ſic eſſet intelligenda: non poſſet
dici regula, uel notificatiua conſequen-
tiæ: & reſoluendo eſſet tantum dicere
arguendo a coniunctis ad diuiſa: ualet
conſequentia: quando conſequens eſt
uerum. Sic ergo doctor etiam concedit
illam: eſſentia eſt pater generans, ſi ua-
let illam: eſſentia eſt pater, & ille gene-
rat, uel eſt generans: & illam concedit
concilium. ¶ Alia quędam ponit doct.
ſcilicet an homo, & humanitas ſint ſy-
nonyma. Item an illæ ſint contingẽtes:
humanitas eſt homo: humanitas eſt ani
mal: an illa eſt falſa, albedo eſt alba: quę
ſatis patent ibidem.

## QVAESTIO. II.

A VTRVM filius generetur
Arti. I. de ſubſtantia patris. ¶ Pro
articulo primo notandum:
ꝙ illa quęſtio pro tãto mo
uetur: quia incõueniens eſt
dicere, filium eſſe de nihilo: ſecundum
beatũ Aug. ut patet in textu. Oportet
ergo aliquid aſſignare, de quo ſit filius:
ſiue de quo generetur: quia ſi nihil tale
Quid ē aſſignatur: erit de nihilo. ¶ Videndum
aliqd de ergo eſt: quid ſit eſſe, uel produci de ni-
nihilo hilo: & poteſt dici, ꝙ produci de ni-
produ- hilo, non eſt produci poſt nihil. i. poſt-
ci. quam non fuit: quia ſic forma educta
de potentia materię produceretur de ni
hilo quia ante eius productionem nihil
fuit, ſecundum probabilem opinionem.
Sic enim quęſtio nullum haberet dubiũ
ſuppoſita filij ęternitate: ſed produci de
nihilo eſt produci non de potentia ſub
iecti: & ꝙ nihil ipſius ſit: quod non acci
piat eſſe ſimpliciter illa productione.
Quandocunque enim aliquid ipſius nõ
capit eſſe illa productione: iam non eſt
de nihilo: eo ꝙ aliquid ipſius (quod. ſ.
non capit eſſe illa productione) quodã-
modo prę ſupponitur. Ita ꝙ ſi per impoſ
Coroll. ſibile, illa productio non eſſet: nihilo-
1 minus tale eſſet. ¶ Corolllarium. For-
ma naturaliter genita non eſt de nihilo:
quia licet ſecundum ſe, & quodlibet ſui,
capit eſſe illa generatione: tamen pro-
ducitur de potentia ſubiecti: ſecus de
anima intellectiua: quæ quia creatur, de
nihilo producitur: licet in materia: non
tamen de potentia materię: ſiquidem
qcquid creatur, de nihilo producitur.
¶ Corollarium ſecundum. Homo non Corol.
producitur de nihilo: licet eius forma 2
creetur. ¶ Corollarium tertium. Si ſub Corol.
forma prçexiſtente de nihilo produca- 3
tur materia: compoſitum ex hac mate-
ria non eſt de nihilo. Nec creatur pro-
pter partem, formam. ſ. præexiſtentem:
licet materia creetur unde compoſitũ,
cuius altera pars ſiue materia, ſiue for-
ma pręſupponitur: non eſt de nihilo.
¶ Corollarium quartum. Si angelus ab Corol.
æterno produceretur: uere' eſſet de ni- 4
hilo, & uerè crearetur. Patet: quia nihil
ipſius eſt, quod non capiat eſſe ſua pro-
ductione ęterna: ſi eſſet poſſibilis. Cum
ergo filius in diuinis ſic generatur ex
patre: ꝙ non quodlibet ſui capit eſſe il
la generatione (quia eſſentia, quę eſt ali
quid filij) uerius eſt ipſe filius: licet non
formaliter non capit eſſe illa generatio
ne: quia eſt in patre circũſcripta gene-
ratione, & ideo non eſt de nihilo: quia
ſubſtantia, quam naſcendo accipit: eadẽ
eſt in generante, & non capit eſſe ſimpli
citer per generationem filij. Eſt ergo
de ſubſtantia patris. i. de patre ſuam ſub
ſtantiam generando filio communican
te. Non diſſonat a nunc dictis Grego.
diſt. pręſenti. q. ij. art. j. ¶ Iſto ſuppoſito, Arti. I.
& omiſſa recitatione, & impugnatione C
opinionis ut ęſtimo Henrici & Durandi
tenentium, ꝙ omni perfectione poſtpo
ſita, cum dicitur filius de ſubſtantia pa-
tris. de: dicit circũſtantiam cauſę mate-
rialis, uel quaſi materialis: ut recitat
Tho. Argen. diſt. præſenti. ¶ Eſt pro ar Cõcl. I.
ticulo ſecundo concluſio prima. Filius
eſt genitus de ſubſtantia patris. Patet:
quia ſecundum magiſtrum non eſt de ni
hilo: ergo de aliquo: & tñ non de alio
niſi de ſubſtãtia patris: ergo &c. ad hoc
allegantur auctoritates in textu. ¶ Secũ Cõcl. 2.
da concluſio. Filius non eſt de ſubſtan
tia patris, tanquam de materia, uel quaſi
materia. Patet: quia in diuinis nihil eſt
ponendum imperfectionis, & per conſe
ſequens non eſt ibi ponenda generatio
ſub ratione mutationis uel quaſi muta-

tionis: quia mutatio dicit imperfectionem in mutabili: quia potẽtialiter, & cõcomitanter imperfectionẽ in mutãte, pro quanto neceſſario requirit cauſam concauſantẽ. Eſt enim mutatio qua aliquod ſubiectũ de priuatione tranſit ad formam. vj. phyſic. Eſt autem ponenda generatio in diuinis, tantum ſub ratione productionis, inquantum. ſ. aliquid ꝑ eam capit eſſe. Et ideo generationi in diuinis non aſſignabitur materia, uel quaſi materia: ſed tm̃ termin⁹ formalis. Alias ꝓbationes adducit auct. in ſuo ſcripto.

Cõcl. 3. D

¶ Tertia concluſio. Filius eſt de ſubſtantia patris, ſicut de aliquo, quod eſt ſibi conſubſtantiale. i. de patre, qui eſt de filio conſubſtantialis. Itaque prępoſitio de duo dicit. ſ. originationem, & cõſubſtantialitatem & neutrum ſolum. Si em̃ ſolam originationem diceret: tunc creaturæ eſſent de ſubſtantia dei. Si ſolã conſubſtantialitatem, tunc pater eſſet de ſubſtantia filij: unde filius eſt de ſubſtantia patris: tantum eſt dicere: filius eſt originatus a patre, & conſubſtantialis ei. Dicit ergo de, originationem: non quid eſt in proprio caſuali: ſed in illo, quod regitur a proprio caſuali ad bonum intellectum: quia filius non eſt originatus a ſubſtantia: ſed a patre, qui eſt eadem ſubſtantia cum filio. Vel de, poteſt dicere conſubſtantialitatem in proprio caſuali: & originationem in recto a ſuo caſuali: ut dicit Scot. Conſonat nunc dictis Greg. diſt. v. q. ij. art. j.

Arti. 3. E

¶ Verũ quia doct. ſuccinctè procedit in hac quęſtione, remittens ad doc. ſubtilem cum quo hic concordat in concluſione principali: licet in quibuſdam lateralibus non concordet (hinc recitatis difficultatibus, quas ponit prefatus doctor. q. ij. diſtinct. præſentis, reſpondet ad eaſdem) poteſt circa eaſdem difficultates hoc breue moueri dubium: pro articulo tertio. Ex quo ſecundum communem modum loquendi doct. perſona conſtituitur ex eſſentia & relatione. Cum eſſentia non habet ſe ut actus reſpectu relationis: habebit ſe ut potentia: quia quãdocunque ad cõſtitutionem unius, duo alterius rationis concurrunt: unum habet ſe ut potentia: aliud ut actus. Reſpõdeo: ꝙ potentia, & actus competunt niſi rebus realiter diſtinctis. Ideo ſicut in diuinis non eſt ponenda compoſitio, uel quaſi compoſitio: ita nec ponenda eſt ibi potentia, & actus unius reſpectu alterius, propter identitatem realem eorundem. Per hoc patet: ꝙ eſſentia non habet ſe ut potentia reſpectu relationis: nec ut actus. ¶ Similiter dicitur: ꝙ licet relatio proprie diſtinguit perſonas, quibus eſſentia eſt communis: non tamen ideo eſt actus eſſentiæ: quia eſt eadem realiter ipſi eſſentiæ. Sic fundamentum relationis in propoſito, quod eſt eſſentia: non eſt potentia reſpectu relationis: ſed eadẽ relationi: nec eſſẽtia cõicatur filio tamquam præexiſtenti: ſed communicatur filio: quia filius per productionẽ habet eandem eſſentiam cum patre.

Dub. 2. F

¶ Secundũ dubium uidetur pro defenſione opinionis ſuperius recitatæ, tenentis, ꝙ materia ſic ponatur in diuinis, ne filius ſit de nihilo, uel de aliena ſubſtantia. Remouendo, & ſeparando prorſus materiæ potentialitatem in generatione ſubſtantiæ. Item potentialitatem ſubiecti in alteratione, & in genere quicquid imperfectionis eſt &c. uidetur em̃: ꝙ illud non eſt abſonum dicere: uidentur namque hęc omnia poſſe conuenire diuinæ eſſentiæ. Reſpondetur: quamuis fortè aliquis dicere poſſet, ꝙ concertatio illa magis eſt de nomine, quàm de re: nihilominus non uidetur ille modus loquendi fore admittendus: quia poſſet ſimplices ducere in multiplicem errorem. Et licet in cauſarum naturaliũ communi productione præſupponitur materia: tamen reſpectu potentiæ diuinæ plus influentis in omnem effectum, quam quæcunque cauſa ſecunda, non plus prēſupponitur materia, quã forma: qm̃ ſicut deus producit formam in materia præexiſtente: ita poſſet creare materiam ſub forma naturali præexiſtẽte. Et ſicut admitteret: ꝙ eſſentia ſe haberet: quaſi materia: eo ꝙ p̄ſupponitur in patre: ne dicatur filius eſſe de nihilo remouendo quicquid imperfectionis eſt, & attribuendo, quod ꝑfectionis. Ita poſſet dici, ꝙ relatio eſt quaſi forma, & perſona quaſi compoſitum ex eſſentia, & relatione ſeparato omni eo, quod eſt imperfectionis &c. quæ ſunt abſurda.

G

¶ Et ſi pro ratione diuerſitatis, & euaſiuè diceretur, ꝙ aliqua, quæ ſunt imperfectionis in compoſito ſeparari non poſſunt: ideo compoſitio non poteſt eſſe in deo. Ita dicam pariformiter, quòd illa, quę imperfectionis ſunt in materia, uel quaſi in materia, inſeparabilia ſunt. Et ideo eſſe quaſi materiam nulli attribui poteſt, niſi cui poteſt attribui aliquid imperfectionis: ſicut enim materia dicit imperfectionem: ita quaſi materia dicit quaſi imperfectionẽ: ſicut ergo non eſt concedendum: ꝙ eſſentia eſt quaſi imperfectio: ita non eſt concedendum, ꝙ eſſentia ſit quaſi materia. ¶ Si dicitur: eſſentia habet tantum ſuũ eſſe ſibi propriũ in patre prius origine, ꝙ ſit in filio. Hoc dupliciter poteſt intelligi: uel ꝙ eſt tota in patre, qui genuit filium: & hoc eſt uerum: ſed tamẽ ex hoc non poteſt inferri, ꝙ ſit quaſi materia: uel ꝙ ipſamet eſſentia ſit prior origine filio: & hoc eſt falſum: quia tunc filius eſſet ab eſſentia productus. Et ſi hoc cõcederetur: adhuc nihil faceret ad propoſitum, ꝙ diceretur quaſi materia.

## QVÆSTIO. III.

A
Vtrũ eſſentia diuina ſit termin⁹ formalis gñationis.

VTRVM eſſentia diuina ſit terminus formalis generationis. ¶ Res huius quæſtionis nota eſt ex fide: ſed ſolũ quæritur, quid intelligitur per terminũ formalem generationis: quo habito, habetur intellectus quęſtionis. Stat ergo difficultas huius quæſtionis in quid nominis termini formalis, & quia alij aliter, & aliter accipiunt: ideo diuerſimodè reſpondent ad quæſtionem. Primum itaque doctor in ſuo ſcripto recitat, & impugnat opinio. Scot. diſtinct. pręſentis. quæſtio. ij. tenentis, quòd eſſentia diuina eſt terminus formalis generationis in diuinis. De hinc reſponſurus ſecundum opinionem propriam pręmittit aliquas terminorum declarationes.

Arti. 1 Nota. 1

¶ Itaque pro articulo primo notandum: ꝙ aliud eſt communicari per productionem aliquam: & aliud eſt eſſe terminum formalem illius productionis. Spiratio enim actiua communicatur filio per generationem, & tamen non eſt formalis terminus generationis: quicquid enim habet filius naſcendo accipit a patre: ergo ſpirationem actiuam accipit a patre: & communicatur ſibi per generationem.

Nota. 2 B
Cõicari ꝑ productionem accipit̃ tripliciter.

¶ Secundò notandum, ꝙ communicari per productionem accipitur tripliciter. Primò modo largiſſimè & impropriè pro omni illo, quod habet aliquo modo eſſe, quo modo non haberet eſſe, ſine certa productione. Et illo modo tam productum, quàm productio, q̃ quodlibet, quod eſt in producto communicatur, & ille eſt improprijſſimus modus. Secundo modo accipitur largè pro quolibet, quod habet eſſe in producto per ipſam productionem, & non eſt idem omnibus modis cum productione, ex producto: illo modo tam materia, q̃ forma cõmunicatur producto. Tertio modo, & ſtrictè accipitur pro eo, quod habens eſſe in generante, capit eſſe in genito per productionem. Et illo modo eſſentia etiam ſpiratio actiua communicatur filio per generationem.

Nota. 3 C
Terminus accipit multipliciter.

¶ Tertiò notandum conformiter ad doctorem, ꝙ terminus acceptus ut eſt primæ intẽtionis generaliter dicit̃ illud, quod terminat, uel quietat tendentiam, uel reſpectum alicuius in aliquod, & ideo ſecundum diuerſos modos tendendi aliud, & aliud eſt de ratione termini. Et ad propoſitũ alia eſt tendentia per productionem: alia per tranſmutationẽ: alia per relationem, ut talis eſt. Nam per productionẽ producens tendit ad eſſe rei ſimpliciter. Per tranſmutationẽ, tendit tranſmutãs ad aliquale eſſe. Per relationem, relatiuum tendit, reſpicit, uel refertur ad ſuũ correlatiuũ. Et ſecũdum hoc terminus productionis actiuæ eſt, ꝙ capit eſſe ſimpliciter tali productiõe diſtinctũ aliquo mõ a productione. Terminus tranſmutationis eſt qđ capit aliquale eſſe, ut eſſe in alio; uel eſſe quãtũ; aut eſſe quale &c.

Nota.4 Terminus relationis eſt correlatiuum.
D ¶ Sed adhuc manet difficultas, quomo
Termi- do differunt terminus formalis, & to-
nus to- talis. Ad quod dici poteſt pro notabili
talis, & quarto, ſalua ſemper ſententia ſaniore,
formal. ꝙ terminus totalis productionis actiuę
quō dif eſt quod recipit eſſe ſimpliciter tali pro
ferunt. ductione diſtinctum ab ea: & non eſt
pars alterius illa productione producti:
ut in generatione compoſiti ſubſtan-
tialis, totum compoſitum eſt termi-
nus totalis: quia totum compoſitum
per illam generationem recipit eſſe ſim
pliciter: quia circumſcripta generatio-
ne ſimpliciter non eſſet· licet non reci-
piat eſſe ſecundum ſe, & quodlibet ſui:
Corol. quia non ſecundum materiam. ¶ Corol
1. larium. In tali ſubſtantiali generatione
Corol. forma non eſt terminus totalis. ¶ Co-
2 rollarium ſecundum. In nutritione aſi-
ni: aſinus partialis præciſe per nutritio-
nem genitus eſt terminus totalis: licet
ſit pars totius aſini: quia nō eſt pars pro
ducti illa nutritione. Terminus autem
formalis productionis eſt, quod ipſa pro
ductione recipit eſſe ſimpliciter ſecun-
dum ſe, & quodlibet ſui: ita ꝙ nihil ip-
ſius ſit: quod nō recipit eſſe huiuſmodi
Coro.1 productione. ¶ Corollariū. Terminus
non dicitur formalis: quia eſt forma.
Patet: quia in creatione materiæ: mate-
Coro.2 ria eſt terminus formalis. ¶ Corollariū
ſecundum. In productione rei ſimpli-
cis idē eſt terminus totalis, & formalis:
ut in creatione angeli patet. ¶ Tertium
Coro.3 corollarium. Si compoſitum ſubſtantia
le crearetur ſecundum ſe, & quodlibet
ſui: hoc eſt materia, & forma: tam ma-
teria, quàm forma, quàm totum compo
ſitum eſſet terminus formalis. Nec eſt
incōueniens alicuius productionis: qua
plura producuntur: plures eſſe terminos
formales: licet ſit tantū unus terminus
totalis, ratione cuius dicitur una crea-
tio totalis: licet plures partiales. ¶ Co-
Coro.4 rollarium quartum. Terminus formalis
productionis non ſemper eſt id, quo pro
ductum recipit denominationem ſpeci
uocam ſibi ex productione conuenien-
tem. Patet: quia ſi ſub anima rationali
præexiſtente crearetur materia: recipiēs
in ſe formam præexiſtentem: totum illa
productione eſt homo ratione formæ
non minus, quàm ſi anima crearetur in
materia præexiſtente: & tamen anima
in caſu non eſt terminus formalis illius
creationis: ſed materia. ¶ Corollarium Coro.5
quintum. Si materia, & forma creatæ ſe
paratim poſt unirentur, ita ꝙ ex eis con
ſtitueretur compoſitum: terminus for-
malis huius productionis compoſiti eſ-
ſet totum compoſitum recipiens eſſe
per illam productionem: licet nulla par-
tium eius nec materia, nec forma reci-
peret eſſe ſimpliciter illa productione.
compoſiti: tamen nihil eſſet compoſiti,
ꝙ cōpoſitū nō reciperet illa productione.
Nam compoſitum per ſui productionē Coro.6 E
recipit materiam, & formam prǽexiſten
tes. ¶ Corollarium ſextum. Quandoq;
terminus formalis immutationis eſt ter
minus formalis productionis: quandoq;
non. Exemplū primi. Vt quando ſimul
concurrunt mutatio, & productio: ut in
calefactione, qua producitur noua cali-
ditas: caliditas eſt terminus formalis mu
tationis: quia eſt illud, quod recipit eſſe
in alio ratione, cuius tranſmutatum for
maliter denominatur denominatione
ſibi ratione immutationis huiuſmodi cō
ueniente. Exemplū ſecundi. Vt ſi cali-
ditas præexiſtens de nouo informaret
ſubiectum caliditas eſſet terminus for-
malis calefactionis, & ibi nullus eſſet ter
minus productionis, quia talis mutatio
non eſſet productio. Vnde in mutatione
illud, quod denominatur, mutatum, eſt
terminus formalis: ipſum uerò, quod
tranſmutatur, poteſt dici terminus to-
talis. ¶ Per hoc ad propoſitum poteſt
dici, ꝙ productionis filij terminus for-
malis nō diſtinguitur a termino totali.
Nam perſona filij eſt terminus totalis:
quia producta, & nullius eſt pars. Et eſt
terminus formalis: quia quicquid eſt, &
habet, recipit per generationem ſecun
dum beatum Auguſtinum. Et licet non
quicquid eſt filij: recipit eſſe ſimpliciter
per productionē: eo ꝙ eſſentia, quę eſt
filij ſeu filius: non recipit eſſe per pro-
ductionem filij: quia eſt in patre: tamen
eam filius recipit per ſui productionem.
¶ Et



¶ Et per hoc ſoluuntur rationes, quæ
hinc inde arguuntur a pluribus: omnes
tamen fundantur in quid nominis ter-
minorum. Patet etiam ex prædictis: qa
filius eſt terminus generationis, ut acti-
uæ relationis. Pater uerò eſt terminus
generatonis, ut relationis paſſiuæ: quia
correlatiuum filij: ſic eſſe terminum nō
eſt accipere eſſe rei· ſed eſt eſſe correla-
F tiuum. ¶ Si dicis. In nutritione homi
nis, ubi anima præexiſtens unitur mate
riæ præexiſtenti eſt productio: quia nu-
tritio: quis ergo eſt terminus formalis.
Etiam ibi producitur nouus homo par
tialis ex materia nutrimenti, & anima
præexiſtente, ipſam materiam de nouo
informante. ¶ Solutio, ꝙ in nutritione
hominis, homo partialis de nouo pro-
ductus eſt terminus formalis. Et nec ma
teria, nec forma: quia nec materia, nec
forma capit eſſe ſimpliciter per mutatio
nem: eo ꝙ utraque præfuerunt. Tamen
producitur ibi nouus homo partialis. ſ.
illud præciſe cōſtitutum ex materia nu-
trimenti, continuata materia hominis
nutriti & forma: anima, ſcilicet rationa
li ipſam de nouo informante. Illud. n.
conſtitutum recipit eſſe ſimpliciter (qa
eſſe ſubſtantiale eſſe hominem) illa nu
tritione ſecundum ſe totum: licet nulla
pars eſſentialiter de nouo recipiat eſſe.
Eſt etiam terminus totalis: quia nō eſt
pars alterius illa productione producti:
licet ſit pars totius hominis nutriti, &
ita in nutritione hominis terminus
formalis non diſtinguitur a termino to
tali. Et eſt ſimile: ſi deus formam tota-
lem exiſtentem de nouo uniret mate-
riæ præexiſtenti producēdo ſic totum
nouum hominem totalem: huius produ
ctionis idem eſſet terminus formalis, &
totalis. ſ. nouus homo productus. Et li-
cet ille homo partialis non recipiat eſſe
ſecundum ſe, & quodlibet ſui: tamē quā
libet ſui partem recipit per talem nutri-
tionem, & hoc ſufficit, ut ſit terminus
G formalis. ¶ Ex omnibus illis ſequitur: ꝙ
terminus formalis eſt terminus ſuperior
ad terminum totalem: quia omnis ter-
minus totalis eſt formalis: eo ꝙ nihil ip
ſius eſt, quod non recipiat eſſe illa pro-
ductione. Sed non econuerſo: quia for
ma ſubſtantialis eſt terminus formalis
generationis ſubſtantialis, & non tota-
lis. & hoc uerum eſt in productione:
ſecus in mutatione, ſeu alteratione ut
calefactione, cuius terminus totalis eſt
aggregatum ex ſubiecto, & qualitate ac
quiſita. Et hoc non eſt terminus for-
malis, quia non quicquid habet recipit
illa mutatione: quia non materiam, nec
formam ſubſtantialem. ¶ Ex iſtis no- Arti.1.
tatis facile colligi poſſunt cōcluſiones
reſpō. ¶ Pro art. ſecundo prima conclu Cōcl.1.
ſio. Eſſentia non eſt terminus formalis H
generationis: quia eſſentia non habet eſ
ſe ſimpliciter per generationē. ¶ Secun Cōcl.2.
da concluſio. Relatio non eſt terminus
formalis generationis. Patet: quia nihil
eſt ſuiipſius terminus: ſed relatio eſt ipſa
productio, ut patebit. ¶ Tertia conclu- Cōcl.3
ſio. Terminus formalis productionis in
diuinis eſt perſona producta: non tamē
diſtinguendo terminum formalem to-
tali. Patet ex dictis. ¶ Quarta cōcluſio. Cōcl.4
Generationis diuinę idem eſt terminus
formalis, & totalis. Patet ſatis ex nota
tis. ¶ Quantum ad articulum tertium, Arti.3.
breue mouetur dubium. Nam diceret I
forte aliquis motus auctoritate beati
Auguſtini: uidetur: ꝙ perſona non ſim-
pliciter capiat eſſe per generationem.
Probatur: quia perſona capit eſſe per id:
quo eſt: ſed perſona eſt eſſentia; & non
generatione. Nam ſecundum beatum
Auguſtinum. Filius eo eſt quo deus eſt:
ſed eſt deus per eſſentiam. ergo. ¶ Re-
ſponſio. Per, poteſt dicere circūſtan-
tiam illius, cui primò competit habere
eſſe, uel non eſſe, & tale eſt eſſentia: eſ-
ſentia enim primò competit eſſe. Vel
poteſt dicere circumſtantiam productio
nis qua aliquid producitur ab aliquo: &
qua accipit eſſe ab alio. Sicut in crea-
turis per, aliquando dicit circumſtantiā
cauſæ formalis: aliquando circumſtan-
tiam cauſę efficientis. Et iſto ſecundo
modo ſuprapoſito (ut dicit circumſtan-
tiam productionis) accipit Auguſtinus
cum ait: ꝙ filius quicquid habet, naſcen
do habet a patre. & ita filius eſſe quod
habet, accipit per generationem. ¶ Ad-

uertendum tamen: ꝙ filius ut patuit: nõ eſt terminus formalis generationis paſſiuæ: ſed eſt illud, quod refertur illa generatione paſſiua ad patrẽ: & terminus illius propoſitionis eſt pater: non tamen pater dicitur generare illa generatione: ſed dicitur eſſe illud, a quo filius generatur. Sicut enim pater refertur paternitate, ſeu generatione actiua ad filium: & non eſt terminus generationis actiuę, ſed filius: ita econuerſo filius generatione paſſiua refertur ad patrem, & non eſt terminus generationis paſſiuæ, ſed pater. Sicut enim pater dicitur generare filium, tanquam terminum generationis actiuę: ita filius dicitur generari a patre tanquam a termino generationis paſſiuę.

## DISTINCTIO. VI.

SVPRA Magiſter ſoluit dubia, quæ reſpiciunt generationis terminum, ſiue ſuppoſitum: nunc uerò circa generationis modum. Et poteſt ſententia textus his ſummari concluſionibus. ¶ Prima concluſio. In deo non eſt neceſſitas coactionis, uel indigentiæ: ſed neceſſitas ineuitabilitatis, ſiue immutabilitatis. ¶ Secunda concluſio. Verbum dei eſt filius dei natura non uoluntate. ¶ Tertia concluſio. Pater ſicut ſapiens: ita uolens genuit filium: ſed non uoluntate præcedente, uel accedente. Harum probationes patent ex textu.

## QVÆSTIO. unica.

A
Arti. 1.
Nota. 1
Vtrũ pr̃ genuit filiũ natura uel uolũtatę

CIRCA hanc diſtinctionem hęc mouetur quæſtio. Vtrum pater genuit filium natura, uel uoluntate. ¶ Nõ tandum primò pro reſponſione, dimiſſa opinione quadam, quam auctor latè recitat: & ut falſa pariter, & abſurda continentem: impugnat: ꝙ uoluntate, & neceſſitate poſſunt capi dupliciter: nominaliter, uel aduerbialiter. Nominaliter dupliciter: quia uel conſtruuntur in ratione formaliter denominantis: ſicut dicimus: hic eſt albus albedine. Vel conſtruuntur in ratione alicuius principij: ut cum dicimus: ignis calefacit calore. Et ſic quęſtio erit tractanda diſtinctione ſequenti. Aduerbialiter uerò uoluntate ualet, uel tantum id eſt uoluntariè: uel tantum quantum contingenter. ¶ Et generare uoluntariè adhuc poteſt intelligi tripliciter. ſ. uoluntariè uoluntate antecedenti, ut ſcilicet prius uoluit, & poſtea genuit. Vel accedente, ſiue conſequente, ut ſcilicet prius genuit, & poſt uoluntatis actum ſibi in genito complacuit. Vel uoluntate concomitante; ita ꝙ ſimul genuit, & generare uoluit, uoluit quidem complacenter, non contingenter. ¶ Similiter neceſſitate aduerbialiter. i. neceſſariò. Et hoc dupliciter. Vel neceſſitate immutabilitatis, ſiue ineuitabilitatis, quæ opponitur contingentiæ. Vel neceſſitate coactionis, & uiolentiæ. Et ſub hac acceptione pertractat magiſter. ¶ Quo præmiſſo, eſt hæc concluſio prima pro articulo ſecundo. Pater filium genuit nec uoluntate, nec neceſſitate; neque etiam intellectu; neque natura tanquam eo, quo formaliter denominatur generans. Probatur concluſio: quia pater non dicitur formaliter generans a uoluntate natura, uel intellectu. eo modo, quo a fortitudine aliquis fortis dicitur. Sed hoc modo dicitur generans a generatione: ſicut calefaciens a calefactione: ergo. Maior probatur: quia ſi intellectus, uoluntas, aut natura formaliter denominaret patrem generare, ſeu generantem: tunc etiam denominaret ſic quodlibet ſuppoſitum, in quo eſſet: & ita filius, & ſpiritusſanctus eſſet generãs: ſicut in quocunque eſt caliditas, ipſum denominatur calidum. Minor eſt madifeſta. ¶ Secunda concluſio. Pater non genuit filium uoluntariè: uoluntate antecedente, uel accedente: ita ꝙ prius uoluit generare, quàm generauit: uel prius generauit, q̃ uoluit. Probatur, quia utrunque

Arti. 1.
Cõcl. 1.
B

Cõcl. 2.
C



horum diceret mutabilitatem in deo patre, uel in deo filio. Quo ad ſecundum patet faciliter deducenti. ¶ Tertia cõcluſio. Deus pater nõ genuit filium uoluntariè: accepta pro contingenter. Patet: quia tunc potuiſſet non genuiſſe filium, & ita filius non eſſet neceſſariò: cum non habeat eſſe niſi per generationem. ¶ Quarta concluſio. Pater genuit filium uoluntate concomitante. Probatur: quia genuit uolens, ſicut potens: ut dicit magiſter. Et quando uoluit generare, genuit: & quando genuit, uoluit: quia æternaliter & genuit, & uoluit. ¶ Concluſio quinta. Quamuis pater genuit filium neceſſariò neceſſitate ineuitabilitatis: non tamen genuit neceſſariò neceſſitate coactionis. Prima pars patet: quia pater non poteſt nõ generare filium. Secunda patet: quia cum pater ſit omnipotens: non poteſt ab aliquo cogi.

Cõcl. 3
Cõcl. 4
Cõcl. 5.

## DISTINCTIO. VII.

CIRCA generationis principium magiſter diſtinctione pręſenti ſoluit dubia. Et poteſt textus ſummariè his concluſionibus cõplecti. ¶ Prima concluſio. Deus pater potuit, & uoluit filium generare ſibi coęternum. ¶ Secunda concluſio. Generatio filij non eſt ſubiecta diuinæ potentiæ. Nec eſt aliquid inter omnia, uel de omnibus: ſed ſuper omnia. ¶ Tertia concluſio. Licet oĩum perſonarum diuinarum una, & eadem ſit potentia: attamen filius filium generare non poteſt. Hæc in textu latius oſtenduntur, & declarantur.

## QVAESTIO. I.

A

VTRVM potentia generandi in patre ſit aliquod abſolutum, uel reſpectiuũ. ¶ Primum recitatur, & impugnatur a doctore opin. ſancti Tho. j. par. ſum. q xlj. art. v. Et in diſputatis de potentia artic. ij. quæ tenet: ꝙ potentia generandi non eſt relatio: ſed natura diuina. ſimiliter & opinio Petri aureoli. ¶ Quibus dimiſſis notandum eſt pro articulo primo quæſtionis: ꝙ potentia generandi eſt, quo generans generat: ſicut generaliter potentia agendi eſt id quo agens agit. Et ita idem intelligitur per potentiam generãdi, & per principium elicitiuum generandi, quod per rationem producendi. ſeu generandi ſolet intelligi. ¶ Secundò notandum: ꝙ illi termini elicitum, & elicitiuum non fuerunt apud ſanctos, aut philoſophos in uſu, ſed apud moderniores ſcholaſticos doctores ad uſum theologorum deuenerunt, & ita apud diuerſos uariè accipiuntur. ¶ Eſt autem principium elicitiuum productionis actiuæ illud, quod neceſſariò, & per ſe requiritur ad productionem, & non eſt ipſa productio nec conſtitutum ex ipſa productione, uel producto. i. quod non eſt formaliter nec ipſa productio: nec conſtitutum ex productione. ¶ Elicitum autem accipitur aliquando pro illo, quod uerè producitur: ſicut aliquando dicitur, ꝙ calor elicitur ab igne: quamuis communius concedatur, ꝙ ignis producat ignẽ & ꝙ elicit actum producendi ignem, q̃ ꝙ ignis elicit ignem. Et ſic non accipitur hic: quia ſic non poſſet concedi, quòd generatio actiua eſſet elicita: quia non eſt producta. Alio modo, & ad propoſitum accipitur elicitũ pro illo, quod formaliter denominat aliquid producere aliud. Sic calefactio dicitur elici ab igne, & non calor: quia ignis calefactione formaliter dicitur calefacere, & non calore: quia poſſet ignis habere calorem in ſe, & non calefacere: ſi diuinitus ſuſpenderetur actio, ut in pueris in fornace. Dañ. iij. ¶ Ex quo patet primò, ꝙ non quicquid elicitur, ꝓducitur, nec econuerſo. Primũ patet: quia generatio actiua elicitur: & tñ non producitur. Secundũ patet: quia calor ab igne ꝓducitur: & tñ nõ elicitur. ¶ Secũdò patet: ꝙ illud, qđ elicit̃, non denoĩat formaliter principium elicitiuũ producere aliud: qa principiũ elicitiuũ non eſt, qđ producit:

Arti. 1.
Nota. 1
Nota. 2
B
Corol.

ſed quo ſuppoſitum producit: & ita eſt principium productiuum non quod, ſed quo. ¶ Supponitur etiam: ꝙ nihil eſt in diuinis niſi abſolutũ, quod eſt eſſentia, & relatio, & conſtitutum ex eſſentia, & relatione. ¶ Pro articulo ſecundo eſt

Arti. 2. Cõcl. 1. C

concluſio prima. Proprietas perſonalis, ut paternitas non eſt principium elicitiuum generationis actiuæ. Patet: quia nihil eſt principium ſuiipſius: paternitas autem, & generatio actiua idem ſunt omnibus modis ut infra. oſtendetur ergo &c. Ponit doctor perſuaſionem pulchram huius dicti: uide in ſcripto ſuo.

Cõcl. 2.

¶ Concl. ij. Proprietas perſonalis nõ eſt principium elicitiuũ paſſiuę gñationis Patet: qa idem eſt principiũ elicitiuũ generationis actiuæ, & paſſiuæ: ſed proprietas perſonalis non eſt principium elicitiuum generationis actiuæ ex concluſione prima. ergo nec paſſiuę.

Cõcl. 3

¶ Cõcluſio tertia. Nullus reſpectus poteſt eſſe principium elicitiuum generationis actiuæ uel paſſiuæ. Probatur. non rationis: quia nullus talis poteſt eſſe principium elicitiuum realis productionis (pręſertim ubi non pręrequiritur cognitio productionis ante ipſam productionẽ.) Nec reſpectus realis: quia ille eſſet proprietas perſonalis: ſed proprietas perſonalis (ut patuit ex concluſionibus præcedentibus) nõ poteſt eſſe principium elicitiuum.

Cõcl. 4.

¶ Concluſio quarta. Suppoſitum non eſt principium elicitiuum generationis actiuę. Patet: quia nõ ſuppoſitum filij: nec ſpiritusſancti manifeſtum eſt. Nec patris, quia ſuppoſitum patris conſtituitur generatione actiua: ſed nihil eſt principium elicitiuum ſui conſtituentis.

Cõcl. 5. D

¶ Concluſio quinta. Abſolutum aliquod eſt principium elicitiuũ generationis actiuæ. Patet: quia nullus reſpectus ex concluſione tertia. Nec ſuppoſitum ex quarta. ergo abſolutum: quia alia non ſunt in diuinis: ut patet ex ſuppoſitione ultima.

Cõcl. 6.

¶ Concluſio ſexta. Eſſentia diuina eſt principium elicitiuum generationis actiuæ. Patet: qa abſolutum ex concluſione quinta. Et omne abſolutum eſt eſſentia diuina omnibus modis; ergo. Tenet conſequentia in diſamis, Et pręmiſſę patent. ¶ Ex illis poſſunt inferri aliqua corollaria.

Coro. 1 B

¶ Primum. Licet generatio actiua, ſiue generare ſit elicita: non tamen eſt producta. Patet primum: quia eſt illud, quo pater dicitur formaliter generare, & hoc eſt eſſe elicitum. Claret ſecundum, ꝙ non eſt producta: cum hoc ſit formaliter ſuppoſiti, ſeu perſonæ.

Coro. 2

¶ Secundũ. Licet eſſentia ſit principium elicitiuum, & ita eliciens; non tamen eſt principium productiuum producens: quia nõ producit, nec generat, nec generatur, ex diſtinctione quinta. Eſt tamen principium productiuum quo: quia principiũ elicitiuum, & principium productiuum, quo idem ſunt. Et ſicut non eſt idem principium productiuum, quod & principium elicitiuum: ſic non eſt idem producere, & elicere. Nam in principio elicitiuo non diſtinguitur, quod, & quo: quia principium elicitiuum eſt, quo producens producit: & ſic elicere nõ eſt producere: ſed eſt eſſe, quo producens producit: principium ergo elicitiuum elicit, ſed non producit.

Coro. 3

¶ Tertium. Licet omne principium productiuum, ſiue producens realiter diſtinguatur a principiato. ſ. producto: nõ tamen principium elicitiuum realiter diſtinguitur ab elicito. Primum patet: qa nihil producit. Secundum patet; quia eſſentia, quę eſt principium elicitiuum a nullo, quod eſt realiter in diuinis, diſtinguitur realiter.

Coro. 4

¶ Corollarium quartum Idem elicit ſe: idem intelligere realiter, ſed non formaliter. Patet: quia eſſentia elicit generationem actiuã quo; tamen non diſtinguitur realiter: ſed tantum formaliter ab eſſentia. Sicut enim eſſentia eſt fundamentum relationis a qua tamen relatio non diſtinguitur realiter, & ſic idem fundat ſe (Et licet eſſentia ſit fundamentum relationis: non tamen refertur ipſa relatione: ſed conſtitutum ex ipſa, & relatione) ita eſſentia eſt principium elicitiuum .i. ratio producendi, & tamen non denominatur ipſa productione: ſed conſtitutum ex ipſa, & productione. i. pater.

Coro. 5

¶ Corollarium quintum. Productio actiua non denominat



minat formaliter eſſentiam: ſed ſuppoſitum, uel perſonam. Non enim eſſentia producit, uel generat; ſed perſona. ſ. pater: licet eſſentia eliciat productionem, & productio eliciatur: quod nihil aliud eſt dicere: quã eſſentia elicit. i. neceſſario requiritur ad productionem, & non eſt ipſa productio: nec cõſtituta ex productione, uel producto. ¶ Et eſſe elicitum nihil aliud eſt, quã eſſe aliud, a quo formaliter aliquid dicitur producere aliud. Et dicitur aliquid non eliciens: quia eliciens non denominatur a productione: ſed perſona conſtituta ex eliciente, & elicito.

Arti. 3. Dub. 1. F

¶ Pro articulo tertio ſunt hic duo dubia. Primum: an generatio paſſiua ſit producta. Pro reſponſione nota, ꝙ productum dupliciter accipitur. Vno modo pro illo, quod eſt terminus productionis, & denominatur formaliter a productione: ſic generatio paſſiua non eſt producta: licet per productionem, ſiue generationem actiuã recipiat eſſe in filio: nõ ſic eſſentia: nec ſpiratio actiua in filio recipit eſſe: ita ꝙ ſi per impoſſibile filius de nouo generaretur: nec eſſentia, nec ſpiratio actiua produceretur: quia ſunt in patre. Alio modo accipitur productũ pro illo, quod eſt idem realiter cum termino productionis: & diſtinguitur realiter a producente, & ſic generatio paſſiua poteſt dici producta: ſed non eſſentia nec ſpiratio actiua.

Dub. 2. G

¶ Secundum dubium. Vtrũ relatio ſit principium determinatiuum eſſentiæ pro eo, ꝙ eſſentia de ſe uidetur indeterminata ad eliciendum generationem, & ſpirationem. Reſponſio: nõ ſunt ponendi huiuſmodi reſpectus determinatiui: quia ſuperflue ponerentur: quia cum reſpectus ibi eſſent plures: eſſentia etiam eſſet indeterminata ad illos, & ita indigeret alio determinante: & ſic produceretur in infinitum. Illa duo dubia latius determinantur a doctore in. q. cum eo: an paternitas ſit principium elicitiuum generationis paſſiuæ. ſ. filiationis: quære ibi.

## QVAESTIO. II.

A

VTRVM abſolutum ſub ratione eſſentiæ, uel ratione aliqua attributali ſit potentia generandi.

Arti. 1.

¶ Recitata, & ipugnata opinione Sco. diſtin. ij. a doct. quæſt. præſenti. Notandum pro articulo primo poſt dicta diſt. ij. quæſt. j. v. ꝙ illa nomina intellectus, & uoluntas aliquando capiuntur abſolute: ut præciſe dicunt aliquod abſolutum in deo non connotando aliquod notionale. Aliquando ut determinatè connotant aliquod notionale. Quæ diſtinctio non eſt diſtinctio alicuius realiter exiſtentis in deo: ſed eſt diſtinctio uocabulorum. Et ſimili modo dici poteſt de intelligere, uelle, & cęteris attributis. ¶ Primo modo accipiendo illa nomina intellectus diuinus, uoluntas diuina ſunt termini ſynonymi cum eſſencia. Et ita quicquid prædicatur de eſſentia: prædicatur de intellectu diuino: ſimiliter de uoluntate. Et ita ſicut eſſentia eſt principium elicitiuum generationis uerbi, & ſpirationis ſpiritusſancti: ita & intellectus. Similiter uoluntas, & actus intelligendi, & uolendi.

B Intellectus cõnotat gñonẽ, & uolũtas ſpirationẽ.

¶ Sed accipiendo ſecundo modo intellectus connotat generationem: & uoluntas ſpirationem: ita quòd quid nominis intellectus eſt illud principium producendi uerbum: & uoluntatis eſt illud principium ſpirandi ſpiritumſanctum. Sic ergo abſolutè ſumendo, & primo modo de omnibus attributis dici poteſt (ſecundum doct.) quòd de quolibet eorum uerificatur eſſe principium elicitiuum non pro ſe: ſed pro re puta eſſentia diuina. Sed ſecundo modo ut connotant actum generandi, uel ſpirandi: cõceditur: ꝙ filius producitur per modum intellectus, & non ſpiritusſanctus. i. filius generatur, & ſpiritusſanctus non generatur: ſed ſpiratur. Sic eñ intellectus dicit diuinã eſſentiã elicitiuã actus ſpirandi; ut notat doct. q. j. diſt. ij. Iſto ergo modo propter diuerſa terminorum connotata aliquid dr̃ de intel-

lectu,& non uoluntate,& ecõtra. Et negantur de ſeinuicem:quia generare nõ eſt ſpirare. ¶ Et licet ille modus loquendi ſit planus:tñ quandoq; apud aliquos ex communi uſu loquentiũ in illis propoſitionibus. Intellectus eſt principium producendi uerbum: filius procedit per modum intellectus,& ſimilibus:includitur perſeitas uel primi,uel ſecundi modi. Si primi modi: hæc conceditur. Intellectus eſt principium producẽdi uerbũ. quia ualet tñ:principiũ producẽdi uerbum eſt principium producendi uerbũ. Et illa eſt per ſe primo modo:quia idem prædicatur de ſeipſo: & ita illa eſt falſa. Intellectus eſt principiũ producendi ſpiritumſanctum:quia non eſt per ſe primo modo. Si uerò includitur perſeitas ſecũdi modi:ſimiliter cõceditur,uel negatᷓ, ut prius. Nam capiendo intellectum abſolutè,iſta eſt per ſe primo modo. Intellectus eſt principium producendi uerbũ: ſimiliter intellectus eſt principium producendi ſpiritumſanctum. Sed accipiendo intellectus ſecundo modo,iſta nõ eſt per ſe. Intellectus eſt principium producendi ſpiritumſanctum. Nec illa. Intellectus eſt principium producendi uerbũ, uel ſpiritumſanctum. Exemplum ſuppoſito,ꝙ ſol producat plantam, & uermẽ, & imponatur.a.ad ſignificandũ uim producendi plantam.b.uerò uim producendi uermẽ. In hoc caſu poſſe producere uermẽ, prædicatur per ſe primo modo de.b.& per ſe ſecundo modo de ſole,& ſed nullo modo de. a. Et poſſe producere plantam, prędicatur per ſe ſecundo modo de ſole,& non de.b.& prædicatur per ſe primo modo de.a. & non de ſole nec de.b. Item poſſe producere plantã, & uermem copulatim prædicatur per ſe ſecundo modo de ſole,& nec de.a.nec de.b.

Coroll. C

¶ Ex illo ſequitur:ꝙ ad diſtinctionem emanationum, ſeu productionum in diuinis nulla requiritur diſtinctio in principijs elicitiuis,uerius principio elicitiuo. Nam præter diſtinctionem a productionibus,& conſtitutis per eas,nulla oino eſt diſtinctio in diuinis:ſed una & indiſtincta eſſẽtia ſub una ratione.ſ. ſub rõne eſſentię, eſt principium elicitiuum utriuſq; emanationis. ¶ Secundò patet: ꝙ illæ productiones non fundantur in actibus eſſentialibus: puta intelligere,& uelle. Patet:quia nulli ſunt ibi actus eſſentiales qũocunq; diſtincti ab eſſentia, ſed tñ eſt ibi una eſſentia,quæ realiter, & formaliter omnibus modis eſt intellectus,uoluntas,intelligere,uelle. Et ideo quicquid conceditᷓ, uel negatur de uno horum terminorum:negatur,uel cõceditur de reliquo,capiendo eos abſolutè. Si uerò aliquid de uno cõceditur, quod de alio negatur,uel e conuerſo:hoc erit propter diuerſas terminorun connotationes,uel diuerſos modos ſyncathegorematicos ſecundum uſum loquentium ſubintellectos.

Arti. 2. Cõcl. 1. D

¶ Pro articulo ſecundo eſt hæc concluſio reſponſalis. Eſſentia ſub ratione eſſentiæ eſt principium elicitiuum generationis uerbi,& proceſſionis ſpiritusſancti. Patet concluſio ex dictis:nam in diuinis non eſt aliquod abſolutum ab eſſentia diuina quomodocunque diſtinctum: ut aliquoties tactum eſt. Et principium elicitiuum in diuinis eſt aliquod abſolutum ex quæſtione præſenti:ergo concluſio uera.

Cõcl. 2.

¶ Secunda concluſio. Quicquid eſt abſolutum in diuinis eſt principium elicitiuũ tam generationis uerbi, q̃ ſpirationis ſpiritusſancti. Patet ex notatis.

Cõcl. 3

¶ Tertia concluſio. Eſſentia ſub ratione eſſentiæ eſt principiũ elicitiuum, & nõ ſub rõne alicuius attributi. Prima pars claret ex prima concluſione. Secunda ſimiliter patet:quia attributa ſunt nomina,ſeu conceptus:ut patuit diſt. ij.q.ij.& ita ab eſſentia diſtincta.

Arti. 3. E

¶ Quantum ad articulum tertium,dubitatur contra concluſionem tertiam. Nam cõmuniter dicitur,ꝙ filius procedit per modum intellectus:ſpiritusſanctus uerò per modum uoluntatis:ergo uidetur:ꝙ eſſentia ſub ratione intellectus eſt principium elicitiuum filij,& ſub ratione uoluntatis eſt principium elicitiuum ſpiritusſancti. ¶ Item actus dicendi, eſt actus intellectus, & non uoluntatis. ¶ Ad illa ſatis patuit ex notatis quid reſpondendum.



## QVAESTIO. III.

A

VTRVM potentia generandi poſſit communicari filio a patre. ¶ Recitatur, & impugnatur a doctore primum opinio ſancti Tho. j. ij.q.xlj.art.vj. & in diſputatis de potentia art.iiij.tenentis, ꝙ potentia generandi non poteſt communicari filio:ita ꝙ filius generet alium filium: quia impoſſibile eſt in diuinis eſſe plures filios.

Nota. 1 Arti. 1. Hęc q̃ſtio hẽt duos intellect⁹.

¶ Notandum primò: ꝙ quæſtio poteſt habere duos intellectus. Primus:utrum potentia generandi.i. id,quo aliquid .ſ. pater generat, poſſit cõmunicari filio. Et ſic quęſtio non habet dubitationem: quia ut patuit.q.j.huius diſt.principium elicitiuum generationis eſt eſſentia:eſſentia uerò eſt in filio, & cõmunicatur filio. Et ſub illo intellectu quæſtio non tractatur hic. Alius intellectus eſt: utrũ potentia generandi &c. i. utrum filio communicari poſſit: ꝙ generet. Et ſic tractat eam auctor.

B

¶ Hinc beatus Tho. ubi ſupra. dicit: ꝙ gerundium generãdi tripliciter poteſt accipi. Vno modo, ut eſt gerundium uerbi actiui: & ſic ille habet potentiam generandi, qui habet potẽtiã ad hoc,qđ generet. Secundò,ut ẽ gerundium uerbi paſſiui,& ſic ille habet potentiam generandi, qui habet potentiam, ut generetur. Tertiò ut eſt gerundium uerbi imperſonalis : & ſic ille dicitur habere potentiam generandi, qui habet potentiam illam, qua ab alio generetur. Primo modo ſecundum eundem doctorem, potentia generandi nõ conuenit filio:ſed ſecũdo, & tertio modis. Nam licet eadem ſit potentia patris, & filij: attamen filius non habet potentiam generandi,ideſt ad generandum, ſeu ut generet. Sicut licet idem ſit eſſe patris, & filij: non tamen filio conuenit eſſe paternum propter notionale adiunctum. Filius enim non poteſt eſſe pater : cum perſonæ diſtinguantur proprietatibus originis.

Arti. 2. Cõclu.

¶ Concluſio reſponſalis ſecundum doctorem eſt. Potentia generandi non poteſt communicari filio,ita ut filius generet.

C

Iſta concluſio magis auctoritate ſcripturæ conceditur,quàm ratione manifeſta probetur. Vnde ſoluit rationes Tho. ad id probandum per eũ inductas: adducit nihilominus aliquas perſuaſiones.

Arti. 3. D An aliqua pfectio ſit in prẽ,q̃ non ſit in filio.

¶ Sed diceres. Sequeretur:ꝙ aliqua perfectio ſimpliciter eſſet in patre, quæ non eſſet in filio,ſcilicet generare, quod dicit perfectionem ſimpliciter: quia nihil realiter in diuinis exiſtens eſt imperfectum: ſed quodlibet ibi exiſtens eſt ſimpliciter perfectum. ¶ Pro ſolutione notandum : ꝙ perfectio ſimpliciter dupliciter accipitᷓ. Vno modo pro perfectione, quæ eſt ſimpliciter ſumma, & infinita,impoſſibilis omni imperfectioni. Iſto modo relationes, & quicquid eſt in deo,eſt ſimpliciter perfectum, ſeu perfectio ſimpliciter. Alio modo perfectio ſimpliciter dicitur, quod competit cuilibet ſimpliciter perfecto:hoc eſt omni ſuppoſito ſimpliciter perfecto : & ſic nulla relatio in diuinis eſt perfecta ſimpliciter. Nec tamen eſt imperfecta: qa nulla relatio competit omnibus perſonis. ¶ Per hoc ad reſponſionem. Ad primam ſequelam accipiendo perfectionem ſimpliciter primo modo,poteſt dupliciter reſponderi. Vno modo concedẽdo,ꝙ aliqua perfectio ſimpliciter eſt in patre,quæ non eſt in filio.ſ.paternitas,quę eſt perfectio ſimpliciter primo modo. Nec hoc concedere eſt magis inconueniens : quàm concedere,ꝙ paternitas eſt in patre, & non in filio.

¶ Et ſi conſequenter arguitur : ergo filius eſt imperfectus: quia deficit ſibi aliqua perfectio ſimpliciter. Dicendum negando conſequentiam ultimam : quia imperfectum illo modo non eſt id, quod caret aliqua perfectione ſimpliciter: ſed quod non eſt ſummum, & infinitum : nunc autem filius eſt ſummus, & infinitus, & ita non imperfectus. ¶ Aliter dicitur negando, ꝙ aliqua perfectio ſimpliciter non ſit in filio: nec ſequitur paternitas,non eſt in filio, & paternitas eſt perfectio ſimpliciter : ergo aliqua perfectio ſimpliciter non eſt in filio. Sicut non ſequi

tur:paternitas non eſt in filio:& paternitas eſt eſſentia: ergo eſſentia non eſt in filio. Nec ſequitur: paternitas non eſt filius,& paternitas eſt deus:ergo deus non eſt filius. Accipiendo autem perfectionem ſimpliciter ſecundo modo, negetur illatum:nam ſic generatio non dicit perfectionem ſimpliciter. ¶ Ad probationem conceditur: ꝙ nihil in diuinis realiter exiſtens eſt imperfectum. Nec tamen ſequitur: ꝙ omne exiſtens in diuinis eſt perfectio ſimpliciter ſaltē formaliter:quia ſic datur medium inter perfectionem ſimpliciter, & imperfectum: ſcilicet res ſumma incommunicabilis. ¶ Sed hic uide,an concedendū

E

ſit,ꝙ perfectio non ſit formaliter filius. Et uidetur,ꝙ ſit concedenda:quia particularis, cuius ſubcontraria ſimiliter concedenda. Vide pro hac quæſtione Scotum diſt. preſenti.

## DISTINCTIO.VIII.

SVPRA magiſter egit de benedicta trinitate quantum ad ſe:nunc de eius proprietatibus:& primò eſſentiæ ſecundæ perſonæ, diſt. ſequenti. Innuit autem tres diuinæ eſſentiæ proprietates,quæ ſunt:ueritas,immutabilitas,& ſimplicitas. Et ſecundū hoc hæc diſt. poteſt tribus concluſionibus ſummari. ¶ Prima cōcluſio. Veriſſimè deus eſt:quia ſemper,& æternaliter eſt. Nec eſſe cepit,nec eſſe deſinit:eiuſq́ue eſſentia nec præteritum nouit: nec futurum cū negatione eſſe præſentis: ideo ſolus uerè eſt. ¶ Secunda concluſio. Deus uerè immutabilis eſt:& ſolus habet immortalitatem de ſui natura.i. immutabilitatē tam ſubſtantialiter,q̄ accidentaliter. ¶ Tertia concluſio. Deus eſt ſimpliciſſimus priuatione omnis cōponibilitatis intrinſecę ex partibus,& extrinſecæ per inhęſionē,uel intus ſuſceptionem. Hoc mō illę proprietates ſoli deo cōueniunt, & nulli creaturę:hæc patēt ex textu. Et quia duę primę proprietates dependēt a tertia:ideo circa tertiam auctor primò quæſtionem mouet & talem.

### QVAESTIO. I.

A

Vtrū repugnet diuinæ ſimplicitati eſſe in aliquo genere: prædicamētali.

VTRVM diuinæ ſimplicitati repugnet eſſe in aliquo genere prædicamētali. ¶ Recitatis opi. ſancti Tho.j. ij. q.iij.ar.v.& doct. ſubtilis.q.ij. diſt.præſentis:qui tenent eandem concluſionē .ſ.ꝙ cum ſimplicitate dei ſtat, ꝙ aliquis ſit conceptus cōis deo,& creaturis:non tñ cōceptus aliquis cōis,ut generis:oſtēdit doctor,ꝙ eſſe in pręedicamento non repugnat deo:nec propter eius ſimplicitatem,nec propter infinitatem,nec propter eius neceſſitatē:quia eſt neceſſe eſſe:nec propter aliquam cauſam per taliter opinantes inductam. Verū ne ab eis, & eorū opinione diſcordet, quæ fuerat cōis etiam ſcholę. Oxonien. ſequendo opi. cōem,tenet,ꝙ deus non eſt in prædicamento:ꝙ tñ dicit nulla rōne efficaci probari poſſe. Et ſoluit ſufficiēter rationes aliorum. Adducit autē perſuaſiones magis (ut ait) per uiam narrationis, q̄ probationis. ¶ Quarum prima eſt:quia ſi deus eſſet ſub aliquo genere, maximè

B

ſub ente:ſed ens nō eſt genus.ergo. Maiorē probat: quia quicquid de creatura prædicatur, & de deo quidditatiuè erit ſynonymū enti:pręedicabitur.n.de deo, & qualibet creatura, & ita conuertitur cum ente: & per conſequens erit ſynonymum cum ente. Tenet cōſequentia: quia impoſſibile eſt duos cōceptus quidditatiuos conuertibiles eſſe non ſynonymos,ut probatum eſt. Et per quidditatiuos conceptus intelligo cōceptus abſolutos. Primam huius aſſumpti partem probat:quicunq; conceptus prædicatur de magis differētibus etiam pręedicatur de minus differentibus:deus autem plus differt a quacunque creatura,quā quęcunque creaturę inter ſe:ergo quicquid pręedicatur de deo, & aliqua creatura: hoc etiam poteſt prædicari de deo, & qualibet creatura. Minorē principalem .ſ.ꝙ ens non ſit genus probat: quia per genus, id cuius eſt genus debet ab aliquo diſtingui allegat philoſophum.viij. Topi



Topicorum. Sed per ens nihil diſtinguitur a quocunque, cum de omnibus prædicatur. ¶ Secunda ratio. Exiſtentia in eodem genere habere debent certam proportionem perfectionis adinuicem: deus ſine proportione infinitè excedit omne aliud: ergo non eſt in genere cū quocunque alio: & per conſequens ſimpliciter nō eſt in genere: quia genus in una ſpecie ſaluari non poteſt. ¶ Sed

C

quamuis auctor hanc concluſionem teneat cum alijs: tamen oppoſitum uidetur multò probabilius:ut ſatis latè oſtendit Greg. de Arimino. diſt. præſenti.q. iij.ubi etiam declarat cōcluſionem oppoſitam eſſe de mente beati Aug. in.v. de trin.c.viij.&.x.ubi innuit aliqua prædicamenta propriè dici de deo: aliqua translatiuè. Item de mente Pe.& commentatoris. xij. Metaphyſ. quære ibi. Item adduci poteſt dictum eiuſdem ſer. iij.dñicæ infra octauam Epiphaniæ,qui intitulatur de trinitate, & columba: in quo ſic inquit. Decem ſunt genera locutionis,quibus homines ſuos ſenſus ſolent inter ſe conferre ſequi. Non de illis dico, quas grāmaticè cathegorias, latinè prædicamenta appellare ſolent. dehinc ſingula pręedicamenta nominat, & poſtea ſubiungit. His omnibus modis ſolet ſancta ſcriptura de deo loqui: ſed aliter poprìè:aliter trāſlatiuè:aliter relatiuè. Propriè dicitur deus ſubſtātia una &c.uide latè, & pulchrè ubi ſupra. Ad idem uidetur facere dictum eiuſdē in ſua dialectica ad filium ſuum Adeodatum.cum inquit in. c.de uſia. Ipſa autem uſia genus non habet, cum omnia

D

ipſa ſuſtineat &c. ¶ Sed breuiter ſuſtinendo diffinitionem generis, quam ponit Porphyrius addita expoſitione cōmentatoris Boe.& cæterorum auctorū. Non inuenitur aliquid requiri ad eſſe genus aliquorum: niſi ꝙ ſit uniuerſale prædicabile in quid.i. quidditatiuè de aliquibus plus,q̄ numero.i.ad minus ſpecie differētibus:& ideo ſuppoſito ex prædictis in hoc collectorio diſt. iij. q.viij. Item diſtin.ij.q.ix.ꝙ aliquis conceptus uniuocè,& quidditatiuè prædicetur de deo,& creatura:ille erit genus ad deum ut ens, uita,ſapientia,ſcientia, iuſtitia, intellectus,uoluntas &c. capiendo illos terminos abſolutè,quorū quilibet quidditatiuè prædicatur de deo,& creatura: ut ſupra. diſt.iij.quæ:iij. habitum eſt. Et certum eſt:ꝙ deus,& creatura plus,quā numero differunt:ideo quilibet eorum eſt genus ad deum,ex diffinitione generis. Et nota cūm dicitur:ꝙ dicti termini ſunt genera ad deum:deum poteſt accipi perſonaliter,uel materialiter,& utroque modo eſt uerum:ꝙ deus eſt in genere ſecundum ꝙ eſſe in genere dupliciter accipitur. Vno modo aliquid dicitur eſſe in genere:quia per aliquod genus ſignificatur. Et hoc modo res ſignificatæ per genera eſſe dicuntur in genere,& pręedicamentis, & una in diuerſis prædicamentis: & etiam diuerſis generibus eiuſdem prædicamenti non ſubalternatim poſitis: immo eadem res eſt in genere,in ſpecie, & in indiuiduo, tanq̄ ſignum in ſignato. Sed nulla res eſt genus:nec ſpecies: nec indiuiduum: quia nulla res eſt uniuerſale,aut prædicabile. Sed nec indiuiduum, capiendo indiuiduum pro termino ſecūdæ intentionis: licet omnis res ſit indiuiduū,capiēdo ut eſt terminus primæ intētionis:quia quęlibet res eſt res ſingularis. Alio modo aliquid dicitur eſſe in genere,uel pręedicamento: quia de eo genus aliquod quidditatiuè prædicatur. Et illo modo nulla res,quæ non eſt ſignum, uel terminus eſt in genere,uel in prædicamento: quia res ut ſic non pręedicatur,nec ſubijcitur:cū non ſit pars propoſitionis &c.

Eſſe in gn̄e dupliciter accipit.

E

Deus ē in p̄dicamento nō ſolū ſubſtantię, ſed ēt qualitatis&c.

¶ Primo modo deus eſt in pręedicamēto non ſolum ſubſtantiæ: ſed etiam qualitatis,relationis,actionis,paſſionis:quia ſignificatur per terminos omnium horum pręedicamentorum.ſ.ens,ſubſtātia, ſpiritus,ſapiens,uiuens,pater,filius,ſpiritusſanctus,creator,amatus,cognitus. Nec ſolum per concretos: ſed etiā per abſtracta.ſ.deitas,entitas,eſſentia, uita, ſapientia, paternitas, creatio, amatio, cognitio,capiendo,creatio &c.ut ſunt de pręedicamento accidentis. Similiter amatio cognitio ut ſunt in pręedicamento paſſionis,ſiue illa abſtracta accipian-

tur abſolutè, ſiue connotatiuè. Et hoc expreſſe uult Aug. ſermone pręallegato prout diffuſè deducit per omnes cathegorias in logica ſua. Nec hoc eſt contra eundem beatum Aug. vide tri. c. j. dicentem. Intelligamus deum ſine qualitate bonum: ſine quantitate magnũ: &c. Quia nihil aliud vult, niſi ꝙ deus non eſt bonus, magnus, iuſtus &c. per aliquod accidens ſuper additum: ſed ſua eſſentia. Quod etiam magiſter innuit, cũ dicit, ꝙ prędicamenta artis dialecticę diuinę naturę minimè conueniunt: rationẽ addit, quę ſcilicet natura diuina nullis eſt ſubiecta accidentibus: hoc ergo uoluit, ꝙ illis prædicamentis, ſiue prędicamentalibus generibus natura diuina ſubiecta non eſt, quæ rem denominant ratione accidentis ſuperadditi: quod deo non conuenire, nemo fidelis dubitat. Nunc autem termini accidentaliũ prædicamentorum non ſolũ important res ſic denominatas per accidentia ſuperaddita: ſed etiam res denominatas ſeipſis ſiue ſua eſſentia, ut idẽ, diuerſum quantitas (ſecundum unam opinionem) ſapientia, ſcientia &c. Nam ſapientia denominat ſapientem, & ſcientia ſcientem, ſiue talis ſit ſapiens, & ſciens ſeipſo: ſiue per accidens ſuperditum. ¶ Secundo modo deus non eſt in prædicamento. i. res illa ſumma, quæ deus eſt: quia res quædam eſt, quæ nec ſubijcitur, nec prædicatur, & talis hoc modo non eſt in prædicamento: ſed illo modo terminus deus eſt in prædicamento: ſed duntaxat in prædicamẽto entis, & ſubſtantiæ, quæ unum ſunt prædicamentum: quia ſolum ſubijcitur in prædicatione quidditatiua genere abſoluto, & non connotatiuo: cum ipſe terminus deus ſit terminus abſolutus, ut ſupponitur. Sapientia autem ſi capitur cõnotatiuè, eſt in prædicamento qualitatis: pater, filius & cæteri termini relatiui, ut principium, cauſa, quæ deum ſignant, ſunt in prædicamento relationis.

Ad rõnes Ockã. F

¶ Per hoc ad perſuaſionem auctoris. Ad primam, ꝙ ens non ſit genus &c. quia per ipſum genus debet contentum ſub genere ab aliquo ſeparari: dicitur, ꝙ illa conditio non conuenit uniuerſaliter omni generi: ſed tantum generi ſubalterno non tranſcendenti. Nec oportet diffinitum per genus ab aliquo diſtingui: cum ſufficienter per differentias diſtinguatur ab omni alio: ſed magis per genus debet cõuenire cum alijs. ¶ Et ſi dicitur ſecundum Pet. tranſcendentia non ſunt genera: ut dicit philoſophus. x. Metaphy. de ente & uno. Poteſt dici, quòd Pet. tenuit, quòd ens non eſt uniuocum ad omnia: ſubſtantias. ſ. & accidentia: & ideo non eſt genus: ſuo modo alia tranſcendentia. Sed quia catholicus clariores habet oculos gentili: oppoſita opinio ſcilicet, ꝙ ens ſit uniuocum, eſt uerior. de quo ſupra diſtinctione. ij. quæſt. ix. & diſtinct. iij. q. viij. in collectorio & doct. Nec oportet credere Petro ſine ratione: cum & ipſe multa opinando dicat, quæ non demonſtrat. Etiam admiſſo, ꝙ ens non ſit genus: non habetur propoſitum: quia adhuc ſubſtantia, ſpiritus, uita, ſapientia &c. ſunt genera, ſub quibus ponitur deus: cum deus ueriſſimè, & propriiſſime ſit ſubſtantia: quia ueriſſime per ſe ſubſiſtens: ueriſſimè ſpiritus uita, & ſapientia. Non enim illa nomina attribuuntur deo translatiuè ſecundum beatum Auguſt. ſed propriè. Vnde quòd arguitur: genus quod prædicatur de magis differentibus etiã prædicatur de minus differentibus: hoc nõ eſt uniuerſaliter uerum, quia iuſtus prædicatur de homine, & angelo: quia plus differunt, quàm homines. Et. a. ſi abſolutè ſignificaret omnem rem incorpoream, id eſt non compoſitam, prædicaretur de angelo, & partibus compoſiti ſubſtãtialis: ſcilicet de materia, & de forma, & non de homine, cum tamen plus differunt partes eſſentiales hominis, uel lapidis ab angelo, quàm ab homine, aut lapide. ¶ Denique diſt. iij. quæ. iij. dictum eſt, quòd de deo poſſumus habere plures conceptus quidditatiuos, non conuertibiles cum ente ſignificantes deum, & determinatam creaturam: & illi erunt inferius ad ens: & genus ad deum, & creaturam determinatam.



Ad ſecũdum. ¶ Ad ſecundum: ꝙ ad eſſe genus requiritur: quòd contenta habeant adinuicem certam proportionem perfectionis: dicitur negando illud. Nec probatur: ſed tantum narratur: ſicut & ipſemet auctor illas perſuaſiones dicit magis narrationes, quàm probationes: nec illa conditio includitur in diffinitione generis. ¶ Præterea auctor ipſe expræſſè dicit, & probat, quòd infinitas dei non ſufficit ad probandum deũ non eſſe in genere. Sufficeret autem, ſi illa conditio ſtaret: quia propter ſui infinitatem non habet proportionẽ certam ad quodcunque aliud, & ita cum nullo alio poſſet poni in genere, & per conſequens ſimpliciter non poſſet poni in genere: cum nihil ſit genus unius ſolius rei ſingularis: ſed plurium ſpecie differentium.

G

H

Deũ ſumi in genere eſt deũ incarcerare.

¶ Nec deum poni in genere eſt deum incarcerare, uel ſub finitate concludere, aut alijs creaturis pariſicare: ſicut quidam frontoſi (plus placiti, quàm uerè intelligentes) arguunt. Cum ſecundum eos deus ſignificatur uniuocè per ens. Et ſecundum omnes deus ſignificatur per hos terminos: deus, ſummus, infinitus, tam mentales, quàm uocales, & ſi rem ſignificari per ſignum, quod finitum eſt (quia creatura) eſt deum incarcerari &c. deus ſecundum eos multipliciter incarceratur, & concluditur. ¶ Nec propter hoc, quòd per idem ſignum cum creatura repræſentatur, creaturæ parificatur. Nam angelus, & materia prima ſubſtantiarum imperfectiſſima ſignificantur per nomen ſubſtantia: nec tamen parificantur: niſi diceres parificari, ideſt ſimul uel per unum ſignum ſignari: ſic nihil imperfectionis dicit parificari creaturæ: immo cuicunque rei uiliſſimæ. Horum ergo impertinentes inſtantiæ plus ridendæ ſunt, quàm reprobandæ. Nihil ergo indignum, aut imperfectum deo attribuitur: cum in prędicamento, uel ſub genere poni dicitur: cũ nihil per hoc intelligatur niſi ꝙ deus per aliquod nomen, quod in prædicamento ponitur: ſignificatur.

## QVAESTIO. I.

A

Arti. 1. Simpliciter ſimplex

VTRVM aliquod ſimpliciter ſimplex poſſit eſſe in genere. ¶ Nota ſimpliciter ſimplex dicitur per carentiam cuiuslibet compoſitionis intrinſecæ: ut angelus. ¶ Secundò notandum, ad hoc, ꝙ aliquid ſit genus: tres requiruntur conditiones, ſecundũ Ockã: licet oppoſitum ſuperius ſit oſtenſum. q. pręcedenti. Prima, ꝙ ſit prædicabile in quid de pluribus plus, quàm numero differentibus. Per hoc excluditur ſpecies ſpecialiſſima: ut conceptus denominatiuus reſpectu eius, de quo denominatiuè prædicatur. Secunda, ꝙ ea, de quibus prędicatur, habeant certam proportionem ſecundum perfectionem inter ſe. Per hanc excluditur omnis conceptus prædicabilis de deo, & creatura ſecundum opi. Ockam: & ideo licet cõceptus entis, & quidam alij prædicẽtur uniuocè in quid de deo, & creatura: tamen nullus talis eſt genus, pro eo, ꝙ dei ad creaturam (tanq̃ finiti ad infinitũ) nulla eſt perfectionis proportio. Tertia, ꝙ ea, de quibus prędicantur, non ſint partes eſſentiales alicuius per ſe unius. Ideo quãuis anima prędicetur in quid de omnibus animabus, & forma de omnibus formis, & materia de omnibus materiebus: quia tamen illa poſſunt eſſe partes eſſentiales aliquorum, quorum quodlibet eſt per ſe unum: non ſunt genera ſecundum opin. Ockam.

Arti. 2. B

¶ Concluſio reſponſalis. Simpliciter ſimplex eſt in genere. Patet: quia ſibi conditiones ſupradictę conueniunt. Patet de angelo: non tñ omne ſimplex: quia non forma ſubſtantialis indiuiſibilis. Ita ſentit, & tenet doctor in ſcripto ſuo.

Arti. 3. C

¶ Circa hoc mouẽt duo dubia. Primũ, utrum qualitati, & quantitati ſit aliquod genus commune. Et uidetur, ꝙ ſic ex omnibus conditionibus prędictis. Reſpondet doc. ſecundum cuius mentem ferè omnia ponuntur in hac q̃one abbreuiata. Suppoſito, ꝙ quantitas non diſtinguatur a re quanta, & accipiendo genus pro his, quę ſignificãt res abſolutè,

& ſine connotatione, tantum tria ſunt generaliſſima, ſcilicet ſubſtantia, qualitas, & relatio, ſuppoſito ꝙ reſpectus diſtinguatur a fundamento, & termino. Si uero genus accipitur pro quolibet termino prędicabile de alijs plus numero differentibus primo modo dicendi per ſe in abſtracto: tunc ſunt decem generaliſſima. ſ. tria abſoluta, quæ dicta ſunt, & ſeptem cōnotatiua. Sed de hoc clarius in logica. ❡ Per hoc poſſet reſponderi ad dubium, ꝙ non: quia nullū commune prædicatur in qnid de qualitate, & quantitate: quia aut illud eſſet abſolutum: & ſic nō prædicatur in quid de quantitate, quod æſt connotatiuum: aut erit connotatiuum: & ſic non prædicatur in quid de qualitate, quod ē abſolutum. ❡ Item tale commune eſſet trāſcendens ſicut ens, & ita non eſſet genus, cum deficit ſecunda conditio.

Dub. 2.

D

Vtrū q̄libet duæ ſpecies hn̄t unū gen⁹ eis adæquatum.

❡ Secundum dubium, utrum quælibet duæ ſpecies habent unum genus eis adęquatum: & arguitur, ꝙ ſic. A qualibet conuenientia maiori, qua. ſ. aliqua plus inter ſe conueniunt, quàm cum alijs, poteſt abſtrahi conceptus adæquatus illis ſic conuenientibus, qui eſt genus eorum, ſaltē ſi conuenientia differunt plus, quàm numero. Sed quęcunque duę ſpecies (id eſt indiuidua duarum ſpecierum) habēt aliquam determinatam conuenientiam inter ſe: non habent cum alijs: ergo abſtrahibilis eſt conceptus eis adæquatus: & hic erit genus ad ea. ❡ Ad illud dubiū doctor recitat ſolum abſque aſſertione quacunque uarias reſponſiones. Vna concedit dubium: nec reputat inconueniens tot eſſe genera, etiam non ſibi ſubalternata inter genus animal, & ſpecies eius ſpecialiſſimas. Ariſtotelem uerò, qui non tot ponit: dicit ſolum de his generibus locutum, quorum diuiſiones neceſſariæ ſunt ad inueſtigationes diffinitionis alicuius ſpeciei, & talia nō ſunt multa: ut patet in arbore porphyriana. Item declarat, quomodo aliqua ſunt genera a neceſſitate: & aliqua a natura ſatis bene. ❡ Alia reſponſio dicit, ꝙ non a qualibet cōuenientia maiori poteſt abſtrahi conceptus adæquatus ſic conuenientibus. Sed quare ab illa poteſt, & nō ab alia: non poteſt aſſignari ratio niſi experientia. ❡ Alia reſponſio, ꝙ nullus cōceptus poteſt abſtrahi abſolutus &c. niſi cōceptus entis, & ſpeciei ſpecialiſſimæ: in generibus uerò ſemper erunt multæ æquiuocationes: poſſet tamen formari conceptus connotatiuus accidentium eiuſdem ſpeciei illorum ſic conuenientium. ❡ Alia reſponſio, ꝙ conceptus quidditatiuus indiuiduorum plus numero differentium, non eſt adæquatus illis: ſed ſemper etiam ſignificat omnia alia indiuidua minus differentia: ut ſi plus differunt homo, & muſca, q̃ homo, & aſinus: capra, & bos &c. Quicunque conceptus quidditatiuus abſtrahitur ab homine, & muſca: etiam prędicabitur in quid de homine, & aſino, & boue &c. Et ita non a quibuſcunque indiuiduis diuerſarum ſpecierum poteſt abſtrahi conceptus quidditatiuus: ſed tantum ab illis, inter quę appræhenditur conuenientia eſſentialis eis præciſè adæquata: ita ꝙ in aliquo cōueniunt, in quo cum nullis alijs indiuiduis alterius ſpeciei conueniunt. Ille ultimus modus uidetur probabilior, & ſecundum hoc poteſt dici de conceptu uniuoco qualitati, & quantitati. Item oſtendit auctor: ꝙ genus nō eſt pars rei: neque differentia: ſed ſunt partes diffinitionis propriè dictę. Item genus eſt pars formæ. i. diffinitionis. Itē ſpecies eſt pars generis, ſuo modo intelligitur. Item genus, & ſpecies ſunt partes diffiniti: id eſt ſignificant. ❡ Et ſecundum hoc exponendi ſunt auctores Pe. & commen. quod per longum declarat, ponens duas regulas pro intellectu auctoritatum diuerſarum. ❡ Prima, frequenter per actum exercitum intelligitur actus ſignatus: hoc eſt frequēter eſt, accipitur pro ſignificat: ut cum dicitur: differentia eſt forma rei: ualet differentia ſignificat formam rei. Frequēter enim, quæ ſignatorum ſunt, attribuuntur ſignis, & econuerſo. ❡ Secunda frequenter per res intelliguntur nomina rerum: quod eſt dictum. Frequenter nomina rerum. ſ. primæ intentiones accipiuntur non pro rebus: ſed pro ipſimet



nominibus: ut cum dicitur. Qualitas accidentaliter prędicatur de ſubiecto: hoc eſt concretum ſignificans qualitatē accidentaliter prædicatur de nomine ſubiecti: ut hic homo eſt qualis. Et hoc frequenter cōtingit, quando prædicatum eſt ſecundæ impoſitionis. Et ꝑ has duas regulas multæ auctoritates, quæ alias eſſent de rigore uerborum, falſę ſaluātur. ❡ Et poſſet addi tertia: ꝙ nonnunquam nomina rerum attribuuntur ſignis quaſi metaphoricè propter aliquas ſimilitudines proportionales repertas ſignorū ad ſigna, quæ eſt rerum ad res. Sic aliquando genus dicitur materia: quia ſicut materia una diuerſis formis informatur, cum quibus facit unum: ita unū genus per differentias determinatur: cū quibus conſtituit unam diffinitionem.

E

Rn̄ſio auct.

❡ Circa reſponſionem auctoris, ad ſecūdum dubium ſtatim poſt doc. motum, & recitatum ſolum, quod arguit: ꝙ quorumcunque indiuiduorum diuerſarum ſpecierum poſſit dari conceptus generis eis adæquatus: & ita ꝙ ſint tot genera ſub animali ſibi non ſubalternata: quot ſunt indiuidua diuerſarum ſpecierum. immo multòplura, quàm indiuidua ſpecie differentia: ut gratia exempli. ſint a. b. c. d. e. quinque indiuidua ſpecie differentia: tunc datur conceptus ſignificans præciſè. a. & b. ſecundus ſignificās adęquatè. a. & c. tertius. a. &. d. quartus. a. &. e. quintus. b. & c. ſextus. b. &. d. ſeptimus. b. &. e. octauus. c. &. d. nonus. c. &. e. decimus d. &. e. Ecce quinque indiuiduorū erunt decem conceptus cōmunes &c. Auctor reſpondendo ponit quinque modos: nullum tn̄ determinās. Poteſt dici probabiliter fugiendo tantam multiplicationem conceptuū quidditatiuorum: ꝙ nō quibuslibet duobus indiuiduis eiuſdem ſpeciei, poteſt dari conceptus ſpecificus quidditatiuus. i. abſolutus. Nec quibuslibet duobus indiuiduis differentiarū ſpecierum dari poteſt conceptus generis quidditatiuus. ❡ Pro cuius intellectu aliqua ſupponenda ſunt ſecundum prœmiſſa in diſtinctio. iij. q. iij. huius collect. ❡ Primum, ꝙ a qualibet conuenientia rerum abſtrahi poteſt cōceptus communis. Hoc patet: quia ab aliqua eſt abſtrahibilis: ut dictum eſt. q. ij. prologi in doct. ergo a qualibet. Tenet conſequentia: quia nulla pōt aſſignari ratio diuerſitatis. ❡ Secundum, conceptus communis abſtractus a conuenientia adæquatus eſt omnibus ſic conuenientibus. i. æquè ſignificat omnia ſic conuenientia. Patet: quia qua ratione ſignificat aliqua ſic conuenientia: eadem ratione omnia talia. Si enim conuenientia eſt cauſa abſtractionis: igitur propter conuenientiam ſignificat: ubi autem ponitur cauſa: ponitur effectus. ❡ Tertium, ſi conceptus cōmunis a conuenientia abſtractus ſignificat res aliquas determinatas. ſic ꝙ non omnes: neceſſe eſt, ut conuenientia illa ſit maior. i. ꝙ illa conueniētia (in ablatiuo) præciſè cōueniant omnia per conceptum ſignificata, & nulla alia. Et ita illa plus conueniant res ſignificatę per conceptum inter ſe, q̃ cum alijs: ſic enim non conueniunt cū alijs. Et hoc intelligitur per conuenientiam maiorem. ❡ Quartum, ꝙ conuenientiarum aliqua dicitur eſſentialis, aliqua accidentalis. Eſſentialis rebus dicitur illa, quæ eſt de eſſentia rerum: ita ꝙ nō ſtat res illas eſſe, & nō ſic conuenire: ut eſſe rationale hominibus. Accidentalis per oppoſitū: ut eſſe calidum lapidi. ❡ Quintum, a conuenientia eſſentiali poteſt abſtrahi conceptus quidditatiuus, & abſolutus, & etiam connotatiuus: tam eſſentialiter, quàm accidentaliter. Exemplū: ut conceptus ſubiecti differētiæ, & proprij: puta cōceptus hominis rationalis riſibilis abſtrahuntur a conuenientia eſſentiali. Primi duo ab eadem conuenientia: ſcilicet habere animam intellectiuā eſſentialem ſui partem. Tertius a conuenientia habere animam potentē quantum eſt ex parte ſui prodncere actum ridendi: utraque eſt homini eſſentialis. Et primus conceptus eſt abſolutus: ſecundus eſſentialiter connotatiuus, tertius accidentaliter connotatiuus. A conuenientia autem accidentali non poteſt abſtrahi niſi accidentaliter cōnotatiuus: quia conceptus quid

ditatiuus non negatur de eo, cuius eſt
ipſo exiſtente. Sed conceptus a conue-
nientia accidentali abſtractus, poteſt ne
gari ab aliquo ſic conueniente: quia ip-
ſum poteſt nō ſic conuenire: ex quo ac-
cidentaliter ſic conuenit: & tunc talis
F conceptus non repręſentabit illud. ¶ Et
per hoc patet reſponſio: nam non qui-
buſcunq; indiuiduis ſpecie differentibus
dabilis eſt conuenientia maior eſſentia
lis eis adęquata, & per conſequens nec
conceptus abſolutus eis adęquatus. An-
tecedens patet exemplariter: quia homi
nis, & muſcę nō datur talis conuenien-
tia eis adęquata. Nam quocunq; eſſen-
tialiter conuenit homo cum muſca: eo
dem modo conuenit cum equo, aut ſi-
mia: quod ſic patet: quia conuenientiæ
accidentales rerum arguuntur a nobis:
& cognoſcuntur arguitiuè ex operibus,
& accidentibus proprijs ſpecierum. Ex
his enim arguitur conuenientia eſſen-
tialis naturæ rerum: & ex eorum diuerſi
tate diuerſitas ſpecifica. Modo nulla
operatio ſpecifica uitalis, aut ſenſitiua:
& multò minus non uitalis, conſiderari
poteſt conuenire uniformiter homini,
& muſcę: quin omnino conformis con
ueniat: aut conuenire poſſit equo, & ſi
mię: uel alicui alteri animali, puta alteri
uolatili. Ideo quicunq; conceptus eſſen
tialis ſignificat hominem, & muſcam: ſi
gnificabit etiam equum, & ſimiam, uel
aliud uolatile: & ita non dabitur genus
adęquatum homini, & muſcę. Non ta-
men negandum eſt, quin dabile ſit ge-
nus medium inter animal, & ſpecies ſpe
cialiſſimas animalis. Vt. a. ſi abſolutè ſi-
gnificaret omnia greſſibilia. b. omnia
uolatilia. c. omnia reptilia: & ſic de alijs:
quia in hac conuenientia poſſe uolare:
quę eſſentialis eſt, & naturam conſequi
tur: ſicut poſſe ridere poteſt abſtrahi cō
ceptus abſolutus adęquatus uolatilibus:
& cum uolatilia differunt multiplici ſpe
cie: talis conceptus erit genus: ſicut &
conceptus conſtitutus per differentiam
irrationale: ſcilicet brutum, non eſt
ſpecies ſpecialiſſima: ſed genus ſubalter-
G num. ¶ Non tamen per hoc oportet:
ꝙ conceptus ſignificās *aliqua plus dif-*
ferentia: ſignificat omnia minus diffe-
rentia. Sicut e conuerſo non oportet, ꝙ
conceptus ſignificans aliqua minus con
uenientia: ſignificent omnia plus con-
uenientia: quia homo non plus conue-
nit cum ſua forma: anima ſcilicet ratio
nali in gradu perfectionis eſſentialis, quā
cum lapide: tanquam intelligens cum
intelligente: quàm intelligens cum nō
uiuente: & tamen corpus (prout eſt
ſpecies ſubſtantiæ) ſignificat hominem,
& lapidem: & non ſignificat formā ra-
tionalem. Sed conceptus communis ſi-
gnificans aliqua ratione conuenientię,
a qua abſtrahitur: ſignificat omnia ſic
conuenientia, & nulla alia: ſiue alia in
alijs conuenientijs cum ſuis ſignificatis
plus, uel minus conueniant. quod etiā
manifeſtum eſt in connotatiuis. Album
enim ſignificat hominem album, & lapi
dem album: & non hominem nigrum,
licet homo albus, & niger plus conue-
niāt, quàm homo albus, & lapis albus,
ſed non plus conueniunt in albedine, a
qua conuenientia ſumitur conceptus al
bi. ¶ Loquendo autem de conuenien
tia accidentali: non uidetur inconue-
niens, ꝙ quibuſcunq; indiuiduis ſit ali-
qua conuenientia eis adęquata. ꝙ etiā
ab eo poteſt abſtrahi conceptus accidē
talis eis adęquatus. Talis enim conce-
ptus accidentales multiplicari poſſunt
in infinitum: non ſolum diuerſorum
indiuiduorum: ſed etiam eorundem di
uerſimodè uariatorum: ut patet de ha-
bitudinibus prædicamenti ſitus reſpectu
duorum hominum ſituatorum, qui poſ-
ſunt infinities (ſyncathegorematicè)
uariari ſecundum ſitum: uniformiter
tamē & toties repręſentabūtur per aliā
ſpeciem prędicamentis ſitus. Sic de ha-
bitudinibus prædicamenti habi-
tus: ubi: quando: & aliorum:
quantitatis: quali-
tatis relatio-
nis &c.



## QVAESTIO. III.

A
Vtrū genus diuidatur in ſuas ſpecies per differentias.

VTRVM omne genus di-
uidatur in ſuas ſpecies per
differentias diuiſiuas gene
ris, & conſtitutiuas ſpecie
rum. ¶ Hæc quæ. & quę-
dam aliæ ſequentes una cum præceden
te: quia merè logicales ſunt: ideo dicta
doct. ſolum ſummariè hic cōportantur:
uerum ſtudioſus lector apud doctores
uideat. quæ hic omittere placuit breui-
tatis amore. ¶ Recitata ergo opinione
tenente partem affirmatiuam, & ea im-
pugnata, doct. reſpondet per hanc con
cluſionem negatiuam. Nam omne ge-
nus diuiditur in ſuas ſpecies &c. Proba-
tur: quia non omne genus habet diffe-
rentias eſſentiales conſtitutiuas, & diui
ſiuas. ergo Antecedens probatur: quia
genus rei ſimpliciter ſimplicis (quales
ſunt angeli, & accidentia) non habet
tales differentias: quia nullius rei ſim-
plicis poteſt eſſe differentia eſſentialis
conuertibilis: quod probatur: quia nul-
lius rei ſimplicis poſſunt eſſe duo conce
ptus eſſentiales conuertibiles probatur:
quia illi conceptus erunt eiuſdem ratio
nis, & ſynonymi: quia ſignificant præ-
B ciſè idem. ¶ Si dicis: licet idem ſignifi-
cent, tñ non eodem modo. Contra: ille
modus non identitatis requirit aliquā
diſtinctionem in re ſignificata, uel con
ſeruata. alioquin ſi præciſè idem ſignifi-
cant, & conſignificant: unde ergo pro-
uenit illa non identitas modi ſignifi-
candi. ¶ Item poſſet quæri: illi modi di-
ſtincti quibus ſignificatur una res præci
ſè an eſſent aliquid uel nihil. Si nihil:
non faciunt diſtinctionem in concepti-
bus: nihil enim nihil facit. Si aliquid: uel
aliquid rei ſignificatę, uel alicuius ex-
trinſeci. Non primum: quia tunc non ſi
gnificarent conceptus idem præciſè:
quia non eundem modum. Si ſecundū:
ſimiliter habetur propoſitum, ꝙ non ſi-
Coro. 1 gnificant idem præciſè. ¶ Ex illo ſe-
C quitur ſecundum doct. ꝙ res ſimplex nō
eſt diffinibilis diffinitione ꝓpriè dicta.
Patet: quia talis diffinitio datur per ge-
nus, & differentiam. Nunc autem res
ſimplex (angelus. ſ. uel accidens) nō ha
bet differentiam. Et hoc latè declarat
eſſe de intentione philoſophi, & cōmen
tatoris. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ non om Coro. 2
ne genus diuiditur in ſuas ſpecies per
differentias eſſentiales. ¶ Tertiò, ꝙ con Coro. 3
ceptus ſpeciei eſt ita ſimplex ſicut con-
ceptus generis: neque conceptus ſpe-
ciei componitur ex genere, & differen
tia: nec genus eſt pars conceptus ſpe-
ciei: ſed bene pars diffinitionis eius.
¶ Quartò ſequitur, ꝙ genus importat Coro. 4
totum eſſe ſpeciei licet aliquando aliter
ꝙ̃ ſpecies importet totū eſſe indiuidui:
quia ſpecies ſpecialiſſima ita importat
totum eſſe indiuidui: ꝙ quicquid impor
tatur in uno indiuiduo: ſimile impor-
tatur in quolibet alio. Nō ſic genus: eo
ꝙ indiuidua diuerſarum ſpecierum eiuſ
dem generis, non ſint ſibi ſimilia: ſicut
indiuidua eiuſdem ſpeciei.

## QVAESTIO. IIII.

VTRVM genus, & differē A
tia importent eandem rem Arti. 1.
primò. ¶ Notādum primò, Nota. 1
ꝙ differentia accipitur du- Differētia accipitur multipliciter.
pliciter. Vno modo pro
termino ſecundę impoſitionis, id eſt pro
ſigno prædicabili de aliquo: nō in quid,
ſed in quale: cōueniēs aliquibus, & alijs
repugnans: quo innoteſcit diſtinctio il-
lius, cui conuenit, ab illo cui repugnat.
Secundò accipitur pro termino primę
impoſitionis ſ. pro re aliqua, per quam
innoteſcit diſtinctio unius ab alio, ut a-
nima rationalis, qua ſortes differt ab aſi
no. Sic etiam accidens inhærens, quo
res diſtingui noſcitur ab alia ſimile acci
dens non habente. ¶ Differentia primo
modo eſt duplex: quædam per ſe ſiue eſ-
ſentialis: quæ importat aliquod intrin-
ſecum, ſcilicet partem eſſentialem rei:
ut rationale. Alia per accidens ſiue ac-
cidētalis: quæ ſcilicet importat aliquod
extrinſecum rei, id eſt quod non eſt
pars eſſentialis: ut diſciplinabile, riſibi-
le reſpectu hominis. Hic ſolum agitur

de differentia primo modo dicta , & eſ-
Nota.2 ſentiali. ¶ Secundò notandum:ꝙ diffe-
rentia eſſentialis præciſè ſumitur a par-
te eſſentiali. Et a qualibet parte poteſt
ſumi tam a materia,quàm a forma:quia
utraq; eſt pars hominis eſſentialis,& de
quidditate hominis,& per utrãque di-
ſtinguitur compoſitum. per materiam a
rebus immaterialibus: & per formam a
rebus alterius ſpeciei. ¶ Item materia-
le , ſi connotet materiam ut partem
eſſentialem eſt differentia·quia per ip-
ſam homo diſtinguitur ab angelo, & nõ
eſt differentia accidentalis:quia non im
portat accidens:ergo eſt differentia eſ-
ſentialis. ¶ Et nota:ꝙ differentiam ſumi
ab aliqua parte,non eſt aliud,quàm dif-
ferentiã ſignificare ſignificato formali
Nota.3 partem. ¶ Tertiò notandum,ꝙ licet dif
B ferentia ſumatur a parte rei ſecundum
doct. genus tamen accipitur a tota re.
ideſt ſignificatione formali,quę non ſi
gnificat partem,ſed totum, & ideo im-
portat totam quidditatem rei:& ſimpli
citer prædicatur in quid. Si enim ſume
retur a parte:non prędicaretur in quid :
ſed in quale ſicut differentia. ¶ Item
tunc eſſet ſynonymum differentię ſum
præ ab eadem parte,a qua ſumitur ge-
nus. ¶ Item tunc rei ſimplicis non eſſet
genus:ſiue magis propriè loquẽdo: nul
lum genus ſignificaret rem ſimplicem:
ſicut nec res ſimplex habet differentiã.
Nota.4 Probat auctor pluribus modis. ¶ No-
C tandum eſt quartò breuiter pro intelle-
ctu dictorum,ꝙ doctor in hac quęſtione
per ſignificare primò intelligit ſignifi-
care formaliter, ſiue ſignificatione for
mali:ita ut idem ſit ſignificare primò,&
Arti.2. ſignificare formaliter. ¶ Concluſio re
Cõcl.1. ſponſalis. Genus,& differentia non im-
D portant idem ſignificatione formali:li-
cet ſupponant pro eodem. Primũ patet:
quia ſic differẽtia ſignificat partem:ge-
nus uerò rem totam. Secundum patet:
quia differentia ſupponit pro toto, cu-
ius partem eſſentialem formaliter ſigni
ficat:alioquin non poſſet prędicari de
homine:nunc autem hęc eſt uera. Ani-
mal eſt rationale:ergo extrema ſuppo-
Arti. 3. nunt pro eodem. ¶ Dubium primum,
quod mouet doctor inter alia in quę- D
ſtione illa, quæ ſoluit,& replicas:ac au E
ctoritates plurimas exponit : eſt illud.
Quomodo aliqua differentia dicitur eſ-
ſentialis,ſi non eſt pars rei: nec de eſſen
tia. Reſpondetur breuiter: ꝙ ideo dici
tur eſſentialis:ab extrinſeco ſiue deno-
minatione extrinſeca:quia importat ali-
quid,quod eſt de eſſentia rei ſignificatæ
per differentiam. Sic etiam dicitur con
ceptus aliquis eſſentialis rei:quia impor
tat eſſentiam: uel aliquid eſſentiale rei. Dub 2.
¶ Secundum dubium: cum idem , & di- F
uerſum immediatè prędicentur:quomo
do differentia aliquid diſtinguitur ab
alio. Reſpondetur:impropriè dicitur ſpe
ciem aliquam diſtingui ab alia differen-
tia:uel rem a re. Si tamen ille modus lo
quendi quandoq; occurrit accipiendus
eſt,ꝙ differentia importat rem,qua ſpe-
cies differt a ſpecie:ſic ratione dicit ani
mam hominis,qua differt ab aſino. Fre-
quenter enim auctores per propoſitio-
nes, quę ſecundum ſuam formam ſunt
actus exerciti:intelligũt actus ſignatos:
quibus actibus ſignatis correſpondent
actus exerciti. in quibus.ſ. termini ha-
bent ſuppoſitionem ſimplicem,uel ma-
terialem:ut patuit.q.ij.diſtin.pręſentis.
¶ Nota etiam auctor( correſpondenter
ad pręmiſſa) ꝙ ſolum metaphoricè ali-
quid ab alio per extrinſecum diſtingui-
tur:ut ſupra diſtin.ij.q.j.&.q.iij.&.q.xj.
¶ Tertium dubium:unde ſumitur diffe- Dub. 3.
rentia:an etiam a materia,uel an a for- G
ma ſolum. Reſpondetur:etiam a mate-
ria:ſic angelus diſtinguitur ab homine,
Ad philoſophum dicitur: actus ſeparat ,
& diſtinguit : hoc eſt tam materia,quã
forma. Vel ſi capitur actus pro forma ,
ſolum ualet:actus id eſt forma plus, uel a
pluribus diſtinguit,quã materia. ¶ Quar Dub. 4
tum dubium:quomodo genus importat H
totam rem primò : ſi enim importat
totam rem: ergo cum additur ſibi dif-
ferentia,ſit nugatio. Reſpondetur:ge-
nus importat totã rem:nec eſt nugatio,
cum ſibi additur differentia. Nugatio
enim multis modis excuſari, & defendi
poteſt:de quo latè loquitur doctor.q. Dub. 5.
pręſenti:uide ibi. ¶ Quintum dubium: I
quo



quomodo genus,& ſpecies diſtinguun-
tur,ſi genus importat totũ, quod ſigni
ficat ſpecies. Reſpondetur,ꝙ genus ſi-
gnificat totum,quod ſignificat ſpecies:
& multa alia:ut etiam patuit. q. ij. De
his latè proſequitur doct. ſed quia lo-
gicalia ſunt:reſcinduntur.

## QVAESTIO. V.

A VTRVM Deus poſſit dif-
finiri diffinitione non data
per additamentum. Poſitis
notabilibus ponentur con-
Arti. 1. cluſiones. ¶ Notandum er
go:diffinitio non data per additamen-
tum dupliciter accipitur. Vno modo
ſtrictè, pro diffinitione compoſita ex
partibus alterius rationis , quarum una
eſt determinans,& alia determinabilis,
in qua determinatio uniuerſaliter præ-
dicatur de determinabili: & non ecõuer
ſo,& hęc diffinitio non eſt niſi compoſi
torum. Alio modo accipitur largius,pro
diffinitione , cuius nulla pars exprimit
aliquod accidentale in eſſe diffinito:q̃-
uis aliqua pars ex ſuo modo ſignificãdi,
ſit concretum nõ prædicabile per ſe pri
mo modo de quolibet, de quo prędi-
catur. ¶ Concluſio prima. Deus non
Arti.2. poteſt diffinitione propriè dicta , &
Cócl.1 primo modo accepta diffiniri . Pa-
B tet : quia res incompoſitæ ſimplices
non poſſunt diffiniri ,qualis eſt deus .
¶ Concluſio ſecunda. Diffinitione ſe-
Cócl.2. cundo modo dicta,deus poteſt diffini-
ri. Patet: quia hæc oratio:eſſentia intel
lectualis uolitiua &c. eſt oratio non ex
primens aliquod accidentale deo: licet
intellectuale ex ſuo modo ſignificandi
ſit concretum : non prædicabile per ſe
primo modo: de quolibet ſibi ſubijci-
bili: quia non de angelo nec creatura :
quia hæc eſt per ſe ſecundo modo. An
gelus eſt intelligibilis: quia ualet tantũ:
angelus eſt potens intelligere. Intel-
ligere autem in angelo eſt operatio di
ſtincta ab angelo. Non enim intellectio
angeli eſt angelus : ſicut intelligere dei
eſt deus: & ideo de deo prædicatur per
ſe primo modo. ¶ Si di. cõbinando præ
ciſè conceptus prędicabiles in quid: tũc
habetur diffinitio propria. Solutio: ta-
les conceptus erũt abſtractorum : & illi
non poſſunt poni ſine cõiunctione. Cõ
iunctio autẽ diffinitionem ingredi non
debet:unde, iſta eſt impropria: & in in-
telligibilis. Deus eſt intellectus, uolun-
tas,ſapientia,bonitas &c. Et ſi eſſet pro
pria: adhuc nõ eſſe diffinitio primo mo
do dicta:nec propriè dicta : quia in illa
ſemper pars poſterior aliquid exprime-
re debet: quod per partem priorem nõ
eſt expręſſum: quod circa ſimplicia con
tingere non poteſt.

## QVAESTIO. VI.

VTRVM in omni diffini- A
tione completiſſima,debẽt
poni omnes differentię eſ-
ſentiales cũ genere primo
generaliſſimo. ¶ Notandũ: Arti. 1.
ꝙ contingit differentias ordinari dupli Nota.1
citer. Vno modo ſicut per ſe ſuperius,&
inferius. Alio modo ſicut differentias
quarum una competit pluribus:alia pau
cioribus,ad modũ quo riſibile,& colora
tum ordinatur,quia omne riſibile eſt co
loratum,& non econuerſo. ¶ Prima cõ Arti. 2.
cluſio . Non omnes differentiæ primo Cõcl.1.
modo ordinatè debent poni in diffini- B
tione:etiam poſito genere generaliſſi-
mo:ſed ſola differẽtia ultima. Probatur
per philoſophũ.vij.Metaphy. tract.iiij.
per lõgum exponens uerba philoſophi Cõcl.2.
ſatis clarè. ¶ Secunda concluſio. Lo-
quendo de differentijs ordinatis ſecun-
do modo omnes differentiæ cum gene-
re generaliſſimo debent poni in diffini
tione. Et illa diffinitio completior eſt,
quàm ſi componeretur ex genere pro
pinquo , & ultima differentia. Vnde ſi
in eodem conceptu eſſent plures formę
ſubſtantiales realiter diſtinctè, a quarũ
qualibet ſumeretur differentia: opor-
teret omnes illas poni in diffinitione
completa : alioquin non ſufficienter
notificaret rei quidditatem . Etiã tunc
una differentia nõ contineretur qddi-

tatiuè ſub alia:ut ſi anima ſenſitiua realiter diſtinguatur ab anima intellectiua: ſenſitiuum non eſſet quidditatiuè ſuperius ad intellectiuum:immo non eſſet ſuperius:quia per potentiam diuinam anima intellectiua poſſet ſeparari etiam in corpore a ſenſitiua. ❡ Et licet aliqua differentia prędicetur in quid de pluribus differentijs pluſquam numero differentibus: tamen nec illa eſt genus: nec illę ſunt ſpecies:quia non ſignificãt formaliter res totales:ſed partes rerum: & hoc ſecundum opin.doc. ❡ Item nota, ꝙ etiam differentia ſumpta a materia, poni debet in diffinitione cõpleta: nec eſt inconueniens eiuſdem eſſe duas differentias conuertibiles.

Differẽtia non eſt genus,nec ſpecies.

## QVAESTIO VII.

A CONSEQVENTER uidendum eſt de ſecunda proprietate eſſentię: .ſ.de immutabilitate dei. Vtrum ſolus deus ſit immutabilis.

Arti. 1. Mutari. ❡ Nota aliquid mutari accipitur tripliciter. Largè,eſt aliquid recipere eſſe poſt non eſſe: uel econuerſo. Strictè,eſt recipere aliquid, quod prius non habuit:uel non habere, quod prius habuit:ſiue maneat ante, & poſt ſiue non. Strictiſsimè, eſt aliquid manens ſecundum ſuam eſſentiam: habens aliquid ſe informans, quod prius non habuit.uel econuerſo.

Arti. 2. Cõcl. 1. ❡ Concluſio prima. Deus eſt immutabilis primo modo. B Probatur:quia eſt neceſſe eſſe.ergo. Conſequentia nota. Antecedens probatur:quia ſi nõ:tunc eſſet aliquid prius eo, quod poſſet ipſum facere eſſe poſt non eſſe: & per conſequens non eſſet deus.

Cõcl. 2. ❡ Concluſio ſecunda. Deus eſt immutabilis ſecundo, & tertio modis. Patet:quia eſt ens ſimpliciter infinitũ: ideo non poteſt perfici ex conſequenti non poteſt aliquid in ſe recipere.

Cõcl. 3. ❡ Concluſio tertia. Nihil aliud a deo eſt immutabile primo modo. Patet: quia omnia alia a deo producta ſunt de non eſſe ad eſſe:quod fide creditur: etſi ratione naturali non probetur.

Cõcl. 4. ❡ Concluſio quarta. Aliqua creatura eſt immutabilis ſecundo,& tertio modis. Patet:quia aliqua creatura eſt,quæ nullius eſt receptiua: ſed tantum poteſt recipi: alias eſſet proceſſus in infinitum: ſi non daretur ſtatus in aliqua,quę non reciperet aliã. ❡ Sed contra hoc dictum doc. ponitur inſtantia inferius in notabili ultimo q. huius:non enim uidetur, ꝙ hoc dictum concludat.

Arti. 1. Dub. 1. C ❡ Dubitatur primò: nam uidetur, ꝙ deus ſit mutabilis. Siquidem (ut uidetur) deus mutatus eſt localiter. quia creato loco cepit eſſe in loco, ergo mutatus. Quicquid enim eſt in aliquo loco,in quo prius non fuit mutatur localiter. Reſponſio:ꝙ illa quicquid eſt in loco &c. non eſt uera:quia per nouã productionem loci aliquid eſt in eo, in quo prius non fuit ſine mutatione ſui: ſed per mutationem loci:ſic eſt in propoſito.

Dub. 2. D ❡ Dubitatur ſecundò:quomodo differenter deus dicitur, & eſt ſimpliciſſimus:& quomodo angelus dicitur ſimplex. Ad hoc reſpondetur breuiter: ꝙ ſimplex aliquando dicitur per carentiã compoſitionis rei ex partibus: ipſum tãquam totum intrinſecè conſtituẽtibus: ſic angelus ſimplex eſt. Ita dicitur ꝙ angelus licet ſit ſimplex ſimpliciter: eſt tamen in genere.q. j.huius diſt. Et dicitur ſimpliciter ſimplex per carentiam cuiuſcũq; compoſitionis intrinſecę:hoc eſt ex partibus eſſentialibus. Sic etiam anima intellectiua dicitur ſimplex:& ſimiliter accidentia intenſiuè, & extenſiuè indiuiſibilia. Alio modo dicitur ſimplex per carentiam omnis compoſitionis,& componibilitatis intrinſecè,& extrinſecè: ita ut ſimplex dicitur:quod non ſolum non componitur intrinſecè ex partibus:ſed nec eſt componibile cũ aliquo extrinſeco: quod non eſt pars eius cum ipſo conſtituẽdo unum per ſe, uel unum per accidens: ut ſubiectum cũ accidente,hoc eſt,quod non habet partes,ex quibus componitur. Nec poteſt ſubiectiuè in ſe recipere aliud: nec in alio recipi ſicut in ſubiecto. Illo modo nulla creatura eſt ſimplex: quia omnis creatura eſt ſubſtantia, uel accidens. Omnis ſubſtantia poteſt in ſe recipere accidens ſui perfectiuum:ut materia for



mam:forma ſubſtantialis recipitur,& recipit accidentia. ſimiliter, & angelus cognitionem .ſ. & amorem. ſimiliter omne accidens recipitur in ſubiecto. Solus ergo deus eſt iſto mõ ſimplex,& ita ſimpliciſſim⁹,& maximè ac sũmè ſimplex.

Dub. 3. E ❡ Tertiò dubitatur: nã uidet̃, ꝙ angelus ſit ſimplicior deo: aut accidens ſimpliciter indiuiſibile:immo ꝙ deus nõ ſit ſimplex: nam in deo eſt pluralitas aliquorũ realiter, aliquorum formaliter diſtinctorum:qualis non eſt in angelo, uel accidentibus indiuiſibilibus: ergo nõ eſt ſimplex: non enim poteſt ſtare pluralitas cũ ſumma ſimplicitate. ❡ Item perſonæ diuinæ realiter conſtituuntur ex eſſentia, & relatione:quę ſunt quaſi partes intrinſecè conſtituentes:ergo non ſunt ſimpliciter nec ſummè ſimplices. ❡ Solutio: non omnis pluralitas tollit ſimplicitatem:ſed pluralitas partium componentium. In deo autem nulla eſt compoſitio, neq; partes. Nam compoſitio exigit diſtinctionem realem partium inter ſe & a toto. Similiter ad hoc, ꝙ aliquæ dicantur partes compoſiti,requiritur,ꝙ ſunt diſtinctę inter ſe realiter, & eſſentialiter & a toto. Nunc autem licet ſit in diuinis pluralitas perſonarum realiter diſtinctarum in una eſſentia: quia tamen ſunt idem eſſentialiter, & realiter ipſi eſſentiæ non componunt eſſentiam. Similiter licet perſona conſtituatur ex eſſentia,& relatione:quia tamen eſſentia, & relatio idem ſunt realiter inter ſe, & cum ſuppoſito: ideo neq; ſunt partes: neq; componunt ſuppoſitum. Et ita propter perfectam idẽtitatem omnium quæ ſunt in diuinis cum eſſentia:& perfectã identitatem omnium quæ ſunt in uno F ſuppoſito cum ipſo ſuppoſito nulla eſt omnino cõpoſitio in diuinis. ❡ Poſſent fortaſsis quæ dicta ſunt de immutabilitate dei clarius,& ordinatius dici. Notandum itaq; poſt prædicta circa acceptionem mutabilis:qua accipitur large, ſtrictè,& ſtrictiſſime. Si enim illæ acceptiones ſic ordinantur:ut prima ſit ſuperior ad ſecundam, & ſecunda ad tertiam: oportet ſic deſcribere. Mutabile largè eſt, quod poteſt ſe aliter habere prius,& poſterius ſecundum ſe, uel aliquod extrinſecum. Secundum ſe: hoc eſt ſuum eſſe:quia poteſt prius non eſſe, & poſterius eſſe: uel econuerſo. Secundũ extrinſecũ: quia poteſt aliquid prius in ſe habitum, ſiue receptum poſterius perdere: uel prius non habere, & poſterius recipere. Mutabile ſecundo modo: ſtrictè.ſ. dicitur illud, quod ſe habet aliter prius, & poſterius reſpectu alicuius extrinſeci recipiendo in ſe, quod prius non habuit: uel perdendo,quod prius in ſe habuit: ſiue ſecundum ſe maneat in eſſe ſiue non: exempla patent. Mutabile ſtrictiſſimè eſt, quod ſe habet aliter prius,& poſterius reſpectu extrinſeci manens ſub utroq; termino tranſmutationis. G ❡ Ex illis breuiter notatis poteſt formari hæc propoſitio. Solus deus eſt immutabilis primo modo,ſed ſecundo modo uidetur: ꝙ aliqua creatura ſit immutabilis creatura,quæ nihil poteſt in ſe recipere. ❡ Sed an illa ſit dabilis, dubium eſt. Nã non uidetur implicare: ꝙ quælibet creatura,& quodlibet accidens aliquid in ſe poteſt recipere per potẽtiam dei:nec cogit ratio de proceſſu in infinitum: quia ille non eſt impoſsibilis in accidentaliter ordinatis: quamuis nunquam per hoc ponatur infinitas rerum actualis. Sicut in ſimili: poſt quãcũq; creaturam productam poteſt deus aliam producere in infinitum: & tamen nunquam producentur infinitæ actu:& ſecũdum hoc dicta doc. ueniunt moderanda in concluſione. iiij. de proceſſu in infinitum.

## DISTINCTIO IX.

PRAECEDENTI diſtinctione magiſter egit de proprietatibus eſſentię: conſequenter agit de proprietatibus perſonæ reſpicientibus emanationem ad intra. Et ſecundò ſpecialiter de proceſſione ſpiritusſancti ad extra. diſt. xiiij. Primum facit diſt. præſenti. Et primò de proprietate concernente

emanationem filij: & ſecundò ſpiritusſancti. diſt.x. Oſtendit ergo in hac diſt. generationis, ſiue emanationis filij perfectionem, & natiuitatis æternitatem. ❡ Hinc eſt illa concluſio textualis prima. Tres perſonæ ſunt ſibi coęternæ. ❡ Secunda concluſio. Coæterna eſt patri filij generatio: ſicut ſplendor eſt coæuus igni: licet ꝓducatur ab illo. ❡ Tertia concluſio. Filius ſemper natus ſecũdum Greg. & ſemper naſci ſecundum Origenem dicitꝰ: ut per primum generationis perfectio, & ueritas: per ſecundum natiuitatis æternitas perfectius exprimatur. De hoc latius in textu.

## QVAESTIO. I.

A Vtrũ filiꝰ uerè gñetur a patré.

VTRVM filius uerè generetur a patre. Hanc quæſtionem (cuius concluſio certa eſt ex fide) auctor latè proſequitur propter rationes. Sco quibus diſ.ij.q.vj. ſui ſcripti probare nititur productionem in diuinis, quas hic recitat, & earum demonſtratiuam inſufficientiam oſtendit: ſubdens pro reſponſali concluſione: ꝙ per nullam rationem naturalem probari poteſt plures eſſe perſonas in diuinis: ſed ſola fide creditur: ꝙ ſunt plures perſonæ in diuinis: quarum una eſt pater, alia filius: alia ſpiritusſanctus. Quodque filius uerè generatur a patre. De ſpiritusſancto infra dicetur.

B Quõ hæc generatio imaginari poſſit

Quomodo autem hæc generatio imaginari poſſit, & ſimul proceſſio ſpiritusſancti infra.diſt.xiij.q.j.tangetur. Verum ut oſtẽdatur nullitas probationis Sco. aſſumo rationẽ eius principalem, & primam, quam habet ubi ſupra.quæſtio.vj.diſtinctio.ij. Quicquid ex ratione ſua formali eſt principium productiuum: ubicunque eſt ſine imperfectione eſt principium productiuum. Memoria perfecta (hoc eſt intellectus habens obiectum intelligibile ſibi pręſens) ex ratione ſua formali eſt principium productiuum notitiæ genitæ. Ergo ubicunq; eſt memoria perfecta: ſiue intellectus perfectus ſine imperfectione eſt principium productiuum &c. Eſt autem intellectus perfectus in deo ſine imperfectione: ergo ẽ in deo principiũ productiuum notitiæ genitæ: uterq; diſcurſus ille formalis eſt. Et maior principalis uidetur euidens ex terminis. præſuppoſito quid nominis huius, quod eſt conuenire alicui ex ratione ſua formali: quod eſt conuenire alicui, ita ꝙ impoſſibile eſt ipſum eſſe, quin illud ſibi conueniat. Impoſſibile eſt enim aliquid eſſe ſine ratione formali.i.eſſe, & non eſſe illud, quod ſua ratio formalis exprimit. Nam ratio formalis eſt diffinitio. Impoſſibile autem eſt rem eſſe, & diffinitionem ſibi non conuenire. Sic accipiendo rationem formalem, maior eſt nota: quia uirtualiter prædicatur idem de ſe ipſo: ideo uis conſiſtit in minore, & illã penitus non probat. Probat autem in ſolutione replicæ, quam facit contra ſuam rationem: ꝙ licit intellectus ſit uirtus paſſiua reſpectu notitię genitę ſimul & productiua: ſi tamen ſepararetur potentialitas, adhuc maneret ratio principij productiui. Et ſic licet deo non poſſet attribui potentialitas: quia dicit imperfectionem: erit tamen in deo ratio productiua notitiæ genitæ. ❡ Et ita ratio ſua in duobus deficit. Primò: quia minorem non probat.ſ.ꝙ productiuum ſit de ratione formali intellectus ꝑfecti. Secundò non probat, ꝙ producere notitiam genitam, non dicat imperfectionem ſaltem in nobis. Ideo reprobato utroque, patet: ꝙ ratio penitus uacua eſt nihil probans. ❡ Probatur ergo primò: ꝙ producere notitiam genitã, non eſt de ratione formali intellectus. C Nam ratio formalis intellectus, eſt poſſe tendere in obiectum cognitiuę: non curando aut intellectus ſic tendat per ſuam eſſentiam ſeipſo: ſiue per aliquod ſibi ſuperadditum. Et ſi ſuperadditum: ſiue a ſe productum, ſiue concreatum, ſiue ab alio infuſum: patet, ꝙ hæc ratio eſt formalis: quia quocunque illorum modorum intellectus tendit cognitiuè in obiectum uerè intelligit, & non plus ſi producat notitiam, quàm ſi non produceret. Et niſi ſic tendat cognitiuè in obiectum:



iectũ: non intelligit. Ergo ratio productiui notitiæ, genitæ non eſt ratio formalis intellectus. Tenet conſequentia: quia eiuſdem non ſunt plures rationes formales, maximè non conuertibiles ſicut nec plures diffinitiones non cõuertibiles. ❡ Item ꝙ eſſe productiuũ non ſit de rõne formali intellectus: ſic ꝓbatur. Illud nõ eſt de rõne formali intellectus: quo circũſcripto, nihilominus intellectꝰ intelligeret: ſed tale eſt ꝓductiuũ: ergo. Conſequentia eſt in quarto primæ formando ſic maiorem. Nihil quo circũſcripto intellectus nihilominus intelligeret, ẽ de ratione formali intellectus. Et ſumẽdo ut ſupra maior hæc nota ex quid nominis rationis formalis: Minor probatur: quia ſi deus crearet creaturã intellectualem, & ei concrearet notitiã omnis intelligibilis ab ea: illa eſſet uerè intellectualis, & uerè intelligeret, & tñ non eſſet productiua notitiæ. Quod uerè intelligeret: patet per illum doctorem: quia dicit. Si in intellectu noſtro eſſet concreata, uel ſubſtantialis notitia ſui: ſecundum ꝙ quædam intelligũt. Aug. de notitia abdita.xiiij.de tri. tunc intellectus licet non poſſet habere notitiam genitam, qua formaliter ſe cognoſcere: poteſt tñ habere reſpectu aliorum obiectorum. ubi uult: ꝙ intellectus habens notitiam ſui concreatam hac cognoſceret ſe: & non haberet notitiã genitam ſui: quia non poteſt idem obiectũ formaliter cognoſcere diuerſis notitijs. Si ergo haberet notitias concreatas omnium a ſe cognoſcibilium: iã nõ eſſet talis ꝓductiuus notitiæ genitæ eadem ratione.

D Intellectus nr̃ multa cognoſcit uel cognoſcere poteſt pre uelationem.

❡ Item intellectus noſter multa cognoſcit: uel cognoſcere poteſt per reuelationem: ut patet de prophetis.ij.Petri.j. Non uoluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed ſpiritusſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Et horum cognitorũ notitias non producit intellectus noſter: ſed ſpiritusſanctus reuelans: ergo abſque ſua productione notitiæ genitæ poteſt intelligere. ❡ Item ſi ratio eſſet efficax: philoſophus cognouiſſet etiam naturaliter productionem in diuinis. Cognouit enim eſſe uitam, & intellectum: cognouit etiam eodẽ intellectu, quicquid nos de deo cognoſcimus. Si ergo cognouiſſet productiuitatem notitiæ genitæ eſſe de ratione formali intellectus: cognouiſſet hanc fuiſſe in deo reſpectu ſuæ notitiæ, qua formaliter cognoſcit. ❡ Item ſecundum philoſophũ: intelligentia intelligit ſeipſam per eſſentiam: & non per notitiam ſuperadditã. Hæc uerò uerè eſt intellectualis: & intelligit ſecundum philoſophum: & tñ non eſt productiua notitiæ: ergo eſſe productiuum notitiæ: non eſt de ratione formali intellectus. ❡ Item quæro: quid intelligit per notitiã genitam. aut actũ: quo intellectus formaliter intelligit: ſicut uidetur ſonare in ſuperius allegato, ubi dicit notitiam genitã, qua ſe formaliter cognoſcat: uel aliquid aliud in intellectu. Non ſecundum: quia quæro: quid illud ſit cum non ſit potentia: nec actus intelligendi, nec habitus, nec ſpecies. Et nihil aliud eſt in intellectu ſecundum philoſophum.ii. Ethic.c.ij. niſi potentia, paſſio, habitus. ❡ Si dicis, ꝙ eſt conceptus, quæro quid intelligis per cõceptum: aut actum cognoſcendi, quo intellectus formaliter cognoſcit. Et ſic redit primum membrum: uel aliquid habens tantum eſſe obiectiuum. ❡ Cõtra illud eſt quoddam fictum non productũ: ut patuit.q.viij.diſtin.ij.huius collect. ubi latè oſtenditur huiuſmodi ficta non eſſe ponenda: ergo ipſum eſt obiectum actus cognoſcendi: & ideo tenet ſe ad rationem principij productiui. Nam intellectus habens obiectum intelligibile pręſens dicitur eſſe principium notitiæ genitæ: ergo obiectum non eſt notitia genita: quia idem gignit ſe.j.de trinit. Præterea dum res in ſe cognoſcitur notitia intuitiua: non oportet ponere tale fictum: quia neque ut obiectum mouẽs: neque ut obiectum terminans: cum res intuitiuè cognita mouet ad ſui cognitionem, & terminat eandem. Si per notitiam genitam intelligitur notitia, qua intellectus formaliter intelligit: illa nec in deo: nec reſpectu talis, pater habet rationem producendi. Primum

patet : quia pater non intelligit noti-
tia genita:ſicut nec ſapit ſapientia geni
ta ſecundum Aug. ergo non eſt aliqua
notitia genita,qua pater intelligit. Se-
cundum patet per idem:quia pater for-
maliter intelligit ſua eſſentia:quomodo
intelligeret , ſi per impoſsibile non gi-
gneret filium:nam ſecũdum modum lo
quendi illius doct.pater ut prior origi-
ne filio: nouit actu perfectè,& diſtinctè
ſe, & omne intelligibile notitia ingeni-
ta. Nullã enim perfectionem accepit a
filio: ſed quicquid eſt, & habet,habet a
ſeipſo. In illo ergo priori pater perfectè
intelligit, & in illo non producit noti-
tiam genitam:ergo producere notitiam
genitam non eſt de ratione formali in-
tellectus:cum cognitio eſſentialis, qua
pater intelligit : non ſit genita. ¶ Item
ꝙ in ſolutione replicę, quã ipſe mouet
contra rationem ſuam,ad hoc deducit,
ꝙ ſi in intellectu noſtro ratio recipiẽdi
ſepararetur a ratione producendi : ad-
huc ratio producendi per ſe.i.ſine ratio
ne recipiendi eſſet productiua notitiæ
genitæ.Sed illo conceſſo: non ergo ſe-
quitur:ꝙ ratio producendi per ſe ſit in
deo:ſed bene ſequitur,ꝙ ſi ratio hæc eſ
ſet in deo,deus produceret : ſed nõ pro
bat, ꝙ ſit in deo : & hoc principaliter
E fuit probandum. ¶ Et ſi diceretur:ratio
producendi,non dicit imperfectionem :
ergo conuenit deo. Dicitur,ꝙ licet ra
tio producendi in genere non dicat im
perfectionem:tamen producere notitiã
genitam in nobis dicit imperfectionem
tam in producente,quàm producto. In
producente,quia inſufficientiam: quo-
niam non eſt ſibi ſufficiens intelligere
ſine addito:& perfectius eſſet ſeipſo in-
telligere,quàm per notitiam genitam.
In producto dicet inceptionem de no
uo: & hoc in nobis eſt quid imperfe-
ctionis:ſicut in ſimili. Licet producere
aliquid in genere non dicat imperfe-
ctionem: tamen producere aliquid,tan
quam ſui perfectionẽ,dicit imperfectio-
nem in producente:quia dicit producẽs
ab alio eſſe perfectibile, quod imperfe-
ctionis eſt. ſic producere notitiam ge-
nitam ſui perfectiuam (quo modo no-
ſter intellectus producit) imperfectio-
nẽ importat. Et ita patet multipliciter,
ꝙ ratio iſta Sco. nihil probat,neq; aliȩ:
ut ſatis patet per auctorem.

## QVAESTIO. II.

VTRVM generatio in diui A
nis ſit uniuoca, uel æqui-
uoca. Articulus primus ſup
poſitiones. Secundus con
cluſiones. Tertius dubitationes abſol-
uet. ¶ Quantum ad primum itaque no Arti. 1.
tandum,ꝙ difficultas huius quæſtionis Nota. 1
conſiſtit in quid nominis terminorum.
Ideo notandum,ꝙ generatio uniuoca,
& æquiuoca in creaturis diſtinguuntur :
quia aliqua eſt conuenientia ſpecialis
generãtis, & geniti in generatione uni
uoca:quæ non eſt in generatione ęqui-
uoca. ¶ Secundò notandum, ꝙ tam in 2
generante creato,q̃ in genito, eſt duo
conſiderare.ſ. quod & quo. In generan
te quod,eſt ipſum generans. Quo, eſt
ratio generandi: quæ eſt principium eli
citiuum generationis. In genito,quod
eſt terminus totalis.ſ. res, quæ genera-
tur. Quo eſt terminus formalis. Illa er
go duo.ſ.quod, & quo,non ſemper:ſed
frequenter diſtinguuntur. Nam angelus
producens intellectionem, eſt quod, &
quo ex parte producentis Idem eſt de
anima ſeparata. Similiter ſi accidens ſe
paratum,puta calor: per diuinam poten
tiam produceret calorem ſeparatum idẽ
eſſet quod & quo , tam ex parte gene-
rantis,quàm generati. ¶ Tertiò notan- B
dum:ꝙ aliquando terminus totalis pro 3
ductus ſeu productionis eſt per ſe unũ :
quandoq; per accidens unum. Primum
contingit in generatione ſubſtantiali.
Secundum in productione accidentis :
ut ſi aliquid calefiat:terminus totalis ca
lefactionis.ſ. calefactum:non eſt per ſe
unum:ſed aggregatum ex ſubiecto , &
calore in eo producto ¶ Quartò notan 4
dum:ꝙ in generatione accidentis gene
ratio dr̃ uniuoca, qñ terminus formalis
.ſ.accidens ſecundum ſe totum produ-
ctum eſt eiuſdem rationis,ſiue ſpeciei ꝑ
ſe cũ rõne producendi. Vnde ſi ab igne



calefit lignum,uel lapis, eſt generatio
uniuoca:quia calor productus in ligno,
uel lapide eſt eiuſdem rationis cum ca-
lore ignis:licet ignis, & lignũ, uel lapis
differant ſpecie. Sed ſi ignis calefaceret
ſe:ſicut graue mouet ſe: uel ſi aqua ca-
lefacta ſe reduceret ad priſtinam frigidi
tatem:non eſſet generatio uniuoca pro
pter diuerſitatem ſpeciuocã caloris pro
ducti in igne:& formam ignis , quæ eſt
ratio agendi. ¶ Loquendo autẽ de gene
ratione ſubſtantiali, illa dr̃ uniuoca, qñ
generans & genitum non ſunt alterius
ſpeciei. ¶ In hac autem uniuoca gene
C ratione ſunt tres gradus. Primus,qñ ge
In uni- nerans,& genitum ſunt eiuſdem ſpeciei:
uoca ge & nullus terminus formalis acquiſitus
neratio per productionem diſtinguitur ſpecie a
ne tres quacunq; ratione agendi reſpectu ſui.
gradus. Exemplum:ut ſi in generatione ignis ab
1 igne,ſola forma ſubſtantialis ignis eſſet
ratio agendi reſpectu formæ ignis geni
ti & non calor:tunc eſſet generatio per
fectisſimè uniuoca Si uerò calor ignis
generãtis ſit etiam cauſa immediata re
ſpectu formæ ſubſtantialis ignis geniti :
tunc non eſt ibi generatio uniuoca in
hoc gradu primo:ſed in ſecũdo. Et hoc
ponitur ſecundum opi. illorum qui di-
cunt accidens poſſe cauſare ſubſtantiã,
& formam ſpeciuocam,& non ſolũ qua
litatiuam diſpoſitionẽ. ¶ Secundus gra
2 dus:qñ generans,& genitum ſunt eiuſdẽ
ſpeciei:& quilibet terminus formalis ge
neratus eſt eiuſdem rationis cum aliqua
ratione agendi, & cum aliqua ẽ alterius
ſpeciei:ut ſi tam in generante,q̃ in ge-
nito eſſent plures formæ ſubſtantiales:&
quælibet in generante concurreret tan
quam partialis cauſa reſpectu cuiuslibet
formæ geniti. Sic enim non eſſet ita per
fectè uniuoca ſicut ĩ priori gradu. ¶ Ter
3 tius gradus eſt,qñ generans,& genitum
ſunt eiuſdem ſpeciei:& aliquis terminus
formalis productus eſt eiuſdem rationis
cum ratione agendi. Et aliquis terminus
cum nulla ratione agendi eſt eiuſdem ra
tionis : ut ſi anima uegetatiua realiter
diſtinguatur a ſenſitiua , & intellectiua
in eodẽ compoſito:tunc generatio aſi-
ni ab aſino eſt hoc modo uniuoca: quia
ſola anima uegetatiua in generante eſt
ratio generandi, cum qua anima uege-
tatiua in genito eſt eiuſdem rationis &
non ſenſitiua. Ex illis gradibus alij (ſi
ſunt) poſſunt patere. ¶ Si dicis:eiuſdem Replica
generationis non ſunt plures termini
formales:ergo ſecundus, & tertius gra-
dus ſuper falſa imaginatione fundantur.
Antecedens patet: quia generatio mul-
tiplicatur ad multiplicationem termini
ſicut quilibet reſpectus. Dicendum: ꝙ
terminus formalis accipitur aliquando
pro illo.quod ſecundum ſe, & quodlibet
ſui capit eſſe per gñonem:& ſic ſunt plu
res termini formales in gñatione aſini.
Sunt etiam plures gñationes:,quæ tamẽ
dicuntur una unitate ordinis ad unum
terminum formalem,ultimum,& ſpeci-
uocum. Vel dicitur una generatio pro-
pter unitatem termini totalis, qui eſt ꝑ
ſe unum ſuppoſitum. Alio modo capitur
terminus formalis pro ultimo termino
formali : & ſic gñationis aſini eſt tantũ
unus terminus formalis. Et ſecundũ hoc
patet ad replicã. ¶ Quintò ſupponitur, Nota. 5
ꝙ paternitas & filiatio ſunt alterius ra- D
tionis:ſecundum ꝙ aliqua in diuinis di-
cuntur eſſe alterius rationis. Quodque
paternitas ſit de eſſentia patris:quia eius
conſtitutiua:ſimiliter filiatio eſt de eſſen
tia filij eadem ratione. ¶ Pro cuius in-
tellectu notandum , ꝙ illa dicuntur eſſe
eiuſdem rationis,quæ ſunt ſimillima:eo
modo quo duæ albedines , & quælibet
res eiuſdem ſpeciei ſpecialisſimę ſunt ſi
millimę. Ex quo elicitur,ꝙ paternitas,&
filiatio non ſunt eiuſdem rationis: quia
non ſimillimæ:cum duæ paternitates ſi-
miliores ſunt paternitate,& filiatione.
Similiter ſpiratio, & generatio nõ ſunt
ſimillimę. Et capitur ſimilitudo hic lar-
gisſime,ut non diſtinguitur cõtra ęqua
litatem &c. ¶ Secundò ſequitur:ꝙ ſi res
conſtitutę ſunt eiuſdẽ rationis: nihil eſt
reperire in uno,quin aliquid ſibi ſimilli-
mum reperiatur in altero. Patet;quia ſi
eſſet in uno aliquid , cui nihil ſimilli-
mum eſſet in alio: ipſa conſtituta non
eſſent inter ſe ſimillima. Similiora enim
eſſent illa, in quibus nõ poſſet inueniri
aliquid in uno;quin etiam ſibi ſimile re-

periatur in alio. ¶ Ex iſto ſequitur ter-
tiò, ꝙ quandocunq; cōſtituentia aliqua
(etſi non omnia) ſunt alterius rationis:
etiam conſtituta ſunt alterius rationis.
Hoc corollarium Ockam. q. præſenti
longè proſequitur contra Sco. Patet,
quia conſtituta non diſtinguuntur niſi
per diſtinctionem conſtituentium: & ita
nec poſſunt diſtingui conſtituta tanquā
alterius rationis, niſi per cōnſtituentia
alterius rationis. Et ideo ſicut ex diſtin
ctione conſtituentium arguitur talis di
ſtinctio conſtitutoris: ita ex tali diſtin-
ctione conſtituentium arguitur talis di
ſtinctio conſtitutorum. Alioquin nunq̃
poſſet probari, ꝙ conſtituta eſſent alte-
rius rationis: cum nulla diſtinctio com-
Arti. 2. petit eis niſi per conſtituentia. ¶ Quā
Cōcl. 1. tum ad articulum ſecundum eſt conclu
E ſio prima. Generatio in diuinis nec ſim
pliciter uniuoca: nec equiuoca ſimplici
ter eſt dicenda. Probatur concluſio: ꝙ
non uniuoca: quia generans, & genitum
non ſunt ſimpliciter eiuſdem rationis
eo modo quo aliqua in diuinis dicuntur
eiuſdē rationis: nec terminus formalis
cum ratione generandi: ergo. Tenet cō
ſequētia ex quid nominis generationis
uniuocę. Antecedens pro prima parte
probatur: quia conſtituentia patrem, &
filium. ſ. paternitas, & filiatio non ſunt
eiuſdem rationis: ut declaratum eſt co-
roll. j. quinti notab. ergo nec conſtituta
Tenet conſequentia ex corollario ter-
tio eiuſdem notabilis. Pro prima parte
probatur antecedens: quia terminus for
malis (ſi aliquis eſt) eſt perſona conſti
tuta, ut dictum eſt ſupra diſt. v. quæ. iij.
Ratio autem generandi ſeu principium
elicitiuum eſt eſſentia: ut patuit diſt. vij.
q. j. Sed conſtitutum non eſt eiuſdem ra
tionis cum altero conſtituentium. ¶ Se
cunda pars concluſionis: ꝙ non ſit gene
ratio hæc ęquiuoca ſimpliciter: patet:
quia in generatione ſimpliciter equi-
uoca ſemper eſt aliquid in genito quod
eſt diſtinctum realiter a quolibet quod
eſt in generante: ſed nihil eſt in filio
quod realiter diſtinguitur ab eſſentia,
quæ eſt in patre. Similiter in generatio
ne ęquiuoca, generans & genitum non

ſunt aliqua una res. Pater autem, & fi-
lius ſunt una eſſentia. ¶ Concluſio ſe- Coro. 2 Gñatio dinina aſſimilatˀ magis generatiōi uniuocę, quā ęquocę.
cunda. Generatio diuina aſſimilatur ma
gis generatio uniuocę, q̃ ęquiuocę. Pro
batur: quia licet generatio, & genitum
non ſunt eiuſdem rationis: eo modo,
quo in diuinis aliqua dicuntur eſſe eiuſ-
dem rationis: nihilominus ibi eſt eadem
eſſentia, & natura generantis, & geniti
quæ identificat ſibi omnia, quę ſunt in
utraq; perſonarum, immo & perſonas:
propter quam eſſentiam magis uniūtur
eſſentiali, & reali identificatione perſo
nę generans, & genita, q̃ quæcunque
creaturæ ſolo numero differentes: pro-
pter quarum conuenientiam generatio
unius ex altera dicitur uniuoca in crea-
turis: ergo multum aſſimilatur genera-
tio diuina uniuocæ generationi. Tenet
conſequentia: quia generatio dicitur
uniuoca ab unitate, & æquiuoca a diuer
ſitate. Vnitas autem maximè eſt de ra
tione uniuocę generationis: & diuerſi-
tas rationis (quæ in creatura præſuppo
nit diuerſitatem realem, & eſſentialem)
de ratione ęquiuocę generationis: quæ
cum nullo modo reperitur in diuinis, nō
aſſimilatur ei: uel minus q̃ generationi
uniuocæ. ¶ Et ſi diceres. Generatio æ-
quiuoca eſt, cum generans & genitum
ſunt alterius rationis non curando an
ſint idem eſſentialiter uel non. Dico ꝙ
impoſſibile eſt in creaturis aliqua eſſe
alterius rationis, & non diſtingui eſſen
tialiter: ideo ſemper hanc diſtinctionem
eſſentialē præſupponit, ſicut ſpeciuoca
differentia præſupponit naturalē ¶ Ve-
rum cum termini ſunt ad placitum: ſi
quis ſic acciperet generationem æqui-
uocam: concedendum foret in diuinis
generationem eſſe ęquiuocā: cū pater,
& filius ſunt alterius rōis. ¶ Sed diceres.
In gñatione diuina nulla ē alteriˀ gene
rantis a genito: niſi q a hic eſt pater: hic
filius. Sed propter hanc nō poteſt dici
generatio non uniuoca: alioquin nullū
animal generaretur generatione uniuo
ca: cum ſemper generans dicitur pa-
ter, & genitum filius. ¶ Sol. Non eſt ſi
mile in creaturis: quia paternitate, & fi-
liatione conſtituuntur perſonæ diui-
næ ge



næ generans, & genita. In creaturis ue
rò aut paternitas, & filiatio nihil addūt
ſuppoſitis: aut ſi relatio ē diſtincta: ſunt
accidentia extrinſeca eis, quæ adueniūt
ſuppoſitis poſt completum eſſe: & poſ
ſunt etiam corrumpi manentibus ſup-
poſitis. ¶ Contra prædicta eſt una diffi-
Arti. 3. cultas. An. ſ. ſi aliqua cōſtituentia ſint
alterius rationis, ꝙ importēt neceſſariò
conſtituta eſſe alterius rationis. Suppo
ſitis his, q̃ ſuperius dicta ſunt diſt. ij. q. xj
& latius infra tāgenē d. xxvij. & xxviij.
de modo loquendi quaſi improprio eſt,
Item ſuppoſita etiam ſimplicitate diui-
na, de qua diſt. viij. q vii. patuit. Reſpō
deo ſecundum doct. Impoſſibile eſt ali
qua conſtituentia eſſe alterius rationis,
quin conſtituta ex illis ſint alterius,
& alterius rationis. Quia ſicut conſtitu
ta non diſtinguuntur niſi per diſtinctio
nem conſtituentium: ita nec conſtituta
poſſunt diſtingui (tanquam alterius, &
alterius rationis) niſi per diſtinctionem
conſimilem ipſorum conſtituentium.
Et ideo ſicut ex diſtinctione cōſtituētiū
contingit inferre diſtinctionem conſti
tutorum: ita ex diſtinctione tali conſti-
tuētium (tali. ſ. quòd ſunt alterius ratio
nis) contingit inferre cōſimilem diſtin-
ctionem conſtitutorum. Alias enim nū
quam poſſet probari conſtituta eſſe alte
rius rationis: ſi non poſſet hoc oſtendi
ex eo, ꝙ conſtituentia ſunt alterius ra
tionis. Quomodo enim homo diceretē
diſtingui ab aſino per formam ſpeciuo-
cam: ſi forma aſini non eſſet alterius ra
tionis a forma hominis. Vnde breuiter
dicendum: ꝙ non poteſt eſſe minor di-
ſtinctio rationis in conſtitutis, quàm in
conſtituentibus. Diuerſitas enim con-
ſtitutorum arguitur ex ſola diuerſitate
conſtituentium. ¶ Si dicis. Conſtituta
aliquando plus conueniunt, quàm con
ſtituentia. quia plus conueniunt aſinus,
& equus: quàm formę eorum: quia con
ueniunt in hoc, ꝙ habent materiā eiuſ-
dem rationis: ſed forma equi, & aſini ni
hil habent eiuſdem rationis: cum ergò
plus conueniunt minus differūt. Ad hoc
dicendum: ꝙ licet aliqua cōſtituta plus
conueniunt: non ergo ſequitur, ꝙ mi-

nus differunt: immo ſtat plus conuenien
tia magis differre, quàm minus con-
uenientia: ſicut Sortes, & Plato plus cō
ueniunt, q̃ anima ſortis, & anima aſini:
quia illa cōueniunt in materia eiuſdem
rationis: iſta uerò in nullo eiuſdem ra-
tionis conueniunt, & iſta differunt ſpe-
cie: illa genere. Cuius ratio eſt: quia ex
alio conueniunt, & ex alio differunt.
Si ergo ea, per quæ differunt magis dif
ferunt, ſeu diſtinguuntur inter ſe q̃ illa
per quæ conueniunt: tunc magis conue
niunt conſtituta, & non minus differūt:
quàm conſtituentia. ¶ Si iterum dicis. G
Ex hoc ꝙ conſtituentia ſunt primò di-
uerſa: non poteſt concludi, ꝙ conſtituta
ſint primò diuerſa: ergo nec ex hoc: ꝙ
conſtituentia ratione differunt: poteſt
concludi conſtituta ratione differre: q a Aliqua eſſe primò diuerſa dupliciter intelligē poteſt.
non uidetur cur tam uariè. ¶ Pro ſolu
tione notandum: ꝙ aliqua eſſe primò di
uerſa dupliciter intelligi po eſt. Vno
modo: quia diuerſitas aliqua prioritate
conuenit eis, & mediantibus illis conue
nit alijs. Secundò: quia in nullo conue
nit. Primò aſſumptum replicę eſt uerū.
quia ſic cōſtituta nunquam ſunt primò
diuerſa: ſed conſequentia non ualet. Et
eſt ratio diuerſitatis: quia eſſe alterius ra
tionis aliquando conſtitutis conuenit
propter diuerſitatem rationis conſtituē
tium. Sed eſſe primò diuerſa nunquam
conuenit conſtitutis: & ideo non con-
uenit conſtitutis: quia conuenit conſti
tuentibus. ¶ Itaque eſſe alterius ratio-
nis, poteſt aliquibus competere propter
alia, quibus etiam conuenit. Sed eſſe pri
mò diuerſa nunquam cōpetit aliquibus
propter hoc: quia conuenit alijs. Acci-
piendo ſecundo modo eſſe primò diuer
ſa poteſt concludi de conſtitutis, quādo
omnia conſtituentia ſunt diuerſa: ſicut
uniuerſaliter in omnibˀ indiuiduis crea
tis per ſe in genere. i. totalibus ſecundū
communem curſum. In illis enim nec
materia, nec forma eſt eadem. Sed non
quando aliqua conſtituta ſunt diuerſæ
rationis: aliqua non. de hoc ſupra. diſt.
v. q. j. Cuius ratio eſt: quia aliqua prædi
cata denominant nō ſolum ea, quibus
primò conueniunt: ſed etiam alia, qui-

bus conueniunt mediantibus illis: ut calefacere primò conuenit calori: & mediante calore igni, cui inhæret calor. Et intelligere primò conuenit animæ, & mediãte anima homini, cuius anima eſt pars. Aliqua autem prædicata nõ denominant, niſi ea tantum, quibus primò, uel immediatè conueniunt, ut inhærere eſſe accidens: eſſe ſubſtantiam: eſſe partem: eſſe communicabile, & multa ſimilia, quæ non denominant conſtituta, uel tota propter conſtituentia, uel partem, uel aliquod inhærens. Nunc autem quando aliquod prædicatum poteſt aliquid denominare mediante alio ubicunque illud aliud (mediante quo denominat) inuenitur: conſimili modo denominabit illud niſi forte illud, cui primò conuenit: eſſet tantum in parte: ad cuius partis denominationem non ſequitur denominatio totius. Et ideo quia eſſe alterius rationis, natum eſt denominare conſtituta mediantibus conſtituentibus alterius rationi ubicunque cõſtituẽtia ſunt alterius rõnis: ibi conſtituta erunt alterius rationis. Eſſe autem primò diuerſa ſecũdo modo acceptum tale eſt, ꝙ propter partem unam non attribuitur toti: niſi omnibus partibus conueniat. Et ideo non denominat cõſtitutum: niſi conueniat omnibus conſtituentibus. Quorum omniũ cauſa eſt impoſitio, uel cõis uſus terminorum.

## QVAESTIO. III.

A

Arti. I. Vtrum gñatio filij ſit ęterna. Cõclu.

VTRVM generatio filii ſit æterna. ¶ Articulus primus ad quæſitum reſpondebit. Secundus pro dubiorũ ſoluendorum intellectu, terminos explanabit, & dehinc cõcluſiones aliquas annectet. ¶ Concluſio reſponſalis pro articulo primo certa eſt ſecundum fidei ueritatem, & eſt hæc. Generatio filij in diuinis eſt ęterna. Probatur concluſio. Quia impoſſibile eſt aliquid realiter idẽ cum diuina eſſentia eſſe non æternum: ſed tam filius q̃ generatio filij eſt realiter diuina eſſentia: ut ſepe dictũ eſt, ꝙ eſſentia diuina idẽtificat ſibi oĩa in diuinis: ergo &c. Præterea ꝙ aliquod productum non ſit coęuũ ſuo producenti, hoc uel eſt ex conditione producẽtis, uel actionis ſiue productionis. Ex cõditione producentis quidẽ: quia poteſt impediri per actionem contrarij fortioris agentis: uel quia dependet ab aliquo ſuperiori agẽte: uel ex indiſpoſitione materię. Ex parte actionis uerò: quia agit cum motu: & ſic non põt agere in principio ſui eſſe: ſed nullum illorum poteſt inueniri in diuinis: ut patet diſcurrendo per ſingula: ergo. Item ad idem eſt exẽplum beati Aug. vj. de trini. de igne, & ſplendore: qui coęuus eſt igni: eſſet quoque coæternus, ſi ignis eſſet ęternus.

¶ Pro articulo ſecundo eſt hoc dubium. Cum in diuinis nõ eſt admittenda prioritas durationis. An ibi poſſit aliqua alia prioritas admitti attento, ꝙ ſecundum omnes, pater eſt principiũ filij: quia generat filium, & per hoc filius eſt a patre, & originatur a patre. Et quantum ad rẽ dicendum: ꝙ uerè, & realiter pater eſt prior filio origine: quod nihil eſt aliud dicere, quã ꝙ a patre eſt filius, uel ꝙ pater producit filium. Vnde hi termini principium, prius origine, producens, generans, ſpirans: idẽ important: & non differunt niſi ſicut ſuperius & inferius. Et ideo ſicut conceditur, ꝙ pater uerè, & realiter eſt principium producens & generans filium, ita concedendum eſt, ꝙ pater uerè, & realiter eſt prior origine filio. Nec quantum ad rem aliquid aliud importatur per unam: quod nõ importatur per aliam.

Arti. 2. Dub. 1. B

¶ Sed tunc adhuc remanet pro dubio ſecundo difficultas maior: an. ſ. ubicunque conceditur prioritas aliqua etiam concedenda ſunt ſigna prioritatis, in quibus concedendum ſit prius eſſe, & non poſterius. Gratia exempli: quia cõceditur: ꝙ pater ẽ prior filio prioritate originis: an etiam concedendum ſit, ꝙ pater ſit in aliquo inſtãti, uel ſigno originis, in quo non ſit filius. De hoc recitat doct. opin. Sco. tenentis in pleriſque paſſibus diſtin. & quæſtionum primi lib. ac in diſtin. xij. q. ij. ꝙ ſicut ſunt inſtantia temporis: ita ſunt inſtantia, uel ſigna naturæ, & originis.

Dub. 2. C



Vnde tenet: ꝙ in primo inſtanti originis ſunt omnia eſſentialia. ſ. eſſentia, intellectus, uoluntas, actus intelligendi, actus uolendi. In ſecundo inſtanti: uel ſigno originis, pater generat filium. In tertio inſtanti producit ſpiritumſanctum. Et totus ille ordo originis cõpletur in primo inſtanti naturæ, & in ſecundo inſtãti naturæ intellectus diuinus, & uoluntas feruntur reſpectu obiectorum ſecundariorum: ita ꝙ ille eſt ordo, ꝙ eſſentialia abſoluta ſunt prius notionibus: & notionalia ſunt priora eſſentialibus reſpectiuis adextra. ¶ Contra hunc modum ponendi multipliciter arguit. Ockam, & Greg. diſt. præſenti.

Nota. 1 D

Septem modi prioritatis.

¶ Pro reſponſione uerò ſecundum opi. propriam doct. prius diſtinguit ſeptem modos prioritatis. Eſt enim prius duratione: prius natura: prius cauſalitate: prius cõitate: prius dignitate: prius locabilitate prius attributione. ¶ Licet. n. a philoſopho in lib. prędicamentorum, & .v. Metaphy. c. de priori, & poſteriori. multi ponantur modi prioritatis, & poſterioritatis: tñ illi dicuntur magis noti, & famoſi, quos etiã recitat, & notificat poſt doct. dñs Camera. q. vij. art. ij Greg. uerò pauciores ponit. ¶ Prius duratione, ſiue tempore eſt proprijſſimus modus prioritatis. quo aliquid præcedit aliud tẽpore ſecundũ philoſophum in prędicamentis. ¶ Prius natura eſt, quod poteſt eſſe ſine poſteriori, & non econuerſo. Patet. v. Metaphyſ. ſic ſecundum philoſophũ. Materia eſt prior natura forma, & ſubiectum accidente ſeparabili: non autem inſeparabili. pars toto, ſaltem illa quæ poteſt eſſe ſine toto, & non econuerſo. Verũ philoſophus in prædicamentis aliter uidetur loqui (ſaltẽ in effectu) de prioritate naturę. Sic enim prius ſecundum naturã ẽ, quod alterius quomodolibet cauſa eſt, etiam ſi ab eo conuertatur ſubſiſtendi conſequentia: ut ſol radio. Et ſolet dici prioritas conſequentiæ: de quo latius uide in doct. q. v. diſt. j. Et ſic idem uidetur eſſe prius cauſalitate, & natura. ¶ Prius cauſalitate eſt omnis cauſa reſpectu ſui effectus: etiam ſi non poſſet eſſe ſine effectu: ut ſol ſine luce: & lux ſine lumine. Vnde patet: ꝙ non omnis cauſa eſt prior cauſato duratiõe, neq; natura. Et poteſt iſte modus extendi generalius: ut dicatur prius productiuitate: quia producere ſuperius eſt ad cauſare. Et hoc modo pater eſt prior filio: ſicut uidetur extendere Greg. diſt. præſenti. ubi ſecundum aliquos conceditur: ꝙ pater ẽ cauſa filij (ut refert ipſe) id eſt filius eſt genitus a patre. ¶ Prius cõmunitate eſt a quo non conuertitur conſequentia ſubſiſtendi, uel agendi, aut patiendi. Sic ſubſtantia eſt prior accidẽte, & pars toto, quia ſequitur. Accidens eſt, ergo ſubſtãtia eſt ſecundum philoſophum, & non econuerſo. Similiter ſequitur. Totũ eſt, ergo pars eſt, & non econuerſo. Sic oẽ ſuperius eſt prius ſuo inferiori: quñ non ſequitur. Animal currit, ergo homo currit: ſed econuerſo ſequitur. ¶ Prius dignitate eſt, quod eſt perfectius alio natura, uel humana uoluntate: ut rex ſubdito. ¶ Prius ſecundum locum dicitur per comparationem ad aliquem locum primũ: uel natura, uel præſtitutione uoluntaria. ¶ Prius attributione eſt, quod attribuitur alicui priori aliquo modorũ ſupradictorum: ut paſſio, uel proprietas partis eſt prior paſſione totius, uel eius proprietate.

Nota. 2 E

Ordinata ſecundũ prius & poſterius quõ ſe hñt.

¶ Secundò notandum: ꝙ ordinatorum ſecundum prius, & poſterius quædam ſic ſe habent, ꝙ ipſis ordinatis ſecundum prius, & poſterius realiter correſpondent aliqua extrinſeca: in quibus, & ſecundum quæ ſic ordinantur ſecundum prius, & poſterius: ita ꝙ unum correſpondet uni, & alterum alteri: ſicut prius, & poſterius ſecundum tempus, & locum ordinantur ſic, ꝙ una pars temporis, uel loci correſpondet illi: alia alteri. Et in talibus aſſignantur ſigna uel inſtantia priora, & poſteriora: in quorum uno propriè dicitur eſſe prius, & in alio poſterius. Et illa inſtantia, uel ſigna ſunt partes extrinſecus ordinatorum, puta tẽporis, uel loci. Et in illis poteſt rationabiliter quæri. An aliquod ordinatorum prius uel poſterius ſit in illo priori. Alia ſunt ordinata ſecundum prius, & poſterius, quibus nullus talis ordo extrinſecus correſpon

det. Illo modo ordinantur ſecundum
naturam,caliditatem dignitatem, ueri-
tatem,uel attributionem : quin ſic illa
ordinarentur etiam circũſcripto omni
extrinſeco exiſtente, uel imaginabili:&
in talibus,& de talibus huiuſmodi inſtā
tia ſiue ſigna aſſignari non poſſunt. Et
eſt improprius modus loquendi, ꝙ ordi
natorum ſic: unum eſt in aliquo priori ,
in quo non eſt aliud. Immo ſi ille mo-
dus loquendi acceptaretur de ſic ordi-
natis ſecundum prius,& poſterius, qui-
bus non correſpondent aliqua extrin-
ſeca,ſecundum in quæ ordinentur: con
cedendum eſſet de ui ſermonis,ꝙ poſte
rius eſſet in illo priori : & ꝙ nō prius eſt
in priori:ut quia materia eſt prior natu-
ra ipſa forma:in illo priori eſt forma,&
non materia:quia id prius eſt materia in
quo non eſt materia:ſed forma,quæ eſt
poſterior materia:quia priori,cum dici-
tur:illo priori naturæ &c. eſt adiectiuũ
ſubſtantiuatum. Quæro,pro quo ſuppo
nit,aut pro ente reali,aut rationis.Si pri
mo modo. Quæro pro quare:pro deo ,
uel creatura, ſubſtantia, uel accidente .
Et nulla res,uel natura dari pōt , in qua
ſit materia tanquam in priori:niſi ipſa-
met materia. Quod ſi datur , tantũ erit
dicere. Materia eſt in illo priori naturę,
in quo nō eſt forma.i.materia eſt in ma-
teria in qua non eſt forma:quod eſt ma
nifeſtè falſum:cum econuerſo forma ē
in materia:& non materia in ſeipſa . Si
ſupponit pro ente rationis, erit ſenſus:
ꝙ materia eſt in aliquo ente rationis ,
in quo non eſt forma.Sed hoc nihil eſt:
cum circumſcripto omni actu intelle-
ctus adhuc materia realiter eſt prior na
tura ipſa forma,& cauſato cauſa .& per
fectum minus perfecto:& totum parte,
uel pars toto. Et hæc latè declarat au-
F ctor ¶ Ex illis nunc dictis(quæ latius pa
tent in doct.) poſſunt formari aliquæ
propoſitiones oſtendentes primò , qui
modi prioritatis, & poſterioritatis repe
riantur in diuinis. Secundò quis modus
loquendi obſeruandus eſt in diuerſis lo-
Prop. 1 cis prioritatis. ¶ Prima propoſitio. Pri
mus, & ſecundus modus prioritatis, &
poſterioritatis nullo modo reperiri poſ-
ſunt in deo per reſpectum ad intra. Pa-
tet:quia omnia in diuinis ſunt ſimul du
ratione,& natura. Sed fortè de ſecun-
do modo,qui quandoque extenſè ſumi
tur;poſſet fieri inſtantia uerbalis. ¶ Se Prop. 2
cunda propoſitio. Nec quintus , nec
ſextus poſſunt reperiri in deo : quia ibi
nihil eſt perfectius,aut dignius alio: ſed
quicquid eſt in diuinis:eſt infinitè perfe
ctum. Verum attenta iſta diſtinctione ,
quam habet doct.q.iij. diſt.vij. ꝙ perfe-
ctio ſimpliciter dupliciter accipitur.ſ. ut
eſt res ſimpliciter ſumma, & infinita in
compræhenſibilis omni imperfectione:
uel prout competit cuilibet ſuppoſito
ſummè perfecto,quomodo paternitas,
aut relatio dicitur perfectio ſimpliciter:
licet ſit ſummè pfecta:poſſet fieri appa-
rens inſtantia. Item nihil eſt in diuinis
tanquam in loco commenſuratiuè, uel
diffinitiuè &c. ergo nihil eſt ibi prius a-
lio ſecundum locum , ſiue ſecundum na
turam, ſiue ſecundum præſtitutionem
uoluntariam. ¶ Tertia propoſitio. Ter Prop. 3
tius modus prioritatis ut extenditur ad
productiuitatem: & ut dici poteſt prio-
ritas originis:reperitur in diuinis: quia
ſic pater eſt prior filio, quem producit :
ſecus propriè loquendo de cauſalitate .
¶ Quarta propoſitio. Quartus modus 4
prioritatis.ſ.communitatis· hoc eſt, cō
ſequentiæ non conuertibilis reperitur
in diuinis: ſic eſſentia eſt prior perſonis,
& relationibus:quia bene ſequitur. Eſſen
tia eſt,ergo pater eſt,uel,a,eſt pater: er
go,a,eſt eſſentia: ſed non econtra. Sic
eſſentia poteſt dici communior, quàm
ſit perſona,uel relatio. ¶ Quinta propo 5
ſitio. Septimus modus prioritatis repe-
ritur in diuinis. Poteſt enim dici ſecun-
dum doct. ꝙ paternitas eſt prior filia-
tione ad ſenſum infra tangendum:& ta
men nullo prædictorum modorum : ut
patet inductiuè:non duratione: non na
tura:non cauſalitate ſiue origene: quia
originatio attribuitur ſuppoſitis,& non
notionibus:contra Pe. q.vij. hic notan
tem doct. Filiatio enim non dicitur ori
ginaria paternitate:non communitate:
non dignitate:non loco : ergo tantum
attributione. Eo enim ꝙ paternitas eſt



perſonalis proprietas patris,qui ē prior
filio:ergo paternitas ē prior filiatione .
G ¶ De ſecundo ſimiliter poſſunt forma-
ri aliquæ propoſitiones, & ex his demũ
Prop. 1 inferri corollaria. Prima propoſitio.Ali
quibus eiſdem competunt diuerſi modi
prioritatis:ſicut idem reſpectu eiuſdem
poteſt eſſe prius duratione,natura cau-
ſalitate,& dignitate:ut patet de cælo re
ſpectu alicuius noui effectus producti ab
2 eo. ¶ Secunda propoſitio. Item reſpe-
ctu eiuſdem diuerſis modis prioritatis
poteſt eſſe prius,& poſterius . Patet de
materia,& forma,toto,& parte.Ioāne,
& Chriſto.Ioan. j. Qui poſt me uenit :
3 ante me factus &c. ¶ Tertia propoſi-
tio. De ordinatis ſecundum prius , &
poſterius, quibus correſpondent aliqua
extrinſeca,ſecundum quę ordinari poſ-
ſunt, uel ordinata ſunt,puta locus, uel
tempus: debent concedi inſtantia , uel
ſigna diſtincta prioritatis,& poſteriori-
tatis: ut gratia exempli: de ordinatis ſe-
cundum locum,uel uerum, uel uolun-
tate præſtitutum dicitur : ꝙ unum eſt
prius alio. De ordinatis ſecundum tem-
pus, & durationem ſimiliter concedun
tur diſtincta ſigna , uel inſtantia : ut in
4 notabili ſecundo patuit. ¶ Quarta pro
poſitio. De ordinatis ſecundum prius,
& poſterius, quibus non correſpondent
aliqua extrinſeca:ſecũdum quæ poſſunt
ordinari: irrationabile eſt quærere:utrũ
poſterius ſit in priori, uel non: ſic deus
eſt prior creatura,natura dignitate,cau
ſalitate,ſuppoſito,ꝙ non ſit tempus aut
locus: immo omni alio extrinſeco cir-
cumſcripto. ¶ Et ſi talis modus loquēdi
acceptatur quandoque :tunc potius cō
cedendum eſt,quòd poſterius eſt in ſuo
priori:ut filius in patre , quàm ꝙ prius
eſt in aliquo priori:ſic materia eſt prior
natura ſua forma, & ipſa forma nō eſt
in aliquo priori : ſed forma eſt in illo
priori,puta in materia : ut patuit nota-
bili ſecundo. Similiter totum eſt prius
perfectione,& dignitate ſua parte: non
tamen poteſt dari aliquod prius in quo
ſit totum,& non pars: ſed poteſt dari ali
quod prius perfectione in quo ſit pars ,
& non totum , ſcilicet ipſum totum.
¶ Corollarium primum.Modus loquen Coro. 1
di , quo alterum ordinatorum dicitur H
eſſe in illo priori,in quo non eſt alterũ:
ſolum habet locum in ordinatis ſecun-
dum tempus. Patet manifeſtè. Illis.n.
ſolum correſpondet aliquod extrinſe-
cum,ſecũdum ꝙ talia ordinari poſſunt.
¶ Corollarium ſecundum. Eſſentia di- 2
uina, intellectus,intellectio, uoluntas ,
uolitio diuina ( quæ idem ſunt omni-
bus modis) eſt prius qualibet perſona ,
& relatione diuina prioritate conſequē
tiæ:non tamen origine propriè loquen
do. Patet. ¶ Corollarium tertium. In 3
tellectio actualis creaturæ diuina eſt
prior qualibet perſona , & relatione in
diuinis : quia ſequitur, a, eſt pater : er-
go intelligit creaturas,& non econuer-
ſo . ¶ Corollarium quartum . Spira- 4
tio actiua eſt prior generatione acti-
ua , & etiam generatione paſſiua. Pa-
tet ut prius: quia ſequitur generat:ergo
ſpirat: & non econuerſo. Similiter ſe-
quitur. Generatur ergò ſpiratur:& non
econuerſo. ¶ Corollarium quintum. 5
Generatio tam actiua,quàm paſſiua eſt
prior ſpiratione paſſiua ſeptimo modo
prioritatis: quia generatio actiua & paſ
ſiua ſunt proprietates patris,& filij:quo
rum uterque eſt prior ſpiritu ſancto .
¶ Mouet doct. aliqua dubia contra prę I
dicta quæ patent in litera. ¶ Et cum
adducitur illa propoſitio. Pater intelli
git prius, quàm filius:pater prius creat:
quàm filius: dicit eas fore abuſiuas , aut
ſimpliciter falſas : niſi ad hunc ſenſum .
Pater intelligit a ſe : ſicut eſſe habet a
ſe. Item filius intelligit a patre : quia
eſſe habet a patre: uel ꝙ filius intelligit,
hoc habet a patre: ſicut & eſſe habet a
patre. ¶ Item creare primò dicitur de
patre,quàm filio prioritate communi-
tatis. ¶ Item uerbum naſcitur,de om-
nibus , quæ ſunt in ſcientia dei ,
id eſt naſcitur de ſcientia dei
patris , id eſt de pa-
tre, qui cogno-
ſcit om-
nia.

## DISTINCTIO X.

DISTINCTIONE præcedẽti egit de emanatione filij adintra: idipſum hic facit de emanatione ſpiritusſancti adintra per quatuor distinctiones. Primò distinctione præſenti de perſona præcedente. Secundò, de proceſſionis origine diſt. xj. Tertiò, de proceſſionis ordine quantum ad ſpirantes diſt. xij. Quartò, de proceſſionis ad generationem comparatione diſt. xiiij. Vel ſic: Agit de proprietatibus perſonæ ſpirituſſancti quoad perſonam procedentem: principium a quo procedit: habitudinẽ ſpirantium, comparationem ad generationem ſecundum ordinem. iiij. diſtinct. ¶ Et poteſt textus ſic ſummari concluſionibus tribus. ¶ Prima concluſio. Licet accipiendo nomen charitas eſſentialiter, quælibet perſonarum diuinarũ ſit charitas, & una charitas, ſicut una ſapientia: ſolus tamen ſpirituſſanctus eſt charitas procedens. ¶ Secunda concluſio. Charitas procedens non eſt pater, nec filius: ſed utriuſque unio, & communio, & nexus amoroſus. ¶ Tertia concluſio. Licet pater ſit ſanctus, & ſpiritus, & filius ſimiliter: immo ſanctusſpiritus eſſentialiter: non tamen perſonaliter. Declarationem, & probationem propoſitionum uide in textu.

## QVAESTIO. I.

A CIRCA hanc diſtinctionẽ, in qua magiſter incipit agere de perſona ſpirituſſancti: quæritur primò. Vtrum uoluntas ſit principium productiuum ſpirituſſancti. ¶ Pro articulo primo recitata eſt opin. Sco. per certas propoſitiones, quam diffuſè impugnat doct. diſt. ij. q. j. Item diſt. ix. q. j. Item diſt in. pręſenti. q. j. Sco. uerò in locis nunc recitatis: ſed latius in diſt. ij. eam recitat. Impugnat autẽ non ſimpliciter: ſed tanq̃

Arti. 1. Vtrũ uolũtas ſit principium productiuũ S.S.

non demonſtratiuã ſeu tanquam inſufficientem ad id, quod probare, & demõſtrare intendit. Ponit. n. duo principia productiua perfecta formaliter: licet nõ realiter diſtincta: intellectum, & uoluntatẽ. Ex quorum diſtinctione, & irreducibilitate ad unum, nititur probare dualitatem productionum, & perſonarũ productarum, quarum una per modum intellectus: altera per modum uoluntatis producitur. Vnde ſicut intellectus eſt principium elicitiuum perſonæ genitæ: ita uoluntas eſt principium elicitiuum perſonæ alterius per modum amoris ſpirati. ¶ Et quia eã ipſam in præfatis locis B frequenter recitat doct. ſubtilis: & ſimiliter diſt. pręſenti expedit, ut ſummatim per propoſitiones explanetur, adiũctis quibuſdam alijs, quæ ſui ſequaces addũt pro dictorum ſuorũ explanatione. ¶ Prima propoſitio. Prop. 1 In ſumma deitatis eſſentia productio realiter eſt ponenda. Probatur concluſio. Summè perfecto eſt attribuendum quicquid dicit perfectionem: maximè illud, ſecũdum quod dicit perfectionem: ſed fęcunditas dicit pfectionẽ: ergo eſt deo attribuenda. Cõſequentia nota cũ maiore: quia alias nõ eſſet ſummè perfectũ: cum ſibi deficeret talis perfectio. Minor probatur: quia ſterilitas, quæ opponitur fęcunditati, dicit imperfectionem: & ita fęcunditas perfectionem. Ideo dicitur Eſa. ult. Ego, qui generationem alijs tribuo: ſterilis ero? q. d. nullo modo. Tunc ultra in diuinis ẽ fęcunditas: ergo productio. Et non ſolũ productio alicuius extra: quia cum talis non fuerit ſemper: anteq̃ talis eſſet: caruiſſet deus hac perfectione: ergo ibi eſt aliqua productio ęterna, quæ non poteſt eſſe niſi alicuius intra. ¶ Secunda propoſitio. Prop. 2 C Tm̃ duæ productiones in diuinis ſunt poſſibiles. Probatio. in diuinis tot debẽt poni productiones: quot ſunt modi producendi alterius rationis ad ſe irreducibiles, & non plures: tales autem ſunt tantum duo: ergo tm̃ duæ ſunt productiones. Conſequentia nota. Minor probatur. Omnis pluralitas eſt reducẽda ad unitatem, uel ſaltem tantã paucitatẽ quantũ poteſt: ſed pluralitas modorum



producendi ad unitatẽ productionis reduci non poteſt: quia productio mõ naturæ: & productio libera ſunt oppoſitæ: quia una eſt inclinati ex ſe ad agendũ: alia non inclinati ex ſe: ſed habẽtis liberè in ſua poteſtate producere. Et illa nõ reducuntur ad unam productionem tertiam ab iſtis: nec una harum ad aliam reducitur tanq̃ imperfectum ad perfectũ: cum ambo ſint perfecti, & neuter includat imperfectionem. Manent ergo duo modi productionis ad ſe inuicem irreducibiles. ſ. productio modo naturæ: & productio libera. Maior pro prima parte probatur: quia tot ſunt in diuinis: q̃a in diuinis eſt perfectiſſima, & plena fęcunditas, ut habitum eſt: ergo fęcũditas cuiuslibet modi producendi, ſeu principiãdi non reducibilis ad aliam priorẽ: alioquin non eſſet perfectiſſima fęcunditas. ¶ Pro ſecunda parte, q̃ non ſunt plures: probatur: quia non poſſunt ibi eſſe productiones alterius rationis ab illis duabus: cum omnes modi producendi ad illos duos ſufficienter reducuntur. Nec poſſunt ibi eſſe plures productiones eiuſdem rationis. Probatur: quia ſi poſſent eſſe plures tunc etiam infinitæ, & ſi poſſent eſſe infinitę: eſſent infinitæ: q̃a quicquid eſt in diuinis, eſt neceſſe eſſe. Conſequentia probatur: quia quodcunque productiuum habens ſe ad plura eiuſdẽ rationis: non determinatur ex ſe ad certam pluralitatem: quantum eſt ex ſe: põt extendi ad infinita. Patet inductiuè de cõmuni reſpectu ſingularium: & cauſa uniuoca, & æquiuoca reſpectu effectuũ. Nec poteſt eſſe determinatio in diuinis ex alio: quia non a poſteriori: cum ab illo non habet entitatem: ergo nec unitatem, uel pluralitatem. Nec priori: q̃a uel eſſet ratio producendi, & hoc non: cum habeat ſe ad plura eiuſdem rationis: nõ determinatur ex ſe. Nec ex ſuppoſito: quia ſuppoſitum extendit ſe ad omnia, ad quæ principium ſiue ratio producendi. Nec determinatur ab aliquo, quod eſt ſimul natura cum productionibus: quia non uidetur, unde plus illud determinaretur, quàm productio ipſa, cum qua eſt ſimul natura. ¶ Tota ratio cõfirmatur ratione doct. ſubtilis. D Tot ſunt productiones in diuinis, quot principia productiua: ſed hæc ſunt duo. Maior probatur: quia ubicunque eſt inuenire principia productiua ſine imperfectione: & quæ non intelliguntur eſſe ibi per productionem adæquatã illis principijs: ibi eſt inuenire productiones illis principijs correſpondentes. ¶ Cauſa enim: quare aliquod principium nõ producit, eſt aliqua de duabus iam excluſis: ſ. imperfectio principij, propter quã poteſt impediri eius productio. Vel quia intelligitur eſſe ibi per productionem adæquatam: ſicut potentia generandi in filio, & ſpirãdi in ſpũſancto. Sed minor probatur: quia in diuinis eſt intellectus cum obiecto, quod eſt eſſentia diuina: q̃ duo ab alijs dicũtur memoria fęcunda: quæ ſunt principium ut natura notitiæ genitæ. Ibi etiam eſt uoluntas, & obiectũ ſiue uoluntas fęcunda, quæ eſt principium amoris ſpirati. ¶ Quòd uerò nõ plura, probatur: quia ubi principium productiuum habet productionem ſibi adęquatam, & ſemper manentem: non poſſunt eſſe plures productiones eiuſdem principij: alioquin non eſſet adæquata: ſed intellectus diuinus eſt perfectus, & infinitus natus intelligere obiectum intelligibile. ſ. eſſentiam diuinam, inquantum eſt noſcibile, quod eſt ſimiliter infinitum: ergo natus eſt producere notitiam tantam, quãta eſt cognoſcibilitas obiecti, & ita infinitam: & per conſequens adæquatam. Et hæc ſemper manet: ſicut ſemper eſt intellectus: & ſemper obiectum pręſens: & per conſequẽs nõ erit intellectus principium: niſi unius notitiæ genitæ ſibi adæquatæ: ſic de uoluntate. ¶ Propoſitio tertia. Prop. E Qualitas diuinarum productionũ infert trinitatem ſuppoſitorum. Probatur: quia cuilibet productioni correſpondet ſuus terminus productus: quę cum ſint duę tm̃: neceſſariò erunt duo producta: unum modo naturæ, & aliud liberè: ſed cum nihil producitur a ſe: neque in productionibus poteſt eſſe circulus, neceſſariò erit ibi producens, quod non eſt aliquod duorum productorũ. Quod uerò

Tot ſũt productiones ĩ diuinis quot principia pductiua.

producens ſit ſuppoſitum,manifeſtũ eſt:
actus enim ſunt ſuppoſitorum ſecundũ
philoſophum. Quòd etiã producta ſint
ſuppoſita patet. Tum quia notitia geni-
ta,& amor ſpiratus nõ inhærẽt:quia in
hæſio,dicit imperfectionem : ideo nulli
conuenit in diuinis : & per conſequens
ſubſiſtunt. Tum etiam: quia intellectus
diuinus eſt, & infinitus habens obiectũ
infinitum .ſ. eſſentiam diuinam infini-
tam:ideo notitia producta erit infinita:
alioquin productio non eſſet perfecta ,
ſi non eſſet ad productum ſibi adęqua-
tum : & ſic ſuo modo de uoluntate re-
ſpectu amoris ſpirati. Quæ uerò ſunt in
finita:ſunt per ſe ſubſiſtentia: quare ha
Rrop. 4 F betur propoſitũ. ❡ Quarta propoſitio.
Trium diuinorum ſuppoſitorum unum
Trium ſuppoſitorum unum ẽ pducẽs tm̃. eſt producens, tantum : alterum pro-
ducens , & productum : & tertium pro
ductum tantum. Pro prima parte pa-
tet propoſitio ex propoſitione præce-
dente:& eius probatione: quia cum ſint
duo producta,quę non a ſe inuicem pro
ducuntur:oportet dare tertium produ-
cens, & non productum. Hæc autẽ per
ſona producens tantum,alias duas pro-
ducit duabus productionibus alterius ra
tionis: unam per modum intellectus,ſi-
ue naturæ aliã ꝑ modũ uoluntatis, ſiue
liberæ. Quod ſic patet : quia in diuinis
eſt intellectus perfectus habens obiectũ
ſibi pręſens:& ſimiliter uoluntas fęcun
da: qua intelliguntur eſſe in ſuppoſito
non producto,non per productionem :
ergo ſuppoſitum, in quo ſunt:cum non
poſſit impediri propter perfectionem
principiorum per intellectum producit
notitiam genitam , & per uoluntatem
amorem ſpiratum: qui amor , & notitia
ſunt ſuppoſita, ut dictum eſt. Pro ſecun
dã parte probatur. Nam ſuppoſito pro-
ducto per modum naturæ,& intellectus
.ſ.notitia genita: quamuis ei non com-
petat productio actiua per modum in-
tellectus:licet habeat intellectum,& me
moriam fęcundam : quia hunc accepit
per productionem ſui: quæ eſt productio
per modum intellectus,cuius ipſa noti-
tia genita eſt terminus adæquatus : &
ideo tali productioni non poteſt alius
terminus correſpondere: Competit ta
mẽ ſibi productio libera per modum uo
luntatis,ſecundum quam eſt principium
amoris ſpirati : quia ſicut naſcendo re-
cepit eſſentiam: ita intellectum, & uo-
luntatem : ſed hac productione genitæ
notitię uoluntas non intelligitur habe
re terminum,qui eſt principium forma-
le productiuum,& perfectum : ergo eo
producit amorem. Nec impedit: ꝙ idẽ
amor ſpiratur a ſuppoſito improducto :
quia utriuſque ſuppoſiti eſt unum for-
male principium.ſ.una uoluntas : quare
utrunque ſuppoſitũ uno principio pro-
ducit unum amorem:ſicut ſi eſſet unus
intellectus in duobus hominibus:poſſet
quilibet eorum eandem notitiam pro-
ducere. Pro tertia parte patet: quia ter
tium ſuppoſitum nec poteſt producere,
per modum intellectus:cum illa iam in-
telligatur habere terminum adęquatũ,
ſcilicet notitiam genitam: nec per mo-
dum uolũtatis:quia in productione ter-
tij ſuppoſiti iam productio libera habet
terminum adæquatum. ❡ Quinta pro- Prop. 5
poſitio. Perſona producens,& produ- G
cta diſtinctæ realiter in una ſumma na-
tura identificantur eſſentialiter. Prima
pars patet:quia nihil producit ſeipſum :
ſed omne producens diſtinguitur reali-
ter a ſuo producto,quęlibet autem per-
ſonæ diuinę habent ſe,ut producens, &
productum:igitur. Secunda pars proba
tur,quia in nobis obiectum ut eſt in me
moria,producit ſeipſum ut eſt in intelli
gentia. Seipſum dico:ſecundum eſſe di-
minutum ſecundum quale eſt in memo
ria. Quod uerò obiectum utrobique ha
bet eſſe ſecundum quid imperfectionis
eſt:quia intellectus creatus non habet
uim productiuam obiecti in eſſe reali :
ſicut habet uim fictiuam eius in eſſe ob
iectiuo , quam ſi haberet realiter, idem
produceret. Exemplum: artifex uidens
domum extra , in mente fingit domum
eandem intra in eſſe diminuto ſiue co-
gnito, & ſi habeat uim productiuam,ſi-
cut uim fictiuam : etiam eandem domũ
realiter produceret, ſicut eandem fin-
git non aliam : ſic etiam intellectus ſi
ſeipſũ intelligeret clare ſe fingeret &c.
de



de hoc uide Ockam.diſt.xiij. quæſtio.j.
Vbi ergo memoria , & intellectus ſunt
perfecti: ſicut in diuinis ubi nulla eſt im
perfectio: obiectum ſimpliciter , & rea-
liter idem in memoria gignit notitiam
in intelligentia , cui eſt ſimpliciter idẽ .
Cum ergo obiectum in propoſito eſt eſ
ſentia:ſequitur ꝙ notitia genita ſit ſim
pliciter idem eſſentialiter. ❡ Præterea
diuina eſſentia eſt pelagus quoddam in
finitę ſubſtantiæ ſecundum Damaſce.
Quod uerò in finitum eſt,idẽtificat ſibi
omne cõpoſſibile : ergo quicquid eſt in
eſſentia diuina realiter identificatur ipſi
Prop. 6 H eſſentiæ diuinæ. ❡ Sexta propoſitio. In
ter ſuppoſita illa licet nulla ſit perfectio
nis diſparitas , aut dignitatis inæquali-
tas:eſt tamen inter eas originis ordo,&
prioritas. Prima pars patet:quia quę rea
liter,& eſſentialiter ſunt idem:non poſ-
ſunt diſtare: perfectione: ſed omnis per
fectio: & dignitas unius , eſt perfectio ,
& dignitas alterius:quia ſunt idem eſſen
tialiter . Secunda pars patet ex propo-
ſitione quarta; quia ibi eſt perſona ori-
ginis,quæ a ſe eſt & improducta,& ita a
nullo eſt. Sunt etiam perſonę originatę
quæ ſunt ab alijs perſonis productę:& in
hoc eſt ordo originis:quod eſt eſſe a ſe ,
& eſſe ab alio . Nihil ergo aliud eſt eſſe
a.prius origine b, quàm b, eſſe ab a , &
non econuerſo: a,ab. Quod uerò in
ſymbolo athanaſij dicitur. In hac trini-
tate nihil prius &c. dictum eſt de prio-
ritate perfectionis,dignitatis,& dñatio
nis. Ideo ſequitur ibi declaratio illius di
cti. Sed totæ tres perſonæ coęternæ ſibi
ſunt,& coæquales. Et quantum ad pro
prietatem originis ſequitur. Pater a nul
lo eſt factus &c. filius a patre &c. ❡ Hæc
itaque ſuppoſita ſancti a Chriſto edocti
uolentes iuxta humanam intelligentiã
utcunq; exprimere:perſonam improdu
ctam:nominauerunt patrem productam
uerò ab una ſola filium: quia modo na-
turæ producitur ſicut naturalis filius. Eã
uerò,quæ ab utroque procedit:ſpiritum
ſanctum dixerunt ſiue donum:eo ꝙ li
berè per modum amoris, & doni produ
citur. Hæc ſecundum opi. illorum, qui
Sco. imitantur,& eius ſequaces. Ve-
rum eſt alius modus loquendi Ockam
Greg. Oyta, Camer. Adã,Holkot &c.
tenentium omnes dictas concluſiones
ſola fidei auctoritate,& non propter ra
tiones ad eas factas·quoniam & illas, &
multas alias ſoluit Ockam diſt.ij.quę.j.
diſt.ix. diſt.x. & diſt.xi. ❡ Secundò ſup
ponenda ſunt dicta ſuperius diſt.vij. q.
ij. Item diſt.ij.q.j.huius colle. de intel
lectu,& uoluntate. Et ad quem ſenſum
concedendum eſt intellectum eſſe prin
cipium elicitiuum filij: uolũtatem uerò
ſpiritusſancti. Ex dictis ibi dependet ue
ritas,& intellectus quæſtionis huius. Sup
ponuntur etiam dicta de principio elici
tiuo diſt. vij.quæ. j. ❡ Pro articulo ſe-
cundo quatuor ponuntur cõcluſiones . Arti. 2.
Prima. Voluntas eſt principium eliciti- Cõcl. 1 I
uum ſpirationis ſpiritusſancti. Patet cõ
cluſio:quia principium elicitiuum tam
generationis, quàm ſpirationis eſt ali-
quod abſolutum:ut ibi dictum eſt di.vij.
quæſt. j. huius colle. ſed in diuinis eſt tã
tum unum abſolutum .ſ.eſſentia:omnib⁹
modis eadem intellectui,& uoluntati,&
quibuſcunq; abſolutis: & ideo eſſentia,
intellectus,uoluntas &c. eſt principium
elicitiuum &c. quia illa ſunt omnibus
modis idem. Quomodo autem conce-
di poſſet,ꝙ uoluntas eſt principium eli
citiuum ſpirationis, & non intellectus ,
uel eſſentia:quare.ſupra.quę.ij. diſt.vij. Cõcl. 2.
Item diſtin.ij.q.j. ❡ Secunda concluſio.
Suppoſita productione in diuinis nõ po
teſt ſufficienter probari : ꝙ ſint plures
productiones. Probatur : quia ubi non
eſt niſi unum principium productiuum :
non poteſt inferri pluralitas productio
num:ſed in deo eſt tantum unum princi
pium productiuum· quia tale eſt abſolu
tum:ut ſupra diſt.vij.q.j.dictum eſt : ſed
in deo eſt tantum unum abſolutum om Cõcl. 3.
nibus modis indiſtinctum: ergo. ❡ Ter
tia concluſio. Ex pluralitate productio
num in diuinis non poteſt euidenter in
ferri tantum dualitas productionum:qa
non poteſt euidenter probari: ꝙ unum
principium productiuum nõ poſſit eſſe
plurium,quàm duorum. ❡ Quarta con- Cõcl. 4.
cluſio. Sola fide tenetur:ꝙ tantum ſunt
duæ perſonæ productæ, & una improdu

ℭta:& ſic perſonarum trinitas non eſt de
monſtrata : ſed fide non euidenter : ſed
Arti. 3. certiſsimè credita. ¶ Dubium primum
Dub. 1. pro articulo tertio, quod etiam in effe-
K ℭtu tangit diſtin.vij.q.ij.huius colle. An
uoluntas inquantũ uoluntas, uel inquan
tum infinita ſit principium ſpirandi ſpi-
ritumſanctum. Rñdetur:ꝙ nullum illo-
rum ualet per exponentes : ſed inquan-
tum eſt formaliter, & omnibus modis di
uina eſſentia eſt principium ſpirandi ſpi
Dub. 2. ritumſanctum, & ſolum tale. ¶ Secundũ
dubium. An ſpirituſſanctus : quia produ
citur actu uolũtatis ſit præcognitus. Re
ſpondeo, ꝙ non: licet illa ſit impropria:
ſed hæc eſt magis propria: ſpirituſſanctus
producitur actu uolendi, qui eſt uolũtas
omnibus modis: & omnibus modis diui-
na eſſentia. Et quamuis in creaturis ni-
hil producitur actu uoluntatis niſi prę-
cognitum (quia nihil eſt uolitum a tali
uoluntare niſi præcognitum : licet ipſa
uolitio, quę eſt actus uoluntatis, non ſit
pręcognita) non tñ ſic eſt in diuinis: ubi
nulla eſt prioritas tẽporis, uel perfectio
nis: ſed tantum originis, uel cõitatis: ut
ſupra diſt. proxima. Quomodo autẽ cõ
cedi poteſt: ꝙ pater eſt prior ſpirituſan
cto: ſimiliter intellectus, & intellectio :
patet ibidem: unde concedi poſſet, ꝙ in
illo priori. i. in ſeipſo intelligit ſpiritum
ſanctum. Quia ſecundum Auguſt. pater
omnia intelligit in ſeipſo: ſed in illo prio
ri etiam eſt ſpirituſſanctus: quia ſpiritus
eſt in patre. Sed ex hoc non ſequitur: ꝙ
ſit præcognitus.

## QVAESTIO. II.

A
Arti. 1. VTRVM Spirituſſanctus li
Vtrum bere producatur. ¶ Pro in-
S.S. libe tellectu huius queſtionis ua
rè pro- lent dicta ſuperius de liber
ducatur tatis diſtinctione diſt in.j.q.
vj. Quibus hic ſuppoſitis, conſideran-
dum eſt: ꝙ quæſtio hæc potius conſiſtit
in quid nominis terminorum quàm in
re. Qm̃ ut inquit Oyta.q.vij. art.ij. Et
etiam uidetur poſſe ſumi ex dicto doct.
ſubtilis in quodli.q.xvj.ar.j. ubi inquit,
ꝙ in actu uolũtatis diuinę eſt neceſsitas

ſimpliciter: & hoc tam in actu diligendi
ſe, q̃ in actu ſpirandi amorem proceden
tem &c. Et laté queſtionis prçcedentis
materiam in tribus articulis examinat.
Oĩs enim concedunt: ꝙ ſpirituſſanctus
producitur neceſſariò non minus, q̃ fi-
lius: ita enim ſpirituſſanctus neceſſariò ẽ
deus ſicut filius. Et ita eſt impoſsibile
ſpiritum ſanctũ nõ produci: ſicut impoſ
ſibile eſt filium non generari. Conce-
dunt etiã ꝙ productio ſpirituſſancti ali-
quo mõ pertinet ad uoluntatẽ: de quo.
ſupra diſ.vij.q.ij. & clarius. infra di. xiij.
¶ Sed nunc ſunt tres termini currẽtes
in propoſita materia. ſ. naturale, liberũ, B
neceſſarium. Et circa illum terminũ ne
ceſſarium non eſt diuerſitas opi. conce-
dentibus, oĩbus, ꝙ neceſſariũ eſt, quod
non põt non eſſe. Et ſic neceſſariò pro
ducit, ꝙ non poteſt nõ producere. Sed
de termino liberum diuerſificantur. Nã
ſecundum philoſophos, principium acti
uum diuiditur in principiũ actiuũ neceſ
ſarium: & contingens potens ad oppoſi
ta. Primũ neceſſarium dicitur naturale
principium Potens in oppoſita eſt con
tingens ſiue liberũ. Nam. ix. Metaphyſ.
tract. iij.c.j. ubi diſtinguit potentiã acti
uam in rationalem, & in irrationalem
dicit. Tales quidem potentias neceſſe ẽ:
qñ actiuum ad paſsiuum propinquat:
hoc quidem facere: illud pati. hoc dicit
quoad irrationalẽ. Et quoad rationalẽ
ſequitur. Illas uerò non neceſſe. per po-
tẽtiam irrationalem intelligit naturalẽ:
per rationalem intelligit liberũ. Sic. ij.
Phyſy. ubi diſtinguit principium actiuũ
in agens ſecundum propoſitũ: & agens
non ſecundum propoſitum. Et idem in-
telligit per agens rõnale, & ſecundum
propoſitum: & hoc uocatur liberum. Et
idem per agens irrationale: & non ſecũ-
dum propoſitum, & hoc dicitur neceſſa
rium. Erit ergo idẽ principiũ naturale,
& neceſſariũ, & principium contingen
ter agens & liberũ. Et ſic accipiẽdo ter
minos: ſicut filius, ita & ſpirituſſanctus ꝓ
ducitur naturaliter, & non liberè: qa ne
ceſſariò & nõ contingenter. ¶ Alij uerò
diſtinguunt inter principium naturale,
& neceſſarium. Similiter inter principiũ



liberum, & contingens dicẽtes quodli.
eſſe principium naturale, & neceſſariũ :
ſed non econuerſo. Sic quamuis omne
principium contingenter agens agat li
berè: non tñ econuerſo. Quid ergo eſt
agere naturaliter, & q̃d liberè: licet mul
ti anguli quærantur: tamen finaliter di-
cere oportet: ꝙ agere liberè eſt agere ꝑ
uoluntatem. Et ita omnis actio uolunta
tis ſiue ſit neceſſaria, ſiue contingens,
dicitur libera: & ita libertas compatitur
neceſsitatem. Et agere naturaliter eſt
agere non per uoluntatem, & ita nihil
aliud eſt dicere, filius producitur natu-
raliter, & ſpirituſſanctus liberè: quàm ſpi
rituſſanctus producitur per modum uo
luntatis, filius non. Primus modus eſt
magis conformis cõibus terminorũ ac-
ceptionibus, ſecundum quem quicquid
neceſſariò producitur, producitur natu
raliter: & nõ producitur liberè : quia nõ
ſponte. quia non poteſt non produci.
Arti. 2. ¶ Pro articulo ſecundo eſt concluſio pri
Cócl. 1. ma. Capiendo liberè ut tantum ualet
C quantum uoluntariè: licet neceſſariò: &
prout diſtinguitur contra contingẽter,
ſeu indifferenter: ſpirituſſanctus produ-
citur liberè. Patet ex notatis: termini
Cõc. 2. enim ſunt ad placitum. ¶ Secunda con-
cluſio. Si liberè producere eſt ſpirare, &
naturaliter producere ẽ generare: filius
producitur naturaliter, & non liberè:
& ſpirituſſanctus liberè producitur : ſed
non naturaliter. Claret hæc propoſitio
ex dicendis infra diſt. xiij. generare. n.
non eſt ſpirare. Et filius dicitur imago
patris: & ſpirituſſanctus donum amborũ
ſeu nexus amoroſus: & non dicitur ima
go patris. Difficile eſt hic formare pro
poſitiones prçciſas propter diuerſam, et
multiplicem terminorum acceptionẽ.
Cõcl. 3. ¶ Tertia concluſio: quæ eſt Oyta. q. vij.
art. ij. Licet ſpirituſſanctus non produ-
citur a uoluntate, neque contingenter:
producitur tamen per modum uolun-
tatis, & liberè complacenter. Pro cuius
intellectu notat: quòd producere liberè
quantum ad genus, poteſt ſic deſcribi.
Eſt producere uoluntariè complacẽter,
& non coactè. Et ferè redit in idem cũ
dicto Ockam. Probat ergo ſuam con-

cluſionem ſic. Prima pars probatur: uo
luntas diuina eſt ſpirituſſanctus : igitur
non producitur ab ipſa. Conſequẽtia
tenet: ſicut de eſſentia prius probatum
eſt diſt. v. ꝙ ipſa nec producit: nec pro-
ducitur: quia nihil idem producit ſeip-
ſum &c. Secunda pars probatur : quia
ſpirituſſanctus neceſſariò producitur: igi
tur non contingenter. Tertia pars pro
batur: quia Aug. xv. de trin. c. ulti. dicit.
Spirituſſanctus exit a patre: non quõ na
tus, ſed quõ datus. Exire autem per mo
dum dati, uel doni competit producẽti
per actũ uoluntatis, cuius eſt dare ex ſua
liberalitate. Quarta pars probatur: ſpiri-
tuſſanctus procedit a patre, & filio tamq̃
amor quia ipſe eſt dilectio, qua pater di-
ligit filium, & filius patrem: ut patet per
Hiero. ſuper p̃s. xiiij. & per Augu. vj. de
trini. quorum dicta magiſter allegat: ſed
ſpirituſſanctus non habet eſſe : niſi quia
procedit: ut patet per Auguſt. v. de trin.
c. xv. & lib. xv. c. vij. igitur &c. Conſe-
quentia tenet: quia producere amorem
nemo poteſt niſi complacenter liberè, Coro. 1
& incoactè. Ex illo ſequitur corollariè : D
ꝙ non eſt inconueniens idem ab eodẽ
produci neceſſariò, & naturaliter, & eti
am liberè. Patet: quia ſpirituſſanctus pro
ducitur liberè ex dictis. Et etiam neceſ-
ſariò cum non poſsit nõ produci: ut pa
tet ex fide. Et etiam naturaliter: ut pa-
tet per Hilarium. v. de trinit. Et allegat
magiſter diſtin. xvj. patri: ubi dicit, ꝙ ex
uirtute naturæ in eandem naturã natiui
tate ſubſiſtit filius: & ex uirtute naturæ
in eandem naturam proceſsione ſubſi-
ſtit ſpirituſſanctus. Ex quo ulterius ſe-
quitur: ꝙ etiam de filio concedi poteſt,
ꝙ naturaliter, & liberè de patre gene-
ratur. Quòd naturaliter generetur:
patet ex auctoritate prædicta, & per
omnes. Et ꝙ liberè probatur : quia uo-
luntariè, complacenter & incoactè : ut
patet per magiſtrum ubi ſupra circa fi-
nem: ubi dicit, ꝙ pater ſicut ſapiens ita
uolens genuit filium: ſed non uolunta-
te præcedente: ſed accedente. Item pa-
ter ſummè ſibi complacuit in genera-
tione filij. iuxta illud. Matth. iij. Hic
eſt filius meus dilectus, in quo mihi

Arti. 3. Dub. 1. E

complacuit: ipſum audite. ¶ Quantū ad articulum tertium, eſt dubium primum. Nam ſecundum beatum Aug. in Ench. Liberior eſt uoluntas, quæ non pōt ſeruire peccato. & Anſel. Liberior eſt uoluntas, quæ a rectitudine declinare non poteſt. Ideo libertas eſt reſpectu honū, quę non ſunt in poteſtate uoluntatis: & ita reſpectu neceſſariorum: Solutio Greg. eſt ꝙ Aug. ibi loquitur de libertate oppoſita ſeruituti peccati, & miſeriæ: quia ibidem pauloante dicit. Liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit ſeruire peccato. ¶ Aliter poteſt dici. Liberior eſt uoluntas confirmata in bono: non reſpectu illorum actuum, ad quos neceſſariò determinat̄: ſed reſpectu aliorum actuum. Nam uoluntas nō potens peccare eſt liberior non ad pecandum: ſed ad actus bonos: quia minus impedita per ſeruitutem peccati: alioqn ſi neceſſitas cui adijcitur uoluntas augeret libertatem: etiam uoluntas damnati eſſet liberior. Non ergo intendunt ſancti, ꝙ uolūtas reſpectu alius actus ad quē neceſſariò ſe habet: liberè operetur: ſed ꝙ uoluntas beati ſit libera ſimpliciter: & liberior: quā prius. ex eo quia minus poteſt nūc impediri in executione multorum actuum a cauſis extrinſecis: quā in uia propter illam confirmationem in bono. Poterit etiam prius cogi ad actus indecentes imperatos nunc uerò cogi non poteſt. Facit ad hoc dictum beati Auguſt. v. de trinit. c. x. ubi uult: ꝙ ſicut nō minus dicitur deus omnipotens (quamuis non poſſit mori nec falli) ita non minus dicitur uoluntas libera: quāuis neceſſarium ſit eam uelle, quod uult: neceſſe inquam neceſſitate ineuitabilitatis: ſed non coactionis. Sic enim uoluntas cogi non poteſt: ut habetur in. ij. diſt. vij. de obſtinatione damnatorum. Ita etiam tenet Oyta q. vij. arti. ij. Et ita patet: ꝙ aliter, & aliter reſpondendū eſt in materia huius quæſtionis ſecundū aliam, & aliam terminorum acceptionē.

Dub. 2. F

¶ Secundum dubium. Vtrum libertas uoluntatis ſit quid diſtinctum a uoluntate: & an repugnet neceſſitati. Ad hoc breuiter dicitur poſt dicta in. q. vj. diſt. j. ꝙ non. Neque eſt conditio intrinſeca potentiæ: ſed eſt nomē connotatiuum, uel conceptus ſupponens pro uoluntate, connotando aliquid poſſe fieri contingenter ab eadem. Et ſic uoluntas repugnat eſſentiæ diuinę reſpectu ſuiipſius: hoc eſt, non prædicatur de eſſentia reſpectu ſuiipſius. hæc enim eſt falſa: uoluntas diuina uult ſe contingenter, uel eſſentiam ſuam. Conuenit ergo libertas rei perfectę: non in ordine ad quodcunque: ſed in ordine ad id, ad quod contingenter ſe habet: & non neceſſariò.

## DISTINCTIO. XI.

IN præcedenti diſtinctione magiſter oſtēdit conditionē perſonæ ſpiritusſancti. In hac agit de proceſſionis ordine quātum ad principium, a quo procedit. Et eſt concluſio prima, & principalis textus illa. ¶ Spiritusſanctus procedit a patre, & filio: ut ſacra teſtatur ſcriptura: & ſanctorum patrum oſtendunt dogmata. ¶ Secunda cōcluſio. Errant græci dicentes ſpiritumſanctum a ſolo patre procedere. ¶ Tertia concluſio. Licet græci confiteantur ſpiritumſanctum eſſe ſpiritum filij: negant tamen ipſum procedere a patre, & filio: ſed confitentur ipſum procedere a patre per filium.

## QVAESTIO. I.

A Vtrum S. S. procedat a patre & filio.

VTRVM ſpiritusſanctus ꝓcedat a patre & filio. ¶ Iſta quæſtio mouetur propter græcos, qui licet concedāt ſpiritumſanctum eſſe ſpiritū filij, & ꝓcedere a patre per filium: non tamen concedunt eum procedere a patre, & filio. Contra quos de determinatio eccleſiæ in c. firmiter. extra de ſumma tri. & fide cath. ubi dicitur. Pater a nullo: filius a patre ſolo: ac ſpiritusſanctus pariter ab utroque. Et lib. vj. eo. tit. Fideli, ac deuota



uota profeſſione fatemur: ꝙ ſpūſſanctus ęternaliter ex pr̄e, & filio: nō tāq̄ ex duobꝰ principijs, ſed tāq̄ ex uno principio, nō duabus ſpirationibus: ſed unica ſpiratione ꝓcedit. Itē in ſymbolo athanaſij. Spūſſanctus a patre, & filio. ¶ Itaq; concluſio certa eſt: quam tn̄ aliqui probare nituntur: quorum probationes recitat doctor: eaſque ad hoc propoſitum inſufficientes oſtendit: utputa beatus Tho. j. ij. q. xxxvj. art. ij. Et Sco. diſt. præſentis. q. j. Sed eorum rationes doc. impugnat tanquam inſufficientes ad probandum concluſionem, quam fides aſtruit. ſ. Spiritusſanctus ꝓcedit æternaliter a patre; & filio.

B Cōclu.

¶ Hæc concluſio eſt fidei, & determinationis eccleſię: ideo inconcuſſè tenenda. Poteſt tn̄ adduci perſuaſio, q̄ ponit doct. quæ non procedit ex falſis ſicut cæteræ rationes aliorum: quæ ut uidētur: falſa accipiunt: quamuis fortè contra græcos non ſufficiat, ſi proteruire uellent. Non enim eſt demonſtratiua, & eſt iſta. Quicquid competit patri cuilibet perſonæ alteri attribuendū eſt: niſi contrarium ſit expreſſum in ſacra ſcriptura: uel ab eccleſia determinatum: uel euidenter ſequatur ex præmiſſis in ſacra ſcriptura expreſſis: uel per ſe, uel mediantibus propoſitionibus per ſe notis. Sed oēs græci pariter, & omnes catholici habent concedere, ꝙ ſpiritusſanctus procedit a patre. Nec aliquo prędictorum modorum inuenitur: ꝙ ſpiritusſanctus non procedit a filio: immo magis uidetur ſcriptura ſacra hoc innuere, & dicere: ꝙ ſcilicet procedat a filio: ergo græci ſentientes oppoſitum habent dicere, ꝙ ſpiritusſanctus procedit a filio. Maior uidetur eſſe manifeſta: quia quādocunque aliqua ſunt una res numero ſimpliciſſima, & inuiſibilis: quicquid dicitur de una, dicetur, & de alia: niſi cōtrarium aliquo prædictorum modorum habeatur. Minor deduci poſſet ex multis paſſibus ſcripturæ. Hæc eſt ratio Anſel. ut dicit doc. in lib. de proceſ. ſpiritusſancti. & colligit eā ex dictis ſuis.

C Ad ꝓductionē amoris nō requiritur uerbū, ſed ſufficiat obiectū potētia.

¶ In ſolutionibus rationum primæ opi. oſtendit doctor, ꝙ ad productionē amoris non requiritur uerbum: ſed ſufficit obiectū, potentia, & cognitio obiecti, q̄ non eſt uerbum. ¶ In ſolutione rationū. Sco. oſtendit, ꝙ intellectus, & uoluntas in deo non ſunt duo principia productiua: nec habent ordinem inter ſe. Quodque ex ordine effectuum non poteſt cōcludi ſimilis ordo in cauſis, ut et ſupra oſtenſum fuit. ¶ Item ꝙ illa propoſitio. fęcunditas uoluntatis prius cōicatur filio, quam producitur ſpiritusſanctus: eſt ſimpliciter falſa: aut nihil ad propoſitū. de ſignis uerò naturæ patuit diſtin. ix. q. iij. ¶ Item ꝙ non oportet eſſe tantam diſtinctionem in relatiuis, ſicut in correlatiuis. Nam generatio actio, & ſpiratio actio. non diſtinguuntur realiter, & tn̄ generatio paſſio, & ſpiratio paſſio realiter diſtinguuntur. Oſtendit etiam: ꝙ intellectus, & uoluntas non ſunt in deo potentiæ operatiuæ: ſed in creatura ſunt operatiuę, & productiuę. Operatiuæ actuum immanētium: intellectionis, & uolitionis, & productione aliquorum exteriorum: non tn̄ ſimilis eſt ordo productorum, & operatorum.

Dub. 1. D

¶ Sed diceret aliquis contraprędicta. Nam dicit ſanctus Hiero. in explanatione ſymboli. Credimus, & in ſpiritumſanctū deum uerum ex patre procedentem, æqualē per omnia patri, filioque uoluntate, poteſtate, æternitate, ſubſtantia. Nec eſt prorſus aliquis in trinitate gradus &c. ubi dicit ſpiritumſanctū procedere ex patre: non dicit ex patre, & filio procedentē. Item in ſymbolo conſtantinopolitanę ſynodi: ſic legitur. ut recitat ſanctus Thom. ubi ſupra. j. ij. q. xxxvj. artic. ij. Credimus in ſpiritumſanctum dominū, & uiuificantem ex patre procedentem cum patre, & filio adorandum &c. Et in decreto diſtinctio. xv. canones. § ſecunda ſynodus habetur: quòd in hoc concilio data fuit ſymboli forma, quam tota latinorum, & græcorum profeſſio in eccleſijs prædicat. Ergo ſi ſpiritusſanctus procedit ab utroque: cur non fuit tunc expręſſum: immo uidetur, quòd in ſymbolo noſtro non debuit addi, quòd procedat, & a filio: ſed uidentur eſſe anathematis rei, qui hoc addiderunt: aut concilium cōcilio

in his,quæ fidei ſunt contradicit. ¶ Ad
idem dicendum:ꝙ concilia tẽporis ſuc-
ceſſu ueritatem catholicã expreſſerũt,
& declararunt cõtra errores,& hæreſes
tunc potisſimũ currentes.Nec ſequens
concilium aliud edidit ſymbolũ contra
rium priori: ſed nunquam ueritatem
prius non ſufficienter expreſſam expreſ
ſit,& declarauit. Qñque uerò ueritatẽ
nunc:ſed non prius impugnatam defen
dit,dilucidauit &c. Et ubi ueritas non
fuit impugnata:uel fortè actu non cogi
tata,tranſijt ſilentio:parum uel nihil de
hoc determinans,aut ſcribẽs. Quia igi
tur in tempore antiquorum conciliorũ
nondum exortus fuerat error dicentiũ
ſpiritumſanctum non procedere a filio:
non fuit neceſſarium, ꝙ hoc explicitè
poneretur. Sed poſtea inſurgente erro
re quorũdam in quodam concilio in oc
cidentalibus patribus congregato: ex-
preſſum fuit auctoritate Romani ponti
ficis,cuius auctoritate antiqua concilia
congregabantur: & confirmabantur.
Continebatur tamen implicitè in hoc
ipſo,ꝙ dicebatur ſpiritumſanctum pro-
cedere a patre. Hæc eſt ſententia ſan-
cti Tho. ubi ſupra.

## QVAESTIO. II.

A VTRVM ſpiritusſanctus
poſſet diſtingui a filio,ſi nõ
procederet ab eodem. ¶ Re
citatur,& impugnatur a do
ctore opinio ſancti Tho.j.
ij.q.xxxvj.art.ij. Et dehinc quæſtionis
intellectus aperitur. ¶ Notandum ergo
Arti. 1. Nota. 1 pro articulo primo. Dimiſſo intellectu
duplici quem ponit dñs Camer.q.viij.
art.j.ꝙ nõ eſt ille intellectus quæſtionis.
Vtrũ ſit posſibile, ꝙ ſpiritusſanctus rea-
liter diſtinguatur a filio:& ꝙ non pro-
cedat ab eo:quia illius copulatiuè ſecũ-
da pars eſt impoſſibilis: ergo & tota.
Nec eſt intentio quæſtionis,an neceſſa
riò ſequatur:ſpiritusſanctus non proce-
dit a filio:ergo ſpiritusſanctus non diſtin
guitur a filio:quia non quæritur hic de
ueritate,ſeu bonitate cõſequentię: ſed
eſt intentio,utrum in filio præter ſpira
tionem actiuam, quæ realiter diſtinguiť
ẽ ſpiritusſancto,ſit aliquid quod non eſt
oĩno ſpiratio actio:ꝙ realiter diſtinguiť
a ſpiritusſancto. Quo retento (omni alio
quod non eſt omnino ipſum, amoto)
conſtitutum ex ipſo, & eſſentia realiter
diſtingueretur a ſpiritusſancto. Sicut quę
ritur:utrum homo, ſi non haberet ani-
mam intellectiuam, adhuc diſtinguatur
ab angelo. Quod eſt quærere;utrũ præ-
ter animam intellectiuam ſit aliquid in
hoĩe,quo diſtinguatur ab angelo etiam
anima remota.puta materia ipſa. ¶ Eſt
etiam ſecundaria q̃ſtionis intentio quæ
rere propter gręcos. An ſuppoſita perſo
narum trinitate.ſ. ꝙ pater,& filius,& ſpi
ritusſanctus ſint unus deus: ſequatur eui
denter oppoſitum antecedentis ex op-
poſito cõſequentis.ſ. ſpiritusſanctus nõ
procedit a filio: ergo non diſtinguitur
a filio. Vel ſic poteſt colligi intellectus
quæſtionis. Si ex eſſentia, & filiatione
præciſè cõſtitueretur perſona: ſic ꝙ nõ
eſſet in ea ſpiratio actiua: an adhuc illa
perſona uerè,& realiter diſtingueretur
a ſpũſancto. ¶ Secundò ſupponendum Nota. 2 B
ex prędictis diſt.ij. q.j. & q.iij. ꝙ omne
habens aliquod reale ſibi intrinſecum,&
eſſentiale,diſtinguitur a qualibet re,cui
tale non eſt intrinſecum, & eſſentiale:ſi
cut homo,qui habet animam intellecti-
uam,& etiam materiã intrinſecam ſibi:
& ideo diſtinguitur ab omni re non ha-
bente animam intellectiuam ſibi intrin
ſecam,uel non habente materiam: quia
habens aliquid realiter diſtinctũ ab alio,
nõ poteſt eſſe idem realiter cũ illo. Sup-
ponitur etiam,ꝙ filiatio realiter diſtin-
guitur a ſpiratione paſſiua. Alioquin ita
ſpiritusſanctus generaretur, ſicut ſpirať,
ſi idem eſſet generatio paſſiua,ſeu filia-
tio,& ſpiratio paſſiua. Ex quo ſequitur:
ꝙ tot ſunt perſonæ in diuinis: quot ſunt
relationes realiter diſtinctę, ſiue ſint op
poſitæ ſiue diſparatæ. Patet: quia plura
realiter diſtincta nõ poſſunt eſſe in una
perſona diuina: igitur quot ſunt relatio
nes realiter diſtinctæ in diuinis: tot ſunt
perſonæ in eiſdem. ¶ Quantum ad arti Arti. 2.
culum ſecundum eſt concluſio prima. Si Cõcl. 1
aliquid per ſe conſtitueretur præciſè C



ex eſſentia,& filiatione:qui non eſt om
nibus modis ſpiratio actiua: ita ꝙ non
conſtitueretur ex ſpiratione actiua:ſicut
ſpiritusſanctus præciſè conſtituitur ex
eſſentia,& ſpiratione paſſiua. illud con
ſtitutum realiter diſtingueretur a ſpiri-
tuſancto. Patet:quia filiatio, quæ eſſet
intrinſeca illi conſtituto relatiuo,diſtin
guitur a ſpiratione paſſiua: & per conſe
quens præciſè cõſtitutum ex filiatione,
& eſſentia diſtinguitur a ſpiritusſancto,
in quo eſt ſpiratio paſſiua. Tenet conſe-
quentia ex dictis diſt.ix.q.ij. quia nõ mi
nus diſtinguuntur conſtituta, q̃ conſti-
Cõcl. 2. tuentia. ¶ Secunda concluſio. Non ſe
quitur euidenter:pater,& filius,& ſpiri-
tusſanctus ſunt tres ꝑſonę,& unus deus:
ergo ſpiritusſanctus procedit a filio. Et
ita nec euidenter ex oppoſito conſe-
quentis ſequitur oppoſitum anteceden
tis. Patet:quia cum non ſolum oppoſi-
tæ relationes: ſed etiam non oppoſitæ
diſtinctæ realiter: realiter diſtinguant ſi
cut & abſoluta diſtincta:ex diſtinctione
filij,& ſpiritusſancti non poteſt inferri
euidenter:ꝙ ſpiritusſanctus habeat rela
tionem oppoſitam filio, & ita procedit
Cõcl. 3 a filio. ¶ Tertia concluſio. Neceſſariò
ſeqtur, & formaliter ſpiritusſanctus nõ
procedit a filio:ergo non diſtinguitur a
filio. Neceſſariò dico:ſed non euidẽter.
Probatur:quia ſi ſpiritusſanctus nõ pro-
cedit a filio:ſpiratio actio non eſt in fi-
lio,& ita nec filiatio. Quòd ſi non filia
tio:non erit filius:& per conſequens nõ
diſtinguitur a ſpiritusancto: quia quod
non eſt,a nullo diſtinguitur. Prima cõ
ſequentia nota eſt. Sed ſecunda.ſ. ſi ſpi-
ratio actiua non eſt in filio, nec filiatio:
probatur: quia qñ aliqua formaliter di-
ſtincta ſunt idem realiter,& unum eſt ali
cui proprium,& alterum commune: ſi
commune non conuenit illi, nec pro-
prium conuenit:ſed ſpiratio actio,& fi-
liatio ſunt idem realiter:& filiatio pro-
pria filio:ſpiratio actio cõis filio, & pa-
tri: ergo ſi ſpiratio actio nõ eſt in filio:
nec filiatio erit in filio. Maior patet: qa
quęcunque ſunt idem realiter in aliquo
uno ſunt. Alias ſi in nullo uno eſſent:nõ
eſſent idem realiter, ſaltem quę ſunt in
aliquibus. Sed ſi cõe non eſt in illo, in
quo eſt proprium: in nullo eodẽ ſunt,cũ
proprium non poſſet eſſe niſi in illo, in
quo eſt propriũ. Minor patet:quia ſi ſpi-
ratio actio realiter diſtingueretur a fi-
liatione:eſſent quatuor relationes rea-
liter diſtinctę: & ita quatuor ſuppoſita,
quod falſum eſt,& nõ dicendũ. ¶ Quan Arti. 3.
tum ad articulum tertium,eſt primũ du Dub. 1.
bium contra nunc datam rationẽ. Nam D
illa ratio non facit contra græcos,cõtra
quos tñ ponitur. Supponitur.n.in ratio
ne ꝙ ſpiratio actiua, & filiatio ſint in fi
lio:hoc autem non concederent græci,
qui non concedunt ſpiritumſanctũ pro
cedere a filio. Dicendum:ꝙ illa conclu
ſio non ponitur contra græcos:ſed po-
nitur ſecũdum ueritatem fidei:q̃ tenet,
ꝙ ſpiritusſanctus procedit a filio, & ita
in ueritate conſequentia illa eſt forma-
lis,& neceſſaria:ſpiritusſanctus nõ pro-
cedit a filio: ergo non diſtinguiť a filio,
& eam habent concedere eſſe neceſſa-
riam,& formalem oẽs tenentes uerita-
tem catholicę fidei. ¶ Secundum du- Dub. 2.
bium uidetur contra dicta, & conceſſa. E
Nam ſi in diuinis ſint quatuor relatio- Si in di-
nes: etiã erũt quatuor ſuppoſita: quod uinis ſũt
falſum eſt. Quòd autem ſint quatuor re q̃tuor
lationes:patuit. Probatio conſequẽtię: relatio-
quia quælibet relationum cõſtituit ſup nes etiã
poſitum. Et ſecundum præmiſſa diſt. vj. quatuor
q.ij. non poteſt eſſe minor diſtinctio in ſuppoſi
conſtitutis,q̃ in conſtituẽtibus. Reſpon ta.
detur cõcedendo:ꝙ in diuinis ſunt qua
tuor relationes ad ſenſum diſt. xxvij. &
diſt.xxviij. tactum per doctorẽ, & infra
tangendum. Sed negatur, ꝙ ſint qua-
tuor ſuppoſita. Ad probationem nega-
tur. Nam ſpiratio cõis,ſiue ſpiratio acti
ua non eſt realiter diſtincta a patre,& fi
lio. Nec a paternitate, & filiatione: &
ideo in diuinis ſunt ſolum tres relatio-
nes diſparatæ. Perſonæ uerò diſtinguun
tur per relationes diſparatas, realiter di
ſtinctas. Et ideo non ſequitur in diuinis
eſſe quatuor ſuppoſita:licet ſint ibi qua
tuor relationes dictinctæ: non tamen
realiter. Spiratio enim actiua diſtin-
guitur a ſpiratione paſſiua: ſed non a
patre, & filio &c. Si autem poſſit con-

cedi cum doct. in diuinis eſſe tria ſuppoſita: & unum conſtitutum ex eſſentia, & ſpiratione actiua: quod non eſt ſuppoſitum: de quo conſtituto primò prædicatur ſpirare: infra patebit diſtin. xij. quæſt. j. Vide hic Oytam. quæſtio. vij. artic. iij.

## DISTINCTIO. XII.

EGIT magiſter de proceſſionis origine: nunc de proceſſionis ordine, ſiue habitudine. Vnde cum iam patuit: ꝙ ſpirituſſanctus procedit a patre, & filio: quærit magiſter. An prius, uel magis procedat a patre, quàm a filio. Et poteſt textus his concluſionibus ſummari. ¶ Prima. Spirituſſanctus nec prius, nec magis plenius procedit a patre, quàm a filio. ¶ Secunda concluſio. In illa ſumma trinitate nulla ſunt temporum interualla: nec aliquid ex tempore inchoatur: ut in tempore poſt perficiatur. ¶ Tertia concluſio. Sumendo principaliter: ut dicit principalitatem auctoritatis cuiuſdam, concedi poteſt ſpirituſſanctū principaliter procedere a patre. Quia quòd procedit a patre: pater habet a ſe: ſed ꝙ procedit a filio: filius nō habet a ſe: ſicut nec eſt a ſe: ſed a patre. Declaratio propoſitionum patet ex textu.

## QVAESTIO. I.

A

VTRVM pater, & filius ſunt unum principium ſpirans ſpiritumſanctum. ¶ In illa quæſtione ſunt duæ difficultates. Vna realis. An ſcilicet in patre, & filio ſit pręciſé una ſpiratio. Alia eſt partim realis, & partim grammaticalis: an .ſ. illæ propoſitiones ſunt concedendæ. pater, & filius ſunt unus ſpirator: unum principium ſpirans &c. ¶ Primò ergo uidendum eſt de re ipſa: an ſcilicet in patre, & filio ſit præciſè una ſpiratio actio. Ad quod eſt hæc concluſio. In patre, & filio eſt unica ſpiratio.

Arti. 1. Cōcl. 1. Vtrū pr̄ & filius ſint unū principium ſpirãs.S.S.

Probatur: quia (ut infra patebit) quælibet relatio diuina a qualibet alia relatione diuina realiter diſtincta conſtituit ſuppoſitum diſtinctum: ſed ſi ſpiratio actiua in patre: & ſpiratio actiua in filio realiter diſtinguerentur inter ſe: multò fortius diſtinguerentur realiter a paternitate, & filiatione. Et certum eſt: quòd quælibet harum realiter diſtinguitur a ſpiratione paſſiua. Eſſent ergo quinque relationes diuinę realiter diſtinctæ: & ita quinque ſuppoſita. ¶ Item nunquā relatio multiplicatur niſi propter multiplicationē fundamenti abſoluti, aut termini: ſed fundamentum actiuę ſpirationis eſt unicū .ſ. eſſentia diuina: & terminus unus, ſcilicet ſpirituſſanctus: ergo ſpiratio actiua unica. Si dicitur ad unitatem relationis, non ſufficit unitas fundamenti, & termini: ſed requiritur unitas relati: quia ſi una forma, quæ eſt ratio agendi, eſſet in diuerſis ſubiectis loco diſtinctis: poſſet uni eſſe ratio agendi, & non alteri propter improportionatam diſtantiā paſſiui in loco uno: ergo dum agunt in paſſa ſufficienter utrobique approximata, erunt diſtincti reſpectus: quia ſeparabiles: & tamē idem fundamentum. Similiter ſi idem corpus eſſet localiter in diuerſis locis: eſſent ibi diuerſi reſpectus ubilitales: & tñ idem fundamentū. ¶ Item ſi a, & b, habeant eandem albedinem, erunt ibi duæ ſimilitudines: quia quęlibet relatio habet correlationem: & tamen idem fundamentum, & terminos. Ad iſta breuiter dicitur: quòd non ſunt ibi relationes ab abſolutis diſtinctę: nec eædem: nec diuerſæ, ſed bene plures denominationes relatiuę, propter diuerſa ſignificata, & connotata. Si autem tenetur generaliter: ꝙ relatio diſtinguitur ab abſolutis etiam in creaturis, dicitur: quòd in prædictis exemplis non eſt idem terminus: ut patet. Conſiderandum etiam eſt, ꝙ quæſtio intelligitur de principio quod, & nō quo ſecundū ſenſum ſuperius tactū diſt. vij. quæſt. j. ¶ Conſequenter uidendum eſt de ſecundo: an .ſ. illæ ſint cōcedendę: pa-

Arti. 2. B

ter,



An ſit cōcedēdum pr̄, & filius ſunt un⁹ ſpirator

ter, & filius ſunt unus ſpirator: & unum principium ſpirans. De illo doct. primū recitat, & impugnat opi. ſancti Thom. j. ij. q. xxxv. art. iiij. in ſolutione ultimæ rationis: qui omiſſis uarijs opinionibus tandem concludit. Quia ſpirans eſt adiectiuum: ſpirator uerò ſubſtantiuum: poſſumus dicere, ꝙ pater, & filius ſunt duo ſpirantes propter pluralitatem ſuppoſitorum: non autem duo ſpiratores propter unam ſpirationem. Nam adiectiua nomina habent numerum ſecundum ſuppoſita. Subſtantiua uerò a ſeipſis ſecundum formam ſignificatam. Et ad Hila. dicentem: ꝙ ſpirituſſanctus eſt a patre, & filio auctoribus dicit: exponendum eſt ꝙ ponitur ſubſtatiuum pro adiectiuo. Greg. diſt. præſenti dicit: quā uis de illa pater, & filius ſunt unus ſpirator: ſint diuerſæ opiniones; illa tñ communiter conceditur: pater, & filius ſunt unum principium ſpirās ſpiritumſanctū. ¶ Dubium uerò eſt; an illud ſit propriè dictum .ſ. pater, & filius ſunt unum principium ſpirans ſpiritumſanctum. Quidam enim tenentes, ꝙ ſit propriè dictū, dicunt: ꝙ principium non habet determinatam ſuppoſitionem: ſed confuſam pro duabus perſonis ſimul. Sed iſtud impugnant & Ockam & Gregor. contra ſanctum Tho. cuius uidetur eſſe hoc dictum ubi ſupra. ¶ Alij, ut refert idem Greg. tenentes eius eſſe propriā dicunt, ꝙ principium non ſupponit pro aliquo prædictorum primò: ſed pro conſtituto ex eſſentia, & ſpiratione actione præciſè circūſcribendo paternitatem, & filiationem: quod quidem conſtitutum eſt realiter pater, & filius: licet non formaliter. Vnde dicunt: ꝙ ſicut ex eſſentia, & ſpiratione paſſiua præciſè aliquid conſtituitur, quod uerè ſpiratur: ſic ex eſſentia, & ſpiratione actiua præciſè aliqd unum cōſtituitur, quod uerè dicitur ſpirare, & per conſequens, quod eſt principium ſpirans.

C

¶ Et quia pater, & filius ſunt iſtud unum conſtitutum: idcirco uerè & propriè conceditur: ꝙ pater, & filius ſunt unum principium ſpirans ſpiritumſanctum. Et hæc eſt opi. Ockam ꝙ̃ Greg. ſic impugnat: quia iſtud non uidetur bene dictum.

Verè, & propriè cōcedit quod pater, & filius ſunt unū principiū ſpirãs.S.S.

Tum quia falſo innititur fundamento de huiuſmodi conſtitutiuis, & conſtitutis in deo. Tum quia difficile uidetur euadere, quin illud tale unicum conſtitutum ex eſſentia, & ſpiratione actione ſit perſona quædam ſicut conſtitutum ex eadem eſſentia, & ſpiratione paſſiua præciſè ſibi oppoſita eſt perſona ſpirituſſancti, ut dicunt: & ꝑ conſequens pater, & filius erūt una perſona. & duæ perſonæ: quod non eſt ſanè dictum. Tum quia conſtat: ꝙ non magis diſtinguitur ſpiratus a ſpirante, quàm genitus a generante: & per conſequens tātum diſtingueretur ſpirituſſanctus ab illo conſtituto, quod ipſum ſpirat quantum filius a patre, qui ipſum generat (filius autem diſtinguitur a patre perſonaliter) & ſicut una perſona ab alia perſona. Et diſtinctio perſonalis eſt maxima diſtinctio, quæ eſt in deo: ergo illud conſtitutum unicum ſic præciſè ſumptū diſtingueretur a ſpirituſancto perſonaliter: & ſicut una alia perſona: alia a perſona ſpirituſſancti. ¶ Confirmatur: quoniā uel ſpirituſſanctus erit aliud ab illo conſtituto: uel alius. non aliud conſtat ſicut nec aliqua perſona diuina eſt aliud ab alia: ut dicit concilium: ergo alius: ſed in deo non dicūtur aliqui alius, & alius, niſi uterq; ſit perſona: & per conſequēs ſequitur ſicut prius: ꝙ illud conſtitutū ſecundum ſe erit quædā perſona.

Opinio D

¶ Alij dicunt: ꝙ pater, & filius dicuntur unum principium ſpirituſſancti propter unam uim ſpiratiuam, qua uterque ſpirat. Et iſtud ſimiliter improbat Greg. ſed rationes eius contrariantur prędictis: ideo non acceptantur. De opi. illa uidetur fuiſſe Sco. diſt. pręſenti. q. j. in ſolutione tertiæ rationis principalis: cum inquit. Pater, & filius ſpirant: nō quia ſunt unū in eſſentia, aut in perſona: ſed inquantū ſunt unum in ui ſpiratiua. ¶ Alij dicunt: ꝙ dicuntur unum principium propter unam proprietatem, quā ſignificat hoc nomen principium. Et iſtud etiam impugnat Greg. quia nomen principium ſecundum eos, nō ſupponit pro tali proprietate. Quid uerò ſit illa proprietas, hęc opinio non exprimit. Sed dominus

Camerac.qui.q.vij.artic.ij. omnes illas opiniones latius pertractat,refert:ꝙ Adam tenens hanc opinionem dicat,ꝙ illud principium intelligitur principium notionale. Eſt autem principium notionale principium cõe pluribus, & non
E omnib⁹ perſonis:ſpiratio.ſ.actiua.¶ Alii tenent,ut ipſemet Greg. attamen ſine temeraria aſſertione: ꝙ licet dicta propoſitio ſit conceſſa,& uera cõiter: non tamen de uirtute ſermonis eſt accipienda: ſed ad bonum intellectum ſanctorũ, & doctorum eſt concedenda. ¶ Pro declaratione autem ſuæ intentionis dicit: ꝙ nunquam in creaturis concurrunt ſimul plures per ſe cauſæ ad unum effectum,niſi una earum aliter cauſet : quã alia:uel omnes ſimul plus,uel magis cauſent,quàm illarum una tantum ſicut dicit eſſe manifeſtum. Sed ſpiritusſanctus q̃uis a duobus.ſ.a patre, & filio producatur:non tamen aliter ab uno , quàm ab alio . Nec ab ambobus ſimul magis uel plenius,quàm ab altero tantum. Ac per hoc non procedit ab eis tãquam ex duobus principijs:ſed tãquam ab uno. Ideo ſancti hæc denotare uolentes dixerunt patrem,& filium nõ eſſe duo principia : ſed unum principium ſpiritusſancti. Et ita propter eandem rationem dixerũt tres perſonas eſſe unũ principium creaturæ,non tria principia:quamuis etiam alia ratione ſpeciali poſſet dici unũ principium creaturæ.ſ.ꝙ ſunt una eſſentia , quæ eſt oĩum creatorũ unum principiũ Nõ tñ illo mõ pr̃, & filius pñt dici unũ principiũ ſpiritusſancti: ut ſupra ſatis dictũ eſt.¶ Concludit ergo Greg. dicens, q̃uis duo ſint,qui principiãt, ſeu ſpirãt: non tamen quaſi duo principia : ſed quaſi unum pariter ſpirant ſpiritumſanctum. Ad quod adducit decretalem dicentem. Spiritusſanctus æternaliter procedit ex patre , & filio : non tanquam duobus principijs : ſed tanquam ex uno principio : non duabus ſpirationibus : ſed unica ſpiratione . libro. vj. de ſum.
F trinit. & fide cathol. ¶ Notat enim:ꝙ dicitur tanquam Cameracen. recitatis omnibus illis opinio. ponit opinionem propriam , & iſtam . Quòd ſicut nomen trinitas eſt nomen collectiuum ſupponens immediatè pro tribus perſonis ſimul : & pro nulla earum ſeorſum : ſic ille terminus principium in præſenti immediatè ſupponit pro duabus perſonis:& pro nulla earum ſeorſum. Ponit exemplum . Deus generat deum : ibi deus immediatè pro perſona ſupponit . Sed deus ſpirat deum,deus ſtat pro perſona patris, & filij immediatè , & pro G
nulla ſeorſum. ¶ Henricus de Oyta ſimiliter multorum recitatis opinionibus, omnes reducit ad ternarium : & ſic colligit triplicem modum ſaluandi concluſionem ſæpe dictam . Vnus eſt Ockam, qui ſupra recitatus eſt: ꝙ ſpirare primò conuenit conſtituto ex eſſentia , & ſpiratione actiua: ut amplius patebit infra. Secundus eſt Gregorij, qui tenet: ꝙ licet duæ ſint perſonę,quę ſpirant : attamen ſpirant quaſi unum principium , non quaſi duo . Tertius modus eſt,ꝙ ſpirare ſpirator principium prędicatur mediatè , uel immediatè: diuiſim uel collectiuè de patre tantum : uel filio tantum : uel ſpiratione actiua tantum : uel de his ſimul . Sed cum uirtus ſpiratiua eadem eſt in patre, & filio: ideo nomen principium in ſingulari, & non in plurali dicitur de eiſdem ſingulatim,& collectiuè : ut pater eſt principiũ ſpirandi ſpiritumſanctum: filius eſt principium ſpirandi ſpiritumſanctum. Pater,& filius ſunt principium ſpirandi ſpiritumſanctum: pater et filius ſpirant una ſpiratione, non duabus. Verum quia ut Sco. loquitur : uis eſt de ſignificato nominis : & nomina ſunt ad placitum dum conſtat de re : uanum eſt diu immorari illis. ¶ Videndum ergo eſt ſe-
cundum doct. An illæ affirmatiuè ſint H
concedendę: pater , & filius ſunt unus ſpirator: ſunt unum principium ſpirans. Similiter illæ negatiuè. non ſunt duo principia,non ſunt duæ ſpirationes &c.
¶ Quoad affirmatiuas eſt hæc cõcluſio. Cõclu.
Pater,& filius ſunt unus ſpirator ſpiritus ſancti. Item ſunt unum principium ſpirans. Illa concluſio ſic declaratur. Sicut ex eſſentia,& ſpiratione paſſiua conſtituitur,quod uere ſpiratur: ita & ex



eadẽ eſſentia, & ſpiratione actiua conſtituitur,quod uerè ſpirat : licet in hoc ſit differentia:quia primum cõſtitutum eſt ſuppoſitum: non autem ſecundum,ſaltẽ formaliter. Eſt autem illud ſecundum conſtitutum ex eſſentia , & ſpiratione actione unicum:ſicut eſſentia eſt una,& ſpiratio unica:& illud eſt unum ſpirãs ; & per cõſequens unus ſpirator. Sed tam pater,q̃ filius eſt illud conſtitutum ex eſſentia,& ſpiratione actiua:ergo pater,& filius ſunt uerè unus ſpirator:& unũ principium ſpirans ſpiritumſanctum. Quod ſic probatur. Conſtituens non diſtinctum realiter a cõſtituto, prædicatur uerè de conſtituto: ſicut hæ uerę ſunt. pater eſt eſſentia : paternitas eſt eſſentia. Sed ſpirare non diſtinguitur realiter a conſtituta ex eſſentia,& ſpiratione:ergo de illo conſtituto contingit uerè dicere,ꝙ ſpirat & eſt ſpirans. Et quia pater,& filius ſunt illud conſtitutum unicum realiter:licet non formaliter:ergo ſunt unum principium ſpirans. Sed an illa ſit concedenda: pater , & filius ſunt unus ſpirans. eſt diſtinguendum . Nam ſi ſpirans (quia maſculini generis) ex uſu loquentium non ſupponit niſi pro perſona:ſic non eſt cõcedenda:quia pater, & filius non ſunt una perſona ſpirans. Si uerò de uirtute ſermonis ſupponit ꝓ pro omni illo,quod ſpirat: ſiue ſit perſona formaliter : ſiue non ſit perſona formaliter: cuiuſmodi eſt hoc conſtitutum ex eſſentia : & ſpiratione actiua:circumſcribendo tam paternitatem,
I q̃ filiationem:ſic eſt ſimpliciter concedenda ¶ De negatiuis dicitur : ꝙ licet de uirtute ſermonis illæ eſſent concedẽdæ: pater,& filius ſunt duo ſpiratores , duo ſpirantes:quia duæ perſonę,quæ ſpirant & ita negatiuè eſſent falſæ. Tñ propter hæreticos, & propter uitare occaſionem decipiendi ſimplices: quia conceditur:ꝙ pater, & filius ſunt unũ principium: negantur illæ ſunt duo principia ſpiritusſancti. Et conceditur, quòd non ſunt duo principia , neque duo ſpiratores. Quia in alijs ita commune ; quòd ubi de aliquibus conceditur unitas negatur pluralitas , & econuerſo. Ideo dicitur concluſiuè cum eccleſię determinatione : quòd pater, & filius ſunt unum principium ſpiritusſancti : non duo principia: & ſpirãt una ſpiratione : non duabus ſpirationibus.
¶ Circa prædicta articulo tertio occur- Arti. 3.
runt dubia. Primũ dicit.n.btũs Aug. v. Dub. 1.
de trin.c.xiiij. Tres perſonæ ſunt unum K
principiũ creaturæ:ſicut pater, & filius ſunt unum principiũ ſpiritusſancti. Sed in illa propoſitione tres perſonę ſunt unum principium creaturæ: principium ſupponit eſſentialiter ergo & hic ſupponit eſſentialiter. Pater,& filius ſunt unũ principium ſpiritusſancti:quod eſt falsũ. Sicut & illa: pater , & filius ſunt una eſſentia ſpirans: falſa eſt. Ad hoc dicitur: licet concedatur: ꝙ pater,& filius ſunt unum principiũ ſpiritusſancti:ſicut conceditur:ꝙ ſunt unũ principium creaturæ:tñ nõ eſt omnino ſimile. Sed in hoc eſt differentia:quia.ſ.pater,& filius & ſpiritusſanctus ſunt unũ principium naturale reſpectu creaturæ:quia ſunt natura diuina, quę eſt principium creaturæ: ſed pater,& filius nõ ſic principiũ naturale: ſed notionale,ut patebit. Ita ꝙ in prima principium eſt terminus eſſentialis ſupponens immediatè pro eſſentia. Et eſt ſenſus:pater,& filius ſunt unum principium creaturę i.ſunt una eſſentia,quę eſt principium creaturæ.Sed in ſecunda principium eſt terminus non eſſentialis, & notionalis non ſupponẽs immediatè pro eſſentia, ſed pro perſona. Sic non conceduntur ſimili modo per omnia illæ duæ : pater, & filius ſunt unus creator:& pater , & filius ſunt unus ſpirator. Prima enim ualet: pater , & filius ſunt una eſſentia , quæ eſt principium creaturæ. Secunda uerò poteſt habere duos ſenſus . Primus: pater ,& filius ſunt unum conſtitutum , quod uerè ſpirat : & non eſt formaliter eſſentia licet realiter . Et ſic ſpirator ſupponit notionaliter : & nec eſſentialiter , nec perſonaliter. Alius eſt : pater , & filius ſunt una eſſentia diuina , quæ eſt principium elicitiuum ſpiritusſancti . Sed de illo non eſt ad propoſitum : quia hic ſit

Dub. 2. L ſermo de principio productiuo. ¶ Secundum dubium eſt. Actus ſunt ſuppoſitorū ſecundum philoſophum: ſed illud conſtitutum, de quo primo prędicatur ſpirare, non eſt formaliter ſuppoſitum, alias in diuinis eſſet quaternitas. ¶ Solutio, ꝙ illa auctoritas non inuenitur in philoſopho: ſed quod actus ſunt ſingulariū. Ita habetur. j. Metaphyſ. Omnes enim concedunt: ꝙ anima intelligit, appetit. Similiter intellectus intelligit: uoluntas uult: calor calefacit: quæ tamen nō ſunt ſuppoſita. Nunc autem illud conſtitutū eſt ſingulare: & ideo non repugnat ſibi ſpirare. ¶ Si quæritur. Si hoc conſtitutū ſpirat: cum tamen nō ſit formaliter ſuppoſitum: quare etiam non eſſentia ſpirat. Reſpondeo non ideo eſſentia non ſpirat: quia nō eſt formaliter ſuppoſitū. Sed quia ſpirans realiter diſtinguitur a ſpirato: ſicut generans a genito. Eſſentia autem a nullo in diuinis realiter di-

Dub. 3. M ſtinguitur. ¶ Tertium dubium. dictum eſt prius diſt. v. q. j. ꝙ aliqua prædicata nulli conueniunt, niſi cui immediatè conueniunt: ſicut generare, ſpirare. ſed ſpirare primò conuenit illi conſtituto: ergo malè dicitur de patre, & filio. Reſpondetur. Sicut diſtingui cōuenit alicui quandoque ratione alicuius intrinſeci: ut ſupra patuit diſt. ij. q. j. & iij. & diſt. xj. q. ij. ſic & illa uocabula quandoq; mediatè prædicantur ratione alicuius intrinſeci: Et quia pater eſt hoc conſtitutum: & ſimiliter filius: ergo de utroq; notionaliter prędicatur: ſed immediatè ſolum de illo conſtituto formaliter prędicatur. Vnde non ſunt eodem modo ueræ illę duæ. Deus ſpirat, & deus creat. Nam deus in prima ſupponit notionaliter pro illo cōſtituto: ſed in ſecunda eſſentialiter.

Dub. 4. Quō poteſt ſtare q̄d non ſint quatuor ꝑſonæ in diuinis. ¶ Quartum dubium: quomodo poſſunt prædicta ſtare: ita ꝙ non ſint in diuinis quatuor perſonæ: ſi conceduntur eſſe in diuinis quatuor conſtituta. Reſpondeī ſicut conceditur: ꝙ ſunt in diuinis quatuor relationes ad ſenſum infra tangendum diſt. xxvij. & xxviij. quæ non ſunt inter ſe realiter diſtinctę · & ex conſequenti non conſtituunt quatuor perſonas realiter diſtinctas. Ita concedi poſſet: ꝙ ſunt ibi tres perſonæ, & unum cōſtitutum: de quo immediatè prędicatur ſpirare: quod non formaliter: ſed identicè, & realiter ſuppoſitum. eſt enim in patre & filio intranſitiuè. Ferè conſimile dubium habetur diſt. xj. q. ij. E. ¶ Et miror de Grego. qui diſt. xj. art. j. negans omnino perſonarum conſtitutionem tā quam repugnantem ſimplicitati diuinæ eſſentiæ, cuius tamen oppoſitum oſtenſum eſt diſt. viij. q. vij. & diſt. ix. q. ij. huius collect. & infra de perſonarum conſtitutione latius tangetur. dicit: ꝙ præter ſpirationē nō eſt in filio aliquid, quo diſtinguatur ipſe a ſpiritusancto. Quod utique dictum ſuum uerum eſt: & non contrariatur diuinę ſimplicitati. Sed ſicut ipſe ponit ſpirationem eſſe in filio, & eſſe filium: ita ponendū de filiatione, ꝙ eſt in filio intranſitiuè: & eſt filius realiter, & eſſentialiter. Ita ſuo modo de conſtituto dici poteſt ſecundum communem opinionem. ¶ Nec conuenit ſpirationi actiuę conſtituere perſonam; ut infra habetur diſt. xxvj. q. iij. quia nō diſtinguit a qualibet alia perſona. Cum ergo diſtinctio ſuppoſitorum oritur ex diſtinctione reali conſtituentium: quia non ſunt niſi tres proprietates relatiuè realiter diſtinctè inter ſe: ergo ſolū erūt tres perſonæ formaliter: & ſecundum doc. tale conſtitutum, quod identificatur realiter patri, & filio: & ita non erit quaternitas in diuinis. ¶ Corollariè ſequitur: ꝙ in diuinis eſt aliquis terminus non ſupponēs primò, & immediatè pro eſſentia: nec pro perſona: nec pro relatione præciſè; ſed pro cōſtituto ex eſſentia, & relatione: quod nō eſt formaliter ꝑſona: licet ſint realiter, & eſſentialiter duę perſonæ. Vnde pro horum intellectu adduco diſtinctionem dn̄i Camera. q. v. cum inquit. Suppoſitio alicuius termini in diuinis eſt duplex. Quædam eſt ſuppoſitio mediata. Alia immediata. Vnde ille terminus ſupponit mediatè ꝓ patre in diuinis, qui ſupponit pro patre: & tamen non conuertitur cum iſto termino pater: conuerſione regulata per hoc ſignum omnis res, quę eſt. Et ſic iſte terminus pater ſupponit pro eſſentia nō  Coroll.



immediatè. Et ſimiliter iſte terminus eſſentia pro patre: quia licet pater ſit eſſentia: & econtrario non tamen ſeqtur: quæcunque res, quæ eſt pater eſt eſſentia, ergo quecunq; res, quæ eſt eſſentia: eſt pater: ut patet. Sed ille terminus ſupponit immediatè pro patre in diuinis, ſiue ꝓ perſona, quę producit, & nō producitur: qui conuertitur conuerſione regulata per hoc ſignum omnis res, quæ eſt. nullus autē alius terminus ſupponit immediatè pro patre. Et ſic dicendum eſt de filio ſuo modo. & de ſpiritusancto, & de eſſētia &c. ¶ Ex iſtis inferri poſſunt aliquæ regulæ ſecundum eundē

Regulę. O bene notando. ¶ Prima eſt. Nullus terminus perſonalis ſupponit imediatè pro eſſentia in diuinis: ſicut ſunt iſti termini, pater, filius, & ſpiritusſanctus. Et pa-

2 tet clarè. ¶ Secunda. Nullus terminus eſſentialis ſupponit immediatè pro perſona in diuinis; ſicut iſti deitas, eſſentia.

3 ¶ Tertia. oīs terminus eſſentialis ſupponit mediatè uel immediatè pro qualibet re in diuinis. Patet: q̄a iſte terminus eſsētia, uel deitas ſupponit ꝓ eſſētia imediatè: & ꝓ qual. ꝑſona mediatè &c. ¶ Quar-

4 ta. Nullus terminus ꝑſonalis ſupponit ꝓ qualibet re in diuinis. Patet: quoniā iſte terminus pater non ſupponit pro filio: nec econtra. Nec ſpiritusſanctus pro patre: nec econtra &c. Tamē iſte terminus pater bene ſuppònit mediatè pro re, quę eſt filius. ſ. pro eſſentia. ¶ Quinta. Licet

5 quilibet terminus perſonalis non collectiuus immediatè ſupponat pro perſona: mediatè pro eſſentia: tamen nullus talis ſupponit pro pluribus rebus in diuinis copulatiuè, nec etiam diſiunctiuè. Patet: quoniam iſta copulatiua eſt falſa: pater eſt pater: & pater ē filius &c. Similiter iſta de copulato extremo eſt falſa: pater eſt pater, & filius. Et ſic pater nō ſupponit collectiuè pro pluribus rebus: nec coniunctim: nec diuiſim &c.

6 ¶ Sexta eſt; ꝙ licet iſte terminus trinitas ſupponat immediatè; pro omnibus perſonis diuinis collectiuè: tamen pro nulla earum per ſe ſumpta ſupponit: nec mediatè, nec immediatè. Prima pars patet: quoniam hæc eſt uera: quæcunque res, quæ eſt trinitas, eſt pater, & filius, & ſpiritusſanctus: & econtra quæcunque res eſt pater, & filius, & ſpiritusſanctus, eſt trinitas: igitur. Secunda patet: quoniam nec trinitas eſt pater, nec ecōtra. ¶ Ex qua ſequitur ſeptima, ꝙ cū ali- 7

quis terminus. ſ. trinitas, qui ſupponit ꝓ re in diuinis licet mediatè: tamē pro nulla perſona ſupponit mediatè, uel immediatè. Prima pars patet: quia hæc eſt uera. trinitas eſt eſſentia: ergo ſupponit ꝓ eſſentia: patet per diffinitionem ſuppoſitionis. Secunda pars patet, quoniam hæc non eſt uera: trinitas eſt perſona: nec econtra: ergo. &c. Hę regulæ ſumptæ ſunt ex dictis domini Camer. ubi ſupra. ¶ Per hoc ad Greg. cū dicit doct. P

falſo inniti fundamento de conſtitutis, & conſtitutiuis in diuinis, cum recitat opi. doc. dicitur negando aſſumptū. Vnde ſicut ipſe defendit ſpirationem eſſe in patre intranſitiuè: ut patuit in dubio quarto: ita & doctor idem ſentit: ut clarè habetur diſt. xxvj. ubi doct. materiam de conſtitutione perſonarum latè proſequitur: Patuit de hoc etiam diſtin. viij. q. ix. quemadmodum. ſ. cum ſumma ſimplicitate, quæ in diuinis eſt: poſſit ſtare perſonarum conſtitutio: ut infra de perſonarum conſtitutione latius tangetur. ¶ Ad ſecundum patuit: ꝙ illud conſtitutum non eſt perſona formaliter. Et ſatis patet euaſio, ꝙ ſecus eſt de perſonis, & illo conſtituto. Patuit enim ex prædictis diſtin. ix. q. ij. & alibi: ꝙ tot ſunt in diuinis perſonæ realiter diſtinctę: quot ſunt proprietates relatiuæ, ſeu conſtitutiuæ realiter diſtinctę. ſ. paternitas, quæ eſt in patre: filiatio, quæ eſt in filio: ſpiratio paſſiua in ſpiritusancto. Sed iſtud conſtitutum ex eſſentia, & proprietate actiua, eſt realiter pater: & eſt realiter filius: licet non formaliter: & ſpiratio actiua conuenit patri, & filio. ¶ Præterea reſpiciendo diffinitionem perſonæ: patet: ꝙ ſicut conſtituens non eſt formaliter perſona: ita nec illud conſtitutum quod eſt in patre, & filio intranſitiuè. Et capiendo conſtitutionem largè, ut infra patebit: poteſt dici, ꝙ ſpiratio actiua etiam eſt conſtitutiua patris: & ſimi-

ſiter filij:ad ſenſum infra tangendum.
Hæc ſine temeraria aſſertione piè dice-
re placuit humili cũ ſubmisſione. Nec ſe
quitur:ꝙ pater,& filius ſint una pſona:li
cet ẽt ſecundũ cõem loquẽdi modũ,ſint
una cõis ſpiratio : uel habeãt cõem uim
ſpiratiuã. Sed quicquid ſit de modo lo-
quendi:fides habet,ꝙ pater,& filius ue-
rè ſpirant unica ſpiratione:& eis cõue-
nit ſpirare unica ſpiratione:non duabus
ſpirationibus : & tamen non ſunt una
perſona:ſed pñt dici notionaliter unum
principium ſpirandi &c. ¶ Ad aliud de
ſpiratione tali,& tanta illius conſtituti:
a ſpiritusſancto ſicut patris a filio:aut pa
tris a ſpiritusſancto. Dicendũ, ꝙ uis eſt
in termino diſtingui perſonaliter. Si enĩ
in diuinis diſtingui perſonaliter eſt di-
ſtingui realiter: concedi poteſt: ꝙ illud
conſtitutum ita diſtinguitur perſonali-
ter a ſpiritusſancto,ſicut pater a filio·li-
cet ipſum nõ ſit perſona formaliter:ſed
ſolum realiter,& identice: quo mõ etiã
proprietates perſonales, quæ non ſunt
formaliter perſonę:inter ſe diſtinguun
tur: ut ſumi poteſt ex ca. ſæpe allegato.
dãnamus. Si uerò perſonaliter diſtingui
eſt perſonarum pręciſè realiter diſtin-
ctarum:ſic poſſet dici,ꝙ quia illud con-
ſtitutum non eſt formaliter perſona:nõ
diſtinguitur pſonaliter a ſpiritusſancto :
ſicut & filiatio(cum non ſit formaliter
perſona) non diſtinguitur hoc modo p
ſonaliter a ſpiritusſancto, aut paternitas
a filio. Sed fortè illa non eſt communis
acceptio diſtinctionis perſonalis. Verũ
quia hoc conſtitutum eſt pater, & eſt fi
lius,quorum quilibet realiter , & perſo-
naliter diſtinguit̃ a ſpiritusſancto : ideo
poteſt dici:ꝙ hoc conſtitutum diſtingui
tur realiter, & perſonaliter a ſpiritusſan-
cto: licet non ſit formaliter perſona. Et
eſt ſimile de proprietatibus perſonalibus
quę realiter diſtinguuntur a perſona op
poſita:ſicut perſonæ ipſę quarum ſunt
intranſitiuè. ¶ Ad aliud dici poteſt : ꝙ
ſpiritusſanctus non eſt aliud ab iſto con
ſtituto:quia eſt eiuſdem eſſentiæ cũ eo.
Nec eſt alius deus ab illo conſtituto:ſed
eſt aliud conſtitutum:quia aliquod præ
dicatum notionale dicitur de tali con-
ſtituto.ſ.ſpirare,quod non dicitur de ſpi
ritusſancto. ¶ Eligat lector opi. quę ma-
gis placet. opinio Camer. non uidetur
prorſus refutanda : ne oporteat ponere
conſtitutum tale &c. & ita conſtituta
in diuinis multiplicare.

## QVAESTIO. II.

VTRVM pater,& filius ſpi A
rent ſpiritumſanctũ inquan
tum ſunt unum,uel inquan
tum ſunt diſtincti. ¶ Quæ-
ſtio illa partim eſt realis:partim uerba-
lis. Principaliter enim quęrit de ueri-ta-
te illarum propoſitionum:pater & filius
ſpirant inquantum ſunt unum:inquan-
tum ſunt diſtincti &c. An de uirtute ſer
monis ſint concedendę. ¶ Sed primum Arti. 1.
pro articulo primo uideamus de re. Pro Nota. 1
cuius intellectu primò notandum : ꝙ in
diuinis ſunt eſſentia:relatio,perſona, &
conſtitutum ex diuina eſſentia, & ſpira
tione actiua ſecundum opi. doct. iam ſæ
pe tactam. Et quicquid eſt in deo:eſt for
maliter ex natura rei : & omnino aliqđ
iſtorum. Verum nomina,& conceptus,
qui non ſunt deus : ſed ſingulariter deũ
repręſentant:multa ſunt,quorum aliqua
principaliter unum iſtorum ſignificant
& aliud connotant ſecundum diuerſos
modos conſiderandi ea. Et propter hoc
poſſunt propoſitiones ex eis conſtitutę
diuerſimodè ſe habere quoad ueritatem
& falſitatem:ut ex dictis diſtin. v.& alibi
ſatis patet. ¶ Secundò notandũ: ꝙ prin- Nota. 2
cipium elicitiuum ſpiritusſancti eſt præ- B
ciſè uoluntas diuina: quia eſt præciſè
eſſentia diuina, quę eſt omnino ex natu
ra rei diuina uoluntas. Intantum ꝙ ſi
diuina uoluntas poſſet eſſe in una ſola
perſona productiua , & non in duabus
perſonis productiuis:ipſa poſſet eſſe prin
cipium ſpirandi ſpiritusſancti.de hoc ſu-
pra diſtin.vij q. j. & ij. Item diſt. ij. q. j.
¶ Tertiò notandum:ꝙ cum ſancti,& an Nota. 3
tiqui doctores dicunt,ꝙ pater , & filius C
ut concordi uoluntate ſe diligunt amo
re mutuo,iucundo, ferventi, & incen-
tiuo:quem pater impendit filio: & filius
eundem amorem rependit patri ( ut Ri
char. loquitur) ſpirant ſpiritumſanctũ,



qui eſt amor,& nexus utriuſque. Nõ uo
lunt nec intendunt, ꝙ ſit ibi aliqua mu
tuitas amoris impenſi,& repenſi ſuper-
uenientis diſtincti qualitercunque a di-
uina uoluntate, & a perſonis patris,& fi
lij:ita ꝙ ſi per impoſsibile eſſent pater,
& filius habentes bonitatem, & amorẽ
eſſentialem communem omnibus alijs
circumſcriptis non poſſent ſpirare ſpiri
tumſanctum. Sed intelligunt:ꝙ hoc ip-
ſo:ꝙ pater diligit, filium producit ſpiri-
tumſanctum: quod nihil aliud eſt, quàm
ꝙ pater uirtute amoris,quo diligit filiũ
qui amor in nullo diſtinguitur ab amo-
re cõmuni,qui eſt diuina eſſentia:produ
cit ſpiritumſanctum. Sic filius diligendo
patrem , uirtute amoris eiuſdem ſpirat
ſpiritumſanctum. Et ſic non eſt ibi ali-
quis amor imaginabilis quaſi ſuperue-
niẽs præter diuinam eſſentiam : quæ eſt
amor perfectisſimus, iucũdus, bonitas,
ſapientia &c. Verum hoc nomẽ amor
mutuus non importat præciſè amorem
cõem,nec præciſè aliquam perſonã: uel
relationem:nec aliquid quocunq; a prę
dictis ex parte rei diſtinctum, ſed impor
tat amorem cõem , & diuinas perſonas
ſe mutuo amore cõmuni diligentes. Et
ſi non mutuò diligerent: nõ eſſet amor
iucundus feruens,& perfectus:quia niſi
eſſet mutuus:non eſſet eſſentialis , nec
infinitus. Et impoſsibile eſt ponere ali-
quem amorem,quo pater diligit filium,
& econuerſo:niſi amorem cõem tribus:
quo amore omnes tres perſonæ mutuò
ſe diligunt. ¶ Si quæris. Cum ergo illo
amore cõmuni,& eſſentiali diligunt ſe
filius,& ſpiritusſanctus:quare non pro-
ducunt aliquam perſonam ſicut pater ,
& filius:quia diligunt ſe: producunt ſpi
ritumſanctum. Reſponſio: quia deus eſt
hæc natura: hoc eſt, eſt una eſſentia : &
tres perſonæ, & non plures:quod nobis
innoteſcit per ſcripturam a deo reuela-
tam. Ideo uelle aſsignare rationem, ubi
nulla eſt:niſi quia natura rei eſt talis : eſt
fruſtra niti. Hæc de re. ¶ Quantum ad
Arti. 2. articulum ſecundum de modo loquen-
Cõcl. 1. di, & ad quæſtionem eſt concluſio pri-
D ma. Pater,& filius nec inquantũ unũ ,
nec inquantum diſtincti ſpirant, ſſ. acci
piendo inquãtum propriè, & reductiuè
Patet manifeſtè exponendo eam. Quõ.
autem propoſitio reduplicatiua exponi
debet:latè proſequitur doc. ſed quia eſt
logicale:hic reſcinditur. ¶ Secunda cõ Cõcl. 2.
cluſio. Spirare primò conuenit alicui
uni,& non primò conuenit diſtinctis.
Probatur:quia ſpirare prædicatur per ſe
primo modo de uno cõſtituto ex eſſen-
tia diuina,& ſpiratione actiua:non autẽ
ſic prędicatur de diſtinctis. Item ſpirare
conuenit tali conſtituto omni alio cir-
cũſcripto.& nulli alij ipſo circũſcripto :
ergo primò ei conuenit : non ſic autem
alicui perſonæ. Et hoc uolunt ſancti,cũ
dicunt:pater,& filius ſpirant inquantũ
unum,& non inquantum diſtincti. Hoc
etiam dicunt ad denotandum unitatẽ
ſpirationis actiuę,& non pluralitatẽ: ut
ſcilicet quamuis pater, & filius ſunt plu
res perſonæ: tamen ſpirant unica ſpira-
tione , & non pluribus . De quo ſupra
diſtinct. xij. quæſt. j.

## QVAESTIO. III.

VTRVM pater, & filius ſpi A
rant omnino uniformiter
ſpiritumſanctum . Recitat
doctor:& impugnat opin.
Sco. diſt. xij. q. ij. qui tenet
ꝙ inquantũ eſt ex parte ſpirationis act⁹
in ſe, & ex parte ſpirati eſt omnimoda
uniformitas:ſed comparando actum ſpi
randi ad perſonas , non eſt omnimoda
uniformitas:ꝙ enim filius ſpirat hoc ha
bet a patre,pater uerò a ſe. ¶ Notandũ Arti. 1.
ergo breuiter pro articulo primo,ꝙ di- Nota. 1
ctio uniformiter excludit ordinem. Et
qa poteſt hic attendi duplex ordo. Vnus
in perſonis producentibus, qui eſt ordo
originis. Alius in ipſa productione, ſiue
producendo, & ſecundum hoc unifor-
miter poteſt excludere hunc ordinem,
uel utrunque. ¶ Pro ſecundo articulo ẽ Arti. 2.
concluſio hæc prima. Pater,& filius nõ Cõcl. 1.
ſpirant uniformiter quantum ad ordinẽ B
pſonarũ producentiũ. Patet:qa inter p-
ſonas eſt ordo originis,quo pr̃ eſt prior
filio:qa pr̃ genuit filiũ: & nõ ecõtrario.
Itẽ ꝙ pater ſpirat hoc habet a ſe:ꝙ uerò
filius ſpirat: habet a patre. ¶ Secunda Cõcl. 2

concluſio. Pater,& filius omnino uniformiter ſpirāt.ſ.p excluſionē ordinis ī producendo:ita.ſ. ꝙ in nullo ſigno, uel inſtanti aut quocunq; imaginabili diſtincto a perſonis producentibus ſpirat pater:in quo non ſpiret filius. Patet: quia omnino habent illud unum ſpirandi principium.ſ.conſtitutum ex eſſentia,& ſpiratione actiua,cui primò conuenit ſpirare ſecundum doct. Nec impedit: ꝙ non habent hoc principium productiuum uniformiter. Puta:quia pr̄ habet a ſe: filius a patre: quia poſſunt diuerſæ cauſæ ſimul concurrere ad productionem eiuſdem effectus: quarum una uirtutem cauſandi recipit ab alia. ¶ Poſſet tamē ad certum ſenſum illa conce di. Pater prius origine ſpirat, quā filius: ſic intelligēdo, ꝙ pater ſpirat a ſe: filius non a ſe. Non tamen pater ſpirat in aliquo ſigno, uel inſtanti naturæ, in quo non ſpirat filius: quia ſtat ordo prioritatis perſonarum inter ſe præciſè: ſine omni ordine in producendo: Si ergo per ſpirare prius origine nihil aliud intelligitur: niſi ꝙ pater ſpirans eſt prior origine.uel ꝙ pater a ſe habet ſpirare: filius uerò a patre: conceditur: ꝙ pater prius origine ſpirat, quàm filius. De hoc

Arti. 3. C ſupra diſt.ix.q.iij. ¶ Quantum ad articulum tertium: dubitatur circa prędicta. Nam expreſſè in oppoſitum uidentur eſſe ſancti. Dicit enim Aug. ꝙ ſpiritusſanctus principaliter procedit a patre: ut habet magiſter in textu. Et Hieron. ꝙ ſpiritusſanctus procedit a patre per filium. Et idem dicunt Hil. & Rich. ſpiritusſanctus procedit a patre immediatè: a filio autem mediatè tantum: ergo ibi non eſt uniformitas. Ad hoc dicitur: ꝙ omnia illa dicta,& ſimilia nihil aliud uolunt a prædictis ſcilicet. Pater ſicut habet eſſe a ſe,& ponitur trinitatis principium: ita & ſpirare habet a ſe. Filius uerò ſicut genitus eſt a patre: ita habet ſpirare a patre. Pater ergo principaliter ſpirat:& non per alium: ideſt ſpirare habet a ſe: filius autem naſcendo accepit a patre. Aliæ interpretationes illorum dictorum ſecundum ſigna, uel inſtantia prioritatis: de quibus diſtinctio.ix. quæſtione. iij. patuit: non admittuntur.

## DISTINCTIO. XIII.

EGIT Magiſter de proceſsionis ſpiritusſancti modo, & ordine: nunc de eius ad generationem uerbi cōparatione. Et eſt textus ſententia in ſubnotatis tribus cōcluſionibus comprehenſa. ¶ Prima concluſio. Spiritusſanctus non eſt natus: licet procedat de patris ſubſtantia: quia non procedit quomodo natus: ſed quomodo datus. ¶ Secunda concluſio. Donum ratione ſuæ productionis præciſè non procedit: ut ſimile ei, a quo procedit ſecundum naturam. Quod uerò naſcitur, ex ipſa natiuitate procedit: ut ſimile in natura: filius ergo naſcitur,& nō ſpiritusſanctus. ¶ Tertia. Licet ſpiritusſanctus dicatur ingenitus: ideſt non genitus: ſolus tamē pater dicitur ingenitus.i.a nullo productus. Vnde clarius ex textu.

## QVAESTIO unica.

VTRVM generatio filij ſit ſpiratio. ¶ Tametſi circa queſtionis huius ſolu- A Difficile ē emanationē perſonarum explicare. tiones quis dicere poſſet illud pro ſe, quod allegat Holkot.q.x.determinationum. Dignè loqui de perſonis, uim tranſcendit rationis: excedit ingenia, quid ſit gigni: q̄d proceſſus: me neſcire ſum profeſſus: cum tamen turpe ſit theologo non poſſe credendorum qualemcunque intellectum,& rationem dare: ut habet doctrina beati Petri in effectu. j.Pet.iij. Ideo humili cum ſubmisſione, & ſine præiudicio ſententiæ ſanioris nititur doct. in hac quæſtione aperire poſſe tenus differentiam generationis, & ſpirationis. Hinc Camerac.q.viij.arti.iij. redarguit Greg.de inſufficientia: ꝙ ad eam rem diſcutiendam ſeſe non uult intromittere



tere, innitendo præciſè fidei. Eapropter idem doct. uolens explicare differentiam generationis, & ſpirationis, dicit: quòd hæc explicatio fieri non poſſit niſi per hoc, quòd generatio eſt ab uno tantum: ſpiratio autem a duobus. Item filius eſt ab uno ſolo,& non ſpiritusſanctus: & ſpiritusſanctus eſt a duobus, quorum unus, ſcilicet pater dat alteri (puta filio) quòd ſpiritusſanctus procedat ab eo. Et ſic etiam poteſt explicari, quomodo ſpiritusſanctus procedit, ut datus: ſed non ut natus. Sed cum reuerentia tanti uiri, hoc uidetur petere principium, & imponere ut placet terminum. Stante enim ſuo quid nominis, quod imponit,& pręmittit: hęc uadunt: ſed per hoc nō patet nodus quæſtionis.

Arti. 1. ¶ Itaque pro articulo primo quæſtionis.
B Notandum breuiter: quantum hic ſufficit, ꝙ generatio ſumitur dupliciter.
Generatio capitur dupliciter. Largè generatio eſt productio cuiuſcunque non de nihilo. Et iſto modo, quando productio eſt non de nihilo: ſi concurrit materia, & ſubiectum: neceſſe eſt ibi productio per informationem, & impresſionem. Informationem materię,& impresſionem formæ talis in diuinis nō habet locum. Aliter,& ſtrictè accipitur generatio, ut eſt productio uiuentis a uiuente: qua uiuens ratione ſuæ productionis præciſè producitur, ut totaliter ſimile: & eiuſdē rationis cum producto: quantum ad omnia excepta ſola productione, & ſic generari pasſiuè eſt naſci. ¶ Dicitur notanter: qua uiuens ratione ſuæ productionis &c. propter proceſſionem ſpiritusſancti, quæ non dicitur generatio: ſed proceſſio: quia licet ſpiritusſanctus ſit conſubſtantialis patri, & filio, & procedat de ſubſtantia patris (ad ſenſum ſupra tactum diſtinctio.v. quæſtio. ij.) quia tamen procedit ut datus, & non ut natus: ſeu ut imago patris: ideo eius proceſſio non dicitur generatio. De ratione enim imaginis præciſè eſt, quòd ſit ſimilis ipſi. cuius eſt imago: alias non diceretur imago perfecta. Secus eſt de dono de cuius ratione non eſt: ꝙ ſit ſimile donanti, uel obiecto amato, & dilecto.

¶ Iſto præmiſſo poni poſſunt aliquæ ge- Prop. 1. C
nerales propoſitiones. Prima. Pasſiua ſpiritusſancti proceſſio non eſt generatio: nec ſpiritusſanctus ad intra genitus eſt: ſed procedens. Prima pars patet ex notatis. Secunda ex fide,& ex ſymbolo Athanaſij. Non factus: nec creatus, nec genitus: ſed procedens. ¶ Secunda Prop. 2
propoſitio. Paſsiua ſpiritusſancti proceſſio, & filij generatio, ac ipſarum diſtinctio, non eſt a nobis in uia perfectè cognoſcibilis. Patet auctoritate Eſaiæ. Generationem eius quis enarrabit. ca.liij. & ex uicto pro ſe ſuperius allegato. faciunt ad id multa ſanctorum dicta, & fides catholica. Et ſic idem eſt de pro Prop. 3
ceſſione: ſicut de generatione. ¶ Tertia propoſitio. Paſſiua ſpiritusſancti proceſſio, & filij generatio, ac ipſarum diſtinctio, eſt a uiatore aliquo modo intelligibilis. Hanc propoſitionem non aſſertiuè: ſed recitatiuè ſolum pono. ¶ Pro cuius intellectu, notandum primò. Licet ſecundum beatum Auguſtinum plenè diſtinguere inter generationem uerbi,& proceſſionem ſpiritusſancti, non eſt poſſibile pro ſtatu illo: poſſumus tamen aliquo modo ex his, quæ ſunt in mente noſtra: ad concipiendum ea, quæ in deo ſunt aſſurgere: quamuis ſit magis diſſimilitudo. ¶ No- D
tandum ergo, quòd intellectus noſter intelligens aliquid intuitiuè ſingulariter exiſtens: fingere poteſt aliquid ſimile illi intellecto: quod ſecundum unam opinionem habet tantum eſſe obiectiuum: & non ſubiectiuum: & ita non eſt ſimile realiter prius intuitiuè intellecto: ſed ſolum in eſſe obiectiuo, ideſt intelligibili, & eſt quaſi imago ſimillima rei prius intellectæ: in eſſe tamen obiectiuo. in tantum, quòd ſi intellectus haberet uim productiuam realem: ſicut habet uim fictiuam: illud productum uerè eſſet eiuſdem rationis cum illo præintellecto: & imago ſimillima ei. Et ſi intellectus intelligens ſeipſum perfectè, & intuitiuè de ſeipſo talem ima-

ginem produceret, tamquam de ſui eſſentia: uerè generaret ipſum: ſtrictiſſimè accepta generatione. Secundũ aliã opinionem, quæ ponit: ꝙ conceptus eſt qualitas mẽtis: dicitur ꝙ ipſa intellectio eſt quædam qualitas producta ab intellectu: ſimillima quidem obiecto, non in reali exiſtentia (quia eſt accidens ſpecificabile, & obiectum quandoq; ſubſtantia materialis) ſed ſimillima repræſentatiuę. Et ut magis accedatur ad propoſitum, dici poteſt, ꝙ intellectus intelligens aliquid intuitiuè: ſtatim producit noticiam abſtractiuam ſimillimam obiecto: quæ eſt etiam imago eius repræſentatiua: quæ ſi eſſet ſimilis realiter: ſicut eſt ſimilis repræſentatiuè: iam uerè generaretur &c. ut ſupra. Voluntas autem noſtra diligens obiectum, non habet huiuſmodi uim fictiuam, uel productiuam alicuius ſimilis obiecto dilecto: ſed habet uim donatiuam, qua poteſt aliquid ratione illius amoris donare dilecto. Et ſi non ſit aliquid præexiſtens, quod poſſit donare obiecto: producit (ſi poteſt) aliquid donabile ipſi obiecto dilecto.

Quod quidem donabile (ratione, qua ẽ donabile a uoluntate) non plus eſt ſimile, quàm diſſimile obiecto. Productum ergo a uoluntate uirtute productionis, qua produceretur uirtute amoris, ut donum donabile dilecto: ex ui talis productionis non eſſet magis ſimile, q̃ diſſimile. Fictum uerò, uel productum ab intellectu ex ui productionis, ſeu fictionis huiuſmodi eſt ſimillimum obiecto cognito: quia non poteſt intellectus fingere niſi ſimillimum obiecto cognito ad ſenſum expræſſum. ¶ Sic aliquo modo poſſumus conſiderare in diuinis. Nã eſſentia diuina nõ ſolum eſt intellectus, & uoluntas. ſed uerisſimè intellectio, & uolitio: uerè ſeipſam intelligens & uolens, & intelligendo ſeipſam perfectiſſimè, & infinite, eſt principium productiuum alicuius ſimiliſſimi uerè, & realiter ipſi patri intellecto: non tñ pręintellecto ſicut in nobis. Et quia productum oportet, ꝙ diſtinguatur a patre producente. Et quia ſimillimnm non poteſt diſtingui aliquo abſoluto: quia tunc nõ eſſet ſimillimum: ideo oportet, ꝙ diſtinguatur ipſamet productione. Eſt ergo hæc productio uerè generatio: quia productio uiuentis, ſimillimum de uiuente: & ita producens uerè eſt pater: & productum uerè filius: nullo eſſentiali: ſed ſola productione a patre diſtinctus. Eadem etiam eſſentia uirtute uolitionis (quę eſt tñ eadem formaliter cum eſſentia, intellectu, uoluntate, intellectione, & uolitione) poteſt eſſe principiũ producendi donum donabile obiecto dilecto, æquè perfectum, ſicut amor ipſe uirtute cuius donatur. Quod quidem donum eo ipſo: ꝙ donum eſt, non eſt ſimile: ſed quia producitur in eadem eſſentia eſt ſimile. Et ideo illa productio non eſt generatio ſtrictè accepta: quia non ex hoc ipſo, ꝙ eſt donum productum, ẽ uiuens de uiuente amato. Hæc productio eſt ſpiratio, & productum eſt ſpiritusſancti donum. ſ. patris, & filij. Quõ autem ſit donum: & cui donetur: dicẽ infra diſt. xviij. Hæc ſunt dicta ſine præiudicio ſententiæ melioris: quia ad inueſtigandum diſtinctionem inter generationem, & ſpirationem: & quare generatio non ſit ſpiratio: ſcio me totaliter inſufficientem, ait doctor.

Arti. 2. Cõcl. 1. F ¶ Ex illis pro articulo ſecundo nunc ponendæ ſunt concluſiones. Prima concluſio etiam ſuperius partim habita. Spiratio ſpiritusſancti nõ eſt generatio filij. Patet: quia illę productiones paſſiuę diſtinguuntur ſicut ipſa producta: ſed perſonę productæ realiter diſtinguuntur; ergo & illæ productiones. Tenet cõſequentia: quia per ſolas productiones perſonæ realiter diſtinguuntur.

Cõcl. 2 ¶ Secunda concluſio. Generatio, & ſpiratio actiuè ſumpta nõ diſtinguuntur realiter: ſed accipiendo generationem, & ſpirationem paſſiuè ſic diſtinguuntur realiter. Patet quoad primam partem; quia ſunt compatibiles in eadem perſona, puta in patre. Nam generatio actio, & ſpiratio actio ſunt in perſona patris, & generatio actio, & ſpiratio ſunt in perſona filij. Quæcunque autem in diuinis ſunt compoſſibilia in eadem perſona: ſunt idem realiter: ſicut econuerſo: quæcunque non



ſunt compoſſibilia in eadem perſona diſtinguuntur realiter: ſicut generatio, & ſpiratio paſſiua: quia incompoſſibiles: ideo diſtinguunt, & diſtinguuntur realiter: licet non ſint oppoſitæ: ut ſupra dictum eſt. Secunda pars patet: quia filius, & ſpiritusſanctus realiter diſtinguũtur.

Cõcl. 3. ¶ Tertia concluſio. Generatio, & ſpiratio paſſio diſtinguuntur realiter ſe ipſis. Probatio. Non enim præſupponunt aliquam diſtinctionem, ſine qua non poſſunt diſtingui: quia non principiorum elicitiuorum. Neque coexigũt: quia non eſt inconueniens idem principium elicitiuum eſſe diſtinctarum productionum. q. ij. diſt. vij.

Arti. 3. Dub. 1. G ¶ Pro articulo tertio eſt dubium. Nam uidetur: ꝙ ſpiratio paſſiua ſit generatio ſtrictiſſimè accepta: nam licet non ſit de ratione doni in genere, ꝙ procedat, ut ſimile: eſt tamen de ratione huius doni inquantum hoc donum: ſcilicet inquantum donum productum in eadem natura infinita: quòd procedat, ut ſimile: quia eiuſdem eſſentiæ, & ſic adhuc generatur. Reſpondet auctor: ꝙ non poteſt aſſignari ratiò ſufficiens, quare productio ſpiritusſancti nõ ſit uera generatio pro ſtatu illo: ſed fide credendum eſt, & tenendum: ꝙ etiam productio ſpiritusſancti, ut productio, non eſt generatio, ad quod adducta eſt aliqualis ſimilitudo ex creaturis: licet ualde tenuis, & diſſimilis. ualeat quantum poteſt.

Dub. 2. H Oĩa in diuinis ſũt idẽ. ¶ Secundum dubium. Nam dicit Boe. omnia in diuinis ſunt idem, ubi non obuiat relationis oppoſitio: ſed inter generationẽ, & ſpirationem nulla eſt oppoſitio: ergo. Ad hoc dicitur: ꝙ non tantum relationis oppoſitio inter correlatiua requiritur ad diſtinctionem realem in diuinis: ſed etiam relationum incompoſſibilitas in eadem perſona ſufficit ad diſtinctionem realem. Et ideo quia generatio, actio, & ſpiratio actiuè ſumpta ſunt in eadem perſona: non diſtinguuntur realiter: ſed generatio, & ſpiratio paſſiuè ſumpta non compatiuntur ſe in eadem perſona: quia impoſſibile eſt, ꝙ eadem perſona ſit generans, uel generata, & ſpirata: ideo generatio, & ſpiratio paſſiuè ſumpta non compatiuntur ſe in eadem perſona: ideo generatio, & ſpiratio paſſiuè ſumpta realiter diſtinguuntur. Et ſecundum hoc intelligẽda eſt auctoritas Boetij cum dicit. Omnia in diuinis ſunt idem, ubi non obuiat relationis oppoſitio. Addendum eſt: uel relationum incompoſſibilitas.



## DISTINCTIO. XIIII.

SVPRA magiſter egit de perſonarum emanatione ad intra: nũc ſpecialiter de proceſſione ſpiritusſancti ad extra. Non autem de miſſione filij ſaltem principaliter: quia eius miſſio incarnatio eſt: de qua in. iij. Hoc ergo facit in quinque diſtinctionibus. Et hoc tripliciter. ſ. quo ad principium a quo in diſtin. præſenti. & xv. Quo ad modum in diſtin. xvj. & xvij. Quoad proprietatem, in diſtin. xviij. Quo ad principium, a quo dupliciter. ſ. diſtinctũ, quod eſt pater, & filius. Indiſtinctum, quod eſt ipſemet ſpiritusſanctus. Modus ſimiliter duplex eſt. Viſibilis: diſtinctio. xvj. Proprietas uerò eſt: quia procedit ut donum: diſtin. xviij. ¶ Sententia literæ his complectitur concluſionibus. Prima. Spiritusſanctus a patre, & filio dupliciter procedit: ſcilicet proceſſione ęterna, & proceſſione temporali, pro creaturæ, cui ſanctificatiuè illabitur gratificatione. ¶ Secunda concluſio. Spiritusſancti temporalis proceſſio eſt eius miſſio, qua mittitur non tantum in dono creato gratiæ: ſed in ſeipſo. ¶ Tertia concluſio. Spiritumſanctum non dant uiri ſancti auctoritatiuè: ſed miniſterialiter, & impetratiuè.

Vide latius in textu.

## QVAESTIO. I.

A VTRVM ſpirituiſancto cō
petat duplex proceſſio: tem
poralis, ſcilicet & æterna.
Articulus primus certas ha
bet ſuppoſitiones. Secundus ſubiunget
Arti. 1. concluſiones. ¶ Quantum ad primum
Nota. 1 conſiderandum eſt, ꝙ difficultas huius
quæſtionis, & duarum ſequentium quę-
ſtionum magis in terminis conſiſtit, q̃
in re: ideo primo de re. Secundò de mo
do loquendi tractandum. Supponitur
itaque primò, ꝙ quælibet perſona di-
uina eſt cauſa efficiens, & finalis cuiusli
bet creaturæ: quia opera trinitatis ad ex
tra ſunt indiuiſa. Secundò, duæ ſunt per
ſonæ producentes, pater, & filius: duæ
productę, filius, & ſpirituſſanctus. Ter-
tiò, quęlibet perſona poteſt eſſe cauſa
gratiæ gratis datę, & gratum facientis
in creatura rationali. Quartò ſolus fi-
lius incarnatus eſt, & non alia perſona
diuina. Quintò: quęlibet perſona para-
ta eſſe poteſt ad faciendum, quicquid ab
ea rationabiliter petit creatura rationa
lis. Omnia iſta manifeſta ſunt, & conceſ
ſa ab omni catholico: & patent partim
Nota. 2 ex dictis. ¶ Secundò notandum: ꝙ pro
B cedere (ſecundum uſum ſanctorum) di-
cit aliquid, uel aliqua prædictorum: un
de proceſſio quandoque accipitur pro
productione paſſiua unius perſonę ab
altera. & hęc proceſſio dicitur proceſ-
ſio ęterna. Et hęc proceſſio ęterna, &
productio paſſiua idem ſunt. Aliquan-
do accipitur, ut imperat talem produ-
ctionem: & connotat perſonam procedē
tem, ut de nouo exiſtentem in creatura
rationali ſecundum modum aliquem de
terminatum infra dicendum. Et hæc
dicitur proceſſio temporalis. ¶ Et ſi eſ-
ſet modus loquendi ſanctorum: ꝙ pro-
cedere importaret productionem per-
ſonę ab alia, & nouam exiſtentiam in
creatura: non propter nouitatem dei,
ſed creaturę: concedendum eſſet, ꝙ ſpi
rituſſanctus procederet temporaliter,
quandocunque creatura crearetur. Si-
cut modo dicitur temporaliter proce-
dere: quia datur creaturę rationali ad ip
ſam ſanctificandam. Eſt ergo proceſſio
ęterna: productio ad intra. Proceſſio ue
rò temporalis eſt productio perſonæ ad
intra, & noua exiſtentia eius in creatu-
ra rationali ſecundum modum determi
natum. Ex quo patet: ꝙ licet pater eſt
de nouo in creatura rationali, quam ſan
ctificat: quia non uenit ſpirituſſanctus,
aut filius ad ſanctificandum creaturam
ſine patre: tamen pater non procedit tē
poraliter: quia non producitur ad intra.
Supponitur etiam, quod ſupra dictū eſt
de abſtractis connotatiuis. q. iij. prolo.
pro quo ſupponunt: quia ſecundum ali
quos non ſupponunt pro una ſola re:
ſed ſimul pro omnibus, quę ſignificant.
Sic creatio nō ſupponit pro aliquo uno:
ſed ſimul pro deo, & creatura de nouo
producta: ſecundū alios ſupponunt pro
eiſdem, pro quibus concreta, & cętera
connotant, & ſic creatio eſſet deus cre-
ans, & actio actiuè agens: paſſio paſſiuè
patiens. Connotaret tamen creatio
actiuè creaturam productam. Creatio
uerò paſſiuè ſupponit pro creatura con
Nota. 3 notando creatorem. ¶ Tertiò conſide-
C randum: ꝙ quidam ſolent ſic notificare
Proceſſio tēporalis eſt illapſus quidā. proceſſionem temporalem. Proceſſio
temporalis eſt illapſus quidam, quo per-
ſona ęternaliter procedens, uel produ-
cta illabitur menti createę per ſua dona:
aut ſubſtantiam ſuę perſonę adſiſtendo
ſibi ſpecialiſſimę ad actum bonum meri
torium exequendum. ¶ Dicitur primò
eſt illapſus. Eſt autem illapſus intima
pręſentialitas cum pręſidētia eius, quod
illabitur: & perfecta cognitione omniū
quę ſunt in illo illapſo: ut dicetur lib. ij.
diſtin. viij. q. ij. Et quamuis omni crea-
turę maxime intimus ſit deus: dicitur
tamen ſpecialiter tunc illabi menti hu-
manæ: cum ei præſidet ipſam ſpecialiter
regendo: ac ei influendo unde merito-
riè poſſit agere, ac digna fieri uita ęter
na: quomodo non adſiſtit menti creatu
rę rationalis ſe a deo auertenti: ac obi-
cem (ne illabatur deus) per mortale pec
catum ponenti. ¶ Quod ſequitur: quo
perſona ęternaliter producta &c. innuit
ꝙ proceſſio tēporalis pręſupponit ęter-
nam:



nam: ita ꝙ duo includit: ſcilicet proceſ-
ſionem ęternam ad intra: & nouum mo
dum exiſtendi in aliqua rationali creatu
ra ad extra. ¶ Ex quo ſequitur: ꝙ pro-
Corol. ceſſio dicit aliquid notionale, & aliqd
eſſentiale. Notionale quantum ad con
ditionem perſonæ procedentis. Eſſen-
tiale quātum ad illabi menti rationali.
Ideoque nec eſt purum eſſentiale: nec
purum notionale: ſed eſſentiale conno
tans notionale. ¶ Quòd uerò ſequitur.
Per ſua dona, aut ſubſtantiam ſuę perſo
nę, innuit perſonam procedentis dupli
citer adſiſtere menti rationali. ſ. in do-
no formaliter. Donum enim datum
creaturæ, charitas. ſ. & ſapientia, forma
liter inhęret ei: quibus mens ipſa for-
maliter deum cognoſcit, & amat. In ſe
uerò effectiuè, cum noſtrum diligere, &
D cognoſcere ipſe efficit. ¶ Et quia dona
creaturæ data dantur principaliter, ut
reuocetur ad principiū ſuum, unde exi
uit per creationem. Reducitur autem
rationalis creatura ad deum per actio-
Duplicia dona intellectus, & affectus. nes intellectus, & uoluntatis. Ideo du
plicia ſunt dona, in quibus procedere di
citur perſona diuina temporaliter, ſci-
licet dona intellectus, & affectus. Et
quamuis non illabitur una perſona ſine
alia: ſed ſimul omnes tres mentem ra-
tionalem ſanctificando inhabitant: ſe-
cundum illud Ioann. xiiij. Si quis dili-
git me ſermonem meum ſeruabit & pa
ter meus diliget eum: & ad eum uenie-
mus: & mānſionem apud eum faciemus.
Quia tn̄ dona, quæ pertinent ad illumi
nationem intellectus appropriantur fi-
lio, qui ad intra procedit per modum in
tellectus. unde & uerbum eſt patris: ideo
in eis ſpecialiter dicitur ꝓcedere filius.
Ideo orauit ſapiens Sapien. ix. Mitte
domine ſapientiam de cęlis ſanctis tuis:
& de ſede magnitudinis tuę: ut mecum
ſit, & mecum laboret: ut ſciam, quid
acceptum ſit coram te omni tempo-
re. Et dona uoluntatis, quibus recti-
ficatur affectus, appropriantur ſpiri-
tuiſancto procedenti per modum amo
ris: ideo in eis dicitur procedere ſpi-
rituſſanctus: iuxta illud ad Roman. v.
Charitas dei diffuſa eſt in cordibus no-
ſtris per ſpiritumſanctum, qui datus eſt
nobis. ¶ Mittitur enim tunc unicui-
que perſona diuina: cum a quoque co-
gnoſcitur, atque percipitur quantum
cognoſci, & percipi poteſt. Ait Augu.
iiij. de trinit. Et quia in dono appro-
priato magis cognoſcitur perſona, quā
non appropriato: ideo in illo magis di-
citur mitti illa perſona cui donum ip-
ſum appropriatur. Et Richar. Miſſio
eſt perſonę emanantis per effectum ſibi
appropriatum manifeſtatio. ¶ Quòd
uerò additur ultimò ſpecialiſſimè adſi
ſtēdo ad bonum meritorium: innuitur,
quòd non in quibuslibet donis proce-
dit filius, aut ſpirituſſanctus: non enim
in donis naturalibus tantum: nec gra-
tis datis tantum: ſed in dono gratum
faciente, quod eſt charitas: quo dono
(ut Auguſt. ait. v. de trinit.) nihil eſt
excellentius. ¶ Et quia charitas appro
priatur ſpirituiſancto, ut dictum eſt: ſi-
ne qua nulla perſona procedit tempo-
raliter: ideoque proceſſio tempora-
lis ſpirtuiſancto appropriatur. Et
etiam quia proceſſio temporalis ui-
detur eſſe quædam liberalis donatio per
modum muneris liberi, & glorioſi: ideo
ſpirituiſancto appropriatur, qui proce- Coroll.
dit per modum doni. ¶ Ex quo hoc ſe-
quitur: quod non in quolibet dono in-
tellectus dicitur procedere filius, aut
ſpirituſſanctus. Patet: quia non pro-
ceſſit in dono prophetiæ collato Cay-
phæ. de quo Ioannes. xi. quia tali do-
no non fuit ſanctificatus, neque deo
charus. Mittitur autem in dono ue-
ræ ſapientiæ, quæ includit charita-
tem: quæ ſapientia eſt cum amore no-
titia. de qua Sapien. j. Sapientia non
habitat in corpore ſubdito peccatis.
¶ Secundò ſequitur: ꝙ ad eas crea-
turas neque procedit, neque mittitur
filius aut ſpirituſſanctus: quas non ſan-
ctificant neque ſanctificatas inhabitāt:
ut fuere nubes, columba, linguæ igneæ.
Et ſic patet quid proceſſione tempora-
li accipiendum ſit. ¶ Pro articulo ſe-
cundo, & quantum ad modum loquen Arti. 2.
di eſt concluſio prima. Tenendo pri- Cōcl. 1.
mum modum loquendi de abſtractis: nō E

eſt concedendum de u rtute ſermonis:
ꝙ ſpiritusſancti ſit duplex proceſsio:uel
ꝙ ſpiritusſancti ſunt duæ proceſsiones.
Patet: quia ſecundum hunc modum lo
quendi proceſsio temporalis ſpiritusſan
cti non eſt res una:quia neque res abſo-
luta:nec res reſpectiua: quia nec relatio
realis:nec rationis. Si ergo proceſsio
temporalis non eſt res aliqua una: ergo
cum proceſsione æterna non conſtituit
Cōcl. 2. dualitatis numerum. ¶ Secunda conclu
ſio. tenendo ſecundum modū loquēdi:
non ſunt duę proceſsiones ſpiritusſan-
cti. Probatur: quia ſic proceſsio ſpiri-
tusſancti, eſt ſpiritusſanctus procedens:
non ſunt autem duo ſpiritusſancti proce
Cōcl. 3. dentes. ¶ Tertia concluſio: ſecundum
intentionem ſanctorum eſt duplex pro-
ceſsio .i. ſpiritusſanctus dupliciter proce
dit ęternaliter, ſcilicet & temporaliter.
Vnde notandum eſt. quòd quando duo
denominatiua ſic ſe habent. ꝙ unum de
nominare poteſt alio non denominãte:
tunc ſecundum conſuetudinem loquen
di conceditur pluralitas prędicari de ab
ſtractis illorum denominantium: licet il-
la abſtracta non importent rem unam
tantum: ſed res plures. Sic in propoſito
procedere æternaliter denominat. ſ.
quando non denominat temporaliter
procedere: & ſic conceditur, ꝙ eſt du-
plex proceſsio ſpiritusſancti: ſiue ꝙ duę
ſunt proceſsiones. ſ. per quas tamen ni-
hil aliud intelligendum eſt, niſi ꝙ ſpiri-
tusſanctus dupliciter procedit: ſcilicet tē
poraliter, & ęternaliter. Et ſecundum
eundem intellectum concedi poteſt: ꝙ
utraque proceſsio eſt realis. De æterna
manifeſtum eſt. De temporali patet:
quia ſicut conceditur, quòd ſpiritusſan
ctus realiter procedit ex tempore: ita cō
cedi poteſt, ꝙ proceſsio temporalis eſt
realis. Quia nihil aliud eſt proceſsionē
ſpiritusſancti eſſe realem: quàm. ſ. reali-
ter procedere: ſicut deus realiter creat:
realiter denominatur. Et ita creatio
dei eſt realis: & dominium eſt reale: ut
dicetur infra. Non tamen propter hoc
proceſsio temporalis eſt aliqua res rela-
tiua, uel abſoluta deo ſuperaddita: ſicut
nec creatio. Nec reſpectus rationis: qa
operatio intellectus nihil facit ad hoc,
ut ſit creatio. Importat autem proceſ
ſio temporalis nouum modum exiſtēdi
ſpiritumſanctū in creatura rationali &c.
Et quia nomen proceſsio temporalis im
portat creaturam, quam non importat
proceſsio æterna: concedunt multi, ꝙ
proceſsio temporalis realiter diſtingui-
tur ab ęterna. Quod utique uerum eſt,
ſi proceſsio tēporalis ſupponit pro om-
nibus, quæ ſignificat. i. pro ſpiritusſancto
producto, & creatura, in qua de nouo
exiſtit ſecundum determinatum modū.
Hoc totum autem differt realiter a ſpi-
ritusſancto, qui eſt proceſsio æterna.
¶ Pro articulo tertio moueri poſſent du Arti. 3.
bia: ſcilicet an de uirtute ſermonis poſ- F
ſit concedi, ꝙ duplex eſt proceſsio ſpi-
ritusſancti. Item an proceſsio tempo-
ralis ſit realis. Et ſi ſic: an res abſoluta,
uel relatiua. Item an temporalis proceſ
ſio differt ab æterna. Sed ſtudioſus le-
ctor hęc omnia in dictis pro concluſio-
ne tertia clarè inueniet. Ideo hic reſcin
duntur: quia plana ſunt.

## QVAESTIO. II.

VTRVM Spiritusſanctus A
detur in propria perſona,
uel tantum ſecundum ſua
dona. Tribus articulis ſo-
lito more terminabiť quę-
ſtio. ¶ Pro articulo primo notandum Arti. 1.
eſt: quòd differentia eſt inter illos ter- Nota. 1
minos, proceſsio, miſsio, datio. Pro-
ceſsio eſt in plus, quàm miſsio. Et miſ
ſio in plus: nec minus datio, ideſt pro-
ceſsio eſt ſuperius ad ly miſsio: & miſsio
nec eſt ſuperius, nec inferius ad ly datio.
Primum patet: quia omnis perſona,
quæ mittitur procedit: ſed non econuer
ſo. Aliqua enim perſona procedit, ſci
licet proceſsione æterna: & tamen non
mittitur: licet miſsibilis ſit, ideſt mitti
poſſet. Vnde perſona miſſa ab ęterno
procedit: & tñ non ab ęterno mittitur.
Secundum patet: quia non omne, quod
procedit, datur: filius. n. ab æterno pro-



cedit: & tamen nō ab ęterno datus eſt
& aliquid datur, quod non procedit: ſci
Nota. 2 licet dona ſpiritusſancti. ¶ Secundò no
B tandum: ꝙ illud dicitur dari alicui: quan
Qūo ali do poteſt illo uti ad agendum ſicut pla
quid dr̃ cet: ſicut aliquis ſeipſum dicitur dare
dari. alicui: quando offert ſeipſum illi ad fa
ciendum, quod illi placet. Illud uerò di
citur dari in ſe: quod ſic datur in pote-
ſtatem alterius omni alio dono circum
ſcripto. Et per oppoſitum poteſt notifi
cari dari in alio, uel ſimul in ſe, & in alio.
Clarius illud proſequitur doct. di. xvij.
ubi uult in effectu, ꝙ ſpiritusſanctus da-
tur ſoli creaturæ rationali, & in ſe, &
in donis ſuis: quod ſic in effectu dedu-
cit. Res dicitur alicui dari in ſe: cum in
alterius dominium, uel quaſi dominium
transfertur: ita ꝙ illa alius uti poteſt, ut
libet ad agendum: hoc modo etiā mos
habet hominum, ut alter alteri ſe dare
dicat: cum ad hoc ſe offert, ꝙ paratus eſt
alterius parere uoluntati: facitque, quæ
cunq; alter rationabiliter ab eo fieri op-
tabit. Cum ergo ſpiritusſanctus illapſu
ſuo ſanctificatiuo hominem per gratiā
inhabitando, paratus eſt ipſum iuuare in
omni actione meritoria: & tādem eum
in beatitudine ſublimare: dicitur quo-
dammodo uoluntati hominis obtempe
rare. Stat enim ad oſtium, & pulſat: ſi
quis aperit, ingreditur: & nunquam ma
num ſuam ſubtrahit. Sic ergo hominē
acceptādo per gratiam: & in actione me
ritoria modo ſingulari eum iuuando di
citur ſe homini dare. Poſſent ad hoc ali
quo modo aptari exempla Ioſue. x. quā
do ſol ſtetit in cælo ad nutum homi-
nis, ita ut nec antea, nec poſtea lon-
gior dies fuerit. Exod. xxxij. cum ait
dominus Moy. Dimitte me, ut iraſcatur
furor meus cōtra eos & deleam eos &c.
Cum autem ſpiritusſanctus ſic ſeſe ho-
mini dat ueluti donum increatum: ſem
per infundit etiam gratiam gratum fa-
cientem donum creatum, quo anima
ornatur, & in dei ſponſam adoptatur.
¶ Quantum ad articulum ſecundum eſt
Arti. 2. concluſio prima. Spiritusſanctus da-
Cōcl. 1. tur in ſe ſiue in perſona propria. Pro-
C batur: quia ſpiritusſanctus poteſt eſſe pa
ratus facere, quicquid creatura aliqu
rationalis rationabiliter uelit ei fieri, &
hoc faciendo dat ſe craturæ rationali.
Ex notabili præmiſſo, poteſt etiam ſe ſic
dare rationali creaturæ; ſi nullum donū
creatum daret tali creaturę: ergo poteſt
ſic ſe dare omni dono creato circum-
ſcripto. Vnde ait. Ego ſto ad oſtium,
& pulſo. ¶ Secunda concluſio. Spiri- Cōcl. 2.
tusſanctus datur in donis ſuis. Proba-
tur: quia ſpiritusſanctus non datur in
ſe, niſi ad ſanctificandum rationalem
creaturam. Hāc autem non ſanctificat
ſine donis ſuis: ut infra dicetur diſtinct.
xvij. ¶ Item ſpiritumſanctum dari in do
nis ſuis, eſt ipſum dare dona ſua pro ſan
ctificatione rationalis creaturę. Ambo
illi modi tanguntur in hoc uerbo ange
li. Spiritusſanctus ſuperueniet in te,
quo ad primum: & uirtus altiſsimi obum
brabit tibi, quo ad ſecundum: quod eſt
datio doni. Item ad Roma. v. Charitas
dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpi-
ritumſanctum &c. ¶ Tertia concluſio. Cōcl. 3.
Spiritusſanctus non datur in dono crea
to, niſi in dono charitatis. Patet: quia
ſecundum uſum loquendi ſanctorū non
dicitur dari alicui: niſi quem per ſpecia-
lem acceptationem inhabitat tanquam
dignum uita ęterna. Sed nullus ſic acce
ptatur: niſi in quo eſt gratia gratum fa-
ciens: quæ eſt ſola charitas. Ideo ſolū
datum in charitate tamquam in dono
creato. ¶ Quantum ad articulum ter- Arti. 3.
tium. Cum deus ſit ubique per eſſentiā: Dub. 1.
prę ſentiam: & potentiam: ut pulchrè de D
ducit doct. diſt. xxxvij quando dicitur Cū deus
de nouo alicui dari. Ad id breuiter re- ſit ubiq;
ſpondetur: ſuppoſito quid nominis dare, ꝑ eſſen-
uel dari: & ꝙ deus dicitur tripliciter eſſe tiā, præ
in aliquo generaliter: & ſimiliter ſpecia ſentiam
liter: per gratiam informantem: ſpecia- & poten
lem acceptationem: & hypoſtaticam tiam.
unionem: ut deducitur infra loco alle-
gato. Dicitur tamen in propoſito ſtan
te lege, dari ſiue datus rationali crea-
turę: tunc quando eam inhabitat gra-
tuitè per donum charitatis. Et quia dū-
taxat bonos ſic inhabitat, quos ad uitā
acceptat, & non malos. ideo illis ſolū
dicitur dari: & tunc dari: quando tale

donum infundit. & abundantius dari:
quando maiorem cōfert gratiam. ¶ Co
Coroll. rollariè ſequitur ſecundum hunc mo-
dum loquendi. Deus eſt tantum in bo
nis, & non in malis: eo quòd ſolum ta-
les per gratiam inhabitat. De hoc in-
Dub. 2. fra dicetur diſtinctio. xvij. ¶ Secundum
E dubium: in quibus donis datur ſpiritus-
ſanctus: & quare magis in aliquibus do-
nis, quàm in alijs, cum omnia, quę ha-
bet homo, dona dei ſint. Ad hoc du-
bium dicitur primò poſt notata in ter-
tio notabili quæſtionis præcedentis de
illapſu ſanctificatiuo: ꝙ ſpirituſſanctus
dicitur dari in donis, uel cum donis ſuis:
quamuis abſolutè ſine eis poſſit dari.
Nec datur alicui niſi rationali creatu-
rę, quam acceptat ad uitam, & ſanctifi-
cat. Nec etiam aliquem acceptat, uel
ſanctificat lege ſtante ſine gratię gra-
tum facientis datione. Quo ad aliud
uerò dico: ſi ad hoc eſſet modus loquen
di ſanctorum: ita bene poſſet dici, & cō
cedi ſpirituſſanctum dari in ſapientia,
uel in fide, uel in ſpe ſicut in charitate:
ſed hoc non eſt uſitatum apud ſanctos.
ſimiliter non dicitur dari, quamuis con
ferat alicui poteſtatem faciendi mira-
cula ſine charitate, uel gratia: quamuis
hoc poſſet dici: ſi ſancti ſic uterentur.
Dub. 3. ¶ Tertium dubium: contra primam con
F cluſionem, quæ uidetur innuere, quòd
ſpirituſſanctꝰ poſſit dari ſine dono crea
to: quia in ſe (ut dicit concluſio) im-
poſſibile eſt tranſire de contradictorio
in contradictorium ſine mutatione:
ſed ſi ſpirituſſanctus primò non datur:
poſtea datur: ſit tranſitus, & eſt muta-
tio: non in ſpirituſancto: ergo in ali-
quo dono creato de nouo dato. De
hoc dubio patebit infra diſtinctio. xvij.
quęſtio. j. & diſtinctio. xxx. quęſtio. ij.
latius examinatur: ideo hic omittitur
reſponſio: licet Grego. ipſum proſequa
tur pręſenti diſtinctio. quæſtio. j. arti.
Dub. 4. j. ¶ Quartum dubium. Fruſtra fit per
plura, quod poſſet fieri per pauciora:
ſed ſufficeret homini ad uitam dono-
rum collatio: ergo fruſtra datur ſpiri-
tuſſanctus in ſe. Reſpondetur: deus mul
ta agit per plura, quæ poſſet facere per
pauciora: ſi uellet: & licet illud dictum
commune habet ueritatem in cauſis na
turalibus, & in cauſis uoluntarijs crea-
tis: quæ debent ſubeſſe cauſę primę: ſed
non in deo auctore naturę, cuius cauſa
uoluntas, & bonitas.

## DISTINCTIO. XV.

OSTENDIT Spiri
tumſanctum mitti a
patre, & filio a dex-
tra: hic oſtendit, ꝙ
etiam a ſeipſo mitta
tur. Et poteſt tex-
tus ſummariū ex ſub
notatis colligi concluſionibus. ¶ Pri-
ma. Spirituſſanctus nedum a patre, &
filio: ſed & a ſeipſo temporaliter mitti-
tur. ¶ Secunda concluſio. Pater mittit,
non mittitur: quia non producitur: ſed
ſpirituſſanctus ſeipſum mittit, & mitti-
tur: quia æternaliter a patre, & filio ſpi
ratur: & rationali creaturæ gratuitè do
natur. ¶ Tertia concluſio. Semel tan-
tum uiſibiliter: frequenter autem inuiſi
biliter mittitur filius: è regione ſemel in
uiſibiliter: pluries uiſibiliter miſſus legi-
tur ſpirituſſanctus.

## QVAESTIO.
unica.

VTRVM quælibet perſo- A Differūt mittere, mitti.
na poſſit mittere, & mitti.
¶ Solutio quæſtionis ſtat in
quid nominis terminorum.
Vnde mitti eſt perſonam
aliquam ab alia productam, per nouam
ſuam exiſtentiam in aliqua creatura ra-
tionali ſecundum determinatum modū
exiſtendi in ea manifeſtari produci.
¶ Mittere eſt perſonam aliquam produ
ctam per nouam exiſtentiam in aliqua
creatura rationali ſecundum determina
tum modum exiſtendi manifeſtare pro
duci. ¶ Ex quo ſequitur primò, ꝙ mitti Coro. 1
dicit proceſſionem temporalem, con-
notando æternam. ¶ Secundò ſequitur, Coro. 2
ꝙ duę ſolum perſonę mittuntur: quia tā
tum duæ perſonæ producuntur. & licet
cum mittitur filius, aut ſpirituſſanctus et
ueniat



ueniat pater: & nouo modo exiſtat in
creatura rationali &c. ſecundum illud
Ioan. xiiij. Ad eum ueniemus pater. ſ.
ego filius: tn̄ pater non mittitur: quia
Coro. 3 non eſt perſona producta. ¶ Tertiò ſeq
tur: quia mittere non importat produ-
ctionem mittentis: ſed perſonę miſſę: ſit
Coro. 4 lu mitti. ¶ Quartò ſequitur: ꝙ perſona
mittit ſeipſam. Patet: quia perſona pro
ducta poteſt de nouo exiſtere in creatu
ra rationali, ſecundum nouum modum
exiſtendi in ea: & in ea aliquid operari
unde manifeſtetur. Sic ſpirituſſanctus
nouo modo exiſtens in apoſtolis, & pro
ducendo ſonum, & ignem ſuper capita
apoſtolorum: manifeſtauit ſuam præſen
Coro. 5 tiam: ſeipſum miſit. ¶ Quintò ſequitur:
ꝙ mittere eſt cōe tribus perſonis, ſed mit
ti non: quia tantum duæ ſunt perſonæ
Coro. 6 productæ. ¶ Sextò ſequitur: ꝙ mittere,
& mitti important reſpectum eundem
realem. ſ. productionem paſſiuam perſo
næ miſſæ: & nullum reſpectum rationis:
quia conſideratio intellectus noſtri, ni-
hil operatur in huiuſmodi miſſionibus.
Omnium horum dictorum ratio eſt im
poſitio, & uſus terminorum: qui colligit̄
ex modo loquendi magiſtri, & ſancto-
Prop. 1. rum. ¶ Ex his poſſunt formari aliquæ
propoſitiones. Prima. Cum perſona di
uina taliter procedit: quælibet perſona
eam mittit. Probatur: quia perſonā pro
cedentem quęlibet diuina perſona crea
turæ nouo modo unit, ſiue manifeſtat:
ergo quęlibet mittit. Tenet conſequen
tia ex quid nominis mittere. Antece-
dens patet: quia unire, uel manifeſtare
eſt operatio quædam ad extra: ſed iſta ē
cōis cuilibet perſonę, & toti trinitati.
Coroll. ¶ Corollarium. Mittere non eſt dictio
notionalis: ſed omnibus tribus perſonis
Prop. 2 communis patet. ¶ Secunda propoſitio.
Mitti non conuenit: patri. Patet: quia
mitti eſt perſonam productam creaturæ
dari: ſed pater non eſt perſona produ-
cta. Et patet auctoritate Auguſt. iiij. de
trinita. Si etiam pater uiſibilis mundo
apparuiſſet: non niſi abſurdiſſimè a fi-
lio, uel ſpirituſancto diceretur mitti.
Coroll. ¶ Corollarium. Mitti ſolum duabus per
ſonis conuenit: ſcilicet productis. ¶ Sed
diceres contra præmiſſa: mitti includit
produci: ergo mittere ad intra includit
producere, ſed nō quælibet perſona pro
ducit ad intra: ergo non quælibet mittit.
Prima conſequentia tenet: quia mitti, &
mittere habent ſe ut actiuum, & paſſi-
uum; ſed quicquid actiuū ſignificat acti
uè: hoc idem paſſiuum ſignificat paſſi-
uè. ¶ Ad hoc dicendum eſt: ꝙ mittere
includit producere: non quidem quantū
ad perſonam mittētē: ſed eo modo, quo
mittit. Nunc autem mitti ab aliquo,
non eſt produci ab aliquo: ſed eſt illud,
quod productum eſt manifeſtare ab illo:
ſic mittere eſt perſonam productam ma
nifeſtare. Iterum quod uerbum actiuum
principaliter ſignificat actiuè: hoc paſſi
uum ſignificat paſſiuè. Si tamen aliquid
connotat uerbum actiuum cum ſignifi-
cato principali: hoc eodem modo con-
notatur per uerbum paſſiuū: ut ſi a paſſi
uum ſignificaret librum ſcriptum ligari.
b actiuum ſignificaret, non librum ſcri
bere, & ligare: ſed librum ſcriptū ligare.

## DISTINCTIO. XVI.

IN Diſtinctione illa,
& ſequenti agit ma-
giſter de temporali
ſpirituſſancti miſſio
ne quantum ad mo
dum uiſibilem, & in
uiſibilem. De modo
uiſibili diſtinctione pręſenti pertractat:
uolens has concluſiones ſubnotatas.
¶ Prima. Spirituſſanctus uiſibiliter mit
ti dicitur: in ſigni alicuius uiſibilis (quod
inuiſibilem ſpirituſſancti miſſionem re-
pręſentat) ſenſibili oſtenſione: licet in
ſui natura nullatenus oculo corporali
uideatur. ¶ Secunda concluſio. Filius
ſecundum carnem, in qua miſſus eſt: mi-
nor eſt patre, & ſpirituſancto: ſed ſpiri-
tuſſanctus non dicitur minor patre: cū
in ſubiecta creatura ſibi hypoſtaticè nō
unita uiſibiliter apparuit. ¶ Tertia con
cluſio. Filius, quia carnem, in qua ap-
paruit aſſumpſit in unitatem ſuppoſiti:
& ideo uerè dicitur homo per idioam-

tum communicationem : non ſic ſpiri-
tuſſanctus in igne, uel columba aut alio
ſenſibili ſigno deſignatus populo.

## QVAESTIO.
### unica.

VTRVM perſona diuina
uiſibiliter mittatur. Tribus
articulis more conſueto,
Arti. 1. quæſtio conſummabitur.
Nota. 1 ¶ Primò ergo pro articulo
Vtrũ p̃ſona diuina uiſi biliter mittat. primo notandum, ꝙ eſt duplex ſpiritus-
ſancti proceſſio: æterna, ſcilicet & tem-
poralis ad ſenſum expreſſum diſtinctio.
xiiij. queſt. j. Aeterna eſt ſpirituſſancti
a patre, & filio tanquam ab uno ſpirãdi
principio æterna ſpiratio. Temporalis
uerò notificata eſt ibidem. Et eſt breui-
ter productio perſonæ ad intra: & gra-
tuita eius exiſtentia in creatura ratio-
nali. Et eſt duplex ſumendo pro eodem
miſſionem temporalem, & proceſſio-
nem temporalem, ſcilicet uiſibilis, & in
uiſibilis. Viſibilis eſt apparitio aliquarũ
rerum corporalium circa creaturam ra
tionalem humanam miſſionem inuiſibi
lem diuine perſonę eidem creaturę fa-
ctam repręſentans. ¶ Dicitur apparitio
rerum corporaliũ, ideſt ſenſibilium. Ali
ter enim non poſſet eſſe uiſibilis diuina
perſona. ¶ Dicitur circa creaturam ra-
tionalem: quia non fit miſſio niſi ad ſan
ctificationem creaturę: ut dictũ eſt diſt.
xiiij. hęc autem ſolius creaturæ ratio-
nalis eſt. ¶ Dicitur repręſentans &c. ubi
tãgitur cauſa finalis miſſionis uiſibilis.
Inuiſibilis uerò ſpirituſſancti miſſio eſt
hominis per gratiam gratum facientem
adoptatio ſine ſigni alicuius ſenſibilis
oſtenſione: quando ſcilicet ſpirituſſan
ctus per gratiam: quam inuiſibiter ani-
mę infundit: eam illapſu ſanctificati-
uo acceptat ad uitam: & in filium re-
gni ac hæredem dei adoptat. Talis mo-
di inuiſibilis gratię collatio, & hominis
per gratiam adoptatio dicitur miſſio in
uiſibilis. ¶ Quomodo autem, & ad quẽ
ſenſum hę miſſiones ſpirituſſancti (uiſi-
bilis. ſ. quę fit ſigno uiſibili: quod tamen
non eſt ſpirituſſanctus, & inuiſibilis quę
fit occultè, & ſine ſigno ſenſibili) dican
tur duę: ſumi poteſt ex dictis in diſtinct.
xiiij. q. j. ¶ Secundò notandum, quòd Nota. 2
miſſio uiſibilis quandoque fit per realẽ B
aſſumptionem naturę creatę uiſibilis in
unitatem perſonæ. Hęc miſſio eſt filij
incarnatio: de qua lib. iij. Alio modo fit
ſine tali aſſumptione, & de illa eſt quæ-
ſtio. ¶ Tertiò notandum: ꝙ in huiuſmo Nota. 3
di ſignorum ſenſibilium apparitione ſeu
inuiſibilis ſpirituſſancti miſſione, non
ſemper ſignificatur inuiſibilis miſſio tũc
fieri primò, dum apparent res corpora-
les: ſed ſimpliciter tunc fieri, aut prius
facta fuiſſe, & adhuc permanere. Vnde
dum uiſa eſt columba de cęlo deſcen-
dere, & ſuper chriſtum manere. Matth.
iij. non tunc primò recepit chriſtus gra
tiam: neque gratię augmentum: quã ſe-
cundum omnem plenitudinem habuit
ab inſtanti conceptionis ſuę. Suo mo
do apoſtoli in die pentecoſtes, dum ſu-
per capita eorum apparuit ignis, iam
ante habuerunt gratiam: licet tunc re-
ceperint gratiæ augmentum. ¶ Quartò Nota. 4
notandum: ꝙ chriſtus tantum ſemel ui
ſibiliter miſſus eſt in incarnatione ſua,
qua non ſolum apparuit: ſed humanam
naturam in unitatem ſuppoſiti nunquã
derelinquendam aſſumpſit: unde uere fa S. S. in
ctus eſt homo. Spirituſſanctus autem in quadru
quadruplici ſpecie uiſibiliter miſſus eſt: plici ſpe
ſcilicet in ſpecie columbæ ſuper chriſtũ cie.
baptizatum apparente in iordane. Mat.
iij. In ſpecie nubis lucidę: in transfigu-
ratione. Matth. xvij. In ſpecie flatus ſuf
flante chriſto reſurgente, & dicente.
Accipite ſpiritumſanctum: quorum re-
miſeritis peccata. Ioann. xx. In ſpecie
ignis, ſiue linguę igneę: in die penteco-
ſtes. Actuum. ij. ¶ In his autem qua-
tuor ſpeciebus miſſus eſt: ut ſignaretur
effectus aliquis ſpecialis per ſpiritum-
ſanctum cauſatus in receptiuo. ¶ In
ſpecie quidem columbæ: columbina
chriſti ſignificabatur ſimplicitas, atque
humilitas. In ſpecie nubis lucidæ: elu-
cidanda ueritas. In ſpecie ignis: fer-
uida charitas. In figura linguarum, do
centium prędicatorum integritas. In



ſpecie flatus, affectus uiuacitas. Flatus
namque de interiori uitę principio pro
cedit ſignumque eſt inexiſtentis uitę.
Nota. 5 ¶ Quintò notandum, quòd huiuſmo-
C di uiſibiles miſſiones ſpirituſſancti tan-
tum in noua lege factę ſunt chriſto, di-
ſcipulis, ac credentibus: & non in ue-
teri lege: licet in illa uiſiones multæ, &
apparitiones patribus, ac populo legun
tur factę: ut nubes protegens filios Iſ-
rael in deſerto a calore ſolis: atque i-
gnis lucens eis per noctem. ut habetur
Exodi. xiij. Illa tamen non apparue-
runt ad repræſentandum ſpiritum ſan-
ctum inuiſibiliter miſſum per donum
charitatis: ſed ad alios effectus. ¶ Ra-
tiones autem aſſignari poſſunt: quia
non decuit ſignum plenitudinis gratię
exhiberi uiſibiliter ante tẽpus plenitudi
nis gratię: quod ad Chriſti aduentum in
cepit: ut uult apoſt. ad Gal. iiij. Chriſto
uerò adueniente, miſſus eſt ſpirituſſan-
ctus uiſibiliter chriſto, & apoſtolis. Chri
ſto non in inſtanti conceptionis, quo
recepit ſpirituſſancti plenitudinem; ſed
dum iam ſe manifeſtare triceſimo æta-
tis ſuæ anno incepiſſet. Et apoſtolis,
dum ſtatim mittendi erant ad afferen-
dum miniſterialiter ſalutem mundo.
Cuius rationem aſſignat Durandus in
ſuo primo diſtinctio. xvj. Nam miſſio
uiſibilis fit principaliter ad ſignifican-
dum plenitudinem gratię chriſti in eo,
cui fit. & hoc ſecundum, quòd poteſt
in alios redundare. ¶ Gratia chriſti in
Gratia Chr̃i in cæteris redũdabat tripliciter. cæteros redundabat tripliciter. Effe-
ctiuè principaliter in quantum deus: ſed
ſic ad eum non fit miſſio, ſed magis ſic
mittit: meritoriè in quantum homo,
& miniſterialiter. Meritoriè redun-
dabat in ſacramentorum collationi-
bus, quibus efficaciam meruit: ideo
in baptiſmate (ubi tactu ſanctiſſimæ
ſuæ carnis a quis uim contulit regene-
retiuam: ut dicit Beda) miſſus eſt ad
eum ſpirituſſanctus in ſpecie colum-
bæ: quod eſt animal fęcundum. In
ſua prædicatione redundabat gratia
miniſterialiter: quia per eam homi-
num corda ad gratiam diſponebantur:
ideo tunc miſſus fuit ſpirituſſanctus in
ſpecie nubis lucidę, cuius eſt lucem
receptam ſpargere: quo modo prędi-
catores doctrinam. ¶ Ab apoſtolis
autem gratia ſolum redundabat mini-
ſterialiter, & hoc uel per ſacramen-
torum adminiſtrationem: uel uerbi
prędicationem. Propter primum fuit
miſſus ad eos ſpirituſſanctus in ſpecie
flatus, quando dominus (dicens. Ac
cipite ſpiritumſanctum: quorum re-
miſeritis peccata remittuntur eis) com
miſit eis diſpenſationem ſacramenti
pœnitentiæ: quod eſt magis neceſſa-
rium ſacramentum poſt baptiſmum.
& cæt. Flatus nihil eſt eius, qui flat,
uel ſpirat. Et in ſacramentorum col-
latione miniſteriali: nihil ex mini-
ſtri bonitate, uel malitia contrahit
effectus ſacramenti. Propter ſecun-
dum miſſus eſt in die pentecoſtes in
ſpecie linguarum ignitarum, ut eſ-
ſent proflui uerbis, & feruidi charita-
te: atque ad ſuam, & aliorum ſalu-
tem zeloſi. ¶ Pro articulo ſecundo Arti. 2.
eſt concluſio una. Miſſio uiſibilis ſpi- Cõclu.
rituſſancti, quæ inuiſibilem eius miſſio E
nem gratuitam repræſentat: facta eſt
dumtaxat, in noua lege, Chriſto apo
ſtolis, & credentibus. Patet ex euan-
gelio, & actibus apoſtolorum Matth.
tertio. Actuum ſecundo. Gal. quarto.
Et quamuis apparitiones factæ ſint pa-
tribus in ueteri teſtamento: non ta-
men principaliter ad ſignificandum ſpi
rituſſancti miſſionem inuiſibilem: ſed
ad alia ſignificanda: ut de igne in
monte Oreb: & de cornuta facie
Moyſi. ¶ Pro articulo tertio du- Arti. 3.
bitatur: an iſta ſigna puta colum- Dub. 1.
ba, ignis, fuerint uerè res, uel appa- F
ritiones tantum. Dicitur, quòd fue-
runt uerè res: ſed an tales, quales
apparuerunt, ideſt an columba ui-
uens; an res habens ſimilia acciden-
tia, & apparentiam columbæ: du-
bium eſt. utrumque eſſe potuit, & hoc
fuit quod dño placuit. In illis autem
rebus uiſibilibus inuiſibile mitti dicitur
nõ in ſe: ſed in aliquo inſtituto ad ipſum
ſignificandum, propter aliquas eius na-
turales proprietates. Licet ergo angelo

rum miniſterio factæ fuerint res illæ:
non tamen ſignificabant angelum: ſed
perſonam ſpirituſſancti. Et cum non
fuerint aſſumptæ ad agendum aliquid
(ſicut humanitas Chriſti: q̄ fuit hypo-
ſtaticè aſſumpta: non ſic res illæ uiſi-
biles) ſed ad indicandum ſolum: non
oportuit, quòd durarent diutius, quàm
habebant explere ſuum officium: ita
ſentit ſanctus Thom. j. ij. queſtio. xliij.
Dub. 2. artic. vij. ¶ Secundum dubium. Ex quo
G uiſibilis ſpirituſſancti miſſio, inuiſibilem
miſſionem repręſentat: & non datur
niſi ad repręſentationem miſſionis in-
uiſibilis nunc, uel prius factæ, & adhuc
exiſtentis: ergo cui non eſt facta miſ-
ſio uiſibilis: nec eſt facta inuiſibilis: nec
poteſt dari ratio, cur non omnibus, qui
bus datur ſpirituſſanctus inuiſibiliter: ſi-
ue in noua, ſiue in ueteri lege etiam
datur uiſibiliter. Ad hoc dicitur ne-
gando conſequentiam. Credimus enī
firmiter multis in ueteri, & noua lege
inuiſibiliter datum ſpiritumſanctum.
Negatur etiam: quòd non ſit ratio di-
uerſitatis. Nam non eſt de neceſſitate
inuiſibilis miſſionis: ut ſemper mani-
feſtetur per aliquod ſignum uiſibile ex
terius: ſed ſicut dicitur. j. Corinth. xij.
Manifeſtatio ſpiritus dat̄ alicui ad utili
tatem, ſcilicet eccleſiæ: quę quidem uti
litas eſt, ut per huiuſmodi uiſibilia ſigna
fides confirmetur, & propagetur. Quod
quidem principaliter factū eſt per Chri
ſtum, & per apoſtolos: ſecundum illud
Hebr. ij. Cum initium accepiſſet enar-
rari per dominum ab eis, qui audie-
runt, in nos confirmata eſt. Et ideo ſpe
cialiter debuit fieri miſſio uiſibilis ſpiri
tuſſancti ad chriſtum, & ad apoſtolos,
& ad aliquos primitiuos ſanctos, in qui
bus quodammodo eccleſia fundabatur.
Ita tamen, quòd uiſibilis miſſio facta
ad chriſtum, demonſtraret miſſionem
inuiſibilem: non tunc, ſed in
principio ſuę conceptio
nis ad eum fa-
ctam.

## DISTINCTIO. XVII.

IN Diſtinctione præ-
ſenti magiſter agit de
modo miſſionis ſpiri
tuſſancti inuiſibilis.
Et poteſt ſententia li
terę his concluſioni-
bus ſummari. ¶ Prima concluſio. Tunc
ſpirituſſanctus dari, uel mitti dicitur no
bis: cum nos facit diligere deum, & pro
ximum: per quod manemus in deo, &
deus in nobis. ¶ Secunda concluſio.
Spiriuſſanctus charitas eſt: & amor, quo
nos diligimus deum. Quod ſi intelligi-
tur formaliter: non tenetur. Si effecti-
uè uerum eſt: quia ipſe infundit habitū
charitatis. Si intelligitur de charitate in
creata: ad ſalutem, & ad diligendū deum
ſimpliciter neceſſarias iterum ſaluari po
teſt. ¶ Tertia concluſio. Charitas au-
geri dicitur: tametſi ſpirituſſanctus in ſe
nec augetur, nec minuitur. Vide latius
in textu.

## QVAESTIO. I.

VTRVM præter Spiritum
ſanctum neceſſe ſit ponere A
charitatem abſolutam crea
tam animam formaliter in
formantem ad hoc, ꝙ ſit
chara deo, & accepta. ¶ In iſta quæ-
ſtione recitatur, & impugnatur a docto
re opinio Petri Aureoli tenentis tria.
Primò, ꝙ eſt aliqua forma creata: quę
ex natura rei de neceſſitate cadit ſub
complacentia dei, per quam anima (cui
inhæret) gratificatur: ut ſit deo chara,
accepta, & dilecta. Secundò, quòd talis
forma non profluit ex diuina accepta-
tione in animam. Patet quia anima nō
eſt accepta niſi per illam formam, & ita
illa forma præſupponitur acceptioni
eius. Tertiò dicit: hæc forma eſt quæ-
dam dei habitualis dilectio: quæ a deo
animæ infunditur: nec ex puris natu-
ralibus habetur. ¶ In tribus articulis ſta
bit deciſio quęſtionis. In notabilium
poſitione: concluſionum aſſertione, &



Arti. 1. dubiorū expeditione. ¶ Quātum ad pri
Nota. 1 mum notandum ꝙ per animam eſſe gra
Aliā eſſe tam, charam, uel acceptam deo (quod
deo gra pro eodem habetur) nihil aliud intelli-
tā, & ac go: niſi eam eſſe in tali ſtatu: in quo
ceptam (niſi per mortale peccatum, delinquat)
quid ē. deus uult ei dare uitam ęternam. Exem
plum eſt de paruulo baptizato, cuius
anima eſt in tali ſtatu: ꝙ niſi poſtea pec-
cet mortaliter: deus dabit ſibi uitā ęter
nam. Secus eſt de eo ante baptiſmum,
& etiam de actu exiſtenti in peccato
mortali: quia ſiue poſtea tales peccent
mortaliter, ſiue non: niſi baptizentur
aliquo baptiſmò, uel agant pęnitentiā:
Nota. 2 non habebunt uitam ęternam. ¶ Secun
B dò notandum: ꝙ complacentia dei re-
Cōpla- ſpectu creaturæ eſt duplex: quędam ge
cētia dei neralis: quędam ſpecialis. Generalis eſt
reſpectu uoluntas diuina, qua uult poſſe eſſe bo-
creatu- na, quæcunq; eſſe poſſunt. Et hęc cōpla
ræ ē du- centia eſt reſpectu omnium exiſtentiū,
plex. & poſſibilium. Illo modo complacētia
dei ſupponit pro uoluntate diuina, quæ
eſt eſſentia diuina: connotando creatu-
ram omnē, quę eſt, uel poteſt eſſe bona
& perfecta. Complacentia ſpecialis eſt
triplex. Prima eſt reſpectu omnium exi
ſtentium & futurorum: quæ nihil aliud
eſt niſi diuinū uelle: quo uult aliqua poſ
ſibilia eſſe uel futura eſſe bona. Et ſic poſ
ſet in nullo alio a ſe cōplacere: quia poſ
ſet uelle nihil a ſe eſſe, uel futurum eſſe.
Secunda complacentia ſpecialior eſt re
ſpectu nobilioris obiecti, & eſt uelle ali-
quid eſſe perfectius alio. Et ſic maior ē
complacentia reſpectu ſubſtantię: quàm
accidentis, & magis complacet in ma-
teria rationali, quàm irrationali. Tertia
complacentia ſpecialiſſima eſt reſpectu
alicuius perficiendi, ſecundum maximū,
ſeu perfectiſſimum genus perfectionū
accidentalium. Et eſt diuinū uelle, quo
uult creaturę rationali non ponenti obi
cem, conferre maximam perfectionem
accidentalem ſecundum genus, quæ eſt
beatitudo ſiue uita ęterna. ¶ Et hoc
idem intelligitur per eſſe acceptum:
eſſe charum, uel eſſe dilectum deo,
ſcilicet uelle diuinum, quo uult talem
beatificare, ſi manſerit in ſtatu tali: non
ponens obicem per peccatum. Et illo
modo omnis paruulus poſt baptiſmum
priuſquā actualiter peccet, eſt acceptus
deo: quia tali uult (ſi non impediet per
ſequens peccatum mortaliter) dare uitā
ęternam. Non autem ſic eſt acceptus
deo ante baptiſmum: quia illū non uult
beatificare, ſi manſerit in ſtatu illo ſine
baptiſmo. ſ. ¶ Pro articulo ſecundo eſt Arti. 2.
concluſio prima. De potentia dei abſo Cōcl. 1.
luta aliquis poteſt eſſe acceptus deo, & C
charus, ſine omni forma ſibi inhærente
loquēdo de acceptatione ſpecialiſſime
complacentiæ, de qua tantum ad propo
ſitum. Probatur: quia ſine tali forma in-
hęrente poteſt quis habere actum meri-
torium. Probatur: quia deus contingen
ter acceptat actum quemcunque acce-
ptat ad uitam ęternam: ergo poteſt quē
cunque actum moraliter bonum ſic ac-
ceptare. Valet ad propoſitum Gerſon
lect. j. de uita ſpirituali animæ. Itē actus
diligendi deum pręcedens talem formā;
& actus diligendi ſequens ſunt eiuſdem
rationis: ergo ſicut ſecundum: ita primū
poteſt acceptare ad uitā æternam. ¶ Itē
ille poteſt eſſe charus deo, qui eſt in ſta
tu, in quo deus (ſi non impedierit culpa
biliter) poteſt ſibi dare uitam ęternam:
ſed deus poſſet ſi uellet alicui in puris na
turalibus (id eſt non habenti illam for-
mam) dare beatitudinem: cū actus bea
tificus non dependet eſſentialiter ab illa
forma, ergo deus poſſet ordinare: quòd
talis beatificaretur: niſi per peccatum im
pediret, & ſic eſſet charus deo. ¶ Item
ad hoc, ꝙ aliquis ſit oditus a deo: nō re-
quiritur aliquis habitus, uel forma: ergo
nec ad hoc, ꝙ ſit charus. Tenet conſe-
quentia: quia ſicut oppoſitum in oppo
ſito: ſic propoſitum in propoſito. Ante
cedens patet de eo, qui mortaliter pec-
cauit peccato omiſſionis: hic eſt oditus
a deo: quia ordinatus ad pęnam, niſi pæ
nituerit: & tamen ibi nullus eſt habi-
tus uitioſus: quia non proceſſit actus
eius generatiuus. Et ſi peccauit actu
poſitiuo: non oportet, quòd ab uno
actu generaretur habitus: ergo &c. ¶ Se
cunda concluſio. Nullus poteſt eſſe Cōcl. 2.
charus, & acceptus deo ad uitam ęter- D

Nullus pōt eſſe charus Deo ad uitam æternam de lege ordinaria.

nam de lege ordinata: non habendo in ſe qualitatem aliquam infuſam, quæ ſit charitas, uel gratia. Hæc concluſio naturali ratione probari non poteſt: quia non poteſt concludi ratione naturali, quòd ſit aliquis habitus infuſus. Poteſt tamen oſtendi multiplici auctoritate ſcripturæ, & ſanctorum: ut etiam infra habetur diſtinctio. iiij. quęſt. j. quarti. de uirtutibus iufuſis in baptiſmo. Et ſufficit auctoritas una apoſtoli. j. Cor. xiij. Si linguis hominum loquar, & angelorum: charitatem antem non habeã factus ſum uelut æs ſonans, aut cymbalum tinniens &c. Ex qua claré habetur, ꝙ uirtutes, & dona quæcunque ſpiritusſancti non ſufficiunt ad uitam, ſine charitate, & gratia, quæ pro eodem habeo ut diſt. xxvj. ſecundi habetur. Nec ẽ euadere dicendo, ꝙ apoſtolus loquitur de charitate increata. Patet. n., ꝙ apoſt. loquitur de uirtute charitatis, & eius ad cæteras uirtutes pręcellentia: cum inquit. Nunc autem manẽt fides, ſpes, charitas &c. maior horum charitas.

¶ Præterea etſi proteruiens uellet adducere dictum magiſtri: poſſent ex conſequenti impugnari omnia dicta doctorum, & ſanctorum de cæteris uirtutibus: fide ſcilicet & ſpe, ſicut de charitate: ut hæc latius proſequitur dominus Cameracen. quæſtio. ix. artic. ij. primi.

Cōcl. 3. E

¶ Tertia concluſio. Quacunque forma ſupernaturali in anima poſita, poteſt deus eam non acceptare ad uitam ęternam. Probatur: quia quacunque forma poſita non neceſſitatur deus ad producendum aliud, ſine quo illa forma poteſt ſtare, & conſeruari: ergo poſito illo habitu poteſt deus non beatificare. ¶ Item quamcunque formam poteſt deus producere, & conſeruare ad tempus ſine alia, poteſt conſeruare perpetuò ſine illa. ¶ Item poteſt illam formam annihilare cum anima, cui inhæret. ¶ Item quis dubitat: quin Enoch, & Heliam poſſet perpetuō in paradiſo conſeruare abſque beatifica uiſione, & fruitione qui tamen creduntur habere gratiam. Ex quo ſequitur: quòd deus quemcunque beatificat; merè contingenter liberè. & miſericorditer beatificat ex gratia ſua: non ex quacunque forma, uel dono collato: niſi quòd deus miſericorditer ordinauit, ꝙ habens tale donum mereatur uitam æternam.

F Error pelagij

¶ Et hoc dictum maximè recedit ab errore Pelagij: qui poſuit, quòd deus neceſſitatur habenti actum moraliter bonum dare uitam æternam: & non ex gratia ſua: ita quòd ſi non daret: eſſet iniuſtus. Opinio autem recitata ponit: licet deus non neceſſitetur per actum naturaliter elicitum quantumcunque moraliter bonum ad conferendum uitam æternam: tamen neceſſitatur a forma ſupernaturali per eum infuſa. Reſponſio autem hic dicit: quòd deus nulla forma: nec naturali, nec ſupernaturali neceſſitatur ad uitam ęternam: ſed ſicut libere, & contingenter infundit gratiam ex ſua benignitate: ita conceſſa quacunque forma: adhuc liberè, & miſericorditer de ſua gratia dat uitam ſempiternam: & ſemper (ſine ſui iniuſtitia) poſſet non conferre: ipſe enim eſt, cui nullus dicere poteſt: cur ita facis, & quęcunque facere poteſt, faciendo iuſta ſunt: & iuſtè ſic ea facit.

¶ Et eſt conſiderandum: quòd in pręfatis dictis cum ſit ſermo de gratia, & charitate: ſumuntur illa nomina abſolutè, ut ſupponunt pro qualitate certa: non connotando quamcunque gratificationem uel animę ad uitam acceptionem: nam accipiendo ea connotatiuè, uerum eſſet dicere. Quicunque habet in ſe charitatem, aut gratiam eſt acceptus ad uitam: patet ex connotato termini.

Arti. 3. Dub. 1. G

¶ Pro articulo tertio eſt dubium primum. Cum non poſſet fieri tranſitus de contradictorio in contradictoriũ ſine mutatione, & aliquis nunc eſt acceptus deo, qui prius non fuit acceptus: ſi non eſt mutatio aliqua in illo nunc accepto: ergo erit neceſſariò in deo: quod eſt impoſſibile. Ad iſtud dubium reſpondet doctor in ſecundo quęſtione ultima iuxta finem, oſtendens, ꝙ illud cōe dictum (tranſitus de contradictorio in contradictorium non fit ſine aliqua mutatione) habet inſtantiam. Si nec motus, nec tempus, nec mutatio eſſet: ſed ſolus deus creans unum angelũ: tunc hęc iam eſt uera. Angelus creatur, & prius non fuit uera. Sic deus poſſet accipere angelum: & poſt eundem deacceptare ſine omni demerito ſui, uel alterius: & ſine omni mutatione actuali: ſed non ſine omni mutatione potentiali, ſaltem in alio: quia ſi fuiſſet aliqua ſucceſſio in angelo, uel in alio: tunc ambo extrema unius contradictionis non poſſent uni parti illius ſucceſſionis coexiſtere: ſed neceſſariò unum extremum coexiſteret uni parti ſucceſſionis, & aliud extremum alteri parti: & tunc angelus uerè eſſet mutatus in ſe, uel in alio. Eandem mentem habet doctor diſtin. xiij. quæſt. ij. ubi clarè dicit. Tranſitum qñque poſſe fieri propter ſolam temporis mutationem: uel actualiter, & de facto ſi tempus eſſet: uel ſi tempus non eſſet: nec motus: nec mutatio: tunc foret talis tranſitus de cōtradictorio in cōtradictorium propter tranſitum temporis poſſibilem: quia ſi tempus eſſet unum contradictorium, uerificaretur in una parte temporis: & aliud in alia parte temporis. ¶ Itaque ad dubium iſtud poſt doct. & alios reſpondetur, ꝙ mutatio, quę requiritur ad tranſitum contradictoriorum: aliquãdo fit in aliquo extremo contradictionis ad bonum intellectum: ut cum aliquid fit de non calido calidum. Aliquando in aliquo extrinſeco: ut aliquis eſt alicui dexter, & poſtea non dexter: non propter mutationem ſui: ſed alterius. Item ſi ad preces alicuius ſancti deus animabus in purgatorio remittit pęnam. Aliquando in ſolo tempore: ut ſi ſtatuitur, ꝙ florenus nunc ualens. xxviij. ſolidos poſt menſem ualet. xxx. tunc florenus nũc non ualet. xxx. & poſt menſem ualet. xxx. propter ſolum temporis lapſum: de hoc. infra in. iiij. diſtinctio. xiiij. quęſtio. j. G. Per hoc ad oppoſitum dicitur: quòd quolibet illorum modorum poteſt hic fieri mutatio: quia poteſt deus ordinare, quòd habens aliquẽ actum moraliter uirtuoſum habebit uitam æternam. Vel quòd exiſtens in tali tempore, uel loco habeat uitam ęternam. Et omnibus his modis fit mutatio non autem propter hoc oportet ponere aliquam formã deum neceſſitantem: nec oportet ponere obiectum aliquod diſtinctum a deo immutabile, & æternum, ad ſaluandum immutabilitatem actus diuini: ſicut patet de creatione. Deus uult non creare, & non prius, ſeu prius non uoluit, ſine mutatione actus in deo.

Coroll. Poſſibile eſt cōtradictoria ſucceſſiuè uerificari abſq; motu locali.

¶ Ex illo ſequitur: ꝙ poſſibile eſt contradictoria ſucceſſiuè uerificari abſque motu locali: uel rei alicuius nouę poſitione, ſeu deſtructione rei præexiſtentis. Et addit Grego. diſtin. xiiij. quæſt. j. ac Cameraçen. quęſt. ix. arti. ij. cuius uerificationis lapſus temporis nō ſit in cauſa: quamuis ſine lapſu temporis actuali, uel potentiali contingere nō poſſit: alias enim contradictoria eſſent ſimul uera. Poteſt ergo aliquis eſſe gratus deo modo prædicto ſine mutatione locali, & ſine nouę qualitatis acquiſitione, uel deperditione pręexiſtentis. Cuius uerificationis lapſus tẽporis non eſt in cauſa ſecundum Greg. ubi ſupra quamuis ſine temporis lapſu actuali, uel poſſibili illud contingere non poſſit: ut habet doctor. ſupra. quęſt. ij. diſtin. xiiij. & loco præallegato in ſecundo. quæſt. ultima iuxta finem. ¶ Patet etiam: quòd ad contradictoriorum uerificationem quandoque ſufficit mutatio in re extrinſeca. Item quandoque temporis lapſus eſt in cauſa. Et hoc ſecundum Cameracenſ. quando determinatio temporis cadit ſub ſtatuto. Sicut apud hębreos lex erat: ut quilibet ſeruus completo anno ſexto ſeruitutis, rediret ad libertatem: ideo abſque ulla ſui mutatione ſolo temporis lapſu fiebat de ſeruo non ſeruus: de non libero liber. De hoc latius. infra diſtinctione trigeſima. quęſtio. ſecunda. in doctor. & in collecto. pręſenti. Verum ad hoc, quod nunc tactum eſt: & habet Gregor. ſcilicet ꝙ contradictoria poſſunt ſucceſſiuè uerificari &c. cuius uerificationis lapſus temporis non eſt in cauſa: an ſit uerum uel non: & ad quem intellectũ explicat:

infra in.iij.diſtinct. j.q. j.huius. Vide ad idem Ockam in centilogio:in concluſione.xij.ad rationem quintam:ubi latè loquitur de contradictorijs futurorum contingentium. ¶ Secundũ dubium eſt contra primam concluſionem: ratione huius,quod dr̃ de potentia dei abſoluta. Si hoc uerũ eſſet:ſequeretur; ꝙ deus poſſet aliqua facere ordinatè, & alia facere abſolutè, & non ordinatè, conſequens falſum:ergo &c. Ad hoc reſpondetur ſecundum doct. quodlib. vj.q.j. ꝙ quædam deus poteſt facere de potentia ordinata; & quædam de potentia abſoluta. Hæc diſtinctio non eſt ſic intelligenda, ꝙ in deo realiter ſint duę potentiæ, quarum una ſit ordinata: alia abſoluta: quia unica eſt potentia in deo ad extra, quæ omni modo ẽ ipſe deus. Nec ſic eſt intelligẽda: ꝙ aliqua poteſt deus ordinatè facere, & alia poteſt abſolutè: & inordinatè: quia deus nihil poteſt facere inordinatè. Sed eſt ſic intelligẽda, ꝙ poſſe aliquid aliquando accipitur ſecundum leges ordinatas, & inſtitutas a deo: & illa deus dicitur poſſe facere de potentia ordinata. Aliter accipitur poſſe, pro poſſe facere omne illud, quod nõ includit cõtradictionem fieri: ſiue dens ordinauit ſe hoc facturũ, ſiue non: quia deus multa facere poteſt, quę non uult facere: ſecundum magiſtrum lib. j. ſentẽtiarum diſt. xliij. Et illa dicitur poſſe de potentia abſoluta. ¶ Iſta diſtinctio probatur per dictum ſaluatoris Ioann. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ dei. Cum enim deus ſit æqualis potẽtiæ nunc ſicut prius, & aliquãdo introierũt in regnum dei ſine omni baptiſmo: ſicut patet de pueris circumciſis tempore legis defunctis, antequam habuerunt uſum rationis: ergo & nunc eſt poſſibile. Sed illud, quod tunc erat poſſibile ſecundum leges tunc inſtitutas: nunc non eſt poſſibile ſecundum legem nunc inſtitutam: licet abſolutè ſit poſſibile. Ex illa diſtinct. patet reſponſio ad dubium motum.

Dub. 2. H

De potẽtia Dei abſoluta

Dub. 3. I

¶ Tertium dubium eſt contra eandem cõcluſionem ſecundam. Quod eſt de ſe, & ſecundum eſſentiam ſuam laudabile, & acceptabile: ſi cauſet actum aliquem non eſt minus.ſ. neceſſariò laudabile. Charitas eſt huiuſmodi ſecundũ apoſt. Maior horum charitas: ergo &c. ¶ Item dicit apoſt. impoſſibile eſt ſine fide placere deo: ergo ſimiliter impoſſibile eſt poſita fide per dilectionem operante non placere deo. ¶ Ad primum dico: ꝙ laudabile accipitur multipliciter. Vno modo pro omni natura, quæ eſt bona: ſiue ſit creata, ſiue increata: ſic loquitur Aug: iij. de lib. arbi. dicens. Si laudatur rationalis creatura, quæ facta eſt: nemo dubitet laudandum eſſe, qui fecit. Alio modo dicitur, cuius bonitas ordinatur ad aliquem alium actum, & ſic dr̃. j. Ethic. ꝙ optimorũ nõ eſt laus. Tertio modo accipitur laudabile, ut opponitur uituperabili, & ſic eſt aliquod bonũ exiſtens in noſtra poteſtate, dignum retributione, & laude. Sicut uituperabile eſt aliquod uitium exiſtens in noſtra poteſtate, dignum increpatione, & pęna. Et de iſto dicitur iij. Ethic. a philoſo. Nullus itaq; improperabit cæco ex natura, uel infirmitate, uel ex plaga: ſed magis miſerebitur. Eum autem qui ex uini potatione, uel alia incontinentia, omnis utiq; increpabit. Earum autem, quę circa corpus malitiarum, quę in nobis increpantur, quę non in nobis: aut non. Et ſic accipit Auguſt. iij. de lib. arbit. Motus quo huc, uel illuc uoluntas conuertitur: niſi uoluntarius, atque noſtra poteſtate poſitus: neque laudandus cũ ad ſuperiora: neque culpandus homo eſſet, cum ad inferiora detorquet. Primo modo, & ſecundo charitas eſt laudabilis: ſed non tertio modo. Nec ſumus laudandi ſic: quia deus nobis infundit charitatem, quæ non eſt in poteſtate noſtra: quamuis ſumus aliquo modo laudabiles, ſi nos diſponimus ad recipiendam charitatem. Similiter charitas laudabilis eſt in quantum eſt operis meritorij cauſa, & principium.

Laudabile. accipit̃ multipliciter.

¶ Ad ſecundum dico. Duplex eſt neceſſitas, ſcilicet abſoluta, & ex ſuppoſitione. Neceſſitas abſoluta eſt, quando aliquid ſimpliciter eſt neceſſariũ: ita ꝙ eius oppoſitum eſſe uerum includit

Duplex neceſſitas.

conrra



contradictionem, & ſic hæc abſolutè eſt neceſſaria: homo eſt riſibilis: deus eſt, & huiuſmodi: quia contradictio eſt, ꝙ hæ ſint falſæ, & contradictorię ueræ. Neceſſitas ex ſuppoſitione eſt, quando aliqua conditionalis eſt neceſſaria: q̃uis tã antecedens, quàm conſequens ſit contingens: ſic hæc neceſſaria. Si Petrus eſt prędeſtinatus Petrus ſaluabitur: & tamen tam antecedens, q̃ conſequens eſt contingens. Vel quando aliqua talis cõſequentia eſt neceſſaria: tunc dicitur neceſſitas ex ſuppoſitione. Dico ergo: ꝙ deus non de neceſſitate acceptat actum elicitum ex charitate creata: loquendo de abſoluta neceſſitate: ſed poteſt de potentia ſua abſoluta iſtum actum non acceptare: accipiendo non acceptare pro non uelle alicui dare uitam æternam. Quod probatur: quia ſecundum ſanctos, deus nihil agit ad extra de neceſſitate: nec aliquid aliud a ſe uult neceſſariò: ergo quocunq; actu poſito in uiatore, deus non de neceſſitate naturæ uult ſibi dare uitam æternam: & per conſequens poteſt non acceptare talem actum.

Dub. 4. K

¶ Quartum dubium cõtra eandem concluſionem. Si ſic aliquis poſſet eſſe gratus, & non gratus deo: ſiue charus, & non charus: charus ex charitate, quam habet: & non charus ex caſu poſito. ¶ Ad illud dicitur: ꝙ accipiendo charitatem abſolutè pro forma inhęrente: & charus pro omni illo, cui præparatũ uita æterna: ſic de potentia dei abſoluta poteſt aliquis eſſe charus ſine charitate. Vnde notandum: ꝙ eſt charitas creata, & increata. Sine charitate increata nemo poteſt eſſe charus deo. Sed ſumendo pro charitate creata ſumitur dupliciter, ſcilicet pro quodam habitu abſolutè infuſo, & ſic non eſt nomen connotatiuum: ſed abſolutè ſignificat illam qualitatem. Et ſic iterum aliquis poteſt eſſe charus ſine charitate. Alio modo ſumitur pro termino connotatiuo: ut eſt abſtractum illius concreti charus, accepti ad ſenſum pręfatum: ut ſcilicet connotat aliquem eſſe gratum deo: & ſic ſine charitate nemo poteſt eſſe charus deo.

An aliquis pōt eſſe charus ſine charitate.

Corr. 1

¶ Ex illis dictis ſequitur corollarium primum, ſcilicet. Actus uiatoris poteſt ex charitate elici, & nullatenus a deo ad prȩmium acceptari. Sed contra hoc corollarium arguitur. Deus eſt rationabiliſſimus dilector: ſed dilectio ſecundum rectam rationẽ meretur redamationem. ſecundum illud Prouerb. viij. Ego diligentes me diligo: ergo non poteſt non diligere ſe diligentem maxime ex charitate: ſecundum illud Ioann. xiiij. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum. Conſequentia tenet, quia non poteſt facere, uel omittere contra rectam rationem: alioquin poſſet peccare, quod blaſphemum eſt cogitare. ¶ Item deus ex natura rei, & neceſſariò diligit charitatem, & iuſtitiam: ergo & cæteras uirtutes: ergo etiam participantes illas. Tenet conſequentia: quia impoſſibile eſt: ꝙ actus feratur ſuper aliquam formam: quin feratur ſuper participantem illam: ſaltem materialiter & per accidens: ſicut non poteſt uiſus uidere colorem parietis, quin uideat parietem. Antecedens probatur: quia neceſſariò, & immutabiliter diligit ſuã iuſtitiam, charitatem &c. & complacet ſibi in ea, & ita etiam omnia iuſta, & omnes diligentes &c. Quia omnia talia per habitum iuſtitiæ, & charitatis (maximè infuſum) participant iuſtitiam diuinam. ¶ Item quicquid eſt bonum honeſtum, & delectabile: in ueritate eſt deo complacens, & acceptum: ſed uirtuoſi, & uirtutes ſunt huiuſmodi: ergo. Conſequentia nota. Maior probatur: quia ſecundum philoſophum. tertio Ethic. cap. x. Virtuoſus tanquam bene diſpoſitus eſt regula, & menſura eorum, quæ ſunt bona, & delectabilia ſecundum ueritatem. Deus autem uirtuoſiſſimus eſt: & optimè diſpoſitus ad rectè iudicandum. Minor uidetur nota: quia uirtutes ſunt per ſe, & ſecundum ſe pulchræ bonæ, & appetibiles. ¶ Ad primum dicitur, ꝙ etſi deus non poteſt non diligere diligẽtes ſe aliqua dilectione, ſeu complacẽtia puta generali, ut in notabili ſecũdo patuit. Non tñ ſequitur: ꝙ ea dilectio-

ne qua ordinantur ad uitam æternam,
quæ dicitur complacētia ſpecialisſima.
Et quod infertur. Deus non poteſt cō
tra rectam rationem. Verum eſt: ſed re
cta ratio quantum ad exteriora eſt uolū
tas ſua. Non enim habet aliam regulam,
cui teneatur ſe conformare: ſed ipſa di-
uina uoluntas eſt regula omnium con-
tingentium. Nec enim quia aliquid re
ctum eſt aut iuſtum: ideo deus uult: ſed
quia deus uult; ideo iuſtum, & rectum.
Poſſet ergo annihilare diligētem ſe: qđ
ſi faceret, non iniuſte faceret: quia ne-
mo ei dicit, cur ita facis. ¶ Auctoritates
adductę loquuntur de facto ſecundum
ordinem inſtitutum. ¶ Ad ſecundum di-
cendum: ꝙ ſi aſſumptum intelligitur de
iuſtitia &c. increata quæ deus eſt, uerū
eſt: quia neceſſariò ſe diligit. Et cum in
fertur, ergo & cęteras uirtutes: negetur:
cum infertur, ergo & eas participantes.
Si loquitur de participatione reali per
identitatem, uel informationem: quo-
modo procedit argumētum: tunc nihil
participat diuinam iuſtitiam, uel boni-
tatem. Si uerò loquitur de participatio
ne per imitationem, quo modo effectus
imitatur ſuam cauſam: negetur, ꝙ actus
diuinæ complacentię ſpecialisſimę, &
acceptionis gratuitæ feratur in ſic parti
cipantes neceſſariò. Quia tunc (cum
omnis creatura participet diuinam bo-
nitatem) omnis creatura etiam irratio-
nalis acceptaretur ad uitā beatam. Nec
hoc probat ratio. Si autem in primo aſ
ſumpto loquitur de iuſtitia creata &c.
negetur, ꝙ neceſſariò diligat illas, & ac
ceptet tali ſpeciali complacentia, & dile
Coro. 1 ctione, de qua eſt concluſio, & corolla-
rium. Verum cōplacet ſibi in omni crea
tura complacentia generali: ut in nota
bili ſecundo patuit. Non autem opor-
tet, ꝙ illa ſpeciali, quę eſt ordinata ad
uitam: quia tunc neceſſariò acceptare-
tur natura angelica, quæ perfectior eſt
quocunque habitu. ¶ Per hoc ad ter-
tium dicitur: ꝙ bonum eſt deo acceptū,
& placitum generali complacentia, ſeu
etiam ſpeciali: illa uidelicet qua uult ip-
ſum eſſe tale bonum: & ſic perfectum, &
delectabile. Non autem oportet: ꝙ ac-
ceptetur illa acceptatione, de qua con
cluſio & corollarium. ¶ Corollarium ſe Coro. 2
cundum. Deus acceptare poteſt ad glo L
riam, de potentia ſua abſoluta, uiatoris Deus ac
actum & naturam: non infuſa gratum fa ceptare
ciente gratia. ¶ Contra hoc corollariū pōt ad
arguitur. Actus immutabilis, & æternus gloriam
habet obiectum immutabile, & ęternū: de potē
ſine cuius participatione noua non po- tia ſua
teſt de nouo tranſire ſuper obiectum. abſoluta
Actus diuinæ acceptionis eſt immutabi-
lis, & æternus: ergo habet obiectum im
mutabile: ſine cuius participatione no-
ua &c. Tenet conſequentia in tertio
primę. Maior patet: quia actus non eſt
ſine obiecto: utputa cognitio ſine co-
gnoſcibili: dilectio ſine diligibili. Alio-
quin aliquis cognoſceret, & diligeret:
& tamen nihil cognoſceret: & nihil dili
geret, quod implicat: ergo actus immu
tabilis non eſt ſine obiecto immutabili:
alioquin ſi mutaretur obiectum, & non
actus: actus eſſet ſine obiecto. Ex eodē
patet, ꝙ actus ęternus non poteſt de no
uo tranſire ſuper obiectum ſine noua
participatione obiecti ęterni: alias habē
do nouum obiectum, haberet obiectum
per ſe mutabile: quia nouum. Minor pa
tet: quia omnis actus dei eſt intrinſecus
deo, & ita deus, & per conſequens immu
tabilis, & ęternus. Tunc ultra: illud obie
ctum non erit aliquis actus, uel habitus
naturaliter elicitus: quia omnis talis po
teſt eſſe deo non acceptus: ergo aliquis
infuſus, & non alius niſi charitas: ergo.
¶ Ad hoc poteſt uno modo reſponderi
negando maiorem uniuerſaliter: quia ſo
lum habet ueritatem: quando actus ille
immutabiliter, & neceſſariò tranſit ſu-
per obiectum. ſecus ſi tranſit contingē
ter ſuper obiectum: ſicut actus creandi
quātum ad totum illud, quod importat,
in deo eſt æternus: & tamen non habet
obiectum immutabile: quia eo ipſo, ꝙ eſt
obiectum creationis eſt mutabile: quia
producibile de nihilo, & dominari eſt
actus æternus: & tamen non habet obie
ctum immutabile: quia etſi æternus eſt
quantum ad id, quod eſt in deo: non ta
men tranſit neceſſariò ſuper obiectum
nec æternaliter: ſed contingenter, & ex



tempore; quia trāſire ſuper obiectum ni
hil aliud eſt, quàm actualiter creare, uel
dominari: ubi importatur creatura, quæ
quia eſt contingens; tranſitus ille eſt cō
tingens. ¶ Conſequenter conceditur:
ꝙ actus æternus cōtingenter tranſiens
poteſt eſſe ſine obiecto: quia id, quod in
deo eſt actus creandi: puta diuinū uelle,
eſt æternum: ſed nō ęternaliter tranſit:
quia deus non æternaliter creat. Eſt er
go ſine creabili, quando actu nō creat.
¶ Et ſi arguitur: tunc cognoſceret,
& nihil cognoſceret &cæt. Dicitur
quando actu cognoſcit, & diligit;
tunc actus tranſit. Sed ſi per poſſibile,
uel impoſſibile actu non cognoſceret,
uel diligeret: non tranſiret actus, nec ha
beret obiectum. ¶ Aliter rñdetur ad illā
maiorē. Actus æternus &c. Diſtinguen
do rōne illius termini obiectum immu-
tabile. Aut intelligitur de habere obie-
ctū ęternū, & immutabile in eſſe obiecti
uo uel in exiſtentia reali. Si primo mō: ue
ra ē maior: quia quicquid pro certo in-
ſtanti eſt obiectum actus diuini: ab æter
no eſt obiectum talis actus. Nam actus
diuinę acceptationis, eſt uelle a pro cer
to inſtanti acceptare. Et ſicut ab ęter-
no uult deus a acceptare pro illo inſtan
ti: ita a ab ęterno eſt obiectum huius
uelle diuini, & ita nunquam actus eſt ſi-
ne obiecto in eſſe obiectiuo. Sic ſuo
modo de obiecto dominationis, creatio
nis &c. Si autem intelligitur maior de
habere obiectum immutabile in eſſe ſub
iectiuo, ideſt in reali exiſtentia: ſic mani
feſtè eſt falſa, etiam de actu diuino tran
ſeunte, & neceſſariò, quia actus diuinæ
cognitionis neceſſariò tranſit in omne
cognoſcibile: quia ab ęterno cognoſcit
omnia neceſſariò, & actualiter, & tamen
obiectum cognitionis diuinæ non eſt
æternum, & immutabile in eſſe actuali:
ſic de actu complacentiæ generali, qua
ſibi complacet omnis creatura poſſi-
bilis. ¶ Et nota: quod obiectum eſt ter-
minus ampliatiuus ad quinq;
tempora. Vnde non ſe
quitur. A eſt obie-
ctum: ergo a
eſt.

## QVAESTIO. II.

VTRVM aliquis actus uo A
luntatis poſſit eſſe merito- Vtrū aliquis act⁹
rius ſine charitate formali- uolunta
ter informante. ¶ Iſta quæ tis poſ-
ſtio depēdet a pręcedente: ſit eſſe
& quærit de poſſe: non ſecundum legem merito-
ordinatam de facto: ſed de poſſe abſolu rius ſine
to. Itaque impugnata a doctore opin. charita-
contraria, ponitur ſecundum eum hęc te.
concluſio reſponſalis. Non includit con
tradictionem actum eſſe meritoriū ſine
omni habitu ſupernaturali formaliter
inhærente. Probatur: quia actum eſſe
meritorium dependet ex ſola dei gratio
ſa uoluntate, eum liberè ad pręmiandū
acceptante, & non ex quacunque cauſa
creata: ſed ſicut deus uoluntariè, & libe
rè acceptat ad meritum bonum motum
uoluntatis, quando elicitur ab habente
charitatem: ita de potentia ſua abſoluta
poſſet acceptare eundem motum uolun
tatis, ſi non infunderet charitatē. ¶ Itē
ſicut deus ſine omni dono creato ani-
mam informante, poteſt eam acceptare
ad uitam æternam: ita etiam actum eiuſ
dem de ſe non uituperabilem. Item ꝙ
propter habitum nullus actus ſit merito
rius, de ſe probatur: quia propter habi-
tum pręciſè nullus actus eſt laudabilis:
ergo nec meritorius. Conſequentia no
ta. Et antecedens probatur dupliciter.
Primò: quia nihil eſt meritorium, niſi
quia in noſtra poteſtate eſt: hoc eſt: quia
liberè, & uoluntarie elicitum aut impe-
ratum: ſed eſſe in noſtra poteſtate ad a-
gendum, uel non agendum non eſt ab
habitu: cum habitus ſit cauſa naturalis:
ergo ratio meriti quantum eſt ex parte
noſtra principaliter conſiſtit penes uo-
luntatē: quæ eſt de ſe libera ad agēdum,
& non agendum: & non penes habitum.
Secūdò: quia nullus habitus eſt de ſe lau
dabilis. Non acquiſitus: ergo nec infu
ſus, qui minus ē in poteſtate uoluntatis,
quàm acquiſitus. Antecedens patet: qa
nullus talis eſt de ſe uituperabilis: ergo
nec aliquis eſt laudabilis. Conſequētia
tenet: quia contraria ſunt circa idem.

Antecedens patet: quia non eſt uitioſus. Ille enim reddit hominem uituperabilem; quia ſtat cum charitate, quam habens eſt non uituperabilis. Vnde nulla eſt impoſſibilitas neque ex parte dei: neque noſtra: quin actum diligendi deũ propter ſe a uolũtate liberè elicitũ deus poſſit ex ſua gratia acceptare, tanquã meritorium uitæ ęternę nullo habitu

B existente in uoluntate. Vnde ſequitur corollarie: ꝙ ſine gratia nullus actus poteſt eſſe meritorius. Gratia dico: non formaliter uoluntatem, uel animam informante, quę creatura eſt: ſed ſine gratia increata (quæ eſt gratioſa dei uoluntas) liberè, & miſericorditer actum tanquam meritorium acceptante. Et hæc eſt ratio formalis meriti, & nulla alia. Hac enim exiſtente: nullis alijs ab actu, & uoluntate eliciente poſitis: actus eſt meritorius. Et ea non poſita: omnibus alijs poſitis actus non eſt meritorius. ¶ Diceres: ad actum eſſe meritorium requiritur integritas omnium circũſtantiarum, & pręſertim ut omnia diuina uolita impleantur. ſed ad hoc non ſufficit homo ex ſuis naturalibus: ergo. Solutio. Ad actum meritorium non oportet: ꝙ tota lex actualiter impleatur: ſed ꝙ aliquod mandatum impleatur, uel cõſilium. i. opus debiti, uel ſuper erogationis, & ꝙ contra nullum mandatum fiat tranſgreſſio. Hęc eſt ſummaria abbreuiatio horum, quę per doct. tractantur in quęſtione illa.

## QVAESTIO. III.

A VTRVM de facto omni actui meritorio charitas creata præſupponatur. Ternario articulorum numero terminabitur quęſtio. ¶ Cir-

Arti. 1. Nota. 1

ca articulum primum: quia quæſtio illa qua cum pręcedente quæſtione loquitur de actu meritorio, & de charitate: uidenda eſſent hic aliqua de actu meritorio, Quid eſt: in quo conſiſtit ratio meriti, & ſimilia: ſaltem breuiter. Sed quia de hoc diffuſius ſolet tractari circa ſecundum ſententiarum, unde & in diſt. xxvij. ſecundi, aliquid de hoc diximus. Quid. ſ. eſt actus meritorius, in quo conſiſtit ratio meriti, & quotuplex eſt meritum, & ſimilia: ideo hic non repetitur amore breuitatis. ¶ Secundò ſuppono ex diſt. xxvj. ſecundi quid eſt gratia, & charitas: de eorum identitate: diuerſitate: perfectione: excellentia: conditione: per totam illam diſtinctionem. ¶ Tertiò ſuppono hic diſtinctionem tactam quęſtione pręcedenti de charitate duplici creata. ſ. quę ut habetur in clementi. de ſumma trini. & fide cath. c. unico. eſt habitus infuſus. Et increata, quę eſt uoluntas diuina, ſine qua nullus eſt deo gratus, uel acceptus: nec actus quicũque

meritorius. ¶ Quartò ſuppono ex diſt. Arti. 3. Cõcl. 1.
pręſenti. q. j. ar. iij. multiplicem acceptionem neceſſitatis. ¶ Pro articulo ſecun- B
do eſt hæc cõcluſio prima. Omnis actus meritorius neceſſariò pręſupponit charitatem creatam ſecundum legem dei ordinatam. Probatur concluſio. Multiplex acceptio neceſſitatis.

Omnis actus meritorius (de quo concluſio principaliter loquitur) eſt meritorius uitæ æternę. Statuit autem lex diuina nullũ ſine gratia ſaluãdum. Vnde apoſt. j. Corin. xiij. Si linguis hoĩum loquar, & angelorum: charitatem autẽ non habeam: factus ſum uelut ęs ſonans: aut cymbalũ tinniens. Et ſi habuero prophetiam: & nouerim myſteria omnia, & oẽm ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habuero: nihil ſum &c. Item ad Roma. vj. Gratia dei uita ęterna. Item per gratiam dñi noſtri Ieſu Chriſti credim⁹ ſaluari. Act. xv. Et cętera multa allegari poſſunt. Vt enim hõ ſit acceptus deo ad uitam poſſidendam, & opera eius meritoria: neceſſe eſt neceſſitate conditionata: de qua. ſupra. q. j. in dubio. iij. ſibi ineſſe donum ſupernaturale a deo infuſum: quod charitas, ſiue gratia nominatur (Gratia, quia eo deus acceptat naturam. Charitas; qa inclinat ad diligendum deum) hoc donum: ſola aſſiſtentia naturam gratificat. ſ. actum ex inclinatione ad ipſum. Habet autem hoc donũ infuſum inclinare primò, & principaliter ad actum proprium: qui eſt diligere deũ:

& me



& mediante illo ad cuiuslibet alterius uirtutis actum: ſicut cęteri habitus acqſiti ad facilius: expeditius: delectabilius: eliciendũ actus ſimiles illis, a quibus geniti ſunt: inclinant ſecundũ philoſophũ. ij. Ethi. Ratione ſic probatur ſecundum Thom. Hõ in puris naturalibus exiſtens non poteſt mereri gloriam: ergo requiritur charitas. Conſequentia nota. Añs probatur: quia meritum hominis dependet ex diuina ordinatione. Nulla autẽ res ex diuina ordinatione excedit proportionem ſuæ uirtutis, q̃ eſt principium actus: quia nihil agit ultra ſuam uirtutẽ: ſed uita ęterna excedit proportionem naturę creatę: quia nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hois aſcendit, q̃ pręparauit deus diligentibus ſe. j. Cor. ij Ideo nulla creatura creata ſine dono ſupernaturali ſufficit ad primum. Præterea peccatori non debet uita, ſed mors: ſecundum illud. Stipẽdia peccati mors. Rom. vj. Oẽs autẽ peccauimus in Adã. ſecundum apoſt. Rom. v. Prius opus eſt reconciliatione. Hęc autem fit per gratiam; quare concluſio uera. Notanter dictum eſt ſecundum legem dei ordinatã: quia. ut ſupra oſtenſum eſt. q. j. & ij. hui⁹ diſt. non includit contradictionem ſine hmõi habitu aliquem ad uitam, & habentem non acceptare. Licet de facto deus neminem acceptet ad uitam: niſi cui infundit habitũ charitatis. ¶ Secunda con-

Cõcl. 2. C

cluſio. Charitas ſine qua impoſſibile eſt aliquem acceptari ad uitam æternã: uel actum eius eſſe meritorium: non eſt aliqua entitas creata. Patet ex dictis in. q. j & ij. Corollarium ſecundũ magiſtrum. Charitas, qua meritoriè diligimus deũ, & proximum, eſt ſpũſſanctus. Non ſic intelligendo: ꝙ ſpũſancto formaliter diligamus deũ. & proximũ. Hoc enim, quo ſic diligimus eſt actus a noſtra uoluntate elicitus, uel habitus derelictus, uel infuſus. Sed ratio formalis præciſè: unde actus dicitur meritorius, aut agens deo charus eſt gratuita dei uoluntas, q̃ ẽ ſpiritusſanctus. Etſi hunc intellectum habuit magiſter, cum dixit: ꝙ charitas, qua diligimus deum, & proximũ eſt. ſſ. Verũ dixit: et ſic ſaluat eum auctor. Nec uult

Charitas nõ ẽ aliqua entitas creata.

magiſter negare: quin pręter illud donũ, quod eſt ſpũſſanctus: etiam aliud donũ creatum donetur: quod ſit habitus inclinans ad diligẽdũ. Ex illo patet: ꝙ aliter ſpũſſanctus eſt cã actus charitatiuè diligendi in nobis ut. ſ. chari ſumus deo: & aliter cauſatur actus credendi, & ſperandi: quia illorum eſt cã ſine ſpeciali acceptatione. Non ſic actus diligendi, quo charitatiuè diligimus deum, & proximũ.

¶ Pro articulo tertiò dubitatur contra primã cõcluſionem. primò auctoritate: ſecundò ratione. Auctoritate ſcripturæ ſic. Opus meretur mercedẽ ęternã ſine gratia: igitur. Añs probatur: quia merces illa debetur operibus, & laboribus ſanctorum ſecundum id. ij. Paral. xv: Erit merces operi ueſtro. Item Sap. x. Reddet deus mercedem laborum ſanctorũ ſuorum. Item. j. ad Cor. iij. Vnuſquiſq; propriam mercedem recipiat ſecundum ſuum laborem. Hæc merces non eſt niſi merces cęleſtis: ſecundum illud Matt. v. Merces ueſtra copioſa ẽ in celis. Quòd etiam ſit merces de condigno: patet Lucę. x. Dignus eſt operarius mercede ſua. Ex his, & alijs multis patet (ut uidet) ꝙ merces ęterna debetur operib⁹: ſed merces: quę debetur operibus, non imputat ſecundum gratiam: ad Rom. iiij. Ei, qui operatur merces, non imputatur ſecundum gratiam: ſed ſecũdum debitũ: ergo merces ſanctorũ non debetur ex gratia. Conſequentia tenet ſyllogiſticè ſic arguendo. Nulla merces debita operi debetur ex gratia: merces ſanctorum eſt debita operi: ergo non debetur ex gratia ultra: ergo gratia non eſt neceſſaria. Rñdetur: ꝙ in omnibus iſtis auctoritatibus nõ excluditur gratia. Operi ergo debetur merces: ſed nõ niſi operi digno: ſed nullum opus eſt dignum mercede tali ſine gratia: ſecundum illud Rom. iiij. Ei qui operatur merces debetur &c. Et loquitur de mercede operis ſecluſa gratia. Loquitur. n. contra eos: qui ex operibus legis ſine gratia ſaluari contendebant. Vnde uult arguere apoſtolus. Ei qui operatur opera legis ſine gratia: merces non imputatur ſecundum gratiam. Vita autem æterna datur ſecundũ

Arti. 3. Dub. 1. D An uſus meretur mercedẽ ęternã ſine gratia.

gratiam,ut poſtea probat: ergo non eſt merces operibus legis ſine gratia debita ¶ Contra concluſionem arguitur ſecundò & ratione. Charitas infuſa non pręſupponitur actui meritorio ſecundum legem dei ordinatam: ergo concluſio falſa. Añs probatur: quia magis meretur uoluntas actu ſuo ex naturalibus elicito quàm habitu charitatis: ergo non requiritur habitus. Conſequentia nota: quia hęc eſt ſola cauſa habitus charitatis: ut actus uoluntatis ſit per eam meritorius. Añs probatur: quia uoluntas magis meretur per illud, quod ē in poteſtate eius: quàm per illud, quod nō eſt in ſua poteſtate. ſed actus ſuus ex naturalibus elicitus magis eſt in poteſtate ſua, q̃ habitus infuſus: ergo. Conſequentia nota. Maior probatur: quia per illud, quod nō eſt in noſtra poteſtate: neque laudamur, neque uituperamur: quia deficit ratio uoluntarij: ergo nec meremur: quia mereri eſt actus laudabilis.

E

Quō charitas īfuſa uel ut magis accepta deo uoluntate, & eiꝰ actu, uel non.

¶ Item ſi requiritur charitas infuſa, uel ut magis accepta deo uoluntate, & eius actu: uel non. Non ſecundū: quia ſi actus eſt acceptus deo propter charitatem, charitas erit magis accepta per regulam philoſophi. j. poſte. propter quod unum quodque tale &c. Nec primum: quia ſi eſt magis accepta: aut propter eius bonitatem naturalem, uel moralem. Non primum: quia ſic ipſa uoluntas in ſe: & quælibet creatura rationalis, eo ꝙ eſt perfectior tali habitu, eſt acceptior: quia maius bonum, & perfectum eſt magis deo acceptum. Nec ſecundum. ſ. propter perfectionem moralem: quia nunquam eſt perfectio moralis: niſi illud ſit in poteſtate eius, quod perficit. Habitus autem infuſus non eſt in poteſtate uoluntatis, quam perficit: cum ſit a ſolo deo. ¶ Et ſi diceres: ſufficit, ꝙ eſt in poteſtate agētis ſcilicet dei. Contra: non plus eſt ille habitus in poteſtate, quàm ipſa uoluntas, uel actus eius: uel quàm natura humana aut angelica: immo quàm quęcunque creatura: quia in eius ditione ęquè cuncta ſunt poſita, nec unum magis altero. ¶ Si diceres: ꝙ habitus ille ſit in poteſtate uoluntatis diſpoſitione pro quanto ſe poteſt uoluntariè diſponere ad eius ſuſceptionem. Contra. habitus ille poteſt dari alicui ſine omni ſua diſpoſitione præuia: ut patet de paruulis baptizatis. Nec ualet dicere: ꝙ procedit ſacramentum baptiſmi. Tum quia ſacramentum baptiſmi non eſt in uoluntate paruuli. Tum quia deus potentiam ſuam non alligauit ſacramētis: ut dicit magiſter. Ideo quod dare poteſt per ſacramentum, poteſt ēt dare ſine ſacramentis Item quandocunque duo actus ſunt eiuſdē rationis, quorum neuter habet circumſtantiam malā, ſi unus eſt acceptus deo etiam alius: cum nulla ſit ratio diuerſitatis: ſed actus elicitus poſt charitatem infuſam: eſt eiuſdem rationis cum eo, qui ante charitatem elicitus eſt: igitur ſi unus eſt acceptus, etiā & alius. Conſequentia nota cum maiori. Minor patet: quia actus generatiuus habitus, eſt eiuſdem rationis cū actu elicito per habitum: alioquin per eum habitus non augmentaretur: per ea enim augmentatur, per quæ generatur. Item omnis actus, qui eſt meritorius cum aliqua circūſtantia, quæ nec de ſe eſt laudabilis: nec uituperabilis: etiam eſt meritorius ſine illa circumſtantia. Sed actus aliquis cum charitate ( puta diligendum deum) eſt meritorius. Et illa circūſtantia: ſcilicet charitas infuſa de ſe non eſt laudabilis: ergo ſine ea adhuc eſt meritorius. Conſequentia eſt in Darij. Maior patet: quia circūſtantia, quę de ſe nec eſt laudabilis, nec uituperabilis: non facit actum meritorium, nec demeritorium: cum maxime laudabile ſit actum eſſe meritorium. Minor pro parte prima eſt cōcluſio prima. Pro ſecunda ſcilicet, quòd charitas de ſe non ſit laudabilis, probatur, quia nullus habitus eſt de ſe laudabilis quod probatur: quia non acquiſitus: ergo multò minus infuſus: quia minus habet de uoluntario: quā is, qui de actibus liberè elicitis eſt acquiſitus. Quòd uerò acquiſitus non ſit de ſe laudabilis, nec uituperabilis: probatur: quia quilibet indifferenter ſtare poteſt cum dei amicitia, & odio. Nam ſi aliquis uitioſus repente conuertitur, & fit de inimico amicus: non ſtatim corrumpuntur habitus



uitioſi acquiſiti: quia adhuc poſt cōuerſionem ſentiet ſe magis inclinatum ad priores actus uitioſos: donec per oppoſitos habitus uirtuoſos (per exercitiū bonorum actuum acquiſitos) corrumpantur. Sic ſi multas habēs uirtutes incidit in mortale, fit inimicus dei: & tñ non ſtatim corrumpuntur habitus uirtutum.

Nota.

F

Ad meritū uitæ ęternę, q̃ requirunt

¶ Pro ſolutione illarum rationum. Nota, ꝙ licet ad meritum uitæ æternæ de condigno plura de facto requirantur: ut patet. in. ij. diſt. xxvij. puta, ꝙ ſit liberè elicitum: & ſecundum inclinationem gratiæ: & per hoc condignum pręmio: & acceptū a deo liberaliter ad hmōi præmium: tñ illud ultimum eſt principale in ratione meriti: quo ſolo exiſtente ſine alijs actus ē meritorius: & perſona digna præmio. Eo non exiſtente licet ſit actus liberè elicitus, & ſecūdum inclinationē charitatis & gratię non eſt meritum neque condignitas. Vnde nullus actus quātumcunq: liberè elicitus: etiam cū quocunq; dono creato ſine gratia: ſine charitate eſt eſſentialiter meritorius: ſed ex ſola liberali acceptatione diuina, & ita præciſè ex ſola gratia increata: ut patuit q. ij. & q. pręſenti concluſione. ij. Quòd autem de facto requiritur charitas infuſa, quæ eſt ipſa gratia: eſt ex ſola miſericordi ordinatione diuina. Ordinauit. n. deus ſe uelle omni, quem decreuit acceptare ad gloriam: conferre hunc ornatum, quę eſt gratia, quo perficitur, & ad bonum liberè eliciendum præparatur, & adiuuatur: ꝙ ergo charitas requiritur nō eſt propter perfectionem charitatis: ſed propter beneplacitum dei, & ſuę benigniſſimę uoluntatis. ¶ Per hoc ad primam rationem poteſt dici breuiter: ꝙ uoluntas non magis meretur per hoc uel illud: niſi quia hoc uel illud acceptatur a deo. Et quia deus decreuit non uelle aliquem actum acceptare: niſi illū, qui elicitur ab habente charitatem, & ſecundum eius inclinationem deo ex hoc pręciſè eſt magis meritorius: & non ex eo, ꝙ eſt in poteſtate ſua. Nec ſequitur. Non laudamur: ergo non meremur: qa laus propriè deo debetur, a quo eſt omne bonum, & meritum noſtrum.

Hinc Auguſt. ad Sixtum presbyterum. Cum coronat deus merita noſtra: nihil aliud coronat, quàm munera ſua. Magis ergo meritum eſt: quia eſt a deo ad reddendum operanti magis acceptum: quàm quia eſt in poteſtate noſtra, aut liberè elicitum. ¶ Ad ſecundum dicitur: ꝙ deus non acceptat opus noſtrum: qa charitas magis accepta: ſed quia ita placuit. Et ſic regula philoſophi non habet hic locum. quia intelligitur: quando aliquid eſt tale propter aliud eſſe tale pręciſè. ¶ Ad tertium: admiſſo, ꝙ actus meritorius, & non meritorius poſſunt ēe eiuſdē rationis eſſentialis: ſed non accidentalis. Eſt tamen ratio diuerſitatis ſola diuina uoluntas dei ſic ordinantis. ¶ Ad quartum negetur maior. Ad probationem conceditur, ꝙ circumſtantia talis ex ſe, uel natura propria non facit actum meritorium, ſed ex ordinatione diuina; quia quantūcunque eſſet laudabilis ex ſe: ſi a deo non ordinaretur ad præmium: non faceret actum meritoriū.

Dub. 2.

G

¶ Secundò dubitatur. Si eſſet ponenda charitas infuſa: maxime ut eſſet ratio acceptandi ( actum ad præmium) uoluntati diuinæ: ſed hoc non: ergo. Conſequentia nota. Maior patet: quia non uidetur alia ratio ponendi charitatem infuſam. Minor probatur: quia nihil creatum poteſt eſſe ratio actus diuini. Nec in ſe: nec ut tendit in tale obiectū. Quia actus diuinus eſt æternus, & immutabilis. Omnis creatura temporalis, & mutabilis, ac paſſibilis. Sed mutabile non poteſt eſſe ratio immutabilis: quia tunc aliquod eſſe tale abſque ratione ſic eſſendi quod eſt impoſſibile. Item circumſcripto omni dono ſupernaturali: eſt diſtinguere inter amicum, & inimicum: ut inimicus dicatur: in quo eſt peccatum non deletum, & ita offenſa dei. & amicus, in quo nō eſt offenſa. Ante aūt collationem doni ſupernaturalis pōt inimico dimitti offenſa. Nō. n. neceſſe eſt, ſi dimittitur offenſa ꝑ nō imputationē ad pęnā: ꝙ addatur donū ei, qui fuit inimicus. Nunc autē charitas pōt diſtinguere inter filios regni, & carceris ſecundū Aug. ¶ Item ſi ponit̄ cha

eitas maxime' inclinando potentiam cõ
cauſet meritum:ſed hoc nõ.'Minor pro
batur:quia uel ut cā principalis, uel mi-
nus principalis. Non ſecũdum qa princi
palis cā bonorum meritorioꝝ eſt : ergo
ut dicit magiſter diſt.xxvij.ſecundi. Ad
q̃ uoluntas habet ſe , ut pediſſequa non
prȩuia:concomitans, non ducens:ut di
cit Aug.ad Bonifa. papam. Si autẽ prin
cipalis:quia cũ inclinet naturaliter non
liberè ſicut omnis habitus : ſequitur , ꝙ
actus meritorius non eſſet liber,& in po
teſtate uoluntatis: ſed naturalis. Tenet
Rñſio. conſequentia:quia effectus ſequitur cõ-
ditionem cauſæ principalis. ¶ Ad illa re
ſpondetur. Ad primum dicitur:ꝙ chari-
tas non eſt rõ acceptandi neceſſaria ut
patuit.q.j.& ij. Sed põt dici ratio acce-
ptandi ex libera ordinatione diuina : ad
hunc intellectum : quia ordinauit deus
non acceptare actum : niſi ex charitate
inclinante a uoluntate elicitum. Et illo
modo nihil prohibet aliquid creatũ eſſe
rõnem acceptandi deo,& ita actus dimi
nui. ¶ Ad ſecundũ dicitur: ꝙ poteſt di-
ſtinguit inter amicum,& inimicum ſine
charitate. Nec propter hoc requiritur
charitas:ſed propter ordinationem diui
nam ſȩpe dictam. Diſtinguere uerò filios
regni : conſequitur charitate ex diuina
In actu ordinatione. ¶ Ad tertium dicitur:ꝙ in
merito actu meritorio duo eſt attendere.ſ.ſub-
rio duo ſtantiā actus:& rationẽ meriti. Quantũ
atten- ad ſubſtantiam eſt principaliter a uolun
duntur. tate liberè producente. Quantum ad ra
tionem meriti eſt principaliter a chari-
tate ex diuina ordinatione. Principaliſ
ſimè tñ,& uerè a deo liberè acceptante.
¶ Tertiò dubitatur: hõ naturaliter ordi
Dub. 3. natur ad beatitudinem tanq̃ ad ſuum fi-
H nem: ergo põt eam naturalibus actibus
conſequi , & per conſequens ſine dono
ſupernaturali. Conſequentia probatur :
quia natura nihil agit fruſtra: nec defi-
cit in neceſſarijs.iij.de anima. Deficeret
autem:ſi ad ea , in q̃ ordinat perducere
non poſſet. Añs probatur : quia homo
naturaliter appetit beatitudinem tanq̃
finem ſecundum beatum Augu.xiij. de
2 trin. & Boe.iij. de conſol. Ad illud autẽ
ordinatur naturaliter,quod poteſt natu
raliter conſequi. ¶ Item charitas impe
dit meritum:ergo non requiritur. Ante
cedens probatur:quia quo aliquis eſt ma
gis debitus eo minus meretur : ſed exi-
ſtente charitate bonus actus ẽ magis de
bitus:ſecundũ illud Greg. Dum creſcunt
dona:rationes etiā creſcunt donorum .
¶ Item quô opus eſt magis laborioſum: 3
eò magis meritorium: ſed charitas facit
opus minus laborioſum:quia ſecundum
Aug. Omnia ſeua:leuia, & propè nulla
facit charitas, & ita facit minus merito
rium. ¶ Item meritum adſcribitur etiā
actibus fidei,patientiȩ, fortitudinis &c.
inſcripturis: ergo non ſolum charitati . Rñſio.
¶ Ad primum dicitur : licet hõ natura-
liter ordinetur ad finẽ beatitudinis: nõ
tñ ad conſequẽdum per media tñ natu
ralia. Nec ideo deficit natura in neceſ
ſarijs:qñ neceſſaria a dono ſupernatura
li conferuntur. Sicut diſpoſitio embrio
nis humanæ nõ eſt fruſtra, nec deficiẽs :
quamuis non attingat formam intelle-
ctiuam in materia embrionis producen
dam. Nec ad illum terminum ordinat̃,
ꝙ poteſt naturaliter conſequi. Nam hõ
faciendo,quod in ſe eſt : naturaliter di-
ſponitur ad gratiā ſupernaturalem. Ad
ſecũdum dicitur: ꝙ actus magis debitus
non eſt minus meritorius : maximè qñ
cum maiori debito ſtat maior dignitas
actus,ut in propoſito. Etiam debitũ non
minuit rationem meriti:quia nõ minus
eſt meritoria obſeruatio pceptorum per
charitatem,& obedientiam:q̃ actus ſu-
pererogationis: propter quod doct. di-
cunt actum cum uoto factum eſſe magis
meritorium, q̃ ſi ſine uoto fiat. Ad ter-
tium de ope laborioſo diſtinguitur: quia
qñq; opus eſt magis laborioſum ex ipſo
opere: qa arduum eſt aliquantulum ex-
cedens uires naturales. Alio mõ dicitur
laborioſum propter operãtis defectum
propter quem magis laborat. Et iſta la
borioſitas minuit meritũ. Prima auget:
& ad illa promouet charitas:qa facit ag
gredi ardua. de hoc diſt.xxix.ſecundi la
tius habetur. Breuiter meritum non cõ
menſuratur labori:ſed perfectioni chari
tatis,& intenſioni actus. Ad quartum di
citur:ꝙ meritũ attribuitur actibus alia-
rum



rum uirtutum inquantum ſunt forma-
tæ charitate, & non alias ut ſupra. per
apoſtolum.j.Corint. xiij.

## QVAESTIO. IIII.

VTRVM charitas poſſit
A augeri. ¶ Pro articulo pri-
Arti. 1. mo quæſtionis huius primũ
Nota 1. ſuppono pro intellectu ter-
mini , ꝙ per augmentabile
doct. intelligit idem, quod intenſibile.
Nam de augmentatione ſubſtantiali ,
aut quantitatiua molis:nihil ad propoſi
Augmẽ tum: ſed tantum de augmentatione uir
tatio qd tutis,& perfectionis. Et quamuis uariæ
eſt. ſunt opin. de huiuſmodi augmentatio-
ne quomodo fiat : ſequor tamen opin.
eorum,qui tenent eam fieri per additio
nem gradus ad gradum: in eadem parte
ſubiecti penetratiuè ſimul exiſtentium
eiuſdem rationis: numero tñ differen-
tium . per quam totum fit maius perfe-
ctiuè , uel intenſiuè. Et quamuis in cõ
cluſione huius quæſtionis, uidelicet , ꝙ
charitas augeatur : omnes concordant
propter auctoritatem ſcripturȩ : ſecus
de modo augmentationis , de quo in
ſequentibus quæſtionibus uidendũ erit.
In hac uerò quæſtione doct. principali-
ter inueſtigat quantum ad logicam,quȩ
propoſitiones ueniant concedendæ, &
quæ negandȩ. ¶ Notandum igitur ſecũ
dò,ꝙ aliquid recipere magis, uel minus
dupliciter accipitur. Vno modo reali-
Nota.2 ter,& ſic eſt recipere in ſe inhȩſiuè for-
mam magis, & minus intẽſam. Alio mo
do denominatiuè ſecundum quandã ſi-
militudinem:& prædicationem: quia de
ipſo magis,& minus prædicatur. ¶ Pro
Art.i 2. arti. ſecundo eſt conclu.prima. Capien
Cõcl.1. do magis,& minus. primo mõ:nulla for
B ma ſuſcipit magis,& minus. Patet: for-
ma accidentalis nihil recipit in ſe : quia
accidentis non eſt accidens. ſecus de for
ma ſubſtantiali.ſ.intellectu. ¶ Secunda
Cõcl.2. concl. Capiendo magis,& minus ,ppriè
ſecundò mõ:nulla forma ſuſcipit magis,
& minus. Patet: quia una charitas non
eſt magis charitas q̃ alia. ¶ Tertia cocl.
Cõcl. 3 Impropriè forma ſuſcipit magis, & mi-
nus:ut ualet tñ una forma ẽ maior, uel
minor alia intenſiuè. Vel una forma eſt
maior forma , & una alia forma eſt mi-
nor forma. Et ita ſub conſimili intelle-
ctu,& ita prædicta concedenda eſt. For
ma ſuſcipit magis,& minus in ſenſu co-
pulatiuo,non copulato: quia una,& ea-
dem forma nõ ẽ maior,& minor. Aliter
in ſenſu ſignato poteſt ẽt prȩfata propo
ſitio cõcedi:ſic.ſ.de illo termino forma
prȩdicatur magis,& minus copulatiuè:
quia illa eſt uera:forma recipit magis,et
forma recipit minus: non de una ſed de
diuerſis formis. ¶ Quarta cõcl. Hæc ẽ Cõcl.4
falſa de uirtute ſermonis. ¶ Forma aug
mentatur. Patet : quia nulla forma eſt
primò minor,& poſtea maior: quia nec
illud quod prȩcedit augmentationem :
nec illud, quod acquiritur per augmen
tationem:licet totum reſultans ex prȩ-
cedenti:& illo,quod acquiritur fit ma-
ius,q̃ forma,quæ præceſſit. Sed hoc nõ
fuit prius:ſicut nec illud,quod acquiri-
tur: Nec etiam aliqua forma cõis: quia
nulla talis eſt niſi ſignum, ſed nullũ præ
dicatum dicitur de cõi:niſi conueniat il
li pro aliquo ſingulari. ¶ Quinta concl. Cõcl.5.
Subiectum formȩ non augmentatur:qa
licet hõ primò ſit minus charus , & po-
ſtea magis charus:tñ propter hoc homo
non augmentatur:ſed charitas:unde de
nominat̃ magis,uel minus charus. ¶ Sex Cõcl.6.
ta concluſio. Secundum cõem modum
loquendi:forma augmẽtatur. Probatur:
quia aliquid augmentatur ſecũdum oẽs:
& non ſubiectũ: ergo forma. Habet aũt
cõis modus loquendi hunc intellectum.
Forma augmentatur.i.aliqua forma in
aliquo ſubiecto primo eſt minor:& po-
ſtea in eodem ſubiecto eſt forma aliqua
alia eiuſdem rõnis maior ſine interru-
ptione:uel etiam extra ſubiectum ſecun
dum potentiam diuinam. Dicitur ſine
interruptiõe:quia ſi fieret interruptio ,
non eſſet unus motus,ſed plures. Et ſub
illo intellectu ſequentes quæſtiones tra
ctabũtur,quibus inueſtigabitur:qũo fiat
augmẽtatio. Ex illo ſequitur:ꝙ licet for
ma augmentetur:non tñ mouetur:licet
ſubiectũ eius moueatur: qa motus dicit
ſucceſſionẽ. Augmẽtatio aũt formæ(de

qua hic ſit ſermo, quæ eſt charitas) ſit in
inſtanti. Item moueri capitur pro eſſe
ſubiectiuo motus. nec augmentari(ut
nunc de augmẽtatione loquimur) eſt in
ferius ad moueri. Neq; hmõi augmen-
tatio eſt ſpecies motus: licet non ſit ſine
motu naturaliter. Quia quando forma
augmentatur ſubiectum formæ mouet:
largè accipiendo moueri, ut ſe extẽdit
ad mutationem. Poſſet tñ deus aliquã
formã a ſubiecto ſeparatam augmẽtare:
hoc.n.nullam includit contradictionẽ,
& ſic augmentatio eſſet ſine motu: quia
Cõcl.7. ibi nihil moueretur, nec mutaretur. ¶ Se
ptima concl. Hęc ſimpliciter: & de rigo
re ſermonis eſt uera. Forma habet latitu
dinem: quia ualet illam. Forma habet in
ſe partes realiter diſtinctas. Vtrum autẽ
augmentatio ſit alteratio poteſt conce
di ꝙ augmentatio eſt alteratio non for
mæ, q̃ augmentatur: ſed ſubiecti. Hęc eſt
Nota.1 ſententia doc. in ſcripto ſuo quæſtione
C prçſenti. ¶ Verum pro clariori dictorũ,
& dicendorum intellectu. Notandũ pri
mò, ꝙ duplex eſt augmentatio: ut notat
doct. infra. q. viij. huius diſt. ſ. intenſiua,
Augmẽtatio multiplex. & extenſiua. Augmentatio extẽſiua eſt
per q̃ illud quod augetur occupat maio
rem locũ poſt: q̃ añ. Et hæc duplex: quę-
dam ſit per additionem partis ad partẽ
facientis per ſe unum cum illa: diſtincta
ab ea loco, & ſitu: ut cum aqua additur
aq̃: uel alicuius ſuperficiei pars una prius
dealbatur q̃ alia. Alia augmentatio extẽ
ſiua ſit in eodem ſubiecto pci ẽ: ut in ra-
refactione: quia aliquid ſecundum ſe to-
tum ſit maius extenſiuè. In tali augmen
tatione (ſi tenetur ꝙ quantitas eſt acci
dens diſtinctum a re quanta) prior quan
titas tota corrumpitur, & noua maior
introducitur, & nõ manet una quãtitas
cum alia. Si uerò tenetur, ꝙ quantitas
non eſt accidens inhærens rei quantę:
ſed eſt reſmet quanta: nõ ſit ibi additio
nouę quantitatis: ſed ipſa res rarefacta
per elongationẽ partium ſuarũ occupat
maiorem locum poſt q̃ ante: per ſolum
motum localem earundem, ſiue ad gene
rationem alicuius rei nouæ. Augmenta
tio intẽſiua: eſt additio partis ad partẽ:
facientis cum illa unũ indiſtinctè ab eo
loco, & ſitu: abſq; eo, ꝙ per ſe ſequatur
maior quantitas. Quidã uerò ponũt aug
mentationem triplicẽ ut refert Pet. de
Alia. quę. ix. ſ. purè intenſiuam, q̃ eſt in
formis ſpũalibus non corporalibus, ut ẽ
charitas. Purè extẽſiuã ſicut rarefactio,
uel augmentatio corporũ ſolidorũ. Intẽ
ſiuã, & extenſiuã: ut augmentatio forma
rum corporalium: caliditatis ſ. frigidita
tis. ¶ Notã. ſecundò: ꝙ augmentatio, q̃ Nota.2
eſt ſolum extenſiua: põt ſubdiuidi in di- D
ſcretam ſiue numeroſam, & in cõtinuã.
Exẽplum primi poteſt poni. Cum grex
ouium numeraliter augetur. Exemplum
ſecundi in rarefactione aeris, uel alte-
rius: ut patuit. ¶ Notandum tertiò: ꝙ Nota.3
augmentatio intenſiua multipliciter ſo
let imaginari. Vno mõ ut ſupra imme-
diatè patuit: per accumulationẽ graduũ
eiuſdem rõnis conſtituentium unã for-
mam: q̃ ſit magis intenſa, q̃ aliqua pars
eius. Alio mõ imaginantur aliqui ſieri
augmentationem intenſiuã ſolum p re
ceſſum a non gradu. Et iſtud a diuerſis
uariè aſſignatur. Nam quidam dicunt: ꝙ
intenſio ſit per depurationem alicuius
formæ a ſuo contrario. Alij, ꝙ ſit p ma-
iorem radicationem in ſuo ſubiecto. Ita
ꝙ ſecundum iſtos contingit eandẽ for-
mam penitus inuariatam ſecundũ ſuam
eſſentiam, aliquod ſubiectum minus in-
tenſè denoiare, & poſtea magis, & ſimi-
liter ecõtra. Sed iſta opinio nõ eſt uera:
ut habet declarari in philoſ. &c. ¶ Quar Nota.4
tò notandum: ꝙ augmentatio tã inten-
ſiua: q̃ extenſiua dupliciter põt imagina
ri ſieri. Vno modo ſubito ſiue in inſtan
ti: ſicut ſi ſol, aut aliud luminoſum crea
retur in inſtanti in medio diaphano: &
poſtea aliquod aliud crearetur in eodẽ
medio in inſtanti. Patet: quia ſieret ibi
augmentatio luminis tam extenſiua: q̃
intenſiua in illo ſecundo inſtanti. Alio
mõ poteſt imaginari talis augmentatio
ſieri non in inſtanti: ſed ſucceſſiuè cõti
nuè tam ſecundũ extenſionem, q̃ ſecũ-
dum intenſionem. Ita ꝙ data aliqua for
ma (ut caliditate) uerum eſt dicere: ꝙ
añ quamlib. partẽ iſtius caliditatis prius
fuit eius medietas ſecundũ intenſionẽ,
& extenſionem, q̃ illa tota pars. Et ſic ſit



Aliquid ſieri i inſtãti qd eſt. ſucceſſiuè continuè. Vñ pro declaratio
ne iſtorũ eſt hic uidendũ: quid eſt aliqd
ſieri in inſtanti. Rñdet dñs Came. q. ix.
primi. aliquid dr̃ ſieri in inſtanti: quia nul
la eius pars p̃fuit anteq̃ illud eẽt. Ex quo
ſequitur: ꝙ non ſtat aliquod indiuiſibile
ſieri: & illud non ſieri in inſtanti. Patet:
quia nihil eius añ ipſum p̃fuit: cũ ipſum
Nota.5 careat partibus &c. ¶ Quintò notandũ,
E ꝙ augmentatio continua põt dupliciter
ſieri. Vno mõ põt ſieri continuè ſucceſ
ſiuè. Alio mõ continuè permanenter. Et
hoc dupliciter: qa duplex eſt continuũ.
ſ. continuũ ſucceſſiuũ, & continuũ per-
manens. Dr̃ autẽ aliquid continuè ſuc-
ceſſiuè augeri: qñ in quolib. inſtanti po
ſteriori eſt magis intẽſum, uel magis ex
tenſum, q̃ in aliquo priori. Ita ꝙ non eſt
dare aliquod tẽpus in augmentatione
ſic continua, in quo toto illud ſit ęqua
liter intenſum, uel extenſum in qualib.
Nota.6 parte. ¶ Sextò notandũ: ꝙ latitudo ſicut
hic ſumitur (cũ loquimur de latitudine
formarũ) ẽ pluralitas diſtinctarũ partiũ
conſtituentiũ per ſe unũ extenſum, uel
Latitudo duplex. intenſum. Et eſt duplex. ſ. intenſiua, & ex
tenſiua. Latitudo extẽſiua eſt pluralitas
partiũ diſtinctarum cõſtituẽtium per ſe
unum quantũ cõtinuũ. Vñ non capitur
hic latitudo, prout apud mathematicos
diſtinguitur contra lõgitudinẽ. Latitu
do intenſiua, ſiue gradualis, eſt plurali-
tas diſtinctarũ partiũ ſibi inuicẽ coexiſtẽ
tium, & cõſtituentiũ per ſe unũ quantũ
Gradus. intenſum. Sed gradus ut hic ſumitur: dr̃
pars alicuius latitudinis intenſiuè ſiue
pars alicuius formę: alteri parti eiuſdem
coexiſtens, & ſecũ cõſtituens per ſe unũ
Nota.7 quantũ intenſum. ¶ Septimò notandum
poſt p̃dicta in concluſionibus quarta, &
ſexta q̃õnis huius: ꝙ aliquã formam aug
mẽtari põt intelligi dupliciter. Vno mõ
de uirtute ſermonis. Alio mõ ſecundum
intentionẽ loquentium: ut patuit in cõ
cluſione ſexta. Hæc ex aliorũ dictis re-
ferre placuit: pro clariori dictorum in-
Prop.1. tellectu ex Pet. ſ. Camer. & Greg. ¶ Pri
F ma propoſitio eſt dñi Camer. & hęc eſt.
Aliquod ſubiectum poteſt dici magis, &
minus tale: ſine alicuius qualitatis, aut
alterius rei ſibi inexiſtẽtis acquiſitione,
uel deperditione. Patet: qa ſit aliquod
ſubiectum puta a, calidum ut octo: & b,
calidum ut quatuor. augeatur ergo cali
ditas ipſius b, uſq; ad octo: tunc b, ſit ma
gis ſimile a, q̃ prius, & ecõtra. Sed qđ ẽ
magis ſimile: ẽ magis tale. Sic poni poſ
ſet exemplũ de iuſto, q dicit̃ q̃uocunq, ſi
ſimilis deo. Et ſi iuſtus creſcit in gr̃a, dr̃
plus ſimilis deo: & deꝰ plus ſimilis illi: &
tñ in deo nullius ſit acqſitio. ¶ Secunda Prop.2
propoſitio. Aliquod ſubiectũ dicitur ta
le, uel aliquale per qualitatem accidẽta-
lem ab eo realiter differentem. Patet:
quia albedo panis in ſacramento manet
ſine ſubiecto: quod olim denominabat
album, cum informaret panẽ. ¶ Tertia p Prop.3
poſitio. Aliquod ſubiectum põt eſſe ma
gis, & minus tale: per aliquam qualitatẽ
accidentalem. Patet: aqua dicitur magis
uel minus calida per caliditatẽ eã infor
mãtem. ¶ Quarta propoſ. Aliquod ſubie Prop.4
ctum non põt eſſe magis, & minus tale p
aliquã qualitatem accidẽtalem ipſa qua
litate formaliter, & ſimpliciter non ua-
riata intrinſecè. Patet de qualitate in
ſubiecto exiſtente: q̃ ſi intẽditur, dicitur
aqua calidior. Intenſio autem ſit pluriũ
graduum accumulatione. ¶ Quinta pro Prop.5
poſitio. Nulla forma põt ſuum ſubiectũ
denoiare, & facere magis, uel minus ta-
le, niſi per intenſionẽ, & remiſſionem ip
ſius formę in ſe, & ſine noua alicuius al
terius partis acquiſitione, uel deperditio
ne, alias.n. non poſſet ſaluari: qualiter ip
ſa forma eſſet de nouo intenſior, uel re
miſſior. Ex qua propoſitione ſequi-
tur primò: quòd in cuiuslibet formę in-
tenſione aliquid noui acquiritur reali-
ter diſtinctum a priori forma. Secun-
dò: quòd illud acquiſitum eſt eiuſdem
ſpeciei ſpecialiſſimæ cum forma priori.
Tertiò: ꝙ illud acquiſitum manet cum
priore, & facit unum cum eo. Hæc pro
cedunt ſecundũ eam opinionem de for-
marum intenſione, quam hic amplecti-
mur, & quam tenet doct. impugnatis a-
lijs opinionibus in quæſtione quinta, &
ſequenti. ¶ Sexta propoſitio. Aliqua for Prop.6
ma accidentalis habet latitudinem di- G
uiſibilem: non ſolum ſecundũ realẽ extẽ
ſionẽ: ſed ẽt ſecũdũ gradualẽ intẽſionẽ.

Patet ex dictis & notatis: quia illa ꝓpoſitio: forma habet latitudinem: valet illā de virtute ſermonis. Forma habet in ſe plures partes realiter diſtinctas facientes per ſe unū extenſum, vel intenſum. ¶ Se-

Prop. 7 Charitas augetur, & pōt augeri.

ptima propoſitio. Charitas augetur, & poteſt augeri. Patet: quia aliqua charitas prius eſt minor, & poſtea eſt aliqua charitas maior: cuius pars eſt charitas prior. Quòd aūt charitas poſſit augeri probatur ex auctoritate apoſtoli Phili. j. Oro, ut charitas veſtra magis, ac magis abundet. i. creſcat ſecundum gloſ. Nō oraſſet autem apoſt. pro charitatis incremēto: ſi non eſſet poſſibile eam augeri. Itē. ij. theſ. j. Gratias agere debemus &c. qm̄ ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas. Itē eccleſia orat dicens. Oipotēs ſempiterne deus, da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentum. Item Aug. dicit in Ench. c. penul. Minuit̄ cupiditas charitate creſcēte.

Prop. 8.

¶ Octaua propoſi. Charitas non ſolum ſubitò, & inſtantaneè: ſed etiam in tempore continuè poteſt augeri. Patet: quis oēm formam habentem latitudinem intenſiuam pōt deus, & ſimul & ſucceſſiuè cauſare: ſed charitas eſt huiuſmodi: igit̄ &c. Maior patet, & minor ſequitur ex dictis. Quia cū charitas poſſet augeri, & non ſecundum extenſionē ut patet: ſequitur, ꝙ ſecundum intēſionem, & per conſequens &c. Quid autē fit de facto: in propoſito dubium ē. Nā etſi nos mereamur in tēpore: adhuc deus in inſtanti poteſt in tantum augere charitatem in nobis: quantum in tēpore meremur illam augeri. Et hoc tā in primo inſtanti actus meritorij, cū ipſe preſciat quantum eſt duraturus: & quantum augmentum charitatis ſibi reſpondeat: quā etiam in aliquo alio inſtāti ipſius actus: ſicut placet ſibi. Si verò nos mereamur in inſtanti: adhuc ipſe in tempore: & ſucceſſiuè poteſt augere charitatem proportionabiliter ad meritum noſtrum. Et ſic iſta concluſio eſt facti: de quo nō cōſtat. Hec omnia latius habentur in Camerac. poſt quem hic recitare placuit, q̄ dicta ſunt. Si verò charitas poſſit augeri in infinitum: patebit ex queſt. octaua.

Prop. 9. H

¶ Nona propoſitio. Charitas augmentabilis eſt in viatore per actus ex gratia procedentes meritoriè. Hec cōcluſio poſt dicta priora ſatis diffuſa hic breuiter probatur: quoad primam partem rōe tali. Oīs forma habens in ſe latitudinē augmentatur: charitas habet in ſe latitudinem: ergo augmentatur. Tenet conſequentia in Darij. Maior probatur. Oīs forma, que poteſt per ſe facere unū cum alia forma eiuſdem rōnis ſeſe penetrantis in eodem ſubiecto ſine extenſione ſubiecti: augmentatur: ſed forma habēs in ſe latitudinē eſt hmōi: ergo talis forma augmentatur. Minor probatur: quia charitas habet plures partes intenſionales eiuſdem rōis realiter diſtinctas, quæ non extendunt ſubiectū: ergo habet in ſe latitudinem. Tenet conſequentia ex quid nois habere latitudinē. Vltra charitas habet latitudinem: ergo augmētatur. Tenet conſequentia ab eodem ad idem: ſiue a conuertibili ad cōuertibile. ¶ Preterea. omnis forma ſuſceptibilis magis, & minus augmentatur: ſed charitas eſt hmōi: igitur. Maior nota. Minor ꝓbatur: quia in aliquo ſubiecto nunc eſt forma minor, & poſtea in eodem ſubiecto ſine interruptione eſt maior. Hoc. n. eſt ſuſcipere magis, & minus in propoſito: ſiue formam augmētari: ut patuit queſt. preſenti. Licet per potentiam naturalē hmōi in exiſtentia charitatis nō ſit euidenter nota: ſed fide credita. Nec pn̄s hmōi gradus ſe penetrantes per potentiam naturalem intuitiuè videri. Secunda pars probatur: quia ex diuina ordinatione quicunque exiſtens in gratia: ſecūdum gratię inclinationē meritoriè operatur: meretur gratię prioris augmentū. Creat. n. deus nouū gradum charitatis, quem infundendo prioribus adunat. Vnde Aug. Charitas meretur augeri: ut aucta mereatur & perfici. Reſpectu autem hmōi augmēti, ſolus deus ē cā efficiens. Anima autem meritoriè ſaltem concurrit.

Arti. 3. Dub. 1. I

¶ Circa hanc concluſionem nonam dubitatur multipliciter pro articulo tertio. Et primò contra primam partē. Charitas non eſt augmentabilis: ergo. Aīs probatur: quia nec preexiſtens augmentationi: nec permanens poſt augmentationem: ergo nulla. Tenet conſequētia a ſufficiēti diuiſione. Non preexiſtens: quia aut manet eadem: aut non. Si primum: non augetur: quia manet idipſum, quod fuit ante augmētationem. Si non manet: iterum non augetur. quia quod augetur poſterius eſt maius: quod autē non manet: nec eſt maius, nec minus. Quòd etiam non illa, q̄ manet poſt augmētationem: quia aut fuit prius: aut non. Si fuit prius: & ſic non alia q̄ prius ſicut prius non fuit aucta: ita nec poſt. Si non: tunc eſt de nouo acquiſita, ergo non aucta: quia quod augetur, fuit prius minus. ¶ Item ſicut alterabile ad alterationem: ita augmentabile ad augmentationem: ſed in alteratione ſubiectū alteratur, non forma: ergo in augmentatione formę nō augetur, ſed ſubiectum, & per conſequens non charitas, quę ē forma quædam inherens. ¶ Item charitas in augmentatione non mouetur: ergo non augetur. Tenet conſequentia a ſuperiori negato ad inferius: quia moueri eſt genus ad augmentari ſicut motus ad augmentationem. Aīs probatur: q̄a qđ mouetur, recipit in ſe motum: charitas autē non recipit in ſe aliquid: ergo. ¶ Itē nulla charitas eſt magis charitas, q̄ alia: cum oēs ſint eiuſdem ſpeciei: ergo nulla eſt intenſibilis. vltra: ergo nulla augmētabilis. Vltima conſequentia tenet: q̄a augmentatio charitatis eſt eius intēſio. Prima conſequentia probatur: quia datis duabus albedinibus, quarum una eſt intenſior alia: una eſt magis alba: q̄ alia: quia per unam ſubiectum eius eſt magis album, q̄ ſubiectū alterius: ergo ipſa qualitas erit magis alba: quia nihil dat, quod

Rńſio.

non habet: non ergo pōt forma dare denominationem, q̄ ipſa non habet. ¶ Reſpondetur ad illa. Ad primum dr̄: ꝙ charitas preexiſtens augetur, & ipſa manet eadem, & idipſum quantum ad eſſentiā: variatur tn̄ accidētaliter: quia poſterius eſt pars maioris charitatis, quę prius nō erat pars alterius. Nec propter mutationem accidētalem res in ſe mutatur: nec materia in ſe mutatur, ſi additur alij materiæ. ¶ Ad ſecundum negetur maior. Cuius ratio nō eſt aliud, quàm quid nominis alterabilis, & augmentabilis.

Alterabile quid eſt.

Eſt enim alterabile res potēs in ſe ſuſcipere formā, quā prius non habuit: vel perdere, quā habuit, & eſt ſubiectum. Secus de augmentabili: cuius quid nois poſitū eſt ſupra in primo notabili. ¶ Ad tertium negetur aīs, ꝙ charitas non mouetur capiēdo motum, & moueri largè ut in. iij. Phyſi. ſecundum ꝙ aſſignantur ei illæ ſpecies: generatio: augmentatio: corruptio: diminutio: alteratio, & motus localis. Ad probationē negetur, ꝙ oē, quod mouetur, recipit &c. Sed moueri ſic eſt mutari de eſſe in nō eſſe, vel ecōtra, aut de aliqualiter eſſe ad aliter eſſe. Et hoc ultimum conuenit charitati: quia ꝑ augmentum erit pars charitatis totius cōſtitute ex preexiſtenti, & ſuperaddita: cuius prius non fuit pars. ¶ Ad quartū cōceditur aīs: & negatur cōſequentia. Ad probationem negatur, ꝙ una albedo ē magis alba: immo propriè loquendo albedo non eſt alba: ſed unum albū eſt magis album alio albo. Et cū additur, nihil dat, quod non habet: verum eſt, quod non habet dare. Non tamen oportet, ꝙ denominatio cōueniens alicui ratione formę: conueniat etiam formæ. Nā compoſitum eſt hō propter animam rationalem: & tn̄ anima non eſt hō: & anima eſt ſciens propter ſcientiam: & tn̄ ſcientia nō eſt ſciens: & ſic de alijs.

Dub. 2. K

¶ Contra ſecundam partem concluſionis, dubitatur ſecundò, ſi charitas augmentatur per actus procedentes ex gratia: aut per quoſlibet: aut per aliquos, & aliquos nō nullū illorū poteſt dici: ergo. Nō ſecundum: quia non eſt rō diuerſitatis: cum actus ſint eiuſdem ſpeciei: ſaltem eiuſdem virtutis, & ideo habent eoſdem effectus. Item per quēlibet augetur meritum, & premium: ergo & gratia ſiue charitas: q̄a quātitas meriti, & premij ſequitur quantitatem charitatis & gratię. Nec poteſt dici primum: quia ſtat: ꝙ actus ſequēs ſit remiſſior primo: & ita non correſpondet ſibi gratia maior ſed minor, & ita nō augmentat: ſed magis minuit. ¶ Solutio probabiliter dicitur: ꝙ quolibet actu ex gratia procedente augetur gratia, ſeu charitas preexiſtens, ſicut & præmium.

Ad improbationem dicitur: ꝙ per talē
actum remiſſum producitur charitas mi
nor p̄exiſtente:tñ addita p̄exiſtenti red
dit totum maius. Et ſic prçexiſtens auge
Dub. 3. tur ad intellectum ſupra expoſitū. ¶ Du
L bitatur tertiò:an ſicut conceditur. Cha
ritas poteſt augeri: ita concedendum ſit
ꝙ charitas pōt minui. Pro intellectu il-
lius dubij notandum, ꝙ charitas poteſt
multipliciter cōſiderari.ſ.ſecundum ſe:
in ordine ad ſubiectū: in ordine ad cau
ſam efficiētē:& quartò in ordine ad cau
ſam meritoriam. Secundum hæc ponun
Prop. 1 tur quatuor ꝓpoſitiones. ¶ Prima. Cha
ritas in ſe cōſiderata eſt diminuibilis. Pro
batur: omne diuiſibile eſt diminuibile:
charitas eſt diuiſibilis:ergo &c. Conſe-
quentia nota cum minore ex articulo
prçcedenti cū ſit cōpoſita ex gradibus.
Maior patet:quia diuiſibile pro una par
te poteſt manere:& pro alia deſinere, &
Prop. 2. ita diminuitur. ¶ Secunda propoſitio.
Charitas conſiderata ſecundum eſſe in
ſubiecto eſt diuiſibilis. Patet:quia enti-
tas in ſe diminuibilis ubicunq; ponitur,
eſt diuiſibilis. Item:quia charitas præexi
ſtens in ſubiecto pōt acquirere gradum
charitatis aduenientem: dum augetur.
Poterit etiam eundem quantum eſt de
ſe perdere in eodē ſubiecto, & ita minui
Prop. 3 tur. ¶ Tertia propo. Charitas per nul-
lum agēs creatum pōt minui. Probatur:
quia cuius diminutio eſt annihilatio:nō
poteſt diminui effectiuè per agens crea
tum:ſed diminutio charitatis eſt annihi
latio gradus deperditi:cum non manet
in potentia ſubiecti: nec ſecundum ſe:
nec alium eiuſdem rationis:ergo nō po
teſt effici cauſa creata. Cōſequentia te
net:& minor declarata ē. Maior patet:
quia agens creatum: ſicut non poteſt
Prop. 4. creare:ita nec annihilare. ¶ Quarta pro
poſitio. Charitas non poteſt minui per
peccatum demeritoriè. Patet: quia nec
per peccatum mortale:quia hoc ſimpli-
citer tollit charitatem: cum ſibi repu-
gnet. Nec per ueniale. Tum quia pro mi
nori malo non tollit deus maius bonū:
ſed charitas eſt maius bonum, quàm ue-
niale ſit malum. Tum quia ueniale ſtat
cū charitate. Tū q̄a ſi ueniale minueret
charitatem:cū nō ſit infinita:per replica
tionem uenialiū poſſet tolli tota chari-
tas. Conſequens eſt falſum:quia tūc ta
lis nec eſſet in ſtatu ſalutis:nec dānatio
nis. Et patet conſequentia:quia tollit ip
ſum ueniale centeſimā partē gratiæ: ſi
tunc centies repeteretur, auferret totā.
Ex his ſequitur rñſio ad dubium motū
per aliquot concluſiones. ¶ Prima. Quā Cōcl. 1
uis per potentiam abſolutā dei charitas
poteſt diminui: hoc tñ nunquam fiet
ſecundū leges ordinatas dñi. Prima pars
patet ex propoſitionibus prima, & ſecū
da. Secunda pars probatur:quia deus nō
aufert dona ſua a rōnali creatura ſine
demerito eius. Vel ergo demeretur per
peccatum mortale:& tunc non diminui
tur:ſed oīno tollitur charitas. Vel per
peccatum ueniale, & hoc improbatum
eſt. ¶ Concluſio ſecunda. Licet charitas Cōcl. 2. M
quantum ad ſuam ſubſtantiam nō dimi-
nuatur: tñ feruor eius per peccatum ue
niale cōmiſſionis, & omiſſionis remitti
tur. Probatur pro ſecunda parte quan-
tum ad pctā cōmiſſionis: quia actus op
poſiti generantes habitus oppoſitos im
pediunt conatum potentiæ: ꝙ non ita
feruenter exeat in actus oppoſitos. Sed
actus peccati uenialis:licet ſtent cū cha
ritate:inclinant tñ ad oppoſitum aliquo
modo actum charitatis, cum ab illo deſi
ciunt: ergo Patet minor: quia per fre-
quentiam actuum uenialium generatur
habitus peccati uenialis: inclinās poten
tiam ad ſimiles actus, & ita remittit fer-
uorem, ſiue conatū ad actus charitatis:
qui aliquo modo repugnant actibus ue-
nialibus. Quantum ad peccata uenialia
omiſſionis patet: quia per negligentiā
actuum charitatis ita remittitur feruor: Feruor
ſicut per frequentiam augetur. Et licet charita-
diuerſimode notificent feruorem cha tis qd ē.
ritatis: poteſt tñ faciliter dici, ꝙ feruor
charitatis eſt promptitudo, ſeu conatus
uolūtatis ad actum charitatis eliciendū:
qui eſt præciſè per habitum charitatis ac
quiſitum ex actibus frequentatis: hoc
feruor charitatis ſupponit pro actu
charitatis, ſeu uoluntatis: connotando
uoluntatis promptitudinem, & facilita-
tem ex inclinatione habitus charitatis



acquiſitæ prouenientem huiuſmodi fer
uorem ueniale minuit. Dū.n.ueniale cō
mittitur: generantur in homine habi-
tus oppoſiti actui charitatis, per quos
uolūtatis conatus, ſeu promptitudo tol
litur ſeu remittitur. Ex peccato uerò o
miſſionis actus boni negliguntur:ex cō
ſequenti non gignuntur habitus prōpti
ficantes potentiam, quibus non genitis
potentia nō facilitatur ad opus. Item ut
uideri ſolet in tertio, & patebit infra di.
xxiij.q.ij. habitus infuſus ſine acquiſito
non inclinat: ut eſt multorum opinio.
Cum ergo tales acquiſiti habitus nō gi
gnuntur:potentia non actuatur ad opus
per ſolum habitum infuſum &c. Gignū
tur autem frequentia bonorum actuū.
Et eorum omiſſione: uel oppoſitorum
actuum cōmiſſione remittuntur, ſeu tol
luntur. ¶ Sed diceres: ſint duo habētes
æqualem charitatem: quorum unus ha-
beat peccatum ueniale. alter non. Iſte q
uenialiter peccauit, non eſt ita charus
deo, ſicut qui non peccauit:cum ipſe pu
nietur. Nec ſtatim euolat, ſi moritur: ſi
cut alter non habens peccatum ueniale:
ergo peccatum ueniale minuit charita-
tem. ¶ Præterea ſi peccatum ueniale
minuit feruorem: & cum feruor non ſit
infinitus: poſſet tm̄ aliquis multiplicare
uenialia, ꝙ feruor omnino tolleretur.
Et ſic iſte haberet charitatem ſine feruo
re. ¶ Ad primum dicitur: ꝙ illi duo in
caſu ſunt çquè chari deo: quia æquè ac
cepti ad uitam æternam, & ad çquale
prçmium uitæ çternç. Nec obſtat puni
tio unius in purgatorio: quia illa non
eſt ex odio punientis, uel non accepta
tione puniti. Quia nō nunquam pater
filium, quem magis diligit, & ad maiorē
hçreditatem acceptat, magis punit. Et ſi
habens magnam charitatem, peccaſſet
uenialiter, & habens modicam, nō:pri-
mus eſſet magis acceptus:quia ad maius
premium licet eſſet puniendus, & non
ſecundus. ¶ Ad ſecundum dicitur:quòd
intelligendo per feruorem charitatis
promptitudinem, ſiue conatum ad a-
ctum charitatis eliciendum: qui eſt prç-
ciſè per habitum acquiſitum:cōceditur,
ꝙ poſſet totus feruor tolli per conti-
nuationem peccatorum uenialium, &
omiſſionem actuum ſecundum charita-
tem eliciendorum, nihilominus mane-
ret charitas integra, per quā adhuc poſ
ſet in actus meritorios quantum eſt de
ſe prçciſè. ¶ Ad hos enim ſola charitas:
(ut aliqui uolunt) cum libero arbitrio
ſufficit:licet non ita faciliter promptè,
& expeditè, ſicuti cum frequentia habi
tuum acquiſitorum. Tenēdo ꝙ habitus
infuſus ſine acquiſito inclinet potentiā:
de quo infra diſt. xxiij.q.ij. in tertio. Te
nendo autem oppoſitum.ſ. ꝙ habitus in
fuſus non inclinet ſine acquiſito:ſecus;
dicendum: ſic enim manente charitate
non poteſt in actum ex defectu habi-
tuum acquirendorum. ¶ Et ſi quis argue
ret de actiuitate charitatis: poteſt diſtin
gui de nomine actiuitatis: an connotet
actualem tendentiam, uel potentialē ſo
lum &c. ſicut dici ſolet de inclinatione
habitus: de quo latius uide diſt. xxiij.q.j
tertij.dub.iij. Et ſecundū hoc formetur
reſponſio. Valent ad hoc dubiū dicta.
Camerac.q.ix.art.iij.& Greg.q.v.ar.ij.

## QVAESTIO. V.

SVppoſito, ꝙ charitas augmē A
tari poſſit. Vtrum charitas
prçexiſtens maneat in fine
augmentationis. ¶ Recitan
tur & impugnantur a doct. opi. Gotfre
di quodlib. vij. q.vij. & Sco. q.iij. diſt. Cōclu.
huius. ¶ Quibus dimiſſis eſt concluſio Vtrum
reſponſalis. In augmentatione qualita charitas
tis, qualitas præcedens non corrūpitur: p̄exiſtēs
ſed manet. Probatur: quia ſi in augmen maneat
tatione charitas prçcedens corrumpere in fine
tur, & noua ſequeretur: ſequerētur mul augmē-
ta inconuenientia. ¶ Primum; ꝙ infini- tationis
tæ formç, quarū nulla eſſet pars alterius:
in fine augmentationis eſſent actua-
liter pertranſitæ: quia quodlibet inſtan
ti eſſet noua forma accidentalis. Sunt
autem infinita inſtantia. ¶ Secundum,
ꝙ rei permanentis daretur ultimum in-
ſtans eſſe naturaliter: qui in quolibet in
ſtanti augmentationis eſſet noua quali

tas,cum nulla maneret cũ alia: ergo q̃li
bet qualitas prętet ultimam genita,fuit
tm̃ per inſtans. Et per conſequens illud
inſtans eſſet primum,& ultimum eſſe il-
lius qualitatis. ¶ Tertium,ꝙ deus poſſet
facere infinita in actu ſimul: quod opi-
nantes negant. Probatio:quia oẽm rem
productam a cauſa naturali deus p̄ōt cō
ſeruare durante actione creaturæ :ſed
formę in augmentatione productæ ſunt
infinitæ. Nec habet hæc inſtantia locũ
in partibus continui:quia illæ partes nõ
ſunt ſecundum ſe totas diſtinctę. ¶ Quar
tum inconueniens:quia tunc unum con
trariorum eſſet per ſe cauſa contrarij,
puta in remisſione caloris,frigiditas re-
mittens eſſet per ſe cauſa caloris:q̃a pro
quolibet inſtanti remisſionis generatur
nouus calor,minor a cauſa remittente,
q̃ eſt frigiditas:quia a nulla alia cauſa:ni
ſi diceret a cauſa uniuerſali : quod nihil
eſt: quia uniuerſalis agit ſecundũ exigen
tiam cauſæ particularis,nec cęlum cum
frigiditate producit calorem. ¶ Quintũ
ꝙ qualitas in fine augmentationis non
eſſet perfectior aliqua pręcedentiũ:cum
nulla forma ſit perfectior alia eiuſdem
rõnis, niſi propter maiorem pluralitatẽ
partium eiuſdem quantitatis,ſed in aug-
mentatione quęlibet formarum eſt ſim
plex,nullas habẽs partes intenſionales:
quia ſi haberet plures partes, illæ ſucceſ
ſiuè producerentur,& ita pręcedẽs pars
maneret cum ſequente. ¶ Sextum,ꝙ idẽ
eẽt cã corruptionis,& generationis qua
litatum eiuſdem rõnis Nam generãs po
ſteriore corrũperet priorem:quę tamen
B ſunt eiuſdẽ rõnis. ¶ Item q̃ritur. In aug
mentatione charitatis, cum ſolum mor
tale peccatũ repugnat charitati, ut quæ
ſtione præced. patuit : quid corrumpat
charitatẽ priorem. ¶ Item augmentetur
charitas per decẽ actus meritorios: ſtat
decimum actum eſſe minus perfectũ ali
quo priore: tunc charitas in fine manẽs
eſſet perfectior pręcedente, & ita non
augmentaretur:ſed diminueretur. Nam
quilibet actus producit habitum ſecun-
dum menſuram ſuę perfectionis .i. per-
Nota. fectior:perfectiorem. ¶ Si dicis. Termi
ni motus ſunt incompoſſibiles: ſed ter-
mini augmentationis ſunt qualitas mi-
nor, & qualitas maior: ergo ſunt incom
poſſibiles. R̃ſio. Termini per ſe motus
ſunt incompoſſibiles, ſed hi ſunt non eſ
ſe,& eſſe eiuſdem formę. Qualitas uerò
prȩexiſtens, nec eſt ſubiectum :nec ter-
minus :ſed eſt aliquid prȩexiſtens unien
dum cum termino a quo. ¶ Corollariũ. Coroll.
Non ſemper generatio unius eſt corru- Genera
ptio alterius : ſed qñ fit generatio cum tio unius
abiectione contrarij, uel repugnantis. nõ ſem-
¶ Secundò ſequitur; ꝙ in eodem ſtant per eſt cor
maior, & minor charitas,hoc eſt inten ruptio
ſior. & remisſior:quia pars & totũ. Nec alterius.
tñ ideo idem eſt magis,& minus inten-
ſum:quia neq; pars qualitatis,neq; tota,
neq; ſubiectũ dr̃ magis, & minus tale a
p̃te:ſed a tota qualitate. Et ita magis,&
minus ſunt cõtraria.i. denominationes
cõtrariæ, non tñ cõtrariæ. i. repugnan
tes : q̃a maior , & minor qualitas ſtant
ſimul. Hoc eſt ſummarium illorum, quæ
per doct. habentur in quæſtione iſta. Vi
de latius in doct.

## QVAESTIO. VI.

VTRVM in augmentatio A
ne,ſiue intenſione charita
tis,aliquid realiter differẽs
a priori ſibi adueniat. ¶ Do
ctor plures recitat opin. de
intenſione formarũ,quarum una ẽ ſan-
cti Thom. j.ij.q.lij.art. ij. Alia Henrici
Gand. iiij.quodli. & eas inſufficientes
oſtendit. ¶ Vtitur deniq; hoc uocabulo
augmentatio:ut ſupra pro intenſio,mo
re ſolito.forte tunc temporis ita habuit
conſuetudo,unũ ſumi pro reliquo. ¶ Pri
mò itaq; ponetur concluſio reſponſalis
ad quęſtionem:deinde mouebuntur, & Arti. 1.
ſoluentur dubitationes. ¶ Concluſio re Cõclu.
ſponſalis. In omni augmentatione for- B
mę aliquid reale additur formę præexi-
ſtenti differens ab illa, & remanens di-
ſtinctum. Probatur:quia in omni tranſ-
mutatione reali,aliquid reale de nouo
producitur,uel corrũpitur , aut aliquid
prȩexiſtens acquiritur, ſed in augmenta
tione eſt realis tranſmutatio ſubiecti:er
go &c. Et non corrumpitur aliquid rea
le:quia tunc eſſet diminutio, ſi nullo ac
quiſito



quiſito aliquid corrumperetur:nec prȩ-
exiſtens acquiritur manifeſtum eſt:ergo
aliquid nouum generatur. Maior patet:
quia alias fieret tranſitus de contradi-
ctorio in contradictorium ſine mutatio
nẽ. Minor patet: quia per augmentatio-
nem ſubiectum realiter fit magis tale:
puta magis calidum,uel album. Vnde ſi
cut in augmentatione quantitatis,adue
nit aliquid reale a priore diſtinctum re-
manens cum eo :ita in augmentatione
qualitatis. Et quia nõ poteſt ſaluari per
motum localem , aut coexiſtentiam cũ
maiori loco: ſicut augmentatio quanti-
tatis:oportet ꝙ aliquid reale de nouo
addatur priori. Quòd uerò prior maneat :
oſtenſum eſt.q. pręcedenti. ¶ Ex illo pa
tet,ꝙ remanẽs in fine augmentationis
eſt eſſentialiter perfectius qualitate prȩ-
exiſtente:licet ſit eiuſdem rõnis. Secun
dò,ꝙ non omnia indiuidua eiuſdem ſpe
ciei ſunt æquè perfecta eſſentialiter: de
Arti. 2. quo dicitur.q. ſequenti. ¶ Pro articulo
Dub. 1. ſecundo hic ſunt duo dubia. Primum,q̃
C ſit differentia inter generationẽ,& aug
mentationem. Secũdum,an omnes for
mæ ſint augmentabiles. ¶ Ad primum di
Genera citur:ꝙ generatio poteſt aacipi triplici-
tio acci ter.ſ. ſtrictè, largè, & largisſimè. Strictè,
pitur tri pro productione compoſiti ſubſtantialis
pliciter. per ſe ſubſiſtentis. Largè,pro productio
ne alicuius ſecundum ſe , & quodlibet
ſui:quod natum eſt eſſe terminus forma
lis generationis. Largisſimè, pro pro-
ductione cuiuſcũq; de nouo. Primo mo
do ſunt termini diſparati:quia nulla aug
mentatio(ut capitur.ſ. pro intenſione)
eſt compoſiti ſubſtantialis. Poſſet tñ in
eo inſtãti in quo generatur compoſitũ :
qualitas prȩexiſtens in materia augmen
tari:ſi in eodem inſtanti noua pars qua
litatis produceretur,& priori uniretur.
Secundo modo ſimiliter generatio di-
ſtinguitur ab augmentatione : quia illa
eſt etiam formæ ſubſtantialis: iſta tantũ
accidentalis. Tertio modo generatio eſt
in plus,quàm augmentatio , quia nun-
quam poteſt eſſe augmentatio ſine ge-
neratione,ſed bene econuerſo genera-
tio ſine augmentatione. Nam genera-
tio non prȩſupponit aliquam partem
formæ:quæ ſecundum ſe,uel ſuam partẽ
producitur:ſed augmentatio præſuppo-
nit aliquam partem formæ præcedere
quæ augmentatur: licet illud,quod aug
mentatur non generetur : quia illa pars
formæ, quæ de nouo producitur:gene-
ratur:ſed pars formæ præexiſtens:uel to
ta forma ex præexiſtente, & ſuperueniẽ
te augmentatur. ¶ Ad ſecundum dubiũ, Dub. 2.
ꝙ non omnes formæ ſunt augmentabi- D
les. Nam illæ ſolę ſunt augmentabiles,
quę poſſunt facere per ſe unum cum alia
forma eiuſdem rationis ſine maiore ex-
tenſione quantitatiua: hoc eſt dictu.
Omnis forma compoſita ex partibus
ſiue gradibus eiuſdem rationis ſe in eo-
dem ſubiecto penetrantibus: cæteræ nõ
ſunt augmentabiles. Quare autem hæc
forma ſic eſt compoſita,& non illa:nul
la eſt ratio niſi propria naturæ cõditio :
quia illa eſt talis, & illa non eſt talis. ¶ Ex Coro. 1
quo ſequitur primò, ꝙ nulla ſubſtantia
eſt augmentabilis ſecundum naturam.
An autem per potentiam diuinam ſit
augmentabilis. Reſpondet auctor. ſi duæ
partes formæ ſubſtantialis poſſent per
diuinam potentiam ſimul uniri , ut fa-
ciant per ſe unum:& nullo modo diſtin-
guantur loco uel ſubiecto: tunc poſſet
talis forma augeri. Sed an hoc ſit poſſi
bile de formis nunc creatis,dubium eſt:
ſed de creabili non puto eſſe dubium,
quin talis poſſit de nouo creari, q̃ eſſet
alterius ſpeciei ab omni forma creata.
Si enim formę ſubſtantiali productæ re
pugnat ſic habere partes ex natura ſpe-
cifica: ſicut ſpiritui repugnat eſſe diuiſi
bilem,& homini eſſe aſinum: non ſunt
formæ ſubſtantiales nunc productę aug
mentabiles:ſecus de creabili. ¶ Secũdò Coro. 2
ſequitur: ꝙ quantitas (ſi fuerit diſtincta
a re quanta) non eſt augmentabilis: ca
piendo augmentabile(ut hic)pro inten
ſibili,& remisſibili. Patet:quia licet ha-
bet partes facientes unum per ſe:tamen
illę non ſunt pręciſè in eodem ſubiecto
& ſitu. Ipſę etiam faciunt maiorem ex- Coro. 3
tenſionem ſubiecti. ¶ Tertiò ſequitur.
Inter indiuidua eiuſdem rationis eſt or
do perfectionis eſſentialis. Patet : quia
forma intenſior perfectior eſt eſſentia-

liter forma eiuſdem rationis remiſſa. De hoc. q. ſequenti. Nec illud eſt contra illud philoſophi. Species habent ſe ut numeri: quia uerũ eſt uniuerſaliter, ꝙ nunquam duo indiuidua differentiarum ſpecierum ſunt eiuſdem perfectionis. Sed ex hoc non ſequitur: ꝙ nulla indiuidua eiuſdem ſpeciei ſic ſe habeant, ꝙ alterũ non ſit altero perfectius: licet dentur aliqua eiuſdem perfectionis. Et tantum de abbreuiatione quæſtionis huius. uide latius de hoc.

## QVAESTIO. VII.

A

VTRVM illud, quod in charitatis augmentatione additur ſit eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę cũ charitate pręcedente ſeparata ab ea. ¶ Recitatur, & impugnatur a doc. opinio Petri Aurcoli habens tres articulos. Qua dimiſſa ponentur concluſiones reſponſales pro articulo primo, & dubiorũ ſolutiones pro ſecũdo. ¶ Pro articulo primo eſt concluſio prima.

Arti. 1. Cõcl. 1. Gradus charitatis per augmentationem ſuperadditus ẽ eiuſdem rationis ſpecificę cũ charitate pręexiſtente, cui unitur. Patet: quia nunquam res augeri poteſt per aliquid alterius rationis. Præterea pars aquæ loco diſtincta ab alia parte eiuſdem: ſimiliter pars albedinis eſt eiuſdem rationis: ergo & pars charitatis eſt eiuſdem rationis cũ alia parte, a qua nec loco diſtinguitur, nec ſubiecto. ¶ Item charitas eſt quid homogeneum: ergo partes ſunt eiuſdẽ rationis inter ſe, & cum toto. ¶ Item niſi ſic: cum uniuntur: unum haberet ſe ut materia: aliud ut forma. Quandocunque enim aliquid componitur ex aliquibus diuerſę rationis: unum habebit ſe ut materia, & ſubiectum: aliud ut forma, uel potentia & actus. Nullibi inuenitur

Coroll. inſtantia. ¶ Corollarium. Quilibet gradus charitatis aduẽiens eſt charitas. Patet: quia terminus abſolutus uerificabilis de aliquo, etiam de quolibet eiuſdem

Cõcl. 2. rationis prædicatur. ¶ Secunda concluſio. Charitas ſuperaddita poteſt per ſe fieri. Probatur: quia quæcunque eiuſdẽ rationis ſunt realiter diſtincta, quorum unum non eſt pars alterius: deus poteſt ſeparatim producere, & ſeparatim conſeruare. Probatur: quia non maior ratio quare potius una, quàm aliam: poteſt autem ſeorſum producere, & conſeruare pręcedentem: ergo & ſequẽtem. ¶ Item hoc nullam implicat contradictionem: ergo. ¶ Tertia concluſio.

Cõcl. 3. Gradus additus alteri non poteſt intuitiuè uideri a creatura naturaliter ſine alio. ſecus de potentia diuina: de quo ſupra. q. iiij. H. Primum patet: quia cum illi gradus ſunt ſimul penetratiui: æquè approximantur potentię: ergo æquè cognoſcuntur: cũ cognoſcere eſt operatio naturalis: non uoluntaria. Secundum patet: quia quilibet graduum poteſt per ſe produci, & eſſe: & ita intuitiuè cognoſci. Sed deus poteſt illam cognitionem intuitiuam cõſeruare in intellectu creato, etiam poſt unionem graduum: ergo &c. ¶ Quantum

Arti. 2. Dub. 1. B ad articulum ſecundum eſt dubium primum. Quomodo differt augmentatio quantitatis. ſimiliter rarefactio, & condenſatio ab augmentatione qualitatis. Reſponſio. Si quantitas non diſtinguitur a re quanta: tunc augmentatio quantitatis non fit per adgenerationẽ alicuius nouę realitatis. Nec diminutio per deperditionem alicuius præexiſtentis realitatis: ſed fit per ſolũ motum localem partium: ut per maiorem approximationem extremitatum lineæ fit ipſa curuior. Similiter rarefactio fit per hoc, ꝙ res quanta maiori loco poſtea coadſiſtit, quàm prius, & condenſatio econuerſo. Si uerò quantitas eſt accidens diſtinctum a ſubſtantia, & quantitate: tũc fit per ſuperuenientem nouam quantitatem: cum prior manere non poteſt: ſed pręcedens ſemper corrumpitur: qa niſi ſic: tunc uel duæ quantitates eſſent ſimul in eodẽ ſubiecto: uel accidens migraret. utrumque eſt impoſſibile naturaliter. ¶ Item ſi illę duæ quantitates eſſent pręciſè ſimul per eas res non eſſet magis extenſa, ſeu maior ſecundum extenſionem: ſed bene maior ſecundum in-

Dub. 2. C tenſionem. ¶ Secundum dubium. Qua unione uniuntur partes charitatis. Reſpõſio: ꝙ uniuntur ſe totis: non ſecundũ ſua ultima: quia non habent ultima cum ſint extenſiuè indiuiſibiles. Et ſi eſſent extenſæ, ut gradus albedinis unirentur: tñ ſe totis ſicut forma materiæ, & accidens ſubiecto: non ꝙ unus gradus ſit ſubiectum alterius: ſed ita ſunt ſibi pręſentes ſecundum ſe totos ſicut accidens ſubiecto. Et poteſt nominari unio hõgeneitatis, qua aliqua eiuſdem rationis faciũt unum numero. ¶ Si dicis: quõ faciunt unum numero, cum diſtinguãtur. Dicit, ꝙ conſtituunt unum totum, quod numero diſtinguitur a quolibet alio toto: ſicut materia, & forma cõſtituunt totũ, quod eſt unum numero: licet materia, & forma diſtinguantur non tm̃ numero:

Coroll. ſed ſpecie, & genere. ¶ Corollariũ. Duo accidentia ſolo numero differentia ſunt in eodem: quod uerum eſt, dum conſti-

Dub. 3. D tuunt unum: alias non. ¶ Tertium dubium. Quomodo ſaluatur unitas ſpecifica inter charitatem minus, & magis intenſam: cum plus conueniant inter ſe duę charitates eiuſdem intenſionis, quã cum charitate magis, uel minus intenſa. Et ita ab illa conuenientia maiore põt abſtrahi conceptus cõmunis adæquatus charitatibus eiuſdem intenſionis: & nõ

Ad abſtrahendum cõceptum quidditatiuum cõem quid requiritur aliis. ¶ Dicendum, ꝙ non poteſt dari conceptus cõis contentus quidditatiuè ſub charitate. Contra dicitur: ꝙ ad abſtrahendum conceptum cõem quidditatiuum, non ſufficit conuenientia eſſentialis aliquorum inter ſe, & nõ cum aliis: niſi ſit tanta differentia eorum ab aliis, ꝙ in quolibet aliorum inueniatur aliqd cui nihil ſimillimum inuenitur in ſic cõuenientibus. Et ideo licet duę charitates ut ſex, inter ſe plus conueniant, q̃ charitas ut ſex, & charitas ut quatuor: quia tñ nihil eſt in charitate ut quatuor: quin ſibi ſimillimum reperitur in charitate ut ſex: ideo quicunq; conceptus abſtractus cõis ſignificat charitatẽ ut ſex: ſignificat etiam charitatem ut quatuor: & oẽm charitatem cuiuſcunq; gradus. Poſſet tñ abſtrahi a ſupradicta conuenientia conceptus accidentalis connotatiuus numeri talis graduum. Vnde cõceptus abſtractus ſumptus ab aliqua conuenientia, ſignificat omnia illa ſic conuenientia, & omnia in quibus nihil eſt, cuius ſimillimum non eſt in ſic conuenientibus. ¶ Si dicis, ſimile non augmentat ſimile: ut patet de duabus aquis tepidis ſimul iunctis: ubi tñ additur gradus gradui: ergo. Solutio: ſimile additum ſimili in eadem parte ſubiecti præciſè augmentat: non autem in diuerſis ſubiectis Nunc autem ſi duo tepida ſimul fundantur: quælibet tepiditas manet in ſuo ſub-

Dub. 4. E iecto. ¶ Quartum dubium. Ex duobus in actu non fit unũ tertium: ergo illi gradus non uniunt. Rñdetur. Ex duobus in actu alterius, & alterius rationis non fit unum. Et ideo qñ componibilia ſunt alterius, & alterius rõnis: non fit ex eis unum: niſi unum ſit actus, & aliud potentia. Qñ autem ſunt eiuſdem rationis ut in propoſito in graduum unione, fit ex eis unum: ſecus ſi non ſunt eiuſdẽ rationis ut pars aquę & ignis. ¶ Dubitatur

Dub. 5. F quintò, quõ accidentia dr̃ia numero faciunt unũ numero. Rñdetur: aliqua differre numero intelligitur dupliciter. Vno modo: quia ſunt aliqua eiuſdem rationis, quorum unum non eſt aliud realiter. Et ſic oẽs partes eiuſdem rõnis differunt numero: & tñ faciunt unum numero. Alio modo: quia ſunt tota non conſtituentia unum, & ſic uerum eſt, ꝙ numero differentia non faciunt unum

Dub. 6. numero: ſed ſic nihil ad propoſitũ. ¶ Dubitatur ſextò. Vtrum poſſibile ſit duo accidentia ſolo numero differentia, facientia tñ unum accidens: eſſe in eodẽ. Rñdetur ꝙ ſic. Sed duo accidentia nata facere unum eſſe in eodem, & ꝙ non faciant unum numero eſt impoſſibile ꝑ na-

Dub. 7. turam. Et tñ de abbreuiatione quęſtionis pręſentis. ¶ Dubitatur ſeptimò contra id, quod dictum eſt, ꝙ illi gradus manent ſimul: & gradus gradui coniungitur &c. gradus tales non manent ſimul: ergo non adduntur ſibi. Antecedens probatur. Tũ quia termini motus

Termini mot⁹ ſunt incõpoſſibiles. ſunt incõpoſſibiles: ſed charitas præexiſtens, & ſuperaddita ſunt termini augmentationis. Tũ qa tũc charitas intẽſior ẽet cõpoſitior; & minus perfecta: immo nec

eſſet forma:cum forma compoſito adue
niat,& ſimplicitate inuariabili eſſẽtia
conſiſtat ſecundum auctorem.vj.princi
piorum. Tum quia charitas maior, & mi
nor contrariatur.v.Phyſ.Tum quia quę
libet forma denominat ſuum ſubiectum:
& ſic idem eſſet magis.& minus earum .
¶ Ad illas rationes breuiter dicitur. Ad
primam negetur añs. Ad probationem
dicitur. Verum eſt de terminis per ſe,q
ſunt priuatio,& habitus. De hoc ſupra
q.v.B. ¶ Ad ſecundam dicitur: ꝙ non
ſemper compoſitius eſt minus perfectũ:
quia compoſitum ſubſtantiale non eſt
minus perfectum altera partium. Quòd
forma eſt ſimplex eſſentia : uerũ eſt per
priuationem partium diuerſarum ratio-
num:non ſic compoſitum. ¶ Ad tertiã
negetur:ſed bene denominationes ſunt
contrariæ largè.i.non cõueniunt eidẽ.
¶ Ad quartum dicitur,ꝙ quælibet forma
totalis denominat ſubiectum. Non autẽ
oportet de forma partiali ſaltem deno-
minatione impoſita:poteſt tñ denomi-
nare denominatione impoſita, uel im-
ponenda ut ſit in eodem ſubiecto chari
tas ut quatuor. Primus gradus denomi
nat hac denominatione habere unũ gra
dum ſine excluſione. Et ſic nõ ſequitur
idem eſſe maius,& minus:ſed bene idem
habere maiorem,& minorem gradum:ſi
ue idem eſſe compoſitum ex maiori , &
Dub. 8. I minori. ¶ Item ex alio poteſt adhuc ar
gui. Augmentatio non fit per additionẽ
gradus ad gradum:quia ſecundum phi-
loſophum.iij.Topic. Albius eſt,quod eſt
nigro impermixtius. ¶ Item ſi albũ con
denſatur,erit magis album:& tñ nõ ad-
ditur maior gradus albedinis. ¶ Item ſi
ſic,uel gradus adueniens eſſet acciden-
talis priori:& ſic non facerẽt unum:aut
eſſentialis,& ſic haberent ſe ut actus, &
potentia. ¶ Item augmentatio eſſet ge
neratio:quia eſſet productio gradus de
nouo. ¶ Ad illa dicitur ad Philoſophũ.
Verum eſt in qualitatibus contrarijs ha
bentibus tranſmutationem circa idem.
Vel capit impermixtionem impropriè
pro maiori receſſu a contrario. ¶ Ad ſe
cundum dicitur, ꝙ per condenſationẽ
non fit magis albũ : ſed quia partes ſibi
magis adiacent: apparet magis albedo.
¶ Ad tertiũ dicitur:ꝙ gradus adueniens
eſt accidentalis priori. Nec ſequitur:ꝙ
ideo nõ faciat unum:quia forma eſt ac
cidẽtalis materię:& tñ facit cũ ea unũ.
¶ Ad quartum conceditur:ꝙ augmenta
tio eſt gñatio largè,ut dicit generaliter
quamlibet productionem rei de nouo.
Non autem gñatio ſtrictè pro gñatione
ſubſtantiali.de hoc.q.vj.art.iij. ¶ Si re-
plicatur. Si eſt gñatio: ergo nõ fit ſine
corruptione : & per conſequens adue-
niente nouo gradu corrumpitur prior :
quia nihil aliud corrũpitur. Rñdetur, ꝙ
non uniuerſaliter gñatio unius eſt cor
ruptio alterius:ſed illa ſola quę fit cũ ab
iectione contrarij:ut patuit.q.v.B. ¶ Du
bitatur contra id.ſ.ꝙ illi gradus ſint eiuſ Dub. 9.
dem ſpeciei, & ſolo numero differant. K
¶ Contra primam partẽ ſic poteſt argui.
Gradus charitatis non ſunt eiuſdem ſpe
cie:nec inter ſe:nec cum tota charitate.
Probatur:quia non ſunt eiuſdem perfe-
ctionis eſſentialis:nã charitas intenſior
eſt perfectior minus intenſa : ergo non
ſunt eiuſdem ſpeciei. Tenet conſequen
tia : quia ſpecies habent ſe ut numeri.
¶ Item indiuidua eiuſdem ſpeciei ſunt ſi
millima:ſed gradus diuerſę perfectionis
non ſunt ſimillimi:ergo. ¶ Item a qui-
buſcũq; pñt ſumi cõceptus ſpecificè dif
ferentes: ipſa differunt ſpecie: ſed tales
poſſunt ſumi a diuerſis gradibus eiuſdem
charitatis diuerſę perfectionis:ergo. Mi
nor probatur:quia ab omni conuenien
tia eſſentiali ſumitur conceptus ſpecifi-
cus:ſed magis conueniunt eſſentialiter
duę charitates eiuſdem intẽſionis inter
ſe,q̃ cum charitatibus magis,uel minus
intenſis:ergo ab illa poteſt ſumi conce-
ptus illis ſic conuenientibus adæquatus.
Et quia erit cõmunis, & abſolutus : erit
ſpecificus. ¶ Contra aliam partem ſolo
numero differentes.&c. Accidẽtia ſolo
numero differentia non poſſunt eſſe in
eodem ſubiecto. ¶ Item cum unus gra-
dus poſſet uideri ſine alio. ¶ Ad primum
conceditur:ꝙ non ſunt eiuſdem perfe-
ctionis eſſentialis, & negetur cõſequen
tia. Ad philoſophum loquitur de diffini
tione ſpeciei, quę per additionem diffe
rentiæ

Accidẽtia ſolo numero differentia non pñt eſſe in eodẽ ſubiecto



rentiæ uariatur ſicut ſpecies numero-
rum. ¶ Verumetiam eſt ꝙ indiuidua eiuſ
dem rationis nõ ſunt diuerſæ perfectio
nis,quorum unum non poteſt eſſe pars
alterius. Hic autẽ in propoſito charitas
charitati adiungitur,ut pars toti. ¶ Ad
tertium negetur minor. Ad probationẽ
dicitur:ꝙ ſolum ab illa conuenientia ſu
mitur conceptus ſpecificus. qñ conue-
nientia ſic ſe habent , ꝙ in quolibet ſic
cõuenientium ſit aliquid cui nihil ſimil
limum inueniatur in alio Nunc ergo li
cet plus conueniant charitates duæ ut
quatuor inter ſe,q̃ cũ charitate ut tres :
tñ quia nihil eſt in charitate ut tres:cui
non ſit aliquod ſimillimum in charita-
te ut quatuor:ideo non poteſt ſumi con
ceptus illis proprius,qui ſignificet ſolum
charitatem ut quatuor,& non ut tres:ut
ſupra in dub.iij.patuit.& diſt.viij.q. ij.
¶ Per hoc ſoluitur pręcedens ratio ſecũ
da:ꝙ non oportet omnia indiuidua eſſe
ſimillima ſimpliciter:ſed ſufficit, ꝙ ſint
ſic ſimillima , ꝙ non in quolibet eorum
eſt inuenire aliquid, cui nihil ſit ſimilli-
mum in alio. ¶ Ad quartum dicitur: ꝙ
uerum eſt , quando non faciunt unum :
ut patuit in dub. vj. Ad quintum dr̃ ut
ſupra concluſione.iij.ꝙ unus gradus nõ
poteſt naturaliter uideri ſine alio etiam
ab intellectu angelico: quia ſunt ſimul:
& ſic æquè approximari potentiæ. Poſ-
ſunt tamen diſtinctè uideri.i. cognoſci:
ꝙ unus non eſt alius:ſicut diſtinctè ui-
detur materia,& forma:licet ſint ſimul.
de hoc latius ſupra.

## QVAESTIO. VIII.

A CONſequẽter quæritur de ter
mino augmentationis: utrũ
ſit dare ſummam charitatẽ,
cui repugnet augmentari .
¶ De materia huius quæſtionis latè ha-
betur infra diſt. xiij. tertij. & ſimiliter
in doct.q.vij.tertij. Eapropter hic breui
ter expedietur materia q̃ſtionis,& dun-
taxat ueluti in ſumma colligentur dicta
doct. Item de hoc an poſſit dari infini-
tum cathegorematicẽ : latè uide in ij.
Arti. 1. diſtinctio.j.q.iij. de æternitate mundi.
¶ Suppoſitis itaque notabilibus hic per
doct. recitatis. & ſupra.q.iij. huius col
le.habitis.ſ.ꝙ duplex eſt augmentatio :
intenſiua & extenſiua. Et ꝙ extenſiua
qñque fit per additionem partis ad par-
tem facientis per ſe unũ cũ illa diſtincta
ab ea loco,& ſitu. Qñque uerò fit in eo
dem ſubiecto precisè: ut in rarefactione
prout ſupra.q.iij.notab.j.huius colle.dif
fuſe patuit. Iſtis inquã ſuppoſitis eſt cõ Cõcl. 1
cluſio prima. Augmẽtatio extenſiua pri
mo mõ dicta procedit in infinitum per
potentiam diuinam. Veritas huius cõclu
ſionis ex tribus propoſitionibus depen-
det. ¶ Prima. Deus poteſt creare in infi
nitum indiuidua eiuſdem rationis:maxi
xime ubi poſſunt eſſe plura in una ſpecie.
Patet:quia ſi deus conſeruaret corpora
cęleſtia in ſtatu,in quo ſunt in perpetuũ:
in infinitum continuarentur generatio
nes,& corruptiones. ¶ Secunda propo
ſitio. Quocũq; indiuiduo poſito, poteſt
deus facere aliud indiuiduum eiuſdẽ ra-
tionis priori indiuiduo non deſtructo .
Patet : quia indiuidua eiuſdem rationis
non habent adinuicem formalem repu-
gnantiam. Item ſummum in aliqua ſpe-
cie cõpatitur aliud indiuiduum eiuſdem
ſpeciei:ut patet de charitate chriſti ¶ Ter
tia propoſitio. Quæcunq; ſunt eiuſdem
rationis:ſunt ęqualiter unibilia: ut quę-
cunq; duæ aquę. Nam quicquid compe
tit indiuiduo alicui: ſimile põt conueni-
re alteri indiuiduo eiuſdẽ rationis. ¶ Ex
illis patet concluſio:quia quocunq; indi
uiduo creato, poteſt deus aliud eiuſdem
rationis creare:& illud priori unire. Vñ
non eſt dabilis maxima aqua creabilis .
¶ Secunda concluſio. Augmentatio ex- Cõcl. 2.
tenſiua per modum rarefactionis nõ pro B
cedit in infinitũ. Patet:quia niſi ſic una
faba poſſet fieri maior mille mundis:qđ
uidetur inconueniens. Sed hæc cõcluſio
euidenter probari non poteſt: quia non
poteſt probari, ꝙ res ſit ſic determinata
ad certam magnitudinem:ꝙ non poteſt
fieri maior per potentiam diuinam. ¶ Ter Cõcl. 3.
tia concluſio. Quælibet forma augmen
tabilis intenſiue extra ſubiectum poteſt
in infinitum augmentari. Patet ex pro-
poſitionibus præmiſſis. ¶ Quarta con- Cõcl. 4.
cluſio. Probabile eſt, ꝙ forma intenſi-

bilis in ſubiecto non eſt augmentabilis
in infinitum. Probatur:quia probabile
eſt,ꝙ ſicut ſubiectũ determinat ſibi ali-
quas qualitates,& aliquas nõ poteſt re-
cipere:ſicut ignis ſummam frigiditatẽ.
anima intellectiua qualitatẽ materialẽ:
ita etiam determinat certam quantitatẽ
formę receptibilis,ultra q̃ non poteſt a-
liam recipere: ut ſic quodlibet ſubiectũ
finitum ſit etiã finitę capacitatis. ¶ Poſ
ſet tñ æque probabiliter teneri oppoſi-
tum iſtius propoſitionis, ſicut & conclu-
ſionis ſecundę. Et ſecundum hoc dicit̃,
ꝙ charitas animæ chriſti non eſt ſimpli
citer maxima creabilis ex concluſione.
iij. Sed eſt maxima creabilis in ſubiecto
ſimpliciter:uel ſecundum potentiam or
dinatam. ¶ Quinta concluſio. Quãuis
Cõcl.5 in infinitum charitas eſt augmentabilis:
non tñ eſt creabilis charitas infinita. Pri
ma pars eſt conſequens tertiæ cõcluſio-
nis. Secunda pars probatur:quia infini-
tas intenſiua eſt ſimpliciter impoſſibilis
creaturæ. ¶ Præterea licet in infinitum
Charitatẽ in infinitum augeri quid ẽ. augeretur charitas per productionẽ no
ui gradus uniti priori:tñ quilibet gradꝰ
productus eſt finitus:& ex unione fini-
torum non conſtituitur infinitum. Vñ
in infinitum:augmentari charitatem,ni
nil aliud eſt, q̃ charitatem non tm̃ poſſe
augmentari:q̃n adhuc ultra poſſit aug-
mentari:hoc eſt,ꝙ nunquã datur ultima
charitas ꝓducibilis: ſed poſt quamlibet
productam alia poteſt produci. Et ſi per
petuò continuè augmentaretur certa
charitas:adhuc maneret ſemper finita:
quia ſemper finitum adderetur finito.
Nec poſſet dari gradus ultimò produ-
ctus:ſicut non datur ultimum duratio-
nis perpetuę. Vnde ſicut deus poteſt fa
cere plura indiuidua in infinitum:& ta-
men ſemper faciet finita: ita põt facere
maiorem charitatem,& maiorem:& ſic
in infinitum:& tamen ſemper faciet fi-
nitum. ¶ Et licet deus determinatè ui-
deat omne producibile: & ita quocun-
que producibili uidet maius producibi-
le:nõ tamen uidet producibile infinitũ:
quia nihil tale eſt producibile. De hoc
latius infra in dub.v.& in.ij.diſtinctio.j
Cõcl.6. quæſt.iij. ¶ Sexta concluſio. Per infini-
tam potentiam dei poteſt ſine termino
charitas augmentari. Hęc propoſitio pa
tet ex p̃dictis cum non includat cõtra-
dictionem:nec adhoc ulla ſequatur infi
nitas. ¶ Circa p̃dicta dubitatur primò. Arti. 2. Dub. 1. C
Nam pono,ꝙ augmentatio certę chari
tatis fiat per horam ſecundũ partes pro
portionales: ita ꝙ in prima parte pro-
portionali adgeneretur unus gradus.
In ſecunda parte ſimiliter unus æqualis
priori,& ita de alijs. Charitas in fine ho
ræ erit charitas infinita: quia habebit in
finitos gradus tantos, quãtus eſt hic cer
tus datus: quia pertranſitæ ſunt omnes
partes proportionales, quæ ſunt infini-
tæ. Reſpondetur:ꝙ caſus eſt impoſſibilis
ꝙ in qualibet parte proportionali horæ
generetur unus gradus &c. Tum quia in
finitæ ſunt: & ita non poſſunt oẽs deſi-
gnari. Tum quia ultima pars non eſt da-
bilis:quia quęcunque datur,eſt ultra di-
uiſibilis: & per conſequens non eſt ulti-
ma. Et cum dicitur:in fine horæ omnes
partes proportionales ſunt pertranſitę:
quia tota hora. Reſpõſio,ꝙ omnes ſunt
pertranſitæ.i.hora quę continet omnes
ſuas partes proportionales eſt pertranſi
ta. Sed ſi accipitur, ut ualet tñ: omnes
ſunt pertranſitæ.i.in qualibet parte pro
portionali aliquis gradus eſt productus,
ſic negetur: quia augmentatio licet fiat
per totam horam continuè:non tñ fieri
põt per partes horę proportionales:q̃m
pars horæ menſurans productionem ul
timi gradus, includit infinitas partes ꝓ-
portionales. ¶ Dubitatur ſecundò. Nulla Dub. 2. D
charitas poteſt ſine termino augmenta
ri:ergo concluſio falſa per legem cõtra
dictoriorum. Antecedens probatur: q̃a
nec illa, nec illa & ſic de alijs. Si datur
aliqua:illa poſſet eſſe infinita. Cõſequẽs
falſum:quia ſic eſſet deus. Conſequen-
tia probatur:quia poſſet eſſe ſine termi-
no,uel interminata. ¶ Solutio:dicitur ꝙ
quęlibet poteſt ſine termino augmenta
ri:quia cuilibet poteſt fieri additio. Nec
poſſet aliqua eſſe infinita:quia hic infi-
nita capitur cathegorematicè cum ſit
prędicatum,& nihil eſt infinitum cathe
gorematicè niſi deus ſecundum opi.cõ-
munem. De hoc in ſecundo habetur di



ſputatiuè diſt.j.q.iij.ſi poſſit dari infini
tum cathegorematicè. ¶ Ad probatio-
nẽ negetur:ꝙ poſſet eſſe ſine termino:
quia licet ſemp põt fieri additio:tñ ſem-
Dub.3. E per manet terminata. ¶ Dubitatur ter-
tiò.j.de anima. Oium a natura conſtan
tium &c. ¶ Itẽ quantũ eſt in potentia:
tm̃ contingit eſſe in actu.cõm.iij. Phyſ.
Producantur igitur oẽs gradus produci
biles: erit charitas ſimpliciter infinita.
Et probatur rõne. Quantũ poteſt fieri
ſucceſſiuè: tm̃ poteſt fieri ſimul:ſi infi-
nita ſucceſſiuè:ergo ſimul. Añs proba
tur:quia non eſt defectus ex parte dei, q̃
habet illuminatam potentiam ſimul:er-
go põt omnia producibilia ſimul produ-
cere. Nec eſt defectus ex parte recipien
tis charitatem:quia recipiens ſecundum
te eſt infinitæ capacitatis. Etiam poteſt
charitas ſtare ſine ſubiecto:nec ex parte
charitatis:quia q̃libet infinitarum ẽ pro
ducibilis: & nulli alteri repugnat. ¶ Ad
primum dicitur: ꝙ loquitur ſecundũ po
tentiam naturalem:non ſecundum diui
nam. Ad rõnem conceditur non ſimul:
ſed ſucceſſiuè.ad hunc ſenſum quantum
eſt in potentia &c.i. quicquid eſt produ
cibile poteſt aliquando produci. Et ſicut
infinita ſunt producibilia:ita ĩfinita pñt
eſſe actu:capiendo utrobiq; infinita ſyn
cathegorematicè:quia capiendo cathe-
gorematicè,utraq; eſt falſa. Nam ſecun
dum philoſophum,& cõmen. infinita in
diuidua ſunt producibilia: & tamen nun
quam producentur infinita:licet infini
ta producentur. ¶ Ad rationem dicitur;
negando ꝙ non eſt defectus. Eſt.n.impe
dimentum ex parte dei, ſubiecti, & chari
tatis. Ex parte dei impedit infinitas po-
tentiæ: ideo terminari non poteſt per
q̃cunque producibilia. Ex parte ſubiecti
ſimiliter:quia nõ eſt capacitas eius limi
tata:ideo qualibet data poteſt maiorem
accipere. Ex parte charitatis:quia nul-
la poteſt eſſe charitas cui repugnet uni-
Dub. 4. F ri alteri producibili. ¶ Dubitatur quar-
tò de charitate Chriſti. Si enim con-
cluſio ſexta ſtaret: non eſſet ſumma poſ
ſibilis: quod uidetur derogare dignita-
ti aſſumptę humanitatis, quæ unita eſt
maxima unione poſſibili uerbo:ergo ma
xima charitate. ¶ Sol. conceditur illatio
ſimpliciter: eſt tñ maxima poſſibilis ſe-
cundum potentiam dei ordinatam. Ad
probationem dicitur:ꝙ humanitas chri
ſti eſt creatura,& per conſequens in ſe
finita:& tantam habet dignitatem: quã
tam uerbum dare uoluit. Nec tm̃ extol
lenda eſt dignitas creaturæ.ſ. humanita
tis Chriſti:ut detrahatur potentiæ diui
næ.quę reſpectu charitatis eſſet termi-
nata:ſi daretur poſſibilis ſumma: quia ul
tra illam maiorẽ non poſſet producere.
Cum dicitur unita eſt maxima unione,
uerum eſt in illa ſpecie unionis perſona
lis:quia fortè illa cõſiſtit in indiuiſibili:
non tñ eſt ſimpliciter maxima unio:q̃a
maior eſt unio perſonarum in una eſſen
tia. Et cum arguitur: ergo maxima cha
ritate. Negetur cõſequentia:quia unio
hypoſtatica non eſt per charitatem for
maliter: quia poſſet ſibi unire naturam
irrationalem:ut probabiliter teneri po-
teſt,& ſic ſine charitate: immo corpus
Chriſti unitum eſt: & non eſt capax cha
ritatis. ¶ Dubitatur quintò. Omnẽ cha Dub. 5. G
ritatem producibilem poteſt deus ſimul
producere,ponatur in eſſe,& ſic produ-
cit omnes ſimul. Illa autem erit ſumma
aut infinita. Aſſumptum probatur:quia
omne producibile ſimul uidet: ergo om
ne producibile poteſt ſimul producere.
Tenet conſequentia:quia q̃cunq; ſimul
cognoſcit:poteſt ſimul producere. Nam
tantæ eſt potentiæ actiuè,& productiuè
quantæ cognitiuè: quia utraq; infinita,
& per cõſequens quęcunq; poteſt ſimul
cognoſcere,poteſt ſimul producere, &
ita poteſt ſimul producere omnia pro-
ducibilia. Reſpondetur: ꝙ poteſt pro-
ducere omnia producibilia ſed illa ſecũ
dum doct. non debet poni in eſſe cũ ſit
diuiſa:niſi per ſingulares inconiunctim
ſumptas:& ſic q̃libet illarũ eſt uera. ¶ Si
di. Illa eſt falſa,in qua demonſtratur ulti
ma,uel ſumma. Rñdetur:illa nõ eſt dabi
lis:q̃a non eſt poſſibilis. Conſequenter
dicitur: quòd non poteſt ſimul omnia
producibilia producere: quia hoc repu-
gnat infinitæ potentiæ: poteſt tamen ſi
mul omnia cognoſcere: quia oĩa cogno
ſcibilia pñt eſſe ſimul in eſſe obiectiuo.

quod ſufficit ad terminandam cognitio
nem diuinam : non autem ſimul in eſſe
ſubiectiuo:quod requiritur ad productio
nem. Vide de hoc infra diſt. xxxviij. q.
unica.art.iij.dub.iiij.

## DISTINCTIO. XVIII.

EGIT de miſſione ſpi
ritusſancti uiſibili, &
inuiſibili,ſimul & eius
pceſſione. Agit nunc
de nomine ex hoc ſi
bi conueniente. Et
cōplectitur ſententia
literę hic concluſionibus tribus. Prima:
ſpiritusſanctus donū dicitur,& datū. Do
num ab æterno inquantū donabilis crea
turæ. Datum:quia datur creaturæ ex tē
pore. Secunda concluſio. Spiritusſan-
ctus ab æterno donatus ſiue datus eſt fi
lio a patre. Exijt enim nō quō natus:ſed
quō datus ſecundum Aug.v.de tri. ¶ Ter
tia concluſio. Spūſſanctus dicitur noſtrū
donum uel datum:ſed non noſter ſpiri-
tusſanctus:ſicut filius noſter redemptor:
noſter panis:ſed non noſter filius. Vide
declarationem in textu latiorem.

## QVAESTIO unica.

VTRVM donum dicat p-
A prietatem perſonalē. ¶ Sup
poſitis his, quę tacta fuere
dub.xiiij.q.ij.ſ.quid ſit dari
alicui,& quō res aliqua dici
tur alicui dari. Quęſtio tres habet articu
los. Primus. Vtrum ſpiritusſanctus uerē
poſſit dici donum. Secundus cui donet.
Tertius utrum donum ſit proprietas per
ſonalis conſtitutiua ſpūſſancti. ¶ Quan-
Arti. 1. tum ad primum, rememorandum eſt ex
dictis di.iij.ꝙ donum,& datū ſecundum
magiſtrum differunt in hoc,ꝙ donū di-
cit aptitudinem ſiue donabilitatē. Ideo
quod nondū donatur,ſi tñ donabile eſt:
Differūt donum dicitur. Datum uerò dicit actum
donum, donationis. ¶ Ex quo ſequitur: ꝙ ſi ali
& datū. quid ęternum detur in tpe ab ęterno, di
citur donū inquantū ab ęterno fuit do-
nabile. Ab ęterno.n.aptū fuit,ut daretur
in tpe:nō tñ dicetur ab ęterno datum.

¶ Conſequenter notandum:ꝙ tam do- Datū du
num,q̄ datum dupliciter capitur. Vno pliciter
mō,p producto uirtute amoris alicuius capitur.
obiecti, quod nō ut producitur tali mō
habet rōnem ſimilitudinis obiecti ama
ti. Alio mō capitur pro aliquo liberè ali
cui collato,& quaſi in poſſeſſionem uel
dñationem ipſius tranſlato: ut.q.ij.diſt.
xiiij. ¶ Pro intellectu primi membri re B
memorandum eſt ex ſupradictis diſtin.
xiij.ꝙ ſicut uidemus in nobis intellecto
aliquo obiecto,itellectus format ſeu fin
git ſimilitudinem illius obiecti quaſi de
claratiuam non notitiæ:ſed obiecti præ
cogniti. Et uoluntas creata diligens ob
iectum aliquod, dat amato aliqd gratū,
& acceptū ſi habet & ſi non habet :pdu
cit aliquid tale ſi pōt. Ita aliquo mō in di
uinis:q̄uis multū diſſimiliter : quia pater
habens diuinā eſſentiā (q̄ formaliter, &
oī mō eſt ipſa intellectio abſoluta: qua
pater intelligit tam ſe,q̄ eſſentiam) pro
ducit aliquid uirtute illius intellectionis
tanq̄ imaginē,& ſimilitudinē ſuiipſius.
Quæ imago uerbū dicitur:qđ uerbū rea
liter eſt imago,& ſimilitudo pr̄is declara
tiua ſimiliter:qa ipſa diuina eſſentia eſt
realiter, & formaliter amor,& dilectio
abſoluta,qua pr̄ diligit ſe,& eſſentiā, &
filiū:& ecōuerſo filius diligit eſſentiā,ſe
& patrē,uirtute illius amoris,quo pater
diligit filiū producendo donū quod eſt
ſpūſſanctus dat ipſum filio tanq̄ donum
ſibi gratiſſimū,& acceptum. Et ecōuer-
ſo, filius producēdo idem donū dat ipm
patri. Et hoc uidetur uelle Rich. cum di
cit. Pater amorem impendit filio, & fi-
lius impendit amorē patri. Et ſecundum
hunc modum ſpūſſanctus dicitur nexus
patris,& filij per modum doni dilectū,&
redilectum unietis. Sicut etiā dicitur cō
munio utriuſq; & ſpūs utriuſq; inquan-
tum.ſ.eſt donum utriq; mutuò datum.
¶ Iſtis p̄miſſis eſt cōcluſio prima. Capiē Cōcl. 1.
do donum primo mō,ſpūſſanctus uerè,& C
propriè dicitur donum. Patet concluſio
auctori. Aug.v.de tri.ſpūſſanctus donum
eſt patris,& filij:qa procedit a patre, &
filio. Item.iiij de trin. Sicut natum eſſe,
eſt filio a patre eſſe:ita ſpiritui ſancto do
nū dei eſſe,ē a patre pcedere,& filio: ſed

filio



filio propriè conuenit eſſe natum : er-
go. & ſpiritui ſancto propriè conuenit
eſſe donū. ¶ Præterea ſolus ſpūſſanctus
producitur uirtute amoris, non habens
ex modo productionis,ut ſit ſimilis pro
ducenti q̄uis hoc ſibi cōpetat, eo ꝙ pro
ducitur in eadem eſſentia:ut dictum eſt
ſupra diſt.xiij.ergo propriè eſt donum.
Tenet conſequentia per locum a deſcri
ptione. Hæc concluſio ratione probari
non pōt:ſed tñ aucto. ut patuit. ¶ Secū
Cōcl. 2. da concluſio. Capiendo donum ſecūdo
mō non ſolum ſpūſſanctus :ſed & filius
donum eſt dicendus. Patet de ſpūſancto
aucto. in textu. de filio Eſa.ix. Filius da-
tus eſt nobis. Patet etiam ex dictis. Nā
& uterque filius. & ſpūſſanctus mittitur
creaturę:ergo uterq; donatur. ¶ Tertia
Cōcl. 3. concluſio. Si donum dicit proceſſionē
ab aliquo:ut dicere uidetur Aug. in lite
ra cum inquit. Donum ſemper fuit ſpiri
tusſanctus nō ſolum quia donabilis: ſed
quia proceſſit ab utroq;, & quia dona
bilis:pater non pōt dici donum. Patet :
quia licet cum illabitur creaturę rōnali
dat ſeipſum creaturæ mō ſupra expoſi-
to,nō tñ procedit ab aliquo: & ideo ſcri
Arti. 2. ptura non cōmemorat patrem eſſe do-
Cōcl. 1 num. ¶ Quātum ad articulum ſecundū,
D eſt concluſio prima. Capiendo donum,
& datum primo mō ſpūſſanctus ab ęter
no datur filio a patre, & ecōuerſo patri
a filio. Probatur hæc concluſio aucto.
Aug.v.de trin. qui oſtendens quare ſpi
ritusſanctus non dicit filius dicit. Exijt,
nō quō natus:ſed quō datus: ſed ab ęter
no exiuit a patre ut diſtinctus a filio: er
go ab ęterno exijt quō datus:ſed nō fuit
ab ęterno datus creaturę: nec ſibi ergo
ab ęterno fuit datus patri,uel filio. ¶ Prę
terea ubi eſt impenſio amoris, & repen-
ſio: ibi eſt mutua datio:ſed ſecundū Ri-
char. ut dictum eſt:pater amorem impē
dit filio:& filius rependit patri:igitur ali
quid filio datur a patre,& econuerſo,&
Cōcl. 2 non niſi ſpūſſanctus:ergo &c. ¶ Secun
da cōcluſio. Capiendo dari ſecundo mo
do,ſpūſſanctus neq; patri datur,neq; fi-
lio. Patet:quia ſpūſſanctus non liberè,
ſed merè naturaliter (ut libertas oppo-
nitur neceſſitati ineuitabilitatis) datur

filio a patre,& ecōuerſo:ergo non ē do
num,uel datum illo mō reſpectu patris,
& filij. Tenet cōſequentia ex quid nois
poſito. Añs probatur: quia in diuinis ni
hil producitur:nec eſt ad intra, quod nō
producatur,& ſit neceſſariò: ibi.n.nulla
contingentia locum habet. Et hoc mō
cepit magiſter dari, cum dici ſpūmſanctū
non dari patri,uel filio:ſed tm̄ nobis: al
legans beatum Aug.xv.&.v.de trin. dicē
tem ſpūmſanctū ab ęterno eſſe donum :
licet non daretur ab ęterno eo,ꝙ proce
dit ab æterno,ut eſſet donabilis. ¶ Ter- Cōcl. 3.
tia concluſio. Capiendo dari ſecundo
mō,ſpūſſanctus datur creaturæ rationa
li,& ſolum tali. Patet concluſio quoad
primam partem: quia ſpūſſanctus liberè
confertur menti rōnali quaſi in poſſeſ-
nem,& dñium:ergo &c. Conſequentia
nota. Añs patet : quia illud datur alteri
quaſi in dñium, & poſſeſſionem: quod
obedit alteri,paratum facere quicquid
ipſum rōnabiliter deſiderat, & uoluerit:
ſed ita eſt de ſpiritu ſancto reſpectu crea
turæ,cui illabitur:ut ſupra dictum eſt di.
xiiij.q.ij. Nec mirum uideatur, ſi dñs
oium dicatur dari,& quodammō obedi
re creaturę. Nam hoc mō ſcriptura di
cit Ioſ.x. Stetit ſol in medio cęli,& non
feſtinauit occumbere ſpatio unius diei:
& non fuit antea,nec poſtea tam longa
dies obediente dño uoci hoīs. Itē Exo.
xxxij. dixit dñs Moyſi. Dimitte me,ut
iraſcatur furor meus contra eos: ut de-
leam eos. Et Gen.xxxij. dñs ad Iacob.
Dimitte me:iam.n.aſcendit aurora. Ec-
ce cum obedientia debetur habenti po
teſtatem,& dñium : aliquo mō ſanctiſſi
ſuper dñm poteſtatem habuerunt, & ha
bent hodie,qui charitate deo iungunt:
pro quanto deus ex beneplacito ſuo pa
ratus eſt facere quicquid illi rōnabiliter
uolunt. ¶ Circa articulum tertium no- Arti. 3.
tandum primò:ꝙ eſt diſtinctio formalis Nota 1
inter donari,& donum:ſicut inter uer- E
bum,& dicere. filium & generare:ſpiritū
ſanctum & ſpirare. ¶ Secundò notandū: 2
ꝙ donū pōt accipi perſonaliter, uel ma
terialiter aut ſimpliciter. ¶ Tertiò notā 3
dum,ꝙ proprietas perſonalis q̄nque ac- Propriē
cipitur pro aliquo realiter exiſtente in tas pſo-

nalis ſu mit du pliciter persona:ꝙ ſibi ſoli realiter cōpetit:quo
mō paternitas dicitur eſſe proprietas p
ſonālis,& filiatio filij. Alio mō capitur
pro prædicabili de aliquo uerè, & cōuer
tibiliter ſecundo mō per ſe:ſicut riſibile
eſt proprietas hoīs,eo ꝙ de ſolo homine
prædicatur conuertibiliter, & ſecundo
mō per ſe, & ſic dicitur ꝓprietas logica.

Cōcl. 1. ¶ Quo præmiſſo eſt concluſio prima.
Capiendo donū primo mō in priori arti
culo poſito,& perſonaliter : donū pro-
priè nō eſt proprietas ſpūſſancti:ſed do-
nari: ſed eſt oībus modis ſpūſſanctus ſi-
cut uerbum filius. Patet ex ultimo nota

Cōcl. 2 bili. ¶ Secunda concluſio. Capiēdo do
num materialiter,& proprietas ſecundo
modo donum eſt proprietas ſpirituſſan
cti. Patet:quia prædicatur de ſolo ſpiri
tuſſancto : quia ſolus ſpirituſſanctus ſic
eſt donum. Verum ſic capiendo donū,
non eſt proprietas realis, intrinſeca : &

Cōcl. 3 nec conſtitutiua ſpirituſſancti. ¶ Cōclu
ſio tertia. Accipiendo donum ſtrictè ut
ſignificat perſonam procedentē per mo
dum doni donabilem creaturæ, ſic eſt
proprietas ſecundò modo: id eſt termi-
nus prædicabilis de ſpūſancto perſonali-
ter acceptus conuertibiliter:quia ſic ſo
lus ſpūſſanctus eſt donum: quia ſolus ſpi
rituſſanctus procedit per modum doni.

Cōcl. 4 ¶ Concluſio quarta. Capiendo donum
largè ut non importat modum proce-
dendi:ſed tm̄ donabilitatem creaturæ:
ſic donum non eſt proprietas:quia cōue
nit etiā filio,qui datus eſt nobis. Eſa. ix.
Accipiendo autem donum pro termino
prędicabili:ſic non eſt proprietas cōſti-
tutiua ſpūſſancti:quia non intrinſeca ſpi
rituiſancto:ſed ſola ſpiratio paſſio, ſiue
ſpirari uel donari:quæ oībus modis ſunt
idem, eſt proprietas cōſtitutiua ſpiritus

Dubiū. ſancti: ¶ Sed dubitatur circa prædicta.
F Ex quo a ſanctis qn̄que dicitur deus re
ferri ad creaturam: an donum importet
aliquem reſpectum rōnis? Dico ꝙ non:
quia nullus talis eſt ponendus. Attamen
ſancti frequenter ſolent nomina cōno-
tatiua ſupponentia pro deo,& connotā
tia creaturam dicere relatiua. Sic philo
ſophus dicit aliqua noīa eſſe ad aliquid
.i. cōnotare aliquid præter id quod prin
cipaliter ſignificant. Licet ergo talia no
mina nihil niſi abſolutum ſignificent:
propter hmōi connotationem dn̄r rela
tiua:ſic dicuntur ſpes, & refugium, mīa,
& cætera noīa relatiua. i. cōnotatiua:ſic
ēt donum ſolet dici nomen relatiuum.

## DISTINCTIO XIX.

IN præcedētibus ma
giſter egit de propric
tatibus tam eſſentię,
ꝙ perſonarū diuinā
a diſt. viij. Nunc con
ſequēter agit de pro
prietate earundē cō
iunctim. Et hoc dupliciter. Nam primū
ueritatem determinat quātum ad ęter
nitatem diſt. pſenti: & quantum ad potē
tiam diſt. xx. Dehinc circa ea dubia ab-
ſoluit diſt. xxj. ¶ Sententia textus in his
ſtat concluſionibus. ¶ Prima. Fides ca-
tholica aſſerit perſonas nedum coęter-
nas: ſed etiā ſecundum magnitudinem
ęquales. ¶ Secunda. una perſona non ē
maior alia:nec plures ſimul ſunt aliquid
maius una : quia ſunt una indiuidua, &
ſimplex eſſentia, quæ eſt in oībus tota.
¶ Tertia. In perſonarum magnitudine ę-
qualitas oſtenditur ex naturæ unitate
oīs inæqualitatis remotione, naturæ di
uinæ ſimplicitate. Declaratio,& exten
ſio harum propoſitionū patet ex textu.

## QVAESTIO. I.

VTRVM perſonæ diuinæ A
ſunt ſecundum magnitudi-
nem perfectè æquales.
¶ Recitantur,& impugnan
tur a doct opi. duę:quarum
ſecūda eſt Sco q. j. diſ. pn̄tis:qbus dimiſ

Arti. 1. ſis more ſolito trifariè terminabitur q̄-
Nota. 1 ſtio. ¶ Circa art. primū notandū ꝙ ma
Magnū uel magnitudo quadrupliciter capitur. gnitudo uel magnū quadrupliciter acci
pitur. Vno mō largiſſimè: & ſic eſt idem
quod perfectio, uel perfectum. Sic dicit
Aug. vj. de trin. ꝙ in his, q̄ nō mole ma
gna ſunt:eſt idē melius eſſe, quod maius
eſſe. Et illo mō q̄libet res eſt magna, uel
magnitudo q̄dam. Secundò mō capitur
largè pro omni cōtinente plura; ſiue ſig



gnum per ſe : ſiue tm̄ aggregatiuè quō
modo numerus populus, exercitus, &
motus magnus dicitur. Iſto modo capit
Aug. cum dicit, ꝙ anima eſt maior ſe ip-
ſa, qn̄ recipit uirtutes. Tertio mō capi-
tur pro aliquo continente plura eiuſdē
rōnis facientia unum per ſe: ſiue illa plu
ra diſtinguantur loco,& ſitu: ſiue nō. Il
lo mō charitas intenſa eſt magna,& ma-
ior charitate remiſſa. Quarto mō accipi
tur ſtrictiſſimè pro aliquo continente
plura eiuſdem rationis, facientia per ſe
unū diſtincta loco & ſitu : & hæc dicitur
magnitudo dimenſiua. Et hæc eſt ſpe-
cies immediata quantitatis:quæ eſt prę-
dicamentum, diſtincta contra multitu-
dinem. Hoc mō loquitur Aug. v. de tri.
& allegat magiſter diſt. viij. cum dicit: ꝙ
deus eſt ſine qualitate bonus: ſine quāti
tate magnus. Sic etiā quantitas quadru
pliciter diſtinguitur. Eſt. n. quantitas uir
tutis, durationis, diſcretiua, & quantitas
molis. Quę mēbra ex dictis ſatis patent.

Nota. 2 ¶ Secundò notandum, ꝙ cum ſecundum
B magnitudinem, ſiue quantitatem aliqd
dicitur ęquale, uel inęquale: quoties ali
quid dicitur magnū: toties, & ęquale in
ęquale. Primo modo res dicitur alteri
æqualis:quia eſt ęque perfecta. Secundo
modo numerus dicitur ęqualis alteri, in
quo ſunt tot, quot in alio : ut numerus
trium equorum numero trium hominū.
Tertio mō albedines ęquè intenſę ſunt
æquales: quãs una ſit in maiori ſubiecto,
q̄ altera ſecundū extenſionem: Quarto
modo, unū extenſiuum nō excedens al-
terū: nec exceſſum ſecundū extenſionē
ęquale dicitur alteri ¶ Eſt tamen differē
tia inter iſtos modos magni, & ęqualis.
Nam modi magni uel magnitudinis or
dinātur ſecundū ſuperius,& inferius: ſi-
ue per ſe ſiue per accidens. Ideo quod
eſt magnū quarto modo : eſt etiam ma-
nens tribus primis modis: & non econ-
uerſo. Et quod eſt magnū tertio modo:
eſt etiam magnum primo modo: & non
econuerſo. Non autem ſic ordinantur
modi æqualis,& inęqualis. Poteſt enim
aliquid eſſe ęquale alteri quarto modo
ſecundum extenſionem : & nullo trium
primorum modorum:ut patet de albedi
ne,& ſubſtantia compoſita alba. Et ita
habent ſe adinuicem quaſi termini im-
pertinentes. ¶ Tertiò notandū: ꝙ ſecun Nota. 3
dum opin. tenētem relationes diſtingui C
in creaturis a rebus abſolutis, ęqualitas
in creaturis eſt accidens ſuperadditum ſi
ue in angelis: ſiue in rebus materialibus:
quia utrobiq; eſt eadem ratio. ſ. inſepa-
rabilitatis. ſecundum aliam opi. nihil di
cit diſtinctum a rebus abſolutis in crea-
turis. ¶ Quartò notandum: ꝙ ſecundum Nota. 4
uſum ſanctorum, magnitudo qn̄que ac-
cipitur in diuinis ut eſt mere abſolutū:
ſicut ſapientia, perfectio: & ſic nullo mō
diſtinguitur ab eſſentia. Et illo modo
perſonæ dicuntur æquales propter eſſen
tiam unam in eis. Et ſic ſicut pater non
eſt formaliter eſſentia: ita nec eſt forma
liter magnitudo. Et ſic paternitas ex ſe
ſiue formaliter, nec eſt æqualis, nec in-
æqualis filiationi: ſed tantum ratione eſ
ſentię, quæ eſt eadem utriq;, paternita
ti. ſ. & filiationi. Et ſic conceditur: ꝙ re
latio nec eſt formaliter finita, nec infini
ta: nec perfecta, nec imperfecta, ſicut nō
eſt formaliter magna nec formaliter di
uina eſſentia. Alio modo accipitur ma
gnitudo pro omni realitate poſitiua ſi-
ue abſoluta, ſiue relatiua. Iſto modo pa-
ternitas ex ſe,& formaliter eſt quędam
magnitudo: ſicut ex ſe eſt quędam enti-
tas realis : & ex ſe eſt perfecta & perfe-
ctior omni creatura: eiq; ex ſe repugnat
omnis imperfectio. ¶ Quintò notandū: Nota. 5
ꝙ identitas, ſimilitudo ęqualitas, nullam D
diſtinctionem important in diuinis: ni-
ſi diſtinctionem perſonarum, & pro-
prietatum: ideo nulla eſt diſtinctio inter
identitatem, æqualitatem,& ſimilitudi-
nem. ¶ Pro articulo ſecundo eſt con- Arti. 2.
cluſio prima. Perſonæ diuinę ſunt ęqua Cōcl. 1.
les ſecundum magnitudinem primo mo
do accipiendo magnitudinem,& æqua-
litatem. Patet : quia ſunt æquè perfe-
ctæ, & neutra perfectior alia. ¶ Secun
da concluſio. Capiendo magnitudi-
nem, & ęqualitatem ſecundo, tertio, &
quarto modis, perſonæ diuinę, non
ſunt ſecundum magnitudinem ęqua-
les. Patet : quia ſic non ſunt magnæ.
¶ Tertia concluſio. Capiendo magni-

tudinem cōiter: ut dicit indifferēter om
nem magnitudinem abſolutam, uel rela
tiuam: perſonę diuinæ ſunt ęquales ſecū
dum magnitudinem tam eſſentialem, q̃
relatiuam. Patet: quia licet aliæ ſunt re-
lationes non tñ eſt una perfectior, aut
imperfectior alia. ¶ Dubitatur circa prę
dicta pro articulo tertio. Perſonæ non
ſunt eędem ſecundum magnitudinem:
Arti. 3. Dub. 1. ergo nec ęquales. Tenet conſequentia,
quia idem eſt ęqualitas & identitas in di-
E uinis: ut in notabili quinto. Reſpondet,
ꝙ ibi ęqualitas, & magnitudo accipiun-
tur eſſentialiter, & primo modo, & non
generaliter: ut magnitudo dicat omnē
realitatem poſitiuam ſiue abſolutam ſi-
ue relatiuam. Sic enim nō eſt identitas,
& ęqualitas: quia perſonę non ſunt eæ-
Dub. 2. dem perſonę: licet ſint ęquales perſonę:
ſunt tñ eadem eſſentia. ¶ Secundò dubi
tatur. An una perſona dicatur ęqualis
alteri propter unitatem eſſentiæ uel pro
pter realitatem relationis. Ad hoc du-
bium dicitur: ut habetur in notabili quar
Dub. 3. to. ¶ Tertiò dubitatur. Quō illa ęquali-
F tas diſtinguatur a ſimilitudine perſona-
rum: & identitate. Rñdetur: ꝙ illa no-
mina ſimilitudo, æqualitas, identitas, nil
aliud dicunt ſeu important, q̃ perſonas
habentes eādem eſſentiam numero pro-
pter quod etiā dicuntur ſimiles, & ęqua
les. Et ſic nil aliud dicunt q̃ diſtinctionē
perſonarum & proprietatum, & nullam
rem diſtinctam a perſonis, uel proprieta
tibus perſonarum: ut patuit in notabili
Dub. 4. tertiò. ¶ Dubitatur quartò. An ęquali-
tas ſit relatio fundata in unitate: ut ui-
detur innuere philoſophus. v. metaphy.
Ad hoc dubium doct. late, & clarè re-
Dub. 5. ſpondet, ꝙ non: & ꝙ illa auctoritas ma
G le allegatur: uide in doct. ¶ Dubitatur
quinto. Nam aliqua magnitudo eſt in p
ſona quæ non eſt in alia: ergò non ſunt
æquales ſecundum magnitudinem. Ad
hoc dubium dicitur poſt dicta in notabi
li quarto, ꝙ accipiendo magnitudinem
pro aliquo abſoluto: ſicut omnium per-
ſonarum eſt una eſſentia, & ita una ma
gnitudo. Si uerò ſumitur pro proprieta
te relatiua: tunc ſicut cōceditur, ꝙ pro-
prietas patris eſt in patre, & nō in filio:
filiatio in filio, & non in patre. Ita pōt
concedi unam magnitudinē eſſe in una
perſona & non in alia: & nihilominus
quælibet perſona eſt æqualis alteri: quia
quælibet proprietas relatiua eſt eſſentia
diuina, & ita perfecta ſicut alia. Nec re-
pugnat ęqualitati diſtinctio magnitudi
num ſicut nec proprietatum perſonaliū
realiter diſtinctarum. Nec poteſt infer-
ri, ꝙ plures relationes ſint in una perſo-
na, q̃ in alia: quia ſpiratio actiua, & pater
nitas licet formaliter diſtinguantur: nō
tamen ſunt plures relationes: ut infra
patebit.

## QVAESTIO. II.

VTRVM quęlibet perſona
ſit in alia per circūinceſſio A
nem. ¶ Pro articulo primo Arti. 1.
notandum, ꝙ tripliciter di Tripliciter di-
ſtingui poteſt inexiſtentia. Quædā eſt ſtinguit
per continentiā: quo mō locatum eſt in inexiſtē
loco. Quædam per intimā præſentiam tia.
cum carentia uniuſcuiuſque diſtantiæ: ſi
cut angelus eſt in loco: & accidens in
ſubiecto: & forma in materia. Tertio mō
per intimam prę ſentiam cum conſubſtā
tialitate: hoc mō inexiſtit alicui quod
eſt ei intimè præſens, & conſubſtan-
tiale. Et hic modus inexiſtētiæ uocatur
per circūinceſſionem. ¶ Corollarium. Coroll.
Quicquid inexiſtit alteri per circūinceſ
ſionem, ecōuerſo alterum inexiſtit ſibi.
Patet: quia ſi a, eſt intimè prę ſens, & cō-
ſubſtantiale ipſi b, econuerſo b, eſt inti
mè prę ſens, & cōſubſtantiale ipſi a. Ne-
que eſt hic aliqua repugnantia: quòd
aliqua mutuò ſibi inexiſtant: quia ſe-
cundum philoſophum: totum eſt in
ſuis partibus: & econuerſo. Similiter
genus eſt in ſpecie: & ſpecies in genere.
¶ Ad hoc ergo, ꝙ per circūinceſſionem
aliqua mutuò ſibi inexiſtant tria requirū
tur. Primum: ꝙ diſtinguātur realiter. Se
cundò, ꝙ ſint ſibi intimè præſentia. Ter
tiò: ꝙ ſint una ſimplex, & ſingularis eſſē
tia. Et hunc modū eſſendi in, non eſt re
perire in creaturis: ſed neque poſitus eſt
hic modus a philoſ. Patet diſcurrendo
oēs modos eſſendi in, qui in hoc uerſu



cōplectuntur. Inſunt pars totū, ſpecies,
genus, & calor igni. Rex in regno, res in
fine, locusq́, locato. Nitebantur tñ aliq
dare ſimilitudines: ſed nimis remotas:
. ſ. illapſus dei in mentem rōnalem, circū
ſcribendo manutenentiam: qua illabēs
conſeruat, & regit id, cui illabitur. Simi
liter ſi anima, uel angelus non inhærēs
coaſſiſteret corpori: uel ſi corpus glorio
ſum coaſſiſteret corpori non glorioſo.
Hic quidem eſt quædā intimitas ſed de
ficit conſubſtantialitas, quæ ſi adeſſet: eſ
ſet ſatis ſimile declaratiuum. Et ideo di-
cit Hyl. & habetur in textu: ꝙ natura hu
manæ intelligentiæ dicti huius rōnem
capere non poteſt: nec exemplum aliqđ
diuinis rebus humana rō pſtabit: ſed qđ
non eſt homini intelligibile: deo eſt poſ
Arti. 2. ſibile ¶ Pro articulo ſecundo eſt conclu
Cōcluſio rñſal. ſio rñalis. Quælibet perſona diuina eſt
in alia per circūinceſſionē. Patet ex no
tabili: & Ioān. xiiij. An non credis. quia
B ego in patre, & pater in me eſt. ¶ Poſsèt
ad hoc adduci auct. ſanctorum de qbus
habetur in textu. Poſſet ēt illa intimitas
perſuaderi: quia ſi non: hoc eſſet uel pro
pter identitatē realem eſſentiæ cum per
ſona: uel quia nō eſt ſufficiens diſtinctio
inter perſonas: uel quia una non conti-
netur, & ambitur ab alia: & econuerſo.
Sed primum non impedit: quia totū eſt
in ſuis partibꝰ, & ecōtra, & genus in ſpē.
Nec ſecundum quia totum, & pars ſunt
idem realiter, & tñ unum eſt in alio. Nec
tertium: quia perſonæ realiter diſtinguū
tur. Nec quartū. quia non eſt de rōne il-
lius, quod eſt in alio: ꝙ ipſum ambiatur,
& contineatur ab alio. Lac. n. non am
bit dulcedinem: nec totum partes: & tñ
totū eſt in partibus, & dulcedo in lacte.
Cōcl. 2. ¶ Concluſio ſecunda. Nec eſſentia eſt
in perſona: nec relatio in eſſentia: nec re
latio in perſona per circūinceſſionem.
Patet: quia deficit hic realis diſtinctio, q̄
eſt prima conditio requiſita ad eſſe in
Cōcl. 3. alio per circūinceſſionem. ¶ Concluſio
tertia. Relationes oppoſitæ non ſunt in
ſeinuicem per circūinceſſionem. Hæc
concluſio ab aliquibus ponitur, qui po-
nunt aliam conditionem. ſ. ꝙ ſint forma
liter perſonę: quales nō ſunt relationes
conſtitutiuè. Oppoſitum aūt concluſio
nis illius cōiter ſuſtinetur, ſaluis tribꝰ cō
ditionibus pfatis. ¶ Pro articulo tertio Arti. 3.
q̄ritur. an inexiſtentia per circūinceſſio C
nem cōueniat perſonis rōne relationis
uel eſſētię. Rñdetur: rōne utriuſq; ſimul.
Nā rōne relationis conuenit eis perſo-
nalis diſtinctio: rōne eſſentię conſubſtan
tialitas: rōne utriuſque intima pſentia.
¶ Si di. Si pater eſt in filio: principiū eſt
in principiato, & ſic principium cape-
ret aliquod eſſe per productionem prin
cipiati, & ita pater nō haberet oia a ſe.
Rñdetur: ꝙ habere aliqđ per productio-
nem alterius dupliciter intelligi pōt. Pri
mo mō ppriè: ſic ꝙ per talem productio
nem recipiat aliquod nomē eſſe reale in
ſe, uel in aliquo, ipſum de nouo informā
te. Alio mō impropriè: quia tali pductio
ne aliqua denoīatio ſibi de nouo adue-
nit: ſicut productione creaturæ deus dr̄
creator, & dñs. Primo mō, pater nullum
eſſe capit a ſuo principiato: ſed ſecūdo
mō: nec hoc eſt incōueniēs: cū ēt ſic ali
qua denoīatio de nouo ſibi cōpetit ex
tpe, ex pductione creaturæ. ¶ Ex dictis
ſequitur, ꝙ paternitas eſt in filio per cir Coroll.
cūinceſſionem: ſed nō in patre. Nec tñ
ideo filius eſt pater: quia paternitas non
conſtituit filium. Sicut non ſequitur: pa
ter eſt in filio: ergo filius eſt pater: ſed
magis oppoſitum ſequitur.

## DISTINCTIO. XX.

OSTENDIT perſona
rum ęqualitatē in ma
gnitudinem: nunc eā
probat in poteſtate.
Et eſt concluſio tex-
tualis prima. ¶ Sicut
patris, & filij, & ſpiri
tus ſancti una eſt eſſētia: ita eſt & una po
tentia. ¶ Secunda concluſio. Si potētia
reſpicit ſolū factibile oīum perſonarū:
eadem eſt potentia ad extra. Si uerò om
ne producibile aliqd pōt pr̄ (puta) pdu-
cere filiū, & id nō pōt filius. ¶ Tertia. Li
cet potentia reſpectu factibilis filius ha-
beat a patre, & pater a ſeipſo: non tamē
ideo minor eſt in filio: quia pater gene-
rando oēm potentiam dedit filio.

## QVAESTIO unica.

A

VTRVM perſonæ diuinę ſint ęquales ſecundũ potẽtiam. ¶ Articulis tribus ſoluetur qõnis nodus: terminorum.ſ. declaratione concluſionum aſſertione:& dubiorum ſolutione.

Arti. 1.
Nota 1

¶ Quantum ad primum notandũ: ꝙ intellectus qõnis non eſt q̃rere,an perſonæ ſint æquales ſecundũ id,quod realiter ẽ potẽtia:hoc.n.eſſet q̃rere,an ſint æquales ſecundum eſſentiã:qm̃ potentia eſt oĩbus modis indiſtincta ab eſſentia:ſed eſt intellectus qõnis utrũ perſonæ poſſunt in eoſdem ſiue ęquales actus ſecundũ numerum,& perfectionẽ effectus:ita ꝙ ęqualitas reſpicit effectus eorum, q̃ dicuntur æqualia.

Nota.2

¶ Secundò notandum, ꝙ tota difficultas huius qõnis ẽ in hoc. An ſub potentia actiua(ſecundum q̃ perſonę dicuntur æquales)debet cõpræhendi potentia producendi adintra:an ſola potẽtia effectiua ſiue cauſatiua.i.productiua alicuius realiter,& eſſentialiter diſtincti. Nã ſi potentia actiua eſt cõe ad potẽtiã generandi,ſpirandi,& creandi:ualẽs tm̃.i.potentia productiua adintra,uel adextra:patet patrem & filiũ, & ſpũmſanctũ non eſſe æquales ſecundum potentiam, & hoc ſecundũ extenſionem :quia hoc non eſt aliud,q̃ dicere , ꝙ quęcunq; põt producere pater poteſt ꝑducere filius: & ſi pater poteſt producere aliquid quod non poteſt producere filius eodem mõ filius põteſt producere aliquid quod non põt producere pater:quorum utrũq; patet eſſe falſum.Pariformiter dicitur de patre,& de filio,& de ſpũſancto. ¶ Si uerò potentia in propoſito pręciſe dicit potentiam effectiuam;uel cauſatiuam· q̃ eſt ſolum reſpectu factibilium ad extra patet ẽt:ꝙ tres perſonæ ſunt æquales ſecundum potentiam: quia quicquid factibile eſt ab una perſona · factibile eſt etiam ab alia: & æquè perfecte ab una ſicut ab alia. ¶ Similiter ſi ſub oĩpotẽtia cadit,& potentia productiua adintra,& adextra:ut dicatur oĩpotens: qui poteſt producere oẽ productibile ſiue adintra, ſiue adextra:manifeſtum eſt filium non eſſe oĩpotentem:cum non poſſit ſe producere:cum tñ ſit producibilis,& ſic de ſpũſancto. Si uerò ſub oĩpotentia ſolum cadit potẽtia effectiua,uel cauſatiua:patet,& filium,& ſpũmſanctum eſſe oĩpotentem. Eſt ergo difficultas huius qõnis magis uocalis,q̃ realis.

Nota.3
B

¶ Tertiò notandum:quia in uſu uocabulorum imitandi ſunt auct. & ſancti. Sc̃ti autem loquẽtes contra hæreticos:qui dixerunt filiũ eſſe impotentiorem patre: & minorem atq; imperfectiorem:acceperunt potentiam & oĩpotentiam pro ea q̃ neceſſariò conuenit oĩ perfectiſſimo:& quę opponitur impotentiæ q̃ dicit imperfectionem. Et quia potentia ſpirandi,& generandi non conuenit omni perfectiſſimo:neq; in potentia generandi,uel ſpirandi dicit imperfectionem:ideo ſub potentia,& oĩpotentia non cõpræhenderunt potentiam generandi,aut ſpirandi:ſed ſolum potentiã reſpectu obiectorum factibilium.Ex qua uidelicet potẽtia ſequitur ęqualitas, uel inęqualitas ſecundũ perfectionẽ.

Quid ſancti intellexerunt per potentiam, & oĩpotentiam.

¶ Qđ uerò ſancti ſic ceperunt : patet ſatis ex textu. Nam btũs Aug. contra maximũ hęreticum.Non eſt ideo pater maior filio,qa ęqualem ſibi genuit.Originis.n. illa eſt qõ:quis de quo genitus ſit: ęqualitatis uerò qualis eſt quantus ſit.quaſi dicat.Qñ quęritur:an pater ſit ęqualis filio:nõ eſt qõ de origine:ſed eſt q̃ſtio , qualis aut quantus ſit filius: hoc eſt, an ſit ita perfectus,& oĩa alia potens ſicut pater. Item Aug.in de fi.ad Pe.c.iij. In eo intelligitur oĩpotentia dei:quia oẽm creaturam uiſibilem,& inuiſibilem de nihilo fecit. Ecce apertè innuit omnipotẽtiam dici reſpectu factibilium extra.¶ Ex illo patet , ꝙ potentia, & oĩpotentia in propoſito capienda eſt ut ſolum extẽdit ſe ad factibilia extra:ut potens dicatur: qui põt producere aliquid factibile facere. Et oĩpotens , qui oĩa factibilia poteſt efficere.i.oĩa factibilia q̃ fieri non includit contradictionem. ¶ Ex illo ſequitur: ꝙ cum dico oĩpotentia,includitur ſignũ diſtributiuum cum diſtribuibili: & ualet potens efficere oẽ factibile adextra:ſiue potẽs cauſar̃ oẽ cauſabile adextra

Arti. 2.
Cõcl. 1
C

¶ Quibus præmiſſis , & ſuppoſita acceptione di nominum (ut ſancti accipiunt potens, & oĩpotens)eſt cõcluſio prima.

Oẽs perſonę diuinę ſũt ęqualis potẽtię, & oĩpotentiæ.

Oẽs perſonæ diuinæ ſunt ęqualis potentiæ tam extenſiuè,q̃ intenſiuè. Probatur : quia quemcunq; effectum, & quantũcunque perfectum põt producere , ſiue cauſare una perſona:eundẽ & alia:immo quęcũque cauſat una:cauſat & alia:cum opera trinitatis adextra ſunt idiuiſa: ergo ſunt æqualis potentiæ.Tenet cõſequentia:qa hoc eſt eſſe ęqualis potentię ex notabili ſecundo,& tertio.

Cõcl.2.

¶ Concluſio ſecunda. Sicut pater ita filius,& ſpirituſſanctus oĩpotens eſt dicendus· Patet manifeſtẽ ex concluſione prima:quia ſicut pater oĩa poſſibilia,ſiue factibilia extra producit, & põt efficere: ita filius,& ſpũſſanctus.

Arti.3.
Dub. 1.
D

¶ Pro arti.tertio mouenda ſunt dubia,& ſoluenda. ¶ Primum dubium eſt: quid ẽ illa ęqualitas in diuinis.Rñdetur:nõ eſt aliqua relatio realis quõcunq; diſtincta ab eſſentia,conſtituto,uel cõſtituente : ſed ęqualitas eſſe dicitur in diuinis : qa ſuum concretum.ſ.ęquale prædicatur de perſonis:quod ſupponit pro perſonis,& connotat creaturam producibilem ab eiſdem:ſicut creator,æternus incorruptibilis,uerè prędicatur de deo: Ideo dicitur in deo eſſe ęternitas, incorruptibilitas,creatiuitas:uel dicar̃ ut ſupra. diſt. xiiij.q.j.& latius.q.iij. prologi dictum ẽ de abſtractis cõnotatiuis.Item in.ij.diſ.j.q.j.

Dub. 2.

¶ Secundum dubiũ:quia uidetur: ꝙ potentia generandi ſit ſecundum ſe quędam potentia,&per cõſequens quicũq: caret illa potentia:aliqua potẽtia caret: cum ergo potentia generandi nõ eſt in filio:ſed ea filius caret:ergo filius nõ eſt oĩpotens. Rñdetur, ꝙ potentia generãdi non eſt potentia:ſicut nec perfectio: quia potentia eſt reſpectu factibilium tm̃ ſecundum modum loquẽdi ſanctorum. Et ita filius eſt oĩpotens: quia oẽ factibile põt producere,& deſtruere. Nec omnipotens dicit potẽtiam reſpectu cuiuſlibet ad cuius eſſe non ſequitur contradictio:ſed tm̃ reſpectu factibilis,ad quod non ſequitur contradictio. Vñ oĩpotens ualet tm̃.i.potens facere oẽ factibile:ita ꝙ hic factibile diſtribuitur: & nõ potentia.

Dub. 3.
E

¶ Dubium tertiũ , & eſt argumentũ B.Aug.Arguit.n. Aug. ſic. Si pater nõ generaret filium ſibi ęqualem:non eſſet oĩpotens:ergo poſſe generare,eſt poſſe. Solutio. Secunda conſequentia non ualet:ſicut non ſequitur. Si pater non eſt deus :pater non eſt oĩpotens : ergo eſſe deum,eſt quoddam poſſe. Vñ illa.Poſſe gñare, ſiue producere diuinam perſonã non eſt poſſe:ualet tm̃,poſſe producere diuinam perſonã,non eſt poſſe facere aliquod factibile. ¶ Item ſi dicitur. Oĩa q̃ habet pater:habet filius &c. Rñdetur:ꝙ ualet tm̃ omnia,q̃ habet pater ( quę dicunt perfectionem ſimpliciter.i.eſſentialem: q̃ eſt in oĩbus tribus perſonis) habet & filius. Secus de perfectione notionali. Vel dic ut ſupra.q.iij.diſt.vij.¶ Plura ſcribit de hoc ſanctus Tho. in diſputatis de potentia dei.art.vij.& de potentia generandi arti.v. & vj. ubi quęrit ſi potentia generandi, & potentia creãdi ſint idem. Et patet ex dictis, quid ſit dicendum ad hoc.¶ Eſt etiã conſiderandũ: ꝙ potentia in propoſito,& potentia generandi ſunt termini diſparati. Nam potentia generandi non eſt potentia:eo ꝙ nomen potentia ſolum reſpicit factibile adextra,& potẽtia generandi ſolum ꝓductibile adintra. Et ergo potẽtia nõ ẽ terminus ſupior ad potentiam generandi.

## DISTINCTIO.XXI.

CIRCA dicta in duabus pręcedentibus diſtinctionibus magiſter hic abſoluit dubia: q̃rens,an ſanè dici poſſit ſolus pater,ſolus filius &c. ¶ Concluſio literę prima hæc eſt. Sanè dici poteſt ſolus pater:ſolus filius : quia una perſona non eſt alia: licet nulla perſonarum ſit ſine alia. ¶ Secunda concluſio. Solus pater eſt pater, eſt uera. Solus pater eſt deus eſt falſa. ¶ Tertia concluſio. Vera eſt illa. Solus deus eſt infinitus. Hæc uerò falſa. Solus pater eſt infinitus. Declaratio harum patet ex textu.

## QVAESTIO unica.

A
Arti. 1.
Nota. 1
An ſit conce- dendũ ſolus pa ter eſt Deus.

VTRVM hęc ſit concedẽ
da de uirtute ſermonis. So
lus pater eſt deus. ¶ Tribus
articulis expedietur mate-
ria huius q̃onis. ¶ Notandũ
primò pro intellectu terminorum, ꝙ ſo
lus quãque capitur cathegorematicè pro
ut ualet tm̃.i.ſolitarius. Et ſic ſolus ſor-
tes currit: ualet.i.ſortes qui eſt ſolitarius
currit. Et ſolitarius eſt, cum quo in eodẽ
loco non eſt alius eiuſdem ſpeciei. Et ſic
conceditur. Sortes ſolus comedit: ſi ſoli
tarius ſine conſortio.ſ.comedat: licet ẽt
multi alij cõmẽdãt. Alio mõ capitur ſyn
cathegorematicè. Et hoc dupliciter.
Vno mõ pręciſiuè, prout denotat prædi
catum conuenire ſubiecto etiã remoto
ab omni alio: quomõ conceditur illa. So
lus ſortes poteſt currere. Et negatur: ſo-
lus ſortes poteſt trahere hanc nauẽ: de-
monſtrando eam, quam nõ põt ſine alio
rum iuuamine trahere. Hoc mõ etiam
conceditur: ꝙ ſolus deus poteſt produce
re ignem: & negatur: ꝙ ſola creatura po
teſt producere ignem. Alio mõ capitur
excluſiuè: & ſic uel determinat pręciſẽ
alterum extremum propoſitionis, ſubie
ctum.ſ. uel prędicatũ: & ſic facit propoſi
tionem de excluſo ſubiecto, uel prędica
to. Iſto mõ accipiendo illam. Solus ſor
tes currit: ualet: aliquid quod eſt tm̃ ſor
tes, hoc eſt, quod eſt ſortes, & nihil aliud
a ſorte currit. Similiter. Sortes ẽ tm̃ hõ:
ualet illam, ſortes eſt hõ, & nihil aliud ab
Regula hoĩe: uel, & nihil, quod non eſt hõ. ¶ Vn
B de datur hic una regula. Quęlibet ꝓpoſi
tio de excluſo extremo ęquiualet ſuę p̄
iacenti: hoc eſt, ęquiualet propoſitioni
ex eiuſdem terminis conſtitutę dempto
ſigno excluſiuo: ita ꝙ iſtę ęquiualent: ſo
lus ſortes currit, & ſortes currit. ¶ Verũ
tñ, ꝙ quãque ſolus poſitum a parte prędi
cati ſecundum uocem ex uſu loquentiũ
capitur ſecundũ intellectum, ac ſi pone
retur a parte ſubiecti: & determinaret to
tam propoſitionẽ: ſecundum quem mo
dum Aug. vj. de tri. dicit. Non dicimus
patrem eſſe ſolum deũ: intelligens idem
per iſtam. Pater eſt ſolus deus: quod per
illam. Solus pater eſt deus, & ſequitur. Eſ
ſe aũt ſolum dicimus patrem, & filium, &
ſpũm ſanctum. Qñq; autem determinat
totã propoſitionem denotans p̄dicatũ
affirmari de ſubiecto: & negari a quolib.
de quo non p̄dicatur ſubiectum, ſiue ꝓ
quo non ſupponit ſubiectum. Et tũc red
dit propoſitionẽ excluſiuam exponibi-
lem per duas exponẽtes copulatiuè iun
ctas; quarum prima eſt p̄iacens ſecunda
contradictoria pręiacentis, ꝓponendo
ſubiecto res quę nõ: ut ſolum ſortes cur
rit, exponitur: ſortes currit, & nulla res
q̃ non eſt ſortes, currit. ¶ Verum, qñ ad
ditur termino numerali ſignum excluſi
uum: poteſt exponi propoſitio duplici-
ter.ſ. gratia alietatis per res q̃ non, mõ
iam dicto: uel gratia pluralitatis per plu-
ra, q̃ poſitum loco res q̃ non, ut tm̃ tres
ſunt perſonę, exponitur ſic. Tres ſunt ꝑ
ſonæ, & non plures, q̃ tres ſunt perſonę.
Hæc oĩa clarius, & latius declarari ſolẽt
in logica: ideo hic cõmemoraſſe ſuffi-
ciat. ¶ Quantum ad ſecundum articulũ Arti. 2.
eſt concluſio prima. Capiendo ſolus ca Cõcl. 1
thegorematicè, ut dicit ſolitudinem: nõ C
põt uerè addi alicui termino in diuinis
conſtituendo affirmatiuam propoſitio
nem. Probatur: q̃a ſic capiendo priuat ſi
ue excludit conſortium triũ perſonarũ:
q̃ tñ a ſe ſunt impręciſibiles, & inſepara
biles, cũ quęlibet ſit in ſingula per circũ
inceſſionem. ut dictum fuit diſt. xix. q. ij
& per conſequẽs quęlibet talis erit falſa.
Ideoq; ſic accipiendo ſolus, oẽs illę ſunt
negandæ. Solus pater eſt deus. Solus pa
ter eſt pater. Solus pater creat &c. Va-
lent enim. Pater qui eſt ſolitarius, eſt pa
ter: deus creat: quę oẽs ſunt falſæ. Cum
ſecundum Hylar. iij. de trini. & habetur
diſt. ij. In diuinis nec diuerſitas ſit: nec
ſolitudo. ¶ Secunda concluſio. Capien Cõcl. 2.
do ſolus ut dicit p̄ciſionem; non poteſt
addi termino perſonali: licet forte termi
no eſſentiali. Patet: quia quantũ ad ter
minos perſonales importaret remotio-
nem ſiue ſeparationem diuinarum perſo
narum. quę eſt impoſſibilis. Vnde ſecun
dum hũc ſenſum, illa. Solus pater creat,
ualeret: pater ſeparatus ab omnibus alijs
(filio



(filio.ſ. & ſpirituſancto) creat. Quantũ
uerò ad terminos eſſentiales ſignificaret
ſeparationem dei ab his: q̃ nõ ſunt deus:
quę eſt poſſibilis. Vnde ſic uidetur illa
concedenda. Solus deus poteſt produce
re ignem: quia ualet tm̃: deus ſeparatus
ab omnibus qui nõ ſunt deus: poteſt pro
Cõcl. 3. ducere ignem. ¶ Tertia concluſio. Ca-
piẽdo ſolus excluſiuè, ut determinat ex
tremum: ut uidelicet reddit propoſitio-
nem de excluſo extremo: poteſt indiffe
renter addi tam eſſentialibus, q̃ perſona
libus. Patet: quia ex regula poſita arti. j.
ſic non mutat ueritatem ſuę pręiacentis
immo ęquiualet ſuæ pręiacenti: & per cõ
ſequens nihil refert quoad ueritatẽ adde
re, uel deponere. Vnde ſic concedendę
ſunt illę. Tm̃ pater eſt deus. Tantũ pater
creat. Pater eſt ſolus deus. Solus filius ẽ
perſona diuina. Solus deus eſt ſpirituſſan
ctus: & ſic de alijs. Sic capit beatus Aug.
vj. de trin. Solus pater eſt tantus, quan-
tus eſt pater, & filius & ſpirituſſanctus.
Cõcl. 4 ¶ Quarta concluſio. Capiendo ſolus ut
D facit propoſitionem excluſiuam: poteſt
addi termino eſſentiali: ſed non notio-
nali reſpectu eſſentialis prædicati. Primũ
patet: quia hęc eſt uera. Tãtũ deus eſt pa
ter: patet per exponentes. Secundum pa
tet quia ſic illa erit falſa. Tantũ pater eſt
deus: quia ſecũda exponẽs eſt falſa.ſ. nul
la res, quæ non eſt pater, eſt deus. quę fal
ſa eſt: cum filius ſit res, quę non eſt pa-
ter: & tñ ẽ deus: ſimiliter ſpirituſſanctus.
Illa tñ eſt uera. Tantum pater generat:
tm̃ filius gignitur: ut patet exponenti.
¶ Ex his patet, quõ iſta: ſolus pater eſt de
us multipliciter poteſt diſtingui: & ſecũ
dum hoc cõcedi, uel negari: pro quo ſit
Cõcl. 5. hæc concluſio quinta. ¶ Concluſio quin
ta. Capiendo ſolus excluſiuè, hęc propo
ſitio. Solus pater ẽ deus: ẽ falſa, & de uir
tute ſermonis neganda. Patet per expo
nentes: quia ſecunda eſt falſa nulla res,
quæ non eſt pater, eſt deus: quia filius eſt
res quæ non eſt pater: & tamen eſt deus.
¶ Et non debet exponi per aliud ſic. Et
nihil aliud a patre eſt deus: quia tunc illæ
eſſent uerę. Solus pater ſpirat: ſolus pa-
ter creat: quæ non conceduntur. ¶ Præ-
terea ſequitur bene. Solus pater eſt deus:
ergo omnis deus eſt pater: accipiendo
deus ut ſupponit pro perſona. Conſe-
quens falſum: quia ualet illam. Omnis
perſona diuina eſt pater. Conſequentia
tenet: quia ab excluſiua ad uniuerſalem
in terminis tranſpoſitis &c. ¶ Pro articu Arti. 3.
lo tertio colligi poſſunt dubia ex doct. E
Siquidem contra illam regulã conſequẽ Quãdo
tię, auctor mouet tres inſtantias, in qui- ualet
bus hæc conſequentia non tenet. ¶ Pri hęc re-
ma nõ ſequitur cum modo. Tm̃ neceſſa- gula ar
rium de neceſſitate eſt uerum: ergo oẽ gumẽtã
uerum de neceſſitate eſt neceſſariũ. Vel do ab ex
ſic. Tantum neceſſarium de neceſſitate cluſiua
eſt ens: ergo omne ens de neceſſitate ẽ ad uni-
neceſſarium. ¶ Secunda, non ſequitur. uerſalẽ.
Tm̃ uerum erit uerum: ergo oẽ uerũ erit
uerum: utrobiq;. Añs eſt uerum, & con-
ſequens falſum. Quòd antecedens ſit ue
rum, patet per expoſitionem. Quòd cõ
ſequens ſit falſum patet in prima de ue-
ro contingenti: ſimiliter de ente nõ ne-
ceſſario. In ſecunda: quia hoc uerum. In
ſtans pręſens eſt nunquam erit uerum:
quia præſens inſtans non eſt futurum:
neq; erit. ¶ Soluit auctor, quòd regula
intelligenda eſt quando excluſiua eſt
conuertibilis ſimpliciter: ſed poteſt di-
ci quòd arguendo ab excluſiua expo-
nibili gratia alietatis ad uniuerſalem in
terminis tranſpoſitis, ſemper eſt con-
ſequentia bona & formalis: cęteris pari
bus.i. manẽte eadem ampliatione, reſtri
ctione, determinatione &c. Nunc autẽ
in prima conſequentia mutatur deter-
minatio: quia in ſenſu in quo concedi
tur, de neceſſitate determinat p̄dicatũ:
quia ualet tantum. Tantum uerum neceſ
ſarium eſt uerum de neceſſitate.i. eſt ue
rum neceſſarium. Si enim de neceſſitate
determinaret copulam: & conſtitueret
modalem diuiſam, antecedens eſſet fal-
ſum: quia ſecunda exponens eſſet falſa:
ſcilicet nihil quod non eſt uerum neceſ
ſarium, de neceſſitate non eſt uerum:
quæ ualet illam. Omne uerum non ne-
ceſſarium de neceſſitate non eſt uerum.
Et ita ſequeretur, ꝙ nullum contingens
eſſet uerum. Item contradictoria illius.
Nihil quod nõ eſt uerũ neceſſarium, de
neceſſitate eſt uerũ.ſ. illa: aliquod quod

non eſt uerum neceſſarium: poſsibiliter
eſt uerum, eſt uera. Item propoſitio ne-
ceſſariò infert ſuam de ineſſe. i. infert ſe
ipſam ſemoto modo: ut bene ſequitur.
Hō neceſſariò eſt animal: ergo homo ē
animal. Sic ſequitur. Tm̄ uerum neceſſa
rium de neceſsitate eſt uerum: ergo tan
tū uerum neceſſarium eſt uerum: quę eſt
manifeſtè falſa: ergo in antecedente de
ceſsitate determinat prędicatum ut ſic
uerum. Debet ergo ſic inferri: ergo oē
uerum de neceſsitate. i. omne uerum ne
ceſſarium, eſt uerum neceſſarium. In ſe
cunda conſequentia. Tm̄ uerum erit ue
rum: ergo omne uerum erit uerum. Ar-
guitur a non amplo ad amplum cum di-
ſtributione quę conſequentia nō ualet.
Nam in antecedente prædicatum non
ampliatur, & ampliatur in conſequente:
unde debet ſic inferri: ergo omne uerū
quod erit, erit uerum: & ita conſequens
eſt uerum ſicut antecedens.

## DISTINCTIO XXII.

SVPRA magiſter
egit de benedicta tri
nitate quātum ad ſe;
& ſuas proprietates:
nunc proſequitur de
terminando de ea
quantum ad modum
loquendi de ipſa. Agit. n. de nominibus
quę de benedicta trinitate dicuntur. Et
hoc primum in genere diſtinguens di-
uerſa nomina de deo dicta. Secundò
in ſpē. Et hoc dupliciter: quia primò de
eſſentialibus. Secundò de relatiuis a di.
xxvj. uſq; ad. xxxiiij. incluſiuè. ¶ In hac
ergo diſtinctione tres poſſunt colligi cō
cluſiones ſummariè. ¶ Prima concluſio.
Nominum quę de deo dicuntur: quędā
diſtinctè reſpiciunt perſonas: quædam
unitatem eſſentiæ: quædam dicuntur de
deo tranſlatiuè. Exemplum primi: ut pa
ter, generans, filius, &c. Exemplum ſe
cundi: ueritas, potentia, ſapientia &c.
Exemplum tertii: ut ſplendor. ¶ Secūda
cōcluſio. Nominū quę de deo dnr: q̄ dā
dnr relatiuè ad creaturā ex tempore: ut
dn̄s, creator: quę ſunt oībus pſonis cōia:
quædam uerò non oībus cōueniunt: ut
datus, miſſus: quędam non relatiuè ut
incarnatus, humanatus &c. Eſt & unum
nomē quod de nulla perſona ſigillatim:
ſed de oībus perſonis ſimul dicitur: ut tri
nitas. ¶ Tertia concluſio. Quæ ſubſtan
tialiter dicūtur, de omnibus cōmuniter:
& de ſingulis perſonis ſingulariter: &
non pluraliter dicuntur.

## QVAESTIO unica.

VTRVM uiator poſsit ali- A
quod nomen imponere ad
ſignificandum diſtinctè di-
uinam eſſentiam. Solito mo
re tres erunt articuli. ¶ Notandū igitur Arti. 1.
pro articulo primo: ꝙ noīm quædā ſigni Nota 1
ficant res extra, quę nō ſunt ſigna. Quæ
dam ſignificant noīa, uoces uel ſcripta,
quæ ſunt ſigna. Quędā ſignificant cōce
ptus mentis. Prima dicuntur primę im-
poſitionis. Secunda, ſecundæ impoſitio
nis. Tertia, ſecundę intentionis. ¶ Vide
tur autem ꝙ ſignū ſignificatiuum ſuffi-
cienter diuidatur in ſignū primæ inten-
tionis, & in ſignū ſecundę intētionis. Si
gnum primæ intentionis eſt, ꝙ ſignifi-
cat aliquid, aliqua, uel aliqualiter, nō per
modū ſigni: ſicut homo, animal, anima,
intellectus, qualitas: capiendo illos ter-
minos perſonaliter. Terminus ſecundæ
intentionis eſt terminus ſignificans ſi-
gnū per modum ſigni: ut nomen, uerbū,
ꝑpoſitio, ſyllogiſmus, genus, ſpecies &c.
ſiue ſignificet ſignū mentale ſiue uocale
aut ſcriptū. ¶ Ex illo ſequitur: ꝙ nō oīs Coro. 1
uox ſignificat cōceptū mentis: licet oīs
uox ſignificet mediante conceptu men
tis. Accipiendo conceptum pro actu co An uox
gnoſcendi, patet, nam homo ſignificat ſignifi-
realem, & ſingularem hoīem, pro quo ficet cō
etiam ſupponit, & non cōceptum: quia ceptum
pro conceptu non ſupponit: licet non mentis.
ſignificet hominem niſi mediante con-
ceptu mentis. Et ſecundum hoc intelli
gēdum eſt illud philoſophi. Voces ſunt
ſigna paſsionum animæ. i. ſunt ſigna or-
dinata: non ꝙ uoces ſignificent paſsio-



nes, hoc eſt, conceptus mentis: ſed quod
conceptus mentis ſignificet ſeipſo: uox
ſignificat mediante conceptu. uerum ꝙ
uoces ſecundæ impoſitionis ſignificant
2 conceptus mentis. ¶ Secundò ſequitur
ꝙ non oēs uoces inuentæ ſunt ad ſigni
ficandum conceptus mentis: ſed multa
nomina inuenta ſunt ad ſignificandum
res extra: ut omnia primę impoſitionis.
Quædam ad ſignificandum mentis con
ceptum, affectiones, & paſsiones: quædā
ad ſignificandum uoces, & uocalium ſi-
3 gnorum proprietates. ¶ Tertiò ſequitur:
ꝙ non ſemper illud primò per uocē prin
cipaliter ſignificatur: quod primò ꝑ uo-
cem appręhenditur. Patet: qa principa
liter, & primò per terminū ſignificatur
illud ad quod ſignificandum eſt impoſi-
tus ſi ſit uocalis, uel ſcriptus. Eſt autem
uox impoſita ad ſignificandū rem non
uocem, uel conceptum. Pro rebus. n.
utimur uocibus: ut dicit philoſophus. j.
Elencho. Res nobiſcum ad diſputatio-
nem ferre non poſſumus: ideo uocibus
utimur pro rebus quas ſignificant. Qđ
uerò conceptus primò appræhenditur. i.
mente formatur: ratio eſt: quia uox non
ſignificat niſi mediante conceptu: ſolo
enim cōceptu mens immediatè cogno-
ſcit. Hęc dicta ſunt de conceptu: ut acci
pitur pro cognitione, quę eſt actus co-
gnoſcendi. ¶ Conſequenter notandū, ꝙ
Nota. 2 nomen ſignificare aliquid diſtinctè po-
B teſt tripliciter intelligi. Vno modo, ꝙ
ſignificat aliquid, & uirtute ſuæ inſtitu-
tionis nō ſignificat nec cōnotat aliud.
Secundo modo; ꝙ ſignificat aliquid, &
ex ui ſuę inſtitutionis nihil aliud, ſiue a-
liud connotet ſiue non. Tertio modo,
ꝙ ſignificat aliquid: ita ꝙ nec ex ui inſti
tutionis, neq; ex cōmuni uſu utentium
aliquid aliud occurrit intelligēti uocis
ſignificationem ad ipſius uocis prolatio
Arti. 2. nem. ¶ Pro articulo ſecundo eſt con-
Cōcl. 1. cluſio prima. Accipiendo ſignificare di
C ſtinctè tertio modo: uiator non pōt im-
ponere nomen ad diſtinctè ſignifican-
dum diuinam eſſentiam. Patet: quia
quodcunq; nomen imponitur ad ſignī-
ficandum deum: ad eius prolationem
aliud occurrit audienti, & eius ſignifica
tionem intelligenti, quod non eſt deus.
¶ Secunda concluſio. Capiendo ſigni- Cōcl. 2
ficare diſtinctè primo, uel ſecundo mo-
do, uiator poteſt imponere nomen ad ſi
gnificandum deum diſtinctè. Probatur:
quia quicunque poteſt uerè intelligere
aliquid eſſe diſtinctum ab alio: poteſt in-
ſtituere nomen ad illud diſtinctè ſignifi
candum: alioquin non poſſemus de illo
diſtinctè loqui: nec aliquid de illo diſtin-
ctè affirmare, uel negare: ſed uiator po-
teſt uerè intelligere deum eſſe diſtinctū
ab omni alio: ergo &c. ¶ Item nomen
deitas ſignificat pręciſè deum: & nullam
creaturam ſignificat, uel cōnotat: ergo
ſignificat diſtinctè deum. Conſequētia
tenet ex ultimo notabili. Añs patet: qa
non connotat aliud a deo: cum ſit termi
nus abſolut⁹. Nec ſignificat aliud a deo:
quia tunc poſſet pro illo ſupponere: qa
terminus poteſt pro quolibet ſuo ſignifi
cato ſupponere, quod non connotat.
¶ Tertia concluſio. Viator poteſt nomē Cōcl. 3.
imponere ad diſtinctè ſignificandum: qđ
non poteſt diſtinctè intelligere. Patet:
quia uiator non poteſt deum diſtinctè
intelligere ex dictis in prolo. & diſt. iij.
& tn̄ poteſt imponere nomen ad diſtin-
ctè ſignificandum deum. ¶ Præterea qs
poteſt imponere a, ad ſignificandum di
ſtinctè animal quodcunq; quod primò ſi
bi cras occurret: quo facto, a diſtinctè ſi
gnificat animal cras primò occurſurum
imponenti, & tamen imponens non di Arti. 3.
ſtinctè intelligit illud. ¶ Quantum ad ar Dub. 1.
ticulum tertium eſt dubium tale. Nomē D
non poteſt ſignificare niſi intelligenti:
ergo nec diſtinctè ſignificare niſi diſtin
ctè intelligenti. ¶ Item uox nihil ſi-
gnificat: niſi quod eodem modo ſigni-
ficat conceptus, cui ſubordinatur. Tum
quia uox, & conceptus ſibi correſpon-
dens ſunt ſigna ſynonyma. Tum quia
uox ſeipſa nihil ſignificat: ſolum autem
ſignificat per ſubordinationem eius
ad conceptum. Ergo ſi uiator non po-
teſt habere cognitionem diſtinctam dei
non poterit nomen impoſitum uiato-
ri diſtinctè ſignificare deum. Nam
illud, & taliter ſignificat nomen per im
poſitionem: quod, & qualiter ſignificat

Rñſio. conceptus ſibi correſpondens. ¶ Ad primum dicitur negãdo conſequentiã: q̃a licet non põt ſignificare nomen niſi intelligenti .i. eius impoſitionẽ ſcienti, & ideo intelligenti eius impoſitionem, & ſciẽti diſtinctè ſignificat, & exprimit rẽ, quantum eſt de ſe: attñ audiens uocem illã: & impoſitionem, eius ſciens pro re illa, ex hoc non intelligit rem diſtinctè: quia exprimere rẽ diſtinctè intelligenti, non eſt niſi uocẽ apud intelligentẽ ſignificare talẽ rem, & non aliam; & ꝙ intelligens hoc cognoſcat: hoc aũt eſt poſſibile q̃uis intelligens non diſtinctè illã rem intelligat. Sicut aliq̃s uidens ſolem: nõ diſtinctè uidet ſolẽ: nec intelligit ſolem: q̃a non uidet diſtinctè q̃cquid eſt ipſius ſolis: & tñ illa uox ſol, apud eũ diſtinctè ſignificat ſolem: q̃a ſignificat ſibi illam rem p̃ciſè, q̃ uidet confuſè. Sic põt imponi nomen ad ſignificandũ alicui diuinam eſſentiã, quam tñ non intelligit in ſe: ſed in conceptu cõi, uel proprio cõplexo, uel cõnotatiuo: ut dictũ eſt diſ. iij. q. ij. ¶ Ad ſecũdum (quod magis urget) poteſt dupliciter rñderi. Vno mõ, ꝙ uox quidem põt imponi a uiatore ad diſtinctè ſignificandum deũ: non tñ ipſi uiatori, ſed ei: q poteſt diſtinctè cognoſcere deũ. Nam uiator intelligens ꝙ eſt aliqua ſumma natura ſup̃ma ab oĩbus alijs diſtincta: licet ipſe illam naturã diſtinctè ſine alijs concipere non poteſt, põt imponere nomen ad ſignificandũ idem diſtinctè: non tñ ſibi ſed ei, q poteſt diſtinctè eam cognoſcere: ſicut cęcus põt imponere nomen ad ſignificandũ colorẽ diſtinctè ab alijs ſenſibilibus: & tñ nõ poteſt diſtinctè cognoſcere colorẽ. Et põt tali termino in diſputatiõe uti diſtinctè pro uiſibili: & nõ pro alio ſenſibili: licet ad ꝓlationem talis uocis formet cognitionem non ſolum uiſibilia: ſed etiã alia ſenſibilia importantem.

Coroll. ¶ Ex quo ſequitur: ꝙ poſſumus diſtinctius loqui de re aliqua, quàm ipſã intelligimus: ſicut etiã poſſumus diſtinctius aliquid amare, quã cognoſcere. Poſſumus. eñ deum amare in ſe amore iuſti: & tñ nõ poſſumus deũ in ſe cognoſcere. Vnde licet nihil amemus niſi cognitum: nõ tñ nihil amamus diſtinctè, niſi ſit diſtinctè cognitũ. ¶ Secundo põt dici. ꝙ per ſignificare auctor intelligit aliquid ſubſtractiuè repręſentare .i. rep̃ſentare aliquid, pro quo natũ eſt ſupponere. Accipit .n. ſignificare, ut diſtinguitur contra connotare: & ſic uerũ eſt, ꝙ terminus diſtinctius ſignificat rem alicui ſcienti eius impoſitionẽ, quã intelligat: q̃a diſtinctè ſupponit pro re: quę tñ non intelligitur niſi cum alijs rebus. Sic apud ſcientes impoſitionem termini deus, deus non ſupponit niſi pro illo p̃ciſè, quod eſt deus: & pro nulla creatura: licet conceptus formatus ad uocis prolationẽ etiam connotet creaturam: non aũt ſupponit pro creatura. Conceptus .n. quem format uiator, uel erit ſimplex, & abſolutus: & ſic erit communis deo, & creaturis. uel erit proprius: & ſic uel erit complexus, uel cõnotatiuus. Et omnibus modis illis repręſentabit aliq̃d præter deum: Et hoc uult auctor ſi dicta ſua diligẽter attẽdant. ¶ Per hoc ad formam argumenti patet rñſio ſecundum primum modum: quia ſic concludit uerum .ſ. nomen, quod impoſitum ad diſtinctè ſignificandum deum: non ſignificat diſtinctè deũ: niſi ei, qui diſtinctè poteſt intelligere deum: põt tñ imponi ad ſic ſignificandum ab eo, qui non ſic intelligit. E ¶ Sed tenendo ſecundũ modum reſpondetur: cum arguitur. Vox impoſita nihil ſignificat, nec alter q̃ conceptus correſpondens ſignificat. Conceditur: ſignificat utrobiq; eodem mõ accipit̃. Et ad conſequentiam. ergo ſi uiator nõ poteſt habere cognitionem diſtinctam dei &c. Conſequentia negatur: quia nõ eſt idem habere cognitionem diſtinctã: & cognitionem diſtinctè ſignificantem ut ſupra diſtinctio. iij. quia cognitio diſtincta, eſt cognitio qua nihil intelligitur, nec ſubiectiuè, nec formaliter: niſi res ipſa, uel intrinſecum rei. Sed cognitio diſtinctè ſignificãs, eſt cognitio pro aliquo præciſè ſupponens. Sicut ergo nomen deus pro ſolo deo ſupponit: ſic etiam conceptus ad eius prolationẽ formatus, pro ſolo deo ſupponit: licet cum hoc connotet creaturam. Et ita ſicut uox diſtinctius ſignificat, quàm intelligatur





gatur: ita conceptus diſtinctius ſignificat, q̃ ipſo conceptu intelligatur: quia ipſo intelligitur non ſolum ſubſtractũ: ſed etiam connotatum: quod tñ non ſignificat: ſed connotat, ſic accipiendo ſignificare.

Dub. 2. F ¶ Secundò dubitatur. Nam ſecundum beatum Aug. in de uerbis dñi ſer. xxxiiij. Deus eſt ineffabilis. Sed ſi diſtinctè, ſignificatur per uoces: erit diſtinctè effabilis. ¶ Item Aug. vij. de tri. Verius cogitatur deus, q̃ dicitur: & uerius eſt, q̃ cogitatur: ſed non poteſt diſtinctè cogitari: ergo nec diſtinctè per nomen exprimi. ¶ Item contra hoc ꝙ deus nõ poteſt diſtinctè intelligi. Tenet conſequẽtia: quia nihil amatur niſi cognitum, & ſub eadem ratione res diligitur, qua cognoſcitur. Añs patet, quia poteſt deus amari in ſe, & propter ſe, abſque hoc, ꝙ ametur aliud.

Q̃uo deus dr̃ ineffabilis. ¶ Ad primum dicendum, ꝙ deus dicitur ineffabilis quantum ad illum, cui exprimitur: quia ille, cui exprimitur per nomen, uel ſignum (etiam diſtinctè ex ui impoſitionis ſignificans) non poteſt deuenire in diſtinctam cognitionẽ dei, & ita licet ſit deus effabilis quantum ad ſignum diſtinctè ſignificans: non tñ eſt effabilis quantum ad actum cõprehenſiuum ipſius cognoſcentis. ¶ Ad ſecundum uerius cogitatur, q̃ dicitur. Reſpondetur, quòd uerius cogitatur, pro quanto cogitatio eſt ſignũ naturaliter repręſentans obiectum: uox uerò eſt ſignum ad placitum tantum ſignificatiuum ſignum ultimatè. quòd autem naturaliter ſignificat: dicitur uerius repręſentare (eo quòd repręſentari ineſt ſibi naturaliter) quàm illud, quod ex impoſitione ſignificat, cui accidit ſignificare. Non tamen ideo ſequitur: quòd illud, quod naturaliter ſignificat: diſtinctius ſignificet quolibet ſignificante ad placitum. ¶ Ad tertium dicitur: ut ſupra in dubio primo, quòd aliquid poteſt diſtinctius amari: quâm cognoſci. Diſtinctè enim amatur deus, & beatitudo appetitur a uiatore: nihil tamen horum diſtinctè intelligitur. Et licet nihil amatur niſi cognitum ſaltem aliquo modo, ſcilicet indiſtinctè: poteſt tamen aliquid diſtinctius amari, quàm cognoſci: ut patuit: Eo ipſo enim, ꝙ cognoſco aliquod bonum eſſe ab omni alio diſtinctum: poſſum ipſum diſtinctè amare: licet non diſtinctè intelligam illud.

## DISTINCTIO. XXIII.

POSITIS differentijs nominum de deo prædicabiliũ in generali: proſequitur de eis in ſpãli. Et in hac diſt. agit primò de nomine p̃ſona, quod non eſt nomen numerale. De numeralibus poſtea aget. ¶ Et eſt cõcluſio textualis prima. A regula in præcedenti diſt. de nominibus eſſentialibus data, accipitur nomen perſona. ¶ Secũda concluſio. Catholicè conceditur in diuinis eſſe tres perſonas: ſed non tres deos: nec tres naturas diuinas. ¶ Tertia concluſio. In diuinis nulla eſt diuerſitas, ſingularitas, uel ſolitudo: ſed unitas & trinitas.

## QVAESTIO unica.

VTRVM hoc nomen perſona ſit nomen primæ intentionis, uel ſecũdæ: A ¶ Ternario articulorum numero reſoluetur quęſtio.

Arti. 1. An nomen p̃ſona ſit primæ intẽtionis, uel ſecũdæ. ¶ Pro articulo primo, uidendum primò quid ſit perſona: ſecundò, quid terminus primæ, uel ſecundę intencionis. Doct. primum recitat, & impugnat opi. Egidij, & Henrici ſimiliter, & Sco. diſtin. præſenti. de cuius opi. & dictis latius patuit. quæſt. j. diſtin. j. in tertio: ubi plura habẽtur, quæ intellectui quæſtionis huius deſeruiunt.

Nota. 1 ¶ Notandum itaque, ꝙ indiuiduum, ſuppoſitum, perſona, ſunt tres termini habentes ſe ut ſuperius, & inferius: non tamen uniformiter: quia indiuiduum non eſt ſuperius per ſe primo modo .i. eſſentialiter ad ſuppoſitum quia ſuppoſitum connotat ſuper ipſum: ſed ſuppoſitũ eſt per ſe primo modo ſuperius ad perſonã. unde quod eſt indiuiduum in omni na-

tura: hoc eſt ſuppoſitum in natura per ſe ſubſiſtente ſubſtantiali, & perſona in natura intellectuali.

Indiuiduũ qd eſt.

¶ Indiuiduum ergo eſt res ſingularis, ſiue totalis, ſiue per ſe ſubſiſtens, ſiue alteri innitens.

Coroll. B

Corollarium. Quælibet res exiſtens eſt indiuiduum: quia quælibet eſt ſingularis. Nam uniuerſale, aut eſt ens rationis tm̃: aut ſi eſt ens reale: eſt ſingularis res: licet ſignificando, & prædicando ſit cõis: ut ſupra diſt. ij. probatum eſt.

Suppoſitum.

¶ Suppoſitum ẽ ens completum non conſtituens aliqd̃ ens unum: nec natum inhærere alteri: nec ab alio ſuſtentatum.

Ens cõpletum.

Ens completũ dicitur ens, quod nõ eſt natum eſſe pars componens alterius &c. ut. quæſtio. j. diſtinctio. j libri tertij latius patet.

Coroll.

¶ Corollarium. Natura humana in Chriſto eſt ens completum: quia non eſt pars cõponens perſonam Chriſti. Non enim ẽ perſona uerbi cõpoſita ex natura aſſumpta: licet eam ſuſtentet. Per primum. ſ. ens completum, excluditur entitas partialis ſiue actualiter componat, ſiue nõ: quia nihil quod poteſt eſſe pars, eſt ens completum: ſed tm̃ ens partiale. Et ita includitur anima etiam ſeparata: & omnis forma ſubſtantialis: & materia. ¶ Per ſecundam particulã: non cõſtituens &c. excluditur diuina eſſentia: & quælibet relatio diuina: quia quamuis ſit ens completum: tamen conſtituit perſonam. ¶ Et nota, quod dicitur: non conſtituens, dicit actum. i. actu non conſtituens: quoniam ſi diceret aptitudinem: nulla natura aſſumptibilis eſſet ſuppoſitum: quia quælibet nata eſt conſtituere unum ſuppoſitum cum aſſumente. Et ita nullum ſuppoſitum creatum eſſet ſuppoſitum: quia quodlibet eſt aſſumptibile: ut nunc ſupponitur. ¶ Sed hoc non uidetur uerum: quia nulla natura creata aſſumptibilis conſtituit unam perſonam cum aſſumente: quia perſona aſſumẽs licet ſubſiſtat in natura aſſumpta: ut perſona uerbi in natura humana: non tamen conſtituitur ex natura humana: ſed ab æterno eſt conſtituta ex eſſentia, & generatione paſſiua: ſicut album non conſtituitur ex albedine: licet ſubſiſtat in albedine. Per primam ergo, & ſecundam particulam importatur aptitudo: per tertiam, & quartam, actualitas. Per tertiam particulam excluditur quodlibet accidens, ſiue in actu inhæreat: ſiue ſit ſeparatum a ſubiecto: ut accidens in ſacramento altaris: quia omne accidens natum eſt inhærere. Per quartam particulam excluditur natura aſſumpta uerbo non aſſumptibilis.

C

De hoc in tertio diſt. j. q. j. latius habetur.

Perſona.

¶ Perſona eſt ſuppoſitum intellectuale. Et patet declaratio ex præcedentibus. Et hęc diffinitio quid nominis perſonæ cõcordat cum diffinitione Boe. dicentis. Perſona eſt rationalis naturę indiuidua ſubſtantia. Nam per rationalis, intelligit intellectualis: per indiuidua intelligit ſuppoſitum: ſcilicet ens completum &c. Similiter concordat cum quid nominis Rich. dicentis. Perſona eſt intellectualis naturę incommunicabilis exiſtentia. Per incommunicabilis, intelligit, quod non poteſt cõmunicari alteri, ut pars toti: conſtituens conſtituto: uel accidens ſubiecto, uel ſuſtentatum ſuſtentanti intelligendo: ut ſupra. Et per hoc impugnantur diffinitiones Sco: tanquam inſufficientes.

D

Differunt intentio prima, & ſecũda.

¶ Circa ſecundum nota. Differentia eſt inter intentionem primam, & ſecũdam ex una: & nomen primæ intentionis, uel ſecundę intentionis ex altera. Nam intentio dicitur illud, quod imponens terminum intendit ſignificare per terminum. Eſt ergo intentio (ut hic capitur) ſignificatũ termini: & intentio prima, eſt res realiter exiſtens. Intentio ſecunda eſt aliquid in anima prędicabile de nominibus rerum. & omne tale eſt ſignum. Nomen ergo primę intentionis, eſt nomẽ repræſentans rem realem, non per modum ſigni. Nomen ſecundę intentionis, eſt nomen repræſentans ſignum per modum ſigni: ſiue illud ſit res aliqua, uel tantum ens rationis: non habens eſſe reale: ſed tantum eſſe obiectiuum in anima.

Arti. 2. Cõclu. E

¶ Quantum ad articulum ſecundum eſt concluſio reſponſalis. Nomen perſona acceptum perſonaliter, eſt nomen primæ intentionis, & non ſecundæ intentionis. Patet: quia ſignificat rem non per modum ſigni. Nec impedit, ꝙ in eius diffinitione (ſecũdũ Boe.) ponitur indiuiduum: quia indiuiduum, ut ibi accipitur: non eſt terminus ſecundę intentionis: ſed primæ intentionis. Etiam non oportet terminum eſſe ſecũdę intẽtionis: in cuius quid nominis ponitur terminus ſecundę intentionis. Quia res ſingularis poſſet deſcribi: eſt res ſignificata, uel ſignificabilis per indiuiduum, aut terminum ſingularem: ubi ponitur terminus ſecundę intentionis, & tamen res ſingularis non eſt terminus ſecundæ intentionis.

Arti. 3. Dub. 1. F

¶ Quantum ad articulum tertium eſt dubium primum. Si enim quæ dicta ſunt ſtarent, ſequeretur, ꝙ perſona non eſſet unum per ſe. Includit enim plures negationes: ſed negatio tantum facit unum per ſe cum poſitiuo. Reſpondetur, ꝙ perſona eſt unum per ſe eo modo ſicut album per ſe eſt homo. Attamẽ eius diffinitio (quę eſt quid nominis, non quid rei ſiue quidditatiua) non ſignificat pręciſe aliquid unum. importat enim plures negationes: nec oportet, ꝙ quicquid ponitur in diffinitione quid nominis ſit aliquid rei diffinitę. Secus in diffinitione quidditatiua. Album enim diffinit, ꝙ eſt res habens in ſe albedinem, & tamen albedo non eſt de eſſentia Ioannis, qui eſt albus. Et de hoc latius in tertio diſt. j. q. j.

Dub. 2.

¶ Secundum dubium. In diffinitione indiuidui ponitur intentio: ergo indiuiduum eſt ſecundę intentionis: quæ indiuiduũ eſt, quod prædicatur de uno ſolo. prędicari autem eſt ſecundę intentionis. Reſpondetur, ꝙ illud non eſt quid nominis indiuidui: ſed terminorum ſingularium, qui dicuntur indiuiduum: ſed ens quid nominis in ſuppoſitione perſonali eſt ens completum &c. Nec etiam ſequitur: nomen ſecundæ intentionis ponitur in eius diffinitione: ergo eſt nomen ſecundæ intentionis. Sicut non ſequitur aliquod nomen primę intentionis ponitur in diffinitione ſpeciei: ergo ipſum eſt primę intentionis.

Dub. 3 G

¶ Tertium dubium. Album nigrum, & ſimiles termini dicuntur accidentales: licet ſupponant pro ſubſtantia: ergo eadem ratione ſuppoſitum, & perſona (licet ſupponant pro rebus) poſſunt eſſe termini ſecundę intentionis. Ad illud dicitur, cõceſſo ꝙ ſunt termini accidentales: quia principaliter (hoc eſt formaliter) important accidentia. ſupponunt enim ꝑ re habente albedinẽ. Secus eſt de nomine perſona, & ſuppoſitum &c.

Dub. 4.

¶ Quartum dubium: quot modis dicitur unum oppoſitorum, & reliquum: ſed uniuerſale, & ſingulare ſunt oppoſita, & uniuerſale eſt ſecundæ intentionis: ergo, & ſingulare. Reſpondetur negando aſſumptum uniuerſaliter: quamuis poſſet eſſe uerum de oppoſitis contrarijs; a quorum uno poſſit aliquis tranſmutari ad reliquum.

## DISTINCTIO. XXIIII.

CONSEQVENTER agit de eſſentialibus numeralibus: de deo, & perſonis dicibilibus. Et poteſt ſententia textus his ſtringi concluſionibus. ¶ Prima. Nomina numeralia, & diſtinctionem importantia, magis introducta ſunt ad remouendum a diuina ſimplicitate, quę ibi non ſunt: quàm ad ponendum aliquid. ¶ Secunda concluſio. Dictum magiſtri cum uidetur uelle: ꝙ termini numerales in diuinis ſunt priuatiui tm̃, & nihil ponunt: communiter non acceptatur. ¶ Tertia concluſio. Dictum magiſtri poſſet ſaluari; dicendo illos terminos non ponere. i. nõ poſitiuè importare diſtinctum aliquid ab eſſentia, & perſonis. Suo modo dici poteſt de terminis diſtinctionem importantibus. Declaratio patet ex textu.

## QVAESTIO. I.

A Vnũ qd dicit.

VTRVM unitas, qua deus dicitur unus: ſit aliquid additum deo. ¶ Doct. recitat, & impugnat opi. ſancti Tho. prima ſecũdę. q. xj. ar. j. &c. tenentis: ꝙ unũ cũ cõuertitur cũ ente; nihil addit ſupra ens. Sed cum eſt principium numeri:

addit aliquid ſupra ens ad genus quan-
titatis pertinens. & ſic non prædicatur
de deo:ſed ſolum de his, quæ habent eſ-
ſe in materia. Præmiſsis itaq; aliquot
diſtinctionibus pro articulo primo:ſub-
iungentur concluſiones pro articulo ſe
cundo,& pro tertio dubiorum ſolutio-
Arti. 1. nes. ¶ Quantum ad primum notandum
Vnum ꝙ unũ negat oẽm multitudinẽ. Et ſecun
multipli dũ hoc multipliciter accipitur ſ.proprie
citer ac & improprie. Primo mõ dupliciter acci
cipitur. pitur. Nã qñq; negat oẽm multitudinẽ
partiũ realiter diſtinctarũ, & hoc modo
unum eſt, quod non includit multitudi-
nem partium realiter diſtinctarum. Quo
modo angelus dicitur unus, & ſimiliter
anima intellectiua. Alio modo accipitur
ut non negat multitudinem partiũ eiuſ
dem rõnis, uel alterius quo mõ qualitas
inteníibilis eſt unum:quoad primum. Et
ſubſtantia compoſita ex materia, & for
ma eſt una quoad ſecundum. Accipitur
etiam improprie pro uno aggregatiue:
de quo nullus cõceptus, uel terminus ab
ſolutus poteſt in ſingulari p̃dicari: quo
mõ etiam regnũ dicitur unũ:& populus
unus propter regem unum:& unus mun
dus:& tñ nullum ens eſt regnum:nec po
pulus:nec mundus. Sunt & alij modi:
ſed illi nunc ſufficiant ad propoſitum.
Acci ¶ Secundo notandum, ꝙ accidens capi-
dẽs capi tur dupliciter. Vno mõ pro forma reali
tur du- alicui ſubiecto inhærente ut albedo, ca
pliciter. liditas. Alio modo pro termino acciden
taliter connotatiuo prædicabili de alio
contingenter. ſic creare hoc modo dici
tur accidere deo: quia hæc aliquando
eſt uera: deus creat:aliquando non. Et
ita creare contingenter prædicatur de
Arti. 2. deo. ¶ Pro articulo ſecundo eſt conclu
Cõcl. 1. ſio prima. Vnum primo modo acceptũ
C non importat rem aliquam abſolutam,
uel relatiuam additam illi, quod dicitur
ſic unum. Probatur: quia omni alia re
ab illa, quæ ſic unum dicitur circum-
ſcripta, adhuc illa res eſt una: ergo.
Conſequentia nota:& antecedens pro-
batur: quia omni alio quod non eſt an-
gelus circumſcripto: adhuc angelus eſt
unus: ſic de anima. Item ſi eſſet unus
per aliquid ſuperadditum: illud ſuper-
additum eſſet unum: uel ergo ſeipſo: uel
per aliquid aliud ſuperadditum. Et ita
uel erit proceſſus in infinitum: uel datur
ſtatus in aliquo, quod ſeipſo eſt unum:
& eadem ratione dabitur ſtatus in pri-
mo, ideſt angelo. Iſto ergo modo, ut
dicit ſic unitatem per carentiam qua-
rumcunque partium: non importat ali
quod reale additum rei uni: importat ta
men in ſuo quid nominis negationem
pluralitatis: ſed illa pluralitas non eſt
rei, nec in re:ſed in nomine. Vnde cum
quæritur, quid eſt unum hoc modo. Re-
ſpondetur: unum eſt ens: ſiue res quæ
non eſt plura entia. Et ſic uerum eſt, ꝙ
unum non addit ultra ens, niſi negatio
nem diuiſionis, uel multiplicatis. Addit
inquam ad ſenſum nunc tactum in ſuo
quid nominis: Et ſi dicitur hic. Nega-
tio competit ſibi: ergo ſaltem negatio
additur ſibi. Reſpondetur, ꝙ competit
ſibi ꝑ prædicationẽ affirmatiue,& nega
tiue: non tñ conuenit ſibi per realem in
exiſtentiam: ſed per prędicationem dum
taxat: ſic enim a dicitur unum: quia a eſt
ens:& a, non eſt b: nec c, nec aliud ens
ab a: nec alia eſſentia. ¶ Secunda cõclu Cõcl. 2.
ſio. Vnum non eſt accidens rei, quæ eſt
una per carentiam partium: nec primo
modo capiendo accidens nec ſecundo
modo. Quod non primo modo, patet
per concluſionem pręcedentem. Quod
non ſecundo modo: quia unum non prę
dicatur contingenter de tali uno: quo-
niam nõ poteſt talis res ſimplex eſſe, &
non eſſe una. Verum, ꝙ unus prędicatur
accidentaliter de termino ſignificante
rem illo modo unam. Nã hæc eſt prędi
catio accidentalis: angelus eſt unus: ani
ma eſt una: quia nõ eſt per ſe primo mõ.
¶ Et notandum: ꝙ non eſt idem prędica
ri accidẽtaliter, & p̃dicari contingẽter.
¶ Tertia concluſio. Vnum ſecundo mõ Cõcl. 3.
acceptum non importat aliquod abſolu D
tum adueniens illi, quod eſt ſic unũ. Pa-
tet: qa diuiſo continuo, quęlibet partiũ
eſt unũ:& tñ per diuiſionẽ cõtinui nihil
eſt de nouo partibus additum per quod
q̃libet earum dr̃ una. Item oi alio diſtin-
cto, manente cõtinuo diuiſo, q̃libet pars
eius eſt una: ideo nõ per aliquod ſuper-
additum



Cõcl. 4 additum. ¶ Quarta concluſio. Vnum ſe
cundo mõ acceptum, eſt accidens. ſecũ-
do mõ. i. accidentaliter p̃dicatur,& con
tingenter de qualibet re una, habente
multas partes realiter diſtinctas eiuſdem
rõnis. Patet: quia deus põt partes illas ſe
parare,& ſeparatim conſeruare, & tunc
res illa non erit una, q̃ prius ante ſepara
tionem fuit una: ergo eſt contingẽter
una. Addit auctor duas concluſiones,
quas offert examinandas diſputantibus,
non tamq̃ certas. Prima: cõpoſitum ex
partibus alterius rõnis eſt unum accidẽ
taliter: quia contingenter, & poſſet eſſe
non unũ, per ſolã partiũ ſeparationem,
ſine corruptione cuiuſcunque abſoluti.
Secunda concluſio. unũ addit reſpectũ
rationis partium ſuper illas partes, quæ
ſunt res abſolutæ: uel negat reſpectus di
ſtinctionis partiũ. Hoc doc. non aſſerit.
ſed infra diſt. xxx. q. ij. latius pertractat,
Rñſalis. & opi. propriã explicat. ¶ Concluſio
reſponſalis,& ad formam q̃õnis. Vnitas,
qua deus dicitur unus: nõ eſt aliquid ab
ſolutum, uel reſpectiuum additum deo.
Clarius ſic. Vnus concretiue, uel unitas
abſtractiue dictum de deo, non impor-
tat aliquod additum deo: nec abſolutũ:
nec reſpectiuum. Patet; nam per hoc, ꝙ
deus eſt ens,& non entia: eſt proprijſsi
me unus: circũſcripto omni alio. ¶ Cir-
Arti. 3. ca articulum tertium tria occurrunt du
Dub. 1. bia. Primũ, utrum unum p̃dicetur per ſe
E primo modo, uel ſecundo mõ de quali-
bet re una. Rñſio: unum prædicatur ac-
cidentaliter de quolibet ente uno: ſed
non de quolibet contingenter. Pri-
mum patet: quia connotat ſuper quem-
libet terminum abſolutum aliquod ens
ſignificantem, & non eſſentialiter: er-
go accidentaliter. Item includit nega-
tionem. Secundum patet ex concluſio-
ne ſecunda certa. An autem prędicetur
per ſe primo modo, uel tm̃ ſecundo mo
do: ſtat in quid nominis terminorũ per
Dub. 2. ſe primo modo. ¶ Secundum dubium:
F utrum unum differt aliquo mõ ab ente.
Reſponſio capiendo terminos perſona
An unũ liter unum non differt ab ente: uerum
& ens illæ ſunt concedendæ: unum,& ens dif-
differũt. ferunt: unum,& ens non differunt: quia
ſunt particulares: uel indiffinitæ, & ſub-
contrariæ. Secundo dicitur capiendo
terminos materialiter, uel ſimpliciter,
unũ differt ab ente: quia illi termini, uel
conceptus non ſunt idem: licet dicant,
uel ſignificent idem: ſicut paſsio,& ſub-
iectum nõ ſunt idem: licet ſupponãt pro
eodem. ¶ Tertium dubium: quid im- Dub. 3
portat nomen unum. Rñdetur poſt prę G
miſſa, ꝙ unũ eſt terminus priuatiuus im- Quid
portans negationem negantem multi- impor-
plicationem rerum ſeparatarum:& illam tet no-
negationem non addit realiter rei, quæ men u-
eſt una. Illa enim negatio eſt in intelle num.
ctu: q̃uis realiter circumſcripto omni in
tellectu ſit una: ſicut homo realiter eſt
cęcus: non per additionem negationis:
ſed per remotionem uiſus. Negatio aũt,
quam cęcus importat, non eſt in re: ſed
in mente. Sed non ſequitur, circũſcri-
pto omni intellectu homo realiter eſt
cęcus: ergo circumſcripto omni intelle
ctu cæcus p̃dicatur de homine. In fine
huius diſt. doctor ſoluendo quaſdã ratio
nes examinat illam. Circumſcribendo
omnem intellectum ex natura rei, cuili
bet competit alterum contradictoriorũ
dicens, ꝙ ſit falſa: quia ad hoc, ꝙ alterũ
contradictoriorum alicui competat: re-
quiritur, ꝙ illud contradictoriorũ ſit fa
bricatum per intellectum: uel ſaltem ſit
ſcriptum, aut prolatum: ſed hoc non eſt
ad propoſitum: & ꝙ res ita ſe habeat, ſi
cut per ipſum ſignificatur. Modo licet
res ſignificata per cõceptus non depen-
deat in eſſe ab intellectu: tñ ꝙ hoc, uel
illud cõpetat rei per prędicationem de-
pendet ab intellectu. Si enim aliqua pars
contradictionis debet eſſe uera, uel fal
ſa, neceſſe eſt eam eſſe. Si ergo nullus ẽ
intellectus, qui formet eam: non dicitur
uera uel falſa cum non eſt: nec iam ali-
quid competit ſibi per prædicationem.
Et ſi dicatur; ꝙ circũſcripto omni intel-
lectu, aut homo eſt aſinus: aut homo eſt
non aſinus. Non põt dici: ꝙ ſit aſinus
circumſcripto omni intellectu: ergo ho
mo non eſt aſinus. Sed ſi homo eſt nõ
aſinus: non aſinus conuenit ſibi. Et per
conſequens circumſcripto omni intelle
ctu, non aſinus competit homini: & per

conſequens negatio. Reſpondeo: quòd circumſcripto omni intellectu, homo ē non aſinus: Sed non ſequitur, circumſcripto omni intellectu, homo eſt non aſinus: ergo circumſcripto omni intellectu, non aſinus competit homini: ſicut non ſequitur ſecundum unum doctorē. circūſcripto omni intellectu, homo eſt non aſinus: ergo circumſcripto omni intellectu hæc eſt uera: homo eſt non aſinus: cum depēdeat ab intellectu, ꝙ hęc ſit uera: homo eſt nō aſinus: ita licet nō dependeat ab intellectu, ꝙ homo eſt nō aſinus: tñ dependet ab intellectu, ꝙ non aſinus competat homini: quia nō poteſt ſibi competere niſi per prędicationem, & non realiter. Exemplum huius poteſt poni: poſito, ꝙ heri nulla uox fuiſſet: & ꝙ homo fuiſſet albus: hoc poſito, hæc ꝑpoſitio in uoce, uel prolata: hō fuit heri albus: eſt uera, & proferendo uocem uerum dico, ꝙ homo fuit heri albus. Et tñ hæc propoſitio prolata: homo eſt albus: non fuit heri uera, quia propoſitio prolata non fuit heri per hypotheſim. Et ꝑ conſequēs nulla propoſitio prolata fuit heri uera. Similiter ſi nullus intellectus eſſet: adhuc homo nō eſſet lapis, & tamē hæc non eſſet uera tunc, homo non eſt lapis: quia nulla propoſitio eſſet tunc. Et huius ratio eſt, quia ex re dependet ueritas propoſitionis: quamuis nō econuerſo: immo ad hoc, ꝙ homo ſit aſinus: uel ꝙ non ſit aſinus: nihil facit intellectus: ſed ꝙ hęc propoſitio: homo nō eſt aſinus: ſit uera non ſufficit, quòd homo non ſit aſinus: ſed requiritur, ꝙ iſta propoſitio homo non eſt aſinus ſit. Hæc diffuſius habentur in doct. ſed hic ſummatim tanguntur.

## QVAESTIO. II.

A

Arti. 1. Vtrū trinitas perſonarū ſit unus numer⁹.

VTRVM trinitas perſonarum ſit unus numerus. ¶ Hanc. q. doc. diffuſè proſequitur. Primò recitando opi. cōmunem: quam etiam tangit ſanctus Tho. prima ſecundæ. q. xj. quę a multis amplectitur, ꝙ numerus (qui eſt ſpecies quātitatis) dicit aliquod unum ſuper additum rebus numeratis: ꝑ quod conſtituitur certa ſpecies numeri. Sed quid ſit illud: plures ſunt opi. quarū quatuor recitat. Prima opi. eſt, ꝙ eſt ultima unitas nō ſimpliciter: ſed ut habet determinatam diſtantiam a prima unitate. Secunda opi. dicit, ꝙ eſt diſcretio: ſicut continuitas eſt forma continui, & cuiuslibet numeri eſt diſcretio una diſtincta a diſcretione alterius numeri: per ꝙ numerus habet ſuam unitatem, & ſpēm. Tertia opi. dicit, ꝙ partium numeri nō eſt alia forma niſi forma continuitatis: ſub qua ſteterunt añ diuiſionem continui, uel ſub qua ſtare poſſēt naturaliter. Quarta opi. dicit, ꝙ numerus nihil addit quantitati continuę niſi aliquid in anima: quo anima numerat partes multitudinis extra. Impugnari poſſunt illæ opi. hac ratione generali: qm̄ ſigno tres res diſtinctas, puta tres homines, uel tres angelos: quocunque alio circumſcripto adhuc illi homines ſunt tres, & angeli ſunt tres, & ita ibi eſt numerus. ſ. trinitas: & tamen nihil additum, uel diſtinctum ab illis hominibus, ſeu angelis. Et eadem ratione, qua ipſi probant, ꝙ numerus eſſentialis (.i. rerum quæ non ſunt extenſæ, ut angelorum) nihil addit rebus numeratis: probatur: quia numerus rerum extenſarum, quem uocant accidentalē: nihil addit rebus extenſis numeratis. Eſt ergo alia opinio (cui fauet auctor) & ē tangit centilogio concluſione. lxiiij. & deinceps: ꝙ numerus non importat rem aliquam ſuperadditam rebus numeratis, ſed ſupponit pro rebus connotando eas eſſe plures. Et ſicut populus non ſupponit pro re una: ſed pro multis: ita numerus: Tamen conceptus numeri eſt unus: & unum genus habens ſub ſe multas ſpecies: quarum quælibet ſignificat res plures: ut binarius, ternarius: non eſt niſi duæ res diſtinctæ. ¶ Et eſt numerus ſpecies prædicamenti quantitatis: licet ſignificet ſubſtantias, & qualitates. Nec prędicamenta diſtinguuntur ſecundum res ſignificatas: ſed ſecundum modum ſignificandi ſignorum. Si dicis, tunc non

B



eſſet idem numerus. x. hominū. & x. angelorum. Reſpondetur, ꝙ eſt idem numerus ſpecie: ſed non idem numerus numero: quia decem eſt ſpecies ſpecialiſſima. Et licet decem homines, & decem aſini, non ſunt eiuſdem ſpeciei eſſentialis, ſiue prædicamenti ſubſtantiæ: tamen ſunt eiuſdem ſpeciei accidentalis.

Multiplex numerus.

¶ Et nota primò, ꝙ aliqui diſtinguunt triplicem numerum. ſ. eſſentialem, accidentalem, & mathematicum. Numerus eſſentialis eſt, qui neceſſariò conuenit rebus: ita ꝙ ipſis manentibus illa ſpecies numeri non poteſt uerè de eis negari. ¶ Et eſt uerum, qui non poſſunt per ſe facere unum, ut numerus trium angelorum. Numerus accidētalis eſt numerus ſignificatus per terminum numeralem, qui poteſt uerè affirmari, & uerè negari de rebus ipſis manentibus in eſſe: ut numerus duarum aquarum ſeparatarum, q̄ ſunt duæ aquę, & ſi confluunt, uel coniunguntur: non duæ aquę: ſed una dicūtur. Numerus mathematicus ſuperius

C

eſt ad utrūque. ¶ Notandum ſecundò, ꝙ communiter duplex diſtinguitur numerus. ſ. numerus numerās, & numerus numeratus. Numerus numerans eſt intellectus ſecernens partes multitudinis, quas numerat: uel etiam conceptus, quibus numerat. Illo modo deus etiam eſt numerus. unde in ps. Qui numerat multitudinem ſtellarum: de illo numero nō eſt ad propoſitum. Sed numerus numeratus eſt res numerata. Et ille capitur dupliciter. Vno modo ſtrictè, & ſic ad iſtum tres requiruntur conditiones, ſcilicet ꝙ ſit multitudo quędam una menſurata, & ideo dicitur numerus multitudo ex unitatibus profuſa ſecūdum Boe. & etiam Pſal. ſecundo, ꝙ talis numerus ſit qualibet ſua ex parte maior. hanc ponit Dionyſ. ulti. de diuinis no. Tertia, ꝙ unitates inter ſe ſint eſſentialiter diſtinctæ: ideo dicit Boe. de trinit. Vbi nulla eſt diuerſitas, ſcilicet eſſentialis: ibi nullus eſt numerus. Et ſecūdum hoc poteſt numerus deſcribi ſic. Eſt multitudo ex unitatibus eſſentialiter diuerſis profuſa, quarum quęlibet minor eſt ea.

Numeri deſcriptio.

Secundo modo capitur magis cōmuniter pro qualibet pluralitate rerum diſtinctarū ſiue eſſentialiter, ſiue non. ¶ Quantum ad articulum ſecundum, eſt hæc cōcluſio prima. In diuinis licet non ſit numerus captus ſtrictè: eſt tñ ibi numerus communiter acceptus, & largè.

Arti. 2. Cōcl. 1 D

Prima pars patet: quia non eſt ibi multitudo aliquorū eſſentialiter diuerſorum. Secunda patet: quia ibi eſt pluralitas perſonarum realiter diſtinctarum, ut nūc ſupponitur ex fide: ergo numerus largè. Tenet conſequentia ex quid nominis numeri largè accepti: ut in notabili tertio. ¶ Concluſio ſecunda. numerus in diuinis non addit aliquid perſonis numeratis.

Cōcl. 2

Patet quia numerus trium angelorum non addit aliquid ipſis angelis cū omnibus alijs circumſcriptis, adhuc dicuntur tres angeli: ergo multò minus in deo, ſiue diuinis perſonis. Vnde trinitas in diuinis nihil aliud importat, quàm perſonas patris, filijs, & ſpirituſſanctis realiter diſtinctas. ¶ Concluſio reſponſalis ad quæſtionem.

Rñſalis cōclu.

Sicut conceditur: ꝙ trinitas angelorum non eſt numerus: ita concedi poteſt, ꝙ trinitas perſonarum non eſt numerus. i. ſignificatur ꝑ unum terminum numeralem. ſ. trinitas. Et ita trinitas perſonarum eſt unus numerus nihil aliud importans (ut iam patuit) niſi ꝙ in diuinis ſunt tres perſonę, quarum una non eſt alia: licet ſint eadē eſſentia. Ille tamen terminus numeralis trinitas, nihil ponit in deo, ideſt non importat aliquid ſuperadditum, uel aduenniens deo, aut diuinis perſonis. Verum ſi numerus ſolum prędicaretur de pluribus eſſentialiter diſtinctis: in deo non eſſet numerus. Sic enim pater, & filius, ſpirituſſanctus nō diſtinguitur numero: quia ſunt una res numero ſingulariſſima, & ſimpliciſſima: ſi tamen accipitur numerus, ut prędicatur de quibuscunque pluribus realiter diſtinctis: & ſic uera eſt concluſio. ¶ Dubitatur circa prædicta pro articulo tertio, Omnis numerus eſt maior ſua parte: ſed trinitas non eſt maior ſua parte. tum quia non habet partes: tū quia trinitas non eſt maior patre, & filio &c. ¶ Solutio: ſi hoc dictū. ſ. numerus ē maior ſua parte, intelligit de

Arti. 3. Dub. 1. E

maioritate pluralitatis,non perfectio-
nis,uel dignitatis:ſic poteſt cōcedi:ꝙ in
diuinis trinitas ē maior una perſona uel
duabus: quia hoc nihil aliud eſt dicere,
quàm ꝙ tres perſonæ ſunt plurales per-
ſonę:q̃ duæ,uel una.Si autē intelligitur
de maioritate dignitatis,aut perfectio-
nis:ſic trinitas non eſt maior pſona una,
uel duabus. Vide Ockam ubi ſupra. in
centilogio bene ad propoſitum,ubi con
cedit illas. Aliquis numerus non eſt plu
ra unitate numerali: patet de trinitate
perſonarum,& eſſentia.Item aliquis eſt
numerus,cuius unitas ē ęqualis toti. Itē
aliquis numerus eſt par, qui non poteſt
Dub. 2. diuidi in duo ęqualia &c. ¶ Dubitatur ſe
F cundò utrum opi. magiſtri ſit uera, qua
dicit terminos numerales in diuinis ni-
hil ponere: ſed negare ſingularitatē,uel
ſolitudinem. Dicendum eſt:ꝙ ſi opi.mæ
giſtri fuit hæc,ꝙ termini numerales nō
ponunt aliquid in deo: hoc eſt,nō ſigni
ficant aliquid adueniens deo: ſicut acci
dens aduenit ſuo ſubiecto: ſed remouēt
a deo: hoc eſt ſignificant,ꝙ ſunt ibi pa-
ter,& filius,& ſſ.modo prędicto:uera eſt
opi. magiſtri. Item ſi magiſter uult dice
re,ꝙ termini numerales non ponant ali
quid in deo,quod eſt de ratione formali
numeri propriè capti.ſ.diuerſitatē eſſen
tialem,iterum uera eſt:non autem,ꝙ ter
mini numerales in deo nihil poſitiuè ſi-
gnificēt. Vnde dicit magiſter,ꝙ nomē
ternarij in diuinis ſignificat ibi eſſe pa-
trem filiū & ſſ. qui ſunt res,& perſonæ,
maximè poſitiue:ſed non ponit quanti-
tatem numeri,& diuerſitatem.ſ.eſſentia
lem inter illas perſonas. Vult ergo ma-
giſter dicere,ꝙ termini numerales diui-
nas perſonas ſignificant, & dicunt: ſed
formaliter non ponunt aliquam diuerſi
tatem eſſentialem inter eas ſed illam ma
gis priuant. Ponunt autem diſtinctionē
perſonalem: quæ diſtinctio non niſi per
negationem exprimitur:qua dicitur hęc
perſona non eſſe illa: & ſic intelligendo
opi. magiſtri eſt uera. Si tamen(ut alijs
placet dicere)magiſter tenet terminos
numerales eſſe uerè priuatiuos: quod tn̄
ex uerbis eius ſanè intelligendum nō ui-
detur poſſe haberi: ſic credo oppoſitum
fore probabilius. Et ſecundum hoc quí-
dam hic recedūt a magiſtro. Plura alia
notatu digna doct. tangit in illa.q.ſatis
lucidè,ideo poterūt ibi uideri. Sufficiat
illa hic ſummatim perſtrinxiſſe.

## DISTINCTIO.XXV.

MAGISTER regre
ditur ad nomen per-
ſona, quærens, quō
dicitur ſecundū ſub
ſtantiā: cum ſint plu
res pſonæ: & nō plu
res ſubſtātię.¶ Con-
cluſio prima. Nomen dicitur ſecūdum
ſubſtantiam.quia eſt abſolutum, & non
relatiuum: licet ſignificet rem relatiuā.
Vel quia primò, & formaliter ſignificat
ſubſtantiam,ſiue eſſentiam. ¶ Secunda
concluſio. Perſona primò,& formaliter
ſignificat hypoſtaſim,& nec eſſentiam:
nec relationem:ſed conſtitutum ex his.
¶ Tertia concluſio. Perſona dicitur ſe-
cundum ſubſtantiam primo mō,& nō ſe
cundo modo. Hęc ꝑ ſummario textus.

## QVAESTIO unica.

VTRVM perſona in diuinis
dicatur ſecundum ſubſtan- A
tiam,uel relationem.¶ Tri-
bus articulis pn̄s abſoluet
quæſtio. Primus utrum a tribus perſo-
nis in diuinis poſſit abſtrahi aliquod cō
mune uniuocum eis.Secundus utrū ta-
le correſpōdet nomini perſona. Tertius
reſpondet ad quęſtionem. ¶ Circa pri- Arti. 1.
mum,& ſecundum notandum:ꝙ termi- Nota 1.
nus dicitur cōis aliquibus duplici cōmu
nitate:reali.ſ.& ſigni,ſiue uocis. Cōmu
ne cōitate reali, eſt terminus ſignificās
aliquam rem unam,quæ eſt cōmunis,ſi-
ue cōmunicata pluribus, quorum pluriū
cuilibet eſt idem: ſicut eſſentia diuina.ſi-
gnificat.n.diuinitatem, quę eſt res una
ſimpliciſſima,& eadem patri,& filio, &
ſpiritui ſancto.Et ſicut ſola eſſentia diui-
na eſt res,ſic realiter cōis tribus: ita ſo-
lus ille terminus diuina eſſentia,eſt ter-
minus cōis cōmunitate reali.Sed cōe cō



munitate ſigni conceptus uel uocis, eſt
ſignum ſignificans non aliquam rem cō
munem in multis.ſ.multa ſingularia ęq̄
primò:ſicut homo non ſignificat aliquē
hoiem cōm.ſ Ioann.Paulum. & nullum
Nota. 2 prius alio. ¶ Secundò notandum,ꝙ ſecū
Cōe, & dum modum loquendi ſanctorum, diffe
uniuer- rentia eſt inter uniuerſale,& cōe. Nam
ſale dif uniuerſale eſt,quod ſignificat plura eſſē
ferunt. tialiter diſtincta æquę primò,ut hō ani-
mal. Sed cōe eſt,quod ſignificat plura
realiter diſtincta ęquę primò:ſiue diſtin
Coroll. guantur eſſentialiter,ſiue nō. ¶ Patet er
go corollariè,ꝙ perſona diuina eſt cōe:
Nota.3 ſed non uniuerſale. ¶ Tertiò notandum:
B ꝙ nomen perſona utſupra patuit diſtin.
xxiij.& infra in.iij.diſt.j. ſignificat ſup
poſitum intellectuale. & ideo quicquid
eſt formaliter ſuppoſitū intellectuale: ſi-
gnificatur primò per ly perſona.Et quia
in diuinis nec eſſentia,nec relatio ē for
maliter ſuppoſitum, ſed conſtitutum ex
his: ideo perſona non plus ſignificat eſ-
ſentiam,uel relationem, q̃ paternitas ſi
gnificat eſſentiam: ideo perſona in diui
nis primò ſignificat cōſtitutum ex eſſen
tia,& relatione.ſ.patrem,& filium,& ſpi
ritumſanctum. Vna perſona diuina eſt
cōe ad illa ſuppoſita, pater filius,& ſpiri
Cōcl. 1. tuſſanctus. ¶ Quibus p̄miſſis eſt conclu
C ſio prima. Tam a perſonis diuinis,q̃ etiā
a relationibus perſonarum cōſtitutiuis,
poteſt abſtrahi conceptus communionis
uniuocus,p̄dicabilis de eis quidditatiuè.
Probatur:quia a quibuſcunq; conuenié
tibus inter ſe eſſentialiter plus q̃ cū alijs,
poteſt abſtrahi cōceptus quidditatiuus
eis adęquatus:ſed ſic eſt in propoſito:er
go &c. Et ſimilis concluſio poteſt poni
in creaturis: ꝙ a quibuſcunq; realitati-
bus conſtitutiuis etiam ultimis differen
tijs ſi ponerentur: poteſt abſtrahi com
mune uniuocū, prędicabile de eis in q̄d
eadem ratione qua ſupra. Notanter di-
ctum eſt in concluſione,poteſt:quia ta-
lem conceptum abſtrahere non poteſt:
niſi qui diſtinctè nouit perſonas. A tali
ſiquidem q̄ diſtinctè perſonas cognoſcit
pōt abſtrahi cōceptus prædicabilis in q̄d
de perſonis,& ꝑ ſe primò mō: alias licet
perſona ſit cōe ad ſuppoſita diuina,& ſu
perius:non tn̄ eſt quidditatiuè ſuperius:
quia eſt terminus accidentaliter conno
tatiuus includens negationem: utſupra
patuit diſt.xxiij. ¶ Secunda concluſio. Cōcl. 2.
Nomen perſona non ſignificat primò,
& formaliter aliquid cōe realiter in di-
uinis. Probatur:quia illo mō ſola diuina
eſſentia eſt cōis,& non hypoſtaſis: cum
hypoſtaſis non ſit cōicabilis.Dictum aūt
eſt ꝙ pſona formaliter ſignificat hypo-
ſtaſim,& non diuina eſſentia. ¶ Tertia Cōcl. 3.
concluſio.Perſona eſt cōe uniuocū tri-
bus perſonis,& nō ſolum iſtis, ſed oibus
creatis cōmunitate ſigni uel uocis. Pro
batur:quia perſona prędicatur de oibus
his ſecundum unam rōnem, quæ ſupra.
diſt.ij.in pleriſq; quęſtionibus poſita eſt:
ergo eſt uniuocum iſtis.Tenet conſequē
tia: quia uniuocum eſt, ubi nomen eſt
cōe,& ratio ſubſtantię eſt eadem: ut di-
citur in antepraedicamentis.¶ Conclu- Cōcl. 4.
ſio quarta. Quamuis perſona diuina ſit
cōis tribus diuinis ſuppoſitis: non tn̄ iō
dicenda eſt ſignum uel uox uniuerſalis.
Prima pars patet:quia prædicatur de eis
ſecundum eadem rationem:ut dictū eſt.
Secunda pars patet ex notab.ij. quia ad
eſſe uniuerſale requiritur:ꝙ ipſum ſit prę
dicabile de multis realiter, & eſſentiali-
ter diſtinctis:& hoc nō eſt in propoſito. Arti. 2.
¶ Quinta concluſio,& reſponſiua ad ſe Cōcl. 5
cundum membrū pręfatę diuiſionis añ D
quæſtionis deciſionem. Cōe abſtractum
uel abſtrahibile ab habente diſtinctā per
ſonarum cognitionē a perſonis diuinis,
non correſpondet nomini peſona. Pa-
tet:quia ille conceptus ſic abſtractus ab
eo qui abſtrahere poteſt: ſignificat di-
ſtinctè,& dūtaxat perſonas diuinas: ſed
illud nomen perſona (quo nos utimur)
eſt cōe ad ſuppoſita creata, & increata:
ut in concluſione.iij.ergo &c.Tenet cō
ſequentia:quia correſpōdens cōceptus,
& uox cui correſpondet ſunt ęquè cō-
munes. ¶ Quantum ad tertium articu- Arti. 3.
lum,& pro rñſione ad quęſtionem,no- Nota. 1
tandum eſt primò:ꝙ aliquid dici ſecun- E
dum ſubſtantiam dupliciter poteſt intel
ligi:ſecundum Richar.de ſancto Victo.
Vno mō dicitur ſecundum ſubſtantiam
in diuinis:quod indicat ſubſtantiā tanq̄

naturam cõem tribus: quo modo dicun
tur ſecundum ſubſtantiam, quæ in diui-
nis primò, & pciſè ſignificãt ſubſtantiã,
non ſolum identicè: ut ſunt natura diui
na: eſſentia diuina. Et de illis intelligẽda
eſt regula quam ponit magiſter in litera
diſt. xxij. uidelicet ꝙ ea quę dicuntur ſe
cundum ſubſtantiam, de oĩbus perſonis
cõiter, & de ſingulis perſonis dicuntur
ſingulariter. De his etiã intelligendum
eſt illud cõe dictum Boe. ſubſtantia te-
net unitatem: relatio multiplicat trini-
tatem. Alio mõ cõiter aliquid dicitur ſe-
cundum ſubſtantiam, quod indicat ſub-
ſtantiam ut ſuppoſitũ: non tñ referibile
ad aliud. i. quod ſignificat hypoſtaſim, q̃
& ſubſtantia eſt: non referibile ad aliud.
Et ſic uidetur capi poſſe in litera diſ. prę
cedentis: cum oĩa nomina de deo prædi
cabilia, ad bimembrem reducuntur diui
ſionem: ita ꝙ quodlibet dicitur, uel ſecũ
Nota. 2 dum ſubſtantiã, uel relatiuè. ¶ Secundò
F notandum, ꝙ non omne ſignificans re
lationem, uel rem relatiuam dicitur ad
aliquid: unde terminorum ſignificantiũ
relationem, uel rem relatiuam quidã prę
ciſè ſignificant relationem, & non rem
abſolutam. Alij ſignificãt nõ tm̃ relatio
nem: ſed ẽt rem abſolutam: ut ens unũ.
Primi ſunt duplices: quia aut pdicantur
tm̃ de uno relatiuo aut tm̃ de multis ſi-
mul, & non de uno ſolo. Exẽplum primi:
ut pater, filius. Exemplum ſecundi: ut tri
nitas: qui terminus non prędicatur de
patre tm̃, uel filio tm̃ &c. ſed de tribus
ſimul. Nam pater non eſt trinitas: nec fi
lius eſt trinitas: ſed pater, & filius, & ſpi-
rituſſanctus ſunt trinitas. Primi dicunt
ad aliquid. i. prædicantur cum obliquo
ſui correlatiui: ut pater filij pater. Alij
uerò non. unde licet trinitas ſignificet
primo perſonas relatiuas ſimul: tñ non
dicitur ad aliquid: ut dicatur alterius tri
nitas: ſicut pater alterius. ſ. filij pater. Ter
mini cões relationibus, & rebus abſolu-
tis non dicuntur ad aliquid: ut ens non
dicitur alterius ens, & talis terminus eſt
perſona etiã ſi talis terminus cõis rela-
tionibus, & abſolutis contraheretur ad
relationem precilè per aliquod adiun-
ctum, quod non primò ſignificaret rela
tiuum: ut dicẽdo perſona diuinã, adhuc
non dicitur ad aliquid: ſecus ſi diceret
perſona patris. Verum conceptus quid-
ditatiuus perſonarũ (qui abſtraheretur
p diſtinctè cognoſcentẽ perſonas) dice-
retur ad aliquid: ſed talem nõ habemus
nos. ¶ Quibus præmiſsis eſt concluſio Cõcl. 1.
prima. Perſona in diuinis primò & for- G
maliter nec relationẽ: nec eſſentiam ſi-
gnificat: ſed ſuppoſitũ diuinum, conſtitu
tum. ſ. ex relatione, & eſſentia formali-
ter repræſentat: hoc patet ſatis ex deſcri
ptione perſonæ diſt. xxiij. Nam ſicut in
creaturis: ita in diuinis ſignificat primò
ſuppoſitum intellectuale: tale autem nec
eſt eſſentia formaliter nec relatio. ¶ Se-
cunda concluſio. Perſona diuina nõ di- Cõcl. 2
citur relatiuè ad aliud. Probatur: q̃a quę
de ſua ratione formali non important
relationem non dñr relatiuè ad aliud:
ſed perſona eſt huiuſmodi: ergo. Conſe-
quentia patet cũ maiore. Minor patet.
Nam ſi perſonę diuinę non conſtituerẽ
tur per proprietates relatiuas ad ſenſum
infra tangendũ: ſed per proprietates ab
ſolutas: ut quidã dixerunt: de quo infra
diſt. xxvj. nihilominus ſuppoſita diuina
uerè dicerẽtur perſonę: ſicut & ſuppoſi-
ta creata uerè ſunt perſonę: licet nõ cõ
ſtituantur ex relationibus. Patet etiam
concluſio ex ſecundo notabili pręſentis
arti. ¶ Tertia concluſio. Quamuis pſo- Cõcl. 3.
na dicatur ſecundum ſubſtantiam: ſecun
do modo accipiendo dici ſecundum ſub
ſtantiam: non tñ primo modo. Patet
pro prima parte: quia indicat ſuppoſitũ
& non refertur ad aliud. Secunda pars
patet: quia non indicat primò, & forma
liter eſſentiam diuinã: ſed primò, & for-
maliter hypoſtaſim, & de eſſentia prædi
catur identicè. Et ſecundum hoc intel-
ligendum eſt, ꝙ magiſter dicit perſonam Cõcl. 4
dici ſecundum ſubſtantiam. ¶ Quarta
concluſio, & corollaria ex dictis. No-
men perſona diuina dicitur ſecundũ ſub
ſtantiam. i. non relatiuè: licet non ſigni
ficet formaliter, & primò ſubſtantiam
ſiue eſſentiam: ſed ſuppoſitum relatiuũ.
Nõ enim dicitur alterius per-
ſona ſicut pater fi
lij pater.



## DISTINCTIO. XXVI.

SVPRA magiſter
egit in quatuor diſt.
de nominibus eſſen-
tialibus: conſequen-
ter in. ix. diſt. ſeq. de
nominibus relatiuis.
Primò de relationi-
bus æternis, & perſonalibus ſecundum,
ꝙ ſunt in ſingulis ſuppoſitis. Secundò
ut exprimũtur diuerſis nominibus diſt.
xxvij. Tertiò de æterna relatione non
perſonali negatiua, quæ ẽ innaſcibilitas
diſt. xxviij. Quartò de relatione ęterna
non perſonali affirmatiua: quæ eſt cõis
ſpiratio actiua diſt. xxix. Quintò de rela
tione dicta de deo ex tẽpore: ut eſt crea
tor, dñs &c. diſt. xxx. Sextò de relationi
bus appropriatis diſt. xxxj. Septimò du
bia circa appropriata abſoluit diſt. xxxij.
Octauò de comparatione proprietatum
ad perſonã & eſſentiam diſt. xxxiij. No-
nò de comparatione perſonę ad eſſen-
tiam diſt. xxxiiij. In hac ergo diſt. agit
de proprietatibus notionalibus ut ſunt
in ſingulis ſuppoſitis quę notiones dicũ
tur proprietates ſiue relationes. ¶ Con
cluſio textualis prima eſt hæc. In diui-
nis tres reperiũtur notiones ſeu relatio
nes. ſ. generatio, natiuitas, proceſsio: quę
dicuntur paternitas, filiatio, ſpiratio. Et
accipit hic generatio actiuè, & ſpiratio
paſsiuè. ¶ Secunda concluſio. Proprie
tates præfatas ſeu notiones deſignant
illa nomina pater, filius, & ſpirituſſan-
ctus: quæ relatiua ſunt, & ad ſe inuicem
relatiuè dicuntur. ¶ Tertia concluſio.
Relatio importata per illa nomina non
eſt accidens: nec diſtinctum ab eſſentia
diuina: eapropter dicuntur relatiuè, &
non ſecundum accidens: licet non di-
cantur ſecundum ſubſtantiam.

## QVAESTIO. I.

A VTRVM perſonæ conſti-
tuantur, & diſtinguãtur per
relationes originis. ¶ Trib⁹
articulis terminabitur titu
lus queſtionis. Suppoſitionibus pręmiſ-
ſis, & opinionibus recitatis ſubiungẽtur
concluſiones reſponſiuę cum dubiorum
ſolutionẽ. ¶ Quantum ad primum: quia Arti. 1.
teſte Boe. lib. iij. proble. j. tunc ueritatis Vtrũ p-
ſpecimen clarius cognoſcitur: cũ in con ſonę cõ
trariam partem oculus deflectitur. Ideo ſtituant
referendę ſunt opiniones doct. ut ſtudio & diſtin
ſus lector eam ex eis eligat: quæ uerita- guãtur
ti, & auctoritatibus ſanctorum uidetur per rela
magis conſonare. Et licet in modo lo- tiones
quendi de perſonarum conſtitutione (ꝙ originis
à multis ut fidei cõtrarius, & in fide ma-
leſonãs reſpuitur) magna ſit inter doc.
differentia: attamen in re ipſa, & in ue-
ritate catholica eſt apud omnes conſo-
nantia, & concordia. Omnes enim ca-
tholicè circa hanc materiam ſcribentes
in hac concluſione concordãt: ut ſupra
tactum fuit, ꝙ unus eſt deus, & tres per-
ſonę. Quodq; in diuinis eſt una ſimpli-
ciſsima, & ſingularisſima eſſentia, quę
eſt tres perſonę: quę quidem perſonę nõ
ab eſſentia: ſed inter ſe realiter nõ eſſen
tialiter diſtinguuntur. Hæc de re. Cum
ergo perſonę diſtinguuntur inter ſe rea
liter proprietatibus perſonalibus, & non
eſſentia: ut ſupra patuit in c. firmiter. ſę-
pe allega. quę proprietates ſunt in perſo
nis intranſitiuè, & ſunt eſſentialiter ipſę
perſonę: licet ſint inter ſe realiter diſtin
ctę: eſt modus loquendi multorum, ꝙ
perſonæ diſtinguuntur, & cõſtituuntur
proprietatibus relatiuis oppoſitis. ¶ Vn B
de eſt opinio prima quę adſcribitur prę
poſitiuo: ꝙ perſonę ſeipſis preciſè, & per
nihil quomodocunq; diſtinctum a per-
ſonis diſtinguuntur primò. Motiuum
eſt: quia ſimpliciter ſimplex a quocun-
que diſtinguitur, ſeipſo diſtinguitur: ſi
cut patet de angelo, & anima intelle-
ctiua: ſed perſonæ diuinæ ſunt ſimpli-
citer ſimplices: ergo ſeipſis primò di-
ſtinguuntur. Nec obſtat, quòd ſeipſis
conueniunt: quia nihil inconueniens
eſt idem eodem conuenire cum aliquo,
& diſtingui ab alio: immo conuenire
cum aliquo, & differre realiter ab eo-
dem: ſortes enim anima ſua conuenit,
cum platone ſpecie, & per eandem di-
ſtinguitur ab eo realiter. Sed iſta opi. ui
detur inſufficiens: nam qñ aliqua ſic ſe

habent ꝙ aliquid omnino indiſtinctum eſt in utroq; ,& tñ aliqd uerè dicitur de uno, & negatur de alio in ſuppoſitione perſonali:uel ut quidam loquuntur: aliquid eſt in uno intranſitiuè quod nõ eſt in alio:illa non ſeipſis primo diſtinguuntur:ſed in patre,& filio eſt eſſentia diuina omnino indiſtincta: & paternitas eſt in patre quę non eſt in filio: ergo pater, & filius non ſeipſis primò diſtinguuntur: ſecus de his in quibus non eſt inuenire aliquid in uno quod ſit idem in alio: ſed quodlibet exiſtens in uno, diſtinguitur a quolibet in alio:ut ſortes & plato. Talia.n. ſeipſis primo diſtinguuntur,& etiã conueniunt:quia in talibus nõ eſt ſignare aliquid ſecundum quod conueniunt: puta exiſtens idem in ambobus: & aliud in quo differunt. Quòd uerò pro ſe aſſumit opi. iſta de ſimpliciter ſimplici.uerũ eſt de ſimplici quod non conſtituitur ex aliquo cõmuni ſibi,& alijs,& aliquo proprio ſibi:quę conſtitutio ſimplicitati nõ repugnat,ut patuit. q. vij. diſt. viij. nec ullam infert cõpoſitionem.ſecus eſt hic ut dictum eſt. Quòd ſi ille modus loquẽdi non uidetur proprius,& admittẽdus. ſ.ꝙ aliquid eſt in patre,& non in filio:ut habet Alexan. par. j.q.lxviij.membro.v. art.iij.& pleriq; alij (tametſi locutiones illæ intelligantur intranſitiuè) ſumatur iſte de quo.ſupra.q.xj.diſt.ij. qui & nunc tactus eſt:ꝙ.ſ.aliquod prædicatum dicitũ de patre,& negatur de filio : quia pater eſt paternitas,& filius nõ eſt paternitas. Item eſſentia non eſt proprietas relatiua:ſed res abſoluta. Itẽ nõ generat &c. Item filius eſt filiatio ſeu generatio paſſiua: pater non eſt filiatio: quem utique oẽs habent concedere, & tunc ponatur ratio,cur de una re ſimpliciſſima ſic poſſint uerificari contradictoria.

C ¶ Secũda opi. adſcribitur Rich. ſancto Bonauen. in.j.diſtin.xxv.q.j.& diſt.xxvj.Ioan. de Ripa. qui tenent, ꝙ perſonæ conſtituuntur per proprietates abſolutas primò,& per relationes originis quaſi ex conſequenti,per quas diſtinguuntur.non quidem formaliter:ſed quaſi principiatiuè: quia natura diuina non communicatur ſuppoſito,niſi per originem, & ita origine ſiue relatione diſtinguũtur perſonę quaſi principiatiuè reducendo ad ipſum principians:quod non diſtinguit formaliter.correſpondenter diſtinctioni effectiuè in creaturis.

D ¶ Tertia eſt opi. concordans cum ſecunda in aliquo,& in aliquo diſcordans. Concordat quidem in hoc, ꝙ dicit perſonas conſtitui per proprietates abſolutas: unde dicunt iſti, ꝙ in diuinis eſt eſſentia ſimpliciſſima eadẽ in tribus perſonis. Sunt etiã ibi tres res abſolutę diſtinctę inter ſe quidem realiter non eſſentialiter:quæ ab eſſentia nõ diſtinguuntur realiter:ſed ſunt idem eſſentiæ,conſtituentes cum eſſentia tres perſonas realiter diſtinctas:non tñ eſſentialiter. Diſcordant autem:quia dicunt ꝙ nihil eſt pęnitus imaginabile in diuinis niſi abſoluta. Et ita negant ibi eſſe relatiões reales originis ab abſolutis quo modocunque diſtinctas. Et quantum ad hoc in quo diſcordat opinio tertia a ſecunda: uidetur tertia forè rationabilior q̃ ſecunda. Nam ſi in diuinis ponuntur relationes:non uidetur rationabiliter dictum, ꝙ illę non conſtituant , & diſtinguant:non tñ effectiuè,ſed formaliter: quia quandocunq; in aliquo per ſe uno: concurrunt aliqua formaliter diſtincta: non eſt maior ratio quare unum illorum conſtituat quàm reliquum. Si ergo in patre concurrunt eſſentia , proprietas abſoluta,& relatio , ſcilicet paternitas: non eſt ratio quare magis unum horum conſtituit patrem quàm aliud. Similiter ſi aliqua horum ſunt in patre tantum:& & non in alia perſona ut proprietas abſoluta,& paternitas:non eſt ratio quare potius proprietas formaliter diſtinguit, quàm paternitas, & econuerſo:ergo utrunq; æquè formaliter, & primò diſtinguit patrem a qualibet perſona. Hic modus loquendi impertinens uidetur retorquendus: ergo eſt ad modum loquendi, & ſenſum habitos de diſtinctio.formali. quæſtio.xj.diſtinctio.ij. Nec tamen illa opin. negat patrem,& filium, & ſpiritũ ſanctum: nec negat patrem generare filium: neque patrem,& filium producere ſpiritum ſanctum : ſed ſicut poſitis duabus albedinibus omnibus alijs circumſcriptis:



ſcriptis:illę duę albedines eſſent ſibi ſimiles:ſine quacunq; reali relatione diſtincta realiter ab eis ( & ſicut poſito deo , & iſto abſoluto quod eſt lapis: quacunque alia re circumſcripta : adhuc lapis realiter dependeret deo : & deus realiter eſſet cauſa lapidis ) ita eo ipſo : quòd ſunt illę tres perſonæ : una eſſet a nulla:& una eſſet ab una:& una a duabus:& una quæ a nulla eſſet,eſſet pater:alia filius: & tertia.ſ. ſine omni relatione reali qualitercunque diſtincta ab abſolutis: Nihilominus tamen illi termini pater, filius, eſſent relatiui:ſicut,& ſimilis cauſa cauſatum dependens &c. Cõſimilem rationem refert Ockam in centilogio concluſione.lxxiij. Iſtę duę opi. ſecunda & tertia quantum ad illud in quo concordant multis apparẽtibus motiuis roborantur, quę tangentur in articulo ſecundo.

Alia opinio.

¶ Quartæ opi. quam Sco. dicit eſſe opi. cõmunem, & eſt ſancti Tho. parte.j.q.xxxvj. art.ij. Sco. & Ockã diſt. præſenti eſt, ꝙ perſonæ diui-

E næ per relationes reales conſtituuntur, & diſtinguuntur. Pro cuius oſtenſione adducuntur auctoritates canonicæ ſcripturę: ſanctorum patrum dicta, & rationes quædam. Et licet opiniones iſtæ ſecunda,& tertia quantum ad id in quo concordant facilius (etſi non uerius) poſſint ſuſtineri cũ articulo fidei de trinitate perſonarum in una eſſentia : quia tamen quarta opin. ſanctorum auct. eſt magis conſona : atque apud modernos doct. communiter uſitata: ideo ipſa tanquam uerior,& cautior uidetur eſſe tenenda.

¶ Pro cuius intellectu ſuppoſitis his,quæ dicta fuere diſt.ij.in concluſionibus textualibus de eſſentię diuinæ ſimplicitate.&. q. ulti. diſtin. eiuſdem. Item diſtinctio. viij. quæſtio. vij. Item diſtinctio.ix. quæſtio.ij.

Nota, ꝙ Conſtitutio perſonarũ non repugnat ſimplicitate.

Notandum, ꝙ in illa materia de perſonarum diſtinctione, & conſtitutione potius uidetur eſſe inter doct. diſſonantia uerbalis, quàm realis:ut in principio. quæſtio. huius patuit: & loco nunc allegato. quęſt. ulti. diſtinctio. ij. Vnde ſicuti perſonarum realiter diſtinctarum pluralitas non repugnat diuinæ ſimplicitati : ita pariformiter earundem perſonarum per proprietates relatiuas diſtinctio, & conſtitutio, ſimplicitati diuinæ non repugnat : ut patuit quæſtio.vij. diſtinctio. viij. eo ꝙ cum eſſentia nullatenus componuntur ſed eſſentiæ realiter, & eſſentialiter idẽtificantur. Nam conſtituentia perſonã ſunt idem inter ſe realiter,& eſſentialiter, & cum eſſentia diuina ac perſona, quam conſtituunt. hinc nulla eſt ibi cõpoſitio . Plurimum enim differunt cõponere,& conſtituere. In compoſitione enim componibilia diſtinguuntur inter ſe: & negantur de ſeinuicem, & ſimiliter a compoſito. Anima enim hominis non eſt homo:ſed nec materia eſt homo ſeu anima: ut infra. in iij. diſtinct. vj. quæſtio. ij. In conſtitutione uerò conſtituentia ſibi realiter , & eſſentialiter identificantur,& perſonæ conſtitutæ. Tollit igitur ſimplicitas compoſitionem:ſed non pluralitatem eorum , quæ ſunt perfectę idẽ inter ſe,uel cũ conſtituto. Nec aliquod conſtituentium eſt ſimplicius conſtituto, propter perfectã identitatem realem, & eſſentialem conſtituentium cum conſtituto,& inter ſe. Cum ergo in cõſtitutione nulla ſit poſſibilis compoſitio : nec intrinſeca , nec extrinſeca:ut ſupra. quæſtio. vij. diſtin. viij. & quæſtio. ij. diſtinctio.ix. nullatenus repugnat ſummæ ſimplicitati.

F ¶ Itaque perſonam in diuinis conſtitui ex eſſentia,& proprietate relatiua,eſt eſſentiam, & proprietatem relatiuam ſuppoſito,ſeu perſonę:quę dicitur conſtituta, ſeu conſtitui realiter , & eſſentialiter identificari:& etiam inter ſe,ac ſine eis perſonam talem , ſeu conſtitutum tale eſſe non poſſe.de hoc infra. quæſtio.iij. latius. Vel conſtitui in diuinis,dicit eſſentiam, & proprietatem relatiuam uerè,& affirmatiuè prædicari,& de ſeinuicem,& de perſona , ſeu conſtituto tali. Et tamen aliquid uerè , & certo modo dici de eſſentia , uel proprietate relatiua : quo modo non dicitur de perſona tali: ut pater generat. pater eſt formaliter ſuppoſitum: eſſentia eſt formaliter res abſoluta: eſſentia non generat : eſſentia non eſt formaliter ſuppoſitum: eſ

ſentia diuina primò creat: paternitas nõ eſt formaliter ſuppoſitum: paternitas eſt in patre: paternitas eſt proprietas perſonalis: pater non eſt in patre: pater non eſt formaliter proprietas patris. Ita exemplificetur ſuo modo de alijs perſonis. ¶ Corollarium. Filiatio non conſtituit patrem: quia filiatio non eſt pater: nec ſpiratio paſſiua filiũ.

Coroll. Filiatio nõ cõſtituit patrem.

Et fortè poſſet addi ad ly relatiuam, oppoſitam uel diſtinctiuam, ut dicatur: & proprietatem relatiuam oppoſitam ſeu diſtinctiuam, propter ſpirationem actiuam. Et facit ad hoc capit. firmiter. loquens de proprietatibus perſonalibus. Item in pręfatione. Et in perſonis proprietas. Poſſent etiam adduci pleraq; dicta ſanctorum Auguſtini, & aliorum nominantium perſonarum proprietates, de quibus in concluſione. j. infra patebit. Et ſic licet aliqui uellent dicere, quòd perſonę ſeipſis formaliter diſtinguantur: non tamen poſſunt dicere, ꝙ primò ſeipſis formaliter diſtinguantur. Nam illo aliquid diſtinguitur primò ab alio, quod ſecundum ſe, & quodlibet ſui ab eo diſtinguitur. Et hunc intellectum credo doct. uelle de perſonarum conſtitutione expreſſè enim innuit, & dicit diſtinctio. xxvij. quæſtio. j. ꝙ in diuinis ſunt tantum tres res: & ꝙ non eſt concedendum, ꝙ eſſentia, & paternitas ſint duæ res. Nec eſt inconueniens dicere, quòd conſtituens, & conſtitutum ſint idem realiter: licet nõ formaliter. Sic enim paternitas eſt pater, & paternitas. Iſta latius, & clarius explicantur infra diſtinctio. xxviij. uide ibi. Per hoc facilè poſſet reſponderi ad rationes Gregor. diſtinct. præſenti.

Nota. 2 C

¶ Secundò notandum: ꝙ ſicut ſingulare eſt in diuinis, ꝙ relationes diſtinctę realiter ſunt nihilominus realiter ſubſtantia, & eſſentia diuina: & non ſunt accidentia: ſicut omnes relationes reales in creaturis ſecundum ponentes eas: ita etiam multa alia ſunt hic ſingularia quæ in creaturis non inueniuntur. Vnde licet in creatura, omni relatione aliquid refertur formaliter, & denominatiuè: quod prius eſt ad ſe, quàm referatur. Non ſic in diuinis: quia paternitate nihil denominabile refertur: quia in diuinis nihil inueniri poteſt, quod realiter diſtinguatur a relatione, & a termino; niſi ipſa relatio, uel conſtitutum. Eſſentia enim diuina, quæ eſt abſoluta: nec diſtinguitur a relatione: nec a termino: & idem non refertur realiter nec denominatiuè. Et conſtitutum tamen ex relatione, & eſſentia ſcilicet ſuppoſitum patris: quia diſtinguitur a termino paternitatis, ſcilicet a filio: ideo refertur realiter: non tamen denominatiuè: quia non prius eſt ad ſe, quàm referatur: nec relatio eſt extra intellectum eius: quia relatio eſt eſſentialis patri: quoniam ipſe pater conſtituitur ea, & ita eſt de intellectu patris: ſecus in creatura: nam ibi pater eſt aliquid, de cuius intellectu non eſt relatio. quo modo homo, qui eſt pater poteſt intelligi ſine relatione, & refertur paternitate accidentaliter: quia accidit ei, quòd ſit pater. & ita denominatiuè, & ideo eſt aliquid præter relationem. Verum etiam in diuinis eſt aliquid præter relationem: quia eſſentia, quæ non eſt formaliter paternitas, ſed iſta non refertur: quia ut dictum eſt, non diſtinguitur a relatione, nec a termino.

H

Ex eodem fundamento: quia relatio conſtituit extremum: non præexigit realem diſtinctionem extremorum. Oĩs ergo relatio realis præexigit realẽ diſtinctionem extremorum: uel conſtituit extremum. Nec ſemper ſuppoſitũ præſupponitur actioni: nec præintelligitur eſſe prius per ſe, quàm agat: ſed quandoque conſtituitur actione: ut in propoſito: pater cõſtituitur generatione: ideo non præſupponitur generationi. Similiter patet, quòd non omnis relatio primò terminatur ad abſolutum: nec oportet aliquod abſolutum prius originari relatione: licet propriè relatio non origenetur, ſed perſona. Similiter licet relatio ſi quę conſtituit: tamen quia relatio eſt ſubſtantia: ideo conſtituit per ſe ſubſiſtens. Et productio filij eſt generatio: licet filius conſtituatur relatione: quia illa relatio conſtituens eſt ſubſtantia. Et etiã quia relatio eſt ſubſtantia: ideo cum



eſſentia, cui identificatur conſtituit per ſe unum: multò magis, quàm materia, & forma: quia plus diſtinguuntur materia, & forma, quàm relatio, & eſſentia diuina. ¶ Suppono etiam hic, quæ dicta ſunt ſupra. diſtinctio. ſecunda quæſtio. j. & alibi: quid eſt diſtingui: & quomodo aliquid ab alio diſtinguitur & quo.

Nota. 3

¶ Tertiò notandum, ꝙ dupliciter aliquid dicitur referri: formaliter, & denominatiuè. Formaliter illud dicitur referri, de cuius intellectu ẽ ipſa relatio: ut ſimile refertur formaliter ad ſibi ſimile. quomodo hoc intelligi debet alibi patebit.

Referri formaliter.

Illo modo aggregatum ex relatione, & fundamento refertur: quia de ratione aggregati illius eſt relatio. Denominatiuè refertur: quod refertur relatione, quæ eſt extra intellectum eius: ut album dicitur denominatiuè ſimile alteri albo. In diuinis ergo nihil refert̃ denominatiuè: quia cum perſonæ relationibus conſtituuntur, relatio eſt per ſe de intellectu perſonæ: neque ibi aliqd refertur niſi perſona.

Arti. 2. Cõcl. 1. K

¶ Quantũ ad articulum ſecundum eſt concluſio prima. In diuinis ponendæ ſunt relationes reales. Iſta concluſio ponitur propter auctoritates ſanctorum, qui uidentur expreſſè ponere relationem in diuinis. Nõ tantum, ꝙ aliqui conceptus relatiui de perſonis uerificentur ſicut in creaturis: ſimilitudo, qua ſortes dicitur ſimilis Petro: licet nihil addit præter abſoluta; tamen ille conceptus ſimilis qui eſt relatiuus: prædicatur de eis: ſed ꝙ ibi eſt uera paternitas realis, & filiatio: qui ſunt duę res ſimplices, quarum una non eſt alia: licet ſunt una eſſentia identicè nõ formaliter. Solet autem iſta concluſio declarari, & oſtendi multis auctoritatibus, & rationibus quarũ plures colligit Sco. diſt. præſenti: allegans ad hoc auctoritatem Saluatoris Matth. ulti. Euntes do. omnes gentes: bap. eos in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti. Item. j. Ioã. quinto. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo: pater, uerbũ, & ſpiritusſanctus. Et generaliter ubicunque ſacra ſcriptura loquitur de perſonis diuinis: exprimit eas nominibus relatiuis. Sicut etiam patet in ſymbolis apoſtolorum, Athanaſij, & Niceno. Item Boe. in libro trinita: Subſtantia tenet unitatem: relatio multiplicat trinitatem. Item uenerabilis Anſel. in lib. de proceſſione. ſſ. Omnia ſunt unum in diuinis: ubi nõ obuiat relationis oppoſitio. Damaſ. c. octauo. Omnia ſunt unum in diuinis pręter generationem, ingenerationem, & proceſſionem. In his enim ſolum proprietatibus differunt abinuicem ſanctæ tres hypoſtaſes. Item cap. quinto. In his ſolum tribus ineffabilibus: paternali, filiali, & proceſſibili &c. Faciunt ad idem multa dicta ſancti Auguſtini, Richar. magiſtri in litera. uidetur idem poſſe colligi ex cap. ſupra. allegato. firmiter. de ſumm. trini. & fi. ca. ubi ſic dicitur. Hæc ſancta trinitas ſecundum communem eſſentiam indiuidua: & ſecundum perſonales proprietates diſcreta &c. Valet pro illa concluſione Ockam in centilogio cõcluſione. lxxviij. & ſequen.

Cõcl. 2. L

¶ Secunda concluſio. Relationi in diuinis non repugnat conſtituere ſuppoſitum, ſeu perſonam, ac diſtinguere ab alia. Probatur: quia nulli rei incommunicabili conſtituenti cum aliqua re per ſe unum, repugnat conſtituere tale in tali eſſe, quale habet, & diſtinguere ab omni illo, a quo ipſa diſtinguitur: ſed paternitates eſt incommunicabilis, & conſtituit per ſe unum cum eſſentia: & diſtinguitur realiter a perſona filij, & ſpiritusſancti: ergo non repugnat ſibi conſtituere illud unum in eſſe incommunicabili: & diſtinguere ipſum a qualibet alia perſona.

Cõcl. 3.

¶ Tertia concluſio. Non eſt ponenda proprietas abſoluta conſtituens perſonam. Probatur: quia omnino fruſtra poneretur: nec habetur expreſſè in ſcripturis, uel dictis ſanctorum: igitur non eſt ponenda. Non enim ſunt ponenda plura miracula, quæ uidentur naturali rationi repugnare ſine auctoritate ſcripturæ, aut ſanctorum.

Arti. 3. Dub. 1. M

¶ Quantum ad articulum tertium plura poſſent moueri dubia. Primò ſic conclu. ſecundam In diuinis nulla eſt pſonarũ cõſtit. ergo.

In diuinis nul-

In diuinis nulla eſt perſonarū conſtitutio.

Antecedēs probatur: quia in diuinis ē ſumma ſimplicitas, cui repugnat eſſe cōſtitutum. Probatur. Omne cōſtitutum habet aliqua diſtincta: nullum ſimpliciter ſimplex habet in ſe diſtincta: ergo nullum ſimpliciter ſimplex eſt conſtitutum. Tenet conſequentia in cameſtres. Maior eſt nota: quia conſtitutum præſupponit diſtinctionem conſtituentium. Minor probatur: quia ſi habet in ſe diſtincta conſtituentia: ſingula ſunt conſtituto ſimpliciora: quia non conſtitutū eſt ſimplicius conſtituto: ſicut pars ſimplicior toto. ¶ Solutio: conſtitutio non repugnat ſimplicitati: ut ſupra. diſtinct. viij. quæſt. vij. quando conſtituētia ſunt inter ſe idem, & cum toto perfecta identitate. Et ſicut ſimplicitati non repugnat perſonarum pluralitas: ita nec perſonarum conſtitutio: nec repugnat conſtituentium pluralitas. Ex quo enim cōſtituentia identificantur eſſentiæ: non cōponunt cum eſſentia. Similiter quia cōſtituentia perſonam, ſunt idem inter ſe, & cum ſuppoſito, quod conſtituunt, nulla eſt ibi omnino compoſitio. Eſt igitur in diuinis ſumma ſimplicitas: quia nulla poſſibilis compoſitio: nec intrinſeca: nec extrinſeca. Ad formam argumēti ad diſcurſum in cameſtres, negetur ꝓbatio minoris, & minor: ſaltem largè loquēdo de diſtinctione, ut diſtin. extenditur ad diſtinctionem formalem. Itē nullum conſtituentium (ut patuit) eſt ſimplicius conſtituto propter perfectā identitatem realem conſtituentium cum cōſtituto, & inter ſe. Tollit igitur ſimplicitas compoſitionem: non pluralitatem eorum quæ ſunt perfectè idem inter ſe, & cum conſtituto. ¶ Secundò ſic poteſt

Dub. 2. N

argui contra eandem concluſionem. Nullum ſuppoſitum conſtituitur relatione: igitur. Antecedens probatur multipliciter. Primò: quia ſuppoſitum refertur illa relatione: ergo eſt præuium relationi. & per conſequens non conſtituitur ea: ultima conſequentia tenet: quia prius non conſtituitur poſteriori. Prima conſequentia probatur: quia oē, quod refertur relatione formaliter eſt præuium relationi: ſicut id, quod denominatur album, eſt prius albedine. Quod probatur: quia quod refert̄ prius eſt ad ſe, quàm referatur: ſecundum Augu. vij. trin. Omne relatiuum eſt aliquid excepta relatione. Item relatio realis pręexigit diſtinctionem aliquorū in diuinis: & non niſi ſuppoſitorum: ergo ſuppoſitū eſt pręuium relationi. Antecedens principale probatur: quia aliquid refertur filiatione, & nō ipſa relatio: nec eſſentia: ergo ſuppoſitū: quia nihil aliud dari poteſt. Item ſicut actioni, & ſimiliter paſſioni præintelligitur ſuppoſitum agens, aut patiēs: in illo priori eſt aliquid ad ſe: igitur non conſtituitur relatione. ¶ Pro

O

omnibus illis, & alijs conſiderandū poſt notata in notabili. ij. ꝙ ſicut ſingulare eſt in diuinis, ꝙ relatio, ſiue entitas relatiua eſt idem realiter cū ſubſtantia ſumma; quod impoſſibile ē inuenire in creatura: quodq; ipſa relatio eſt incōmunicabilis: ſubſtantia tñ., cum qua idem eſt ueriſſima identitate reali eſt cōmunicabilis: ita multa alia ſequuntur, quę extra diuina in creaturis ſunt impoſſibilia omnino: ſicut ꝙ relatio conſtituit ſuppoſitum naturę intellectualis: & ꝙ dat ei eſſe ſubſiſtens, & diſtinctum: ſic intelligēdo: ꝙ relatione formaliter deus eſt ſuppoſitum, & ſuppoſitū relatione diſtinguitur ab alio ſuppoſito: ꝙ relatio eſt intrinſeca, & eſſentialis ſuppoſito: immo eſt ipſum ſuppoſitum: quod conſtituit ſuppoſitum ſubſtantiale. Et multa ſimilia, quę omnia non ſunt magis impoſſibilia: q̄ ꝙ relatio ſit eadem ſubſtantiæ. Per hoc ad primum, negetur, ꝙ nullum ſuppoſitum conſtituitur relatione. Ad probationem: conceditur: ꝙ ſuppoſitum refertur formaliter illa relatione: ſed non denominatiuè, quia non accidit relatio ſuppoſito: ſed eſt intrinſeca ſuppoſito. Nec eſt ſimile de albo, & albedine, quæ accidit albo. Et cum arguitur: ergo eſt præuium relationi. Negetur conſequētia. Ad Auguſt. non dicit, ꝙ relatiuum eſt aliquod præuium, ſed dicit eſt aliquid excepta relatione: quia ſuppoſitum eſt eſſentia; quæ non eſt formaliter relatio: ſicut ſatis declarat. c. ij. circa finem. Sic dicitur ad aliud: ꝙ ſicut relatio nō pręexigit



exigit diſtinctionem diſtinctorum extremorum: ſed conſtituit ſuppoſita diſtincta: uel ſuppoſitum diſtinctum: ita nō omnis actio, aut paſſio præſupponit ſuppoſitum: ſed aliqua conſtituit: ut hic licet hoc in creaturis non inueniatur.

Dub. 3. P

¶ Tertiò poteſt argui contra id, quod dictum eſt proprietatem conſtitutiuam identificari ſuppoſito conſtituto: proprietas relatiua, & conſtitutiua diſtinguitur realiter a ſuppoſito: ergo nō identificatur ei realiter. Antecedens probatur: quia conſtituens realiter: realiter refertur ad conſtitutum: ſed idem non refertur ad ſe realiter: quia relatio realis requiritur diſtinctionem extremorum. Antecedens pro prima parte probatur: quia conſtituens refertur ad conſtitutū: uel ergo realiter, uel rationi. Si ſecundū tunc non conſtitueret realiter: ſed tantum ſecundum rationem: quia eo modo conſtituit: quo refertur. Item conſtituens realiter diſtinguitur a conſtituto. Aſſumptum probatur: quia nihil conſtituit ſeipſum realiter: ſicut nihil gignit ſeipſum. ¶ Ad primā negetur aſſumptū. Ad probationem. Conſtituens realiter refertur ad conſtitutum. Dicitur diſtinguendo de referri realiter: quia poteſt accipi prout eſt referri relatione, quæ eſt aliqua res ab omnibus abſolutis diſtincta: ſaltem formaliter: uel quia illud, quod refertur: ex natura rei eſt tale, quale ſignificatur per relatiuum. Primo modo conſtituens non refertur realiter ad conſtitutum: ſed eſt met relatio: qua cōſtitutum refertur ad ſuum correlatiuū, ſicut paternitas nō refertur realiter ad patrem: ſed paternitate pater refertur realiter ad filium: ſicut ęqualitas in diuinis. Nam perſonę ſunt realiter æquales: & tamen æqualitas non ē relatio realis primo mō ut patuit diſ. xx. ſic identitas ſimilitudo in diuinis. Secundo modo cōceditur: ꝙ paternitas refertur realiter ad patrem ſub his nominibus conſtituēs conſtitutum: quia realiter conſtituit patrem: quod conſtituere ſignificatur ꝑ hæc relatiua conſtituens conſtitutum.

Referri realiter.

Conſequenter negetur: ꝙ idem non refertur ad ſeipſum realiter. Vnde referri realiter nihil aliud eſt, quàm ſic ſe habere ut relatiuum ſignificat: circumſcripto omni opere intellectus. Cōceditur etiam, ꝙ identitas numeralis eſt relatio realis. Ad ſecundum: negetur, ꝙ nihil conſtituit ſeipſum realiter. Verū nihil cōſtuit ſeipſum formaliter: hoc eſt dictu, ꝙ conſtituens & conſtitutū ſunt idē realiter: ſed non formaliter. ¶ Et quando arguitur: nihil gignit ſe: ergo nihil conſtituit ſe. Reſpondetur, quòd non eſt ſimile: quia generans realiter producit genitum. Nihil autem poteſt ſeipſum producere: ſecundum Aug. x. de tri. ſed conſtituens non producit conſtitutum. Item nihil poteſt ſibi jpſi dare: nec a ſeipſo recipere eſſe ſimpliciter, & originatiuè: ſed omne genitum recipit eſſe ſuū ſimpliciter a gignente: non ſic conſtitutum a conſtituente ſaltem originaliter: etiā ſi conceditur, ꝙ acciperet eſſe formaliter. Nam paternitate accipit eſſe patrem: ſed non principiatiuè: nunc autē bene aliquid accipit eſſe a ſeipſo formaliter: ſed nunquam principiatiuè: ſicut anima habet uitam a ſeipſa formaliter: non autem principiatiuè. ¶ Quartò

Dub. 4. Q

An oīs ut relatio ſint communicabilis.

ſolet argui contra concluſionem ſecundam quadrupliciter. ſ. ex ratione incommunicabilitatis: ex ratione diuerſitatis prædicamentalis & eſſentię: ex relationis imperfectione: ex ratione ſecundum quam conſtituit. ¶ Ex ratione incommunicabilitatis, relatio non conſtituit perſonam. Probatur. Omne conſtituens perſonam eſt incommunicabile: relatio non eſt incommunicabilis: ergo. Conſequentia tenet in feſtino. Maior nota: qa perſona eſt intellectualis naturæ incommunicabilis ſubſiſtentia ſecundum Ric. Minor probatur: quia nulla quidditas eſt ꝑ ſe incōicabilis: relatio eſt qdditas: igitur. ¶ Item relatio (gratia exempli) filiatio non eſt de ſe hæc: ergo multò minus incommunicabilis: quia incommunicabilitas præſupponit ſingularitatem. Antecedens probatur: quia circūſcripto, quicquid non eſt de ratione formali filiationis (puta deitate) non eſt hęc: quia conuenit pluribus. Quod autem deitas non ſit de ratione formali ſi

liationis, uel paternitatis: pater. vij. de trin. cap. j. non eo pater, quò deus. circumſcripta: ergo deitate non eſt de ſe hæc: quia non eſt formaliter infinita: ſed continet per identitatem aliquid, ſcilicet eſſentiam, quæ eſt extra ratioñe propriam, & ſic eſt quodammodo illimitatum. Continentia enim formalis requirit maiorem perfectionem. ¶ Item generatio actiua non eſt de ſe incõmunicabilis: ergo nec paſſiua. Tenet conſequentia: quia relatiua oppoſita uniformiter ſe habent ad incommunicabilitatem. Antecedens probatur: quia poſito per impoſſibile, ꝙ pater prius ſpiraret. ſ. quàm generaret filium: in illo priore communicaretur. ſ. uis generatiua: ſicut nunc in inſtanti generationis communicatur filio uis ſpiratiua: & tamẽ ſaluaretur adhuc ratio formalis generationis, & ſpirationis. Eſſet ergo tunc generatio actiua in duobus ſuppoſitis: & ita non incõmunicabilis. ¶ Solutio ad primum: negetur, ꝙ relatio ſit cõicabilis: ſaltem illa relatio, quę ultimate conſtituit, & diſtinguit. Similiter ꝙ oĩs quidditas ſit cõmunicabilis: immo excepta diuina eſſentia, ſi dicatur quidditas: omnis quidditas ſicut omnis res alia eſt de ſe hæc & incommunicabilis. ¶ Verum quidditas poteſt capi: uel pro prędicato quidditatiuo. i. quidditatiuẽ ſuperiori, ꝑ eſſentia rei. Primo modo eſt communicabilis per prædicationem pluribus, ut quod. i. prædicatione dicente, hoc eſſe hoc. non ſecundo modo, & ſic intelligendæ ſunt auctoritates ſi quę adducerentur. ¶ Per idem patet ſolutio ſecundi, ꝙ filiatio eſt de ſe hæc: quia eo ipſo, ꝙ eſt talis entitas, eſt hæc. Et cum dicitur: de ratione formali. ſi per rationem formalem intelligitur aliquid præter id, qđ res eſt: puta aliqua ratio mentalis (ut ratio dicit conceptum) tunc nihil conuenit cuicunqne rei realiter ex aliqua ratione formali, uel non formali: quia ratio intellectus nihil dat, uel accipit rei: neque aliquid mutat circa rem, & ita incommunicabilis conuenit filiationi ex eo, ꝙ eſt res iſta, non obſtante quacunq; ratione appræhendatur ab intellectu noſtro. Nam eiuſdem rei poſſunt eſſæ multæ rationes formales, ſecundũ ꝙ multipliciter ab intellectu poteſt conſiderari, & cuilibet rationi poteſt aſſignari ſignum: cuius ratio illa poteſt dici formalis. Et ſic unius ſigni uniuocè tenti, non eſt niſi una ratio formalis. ¶ Quod etiam dicitur, ꝙ relatio non eſt formaliter infinita, diſtinguitur de infinito: quia uel dicitur infinitum, cui repugnat omnis imperfectio: ſiue quo nihil eſt perfectius: ſic relatio diuina eſt de ſe, & formaliter infinita: quia entitas illa, quæ eſt relatio pręciſè, & formaliter conſiderata, eſt omni creatura perfectior, & ea nihil eſt perfectius. ¶ Secundò modo dicitur infinitũ aliqua res abſoluta omni alia re perfectior: cui repugnat omnis impefectior, & ſic relationes in diuinis non ſunt formaliter infinitę. Tum quia nõ ſunt res abſolutæ. Tum quia nõ ſunt perfectiores relationibus oppoſitis. Et ita ſola diuina eſſentia eſt formaliter infinita. Relationes uerò nec ſunt fomaliter finitæ: nec infinitæ ſicut non ſunt formaliter eſſentia: ſed ſunt infinita idẽticè. Ad tertium negetur antecedens, & conſequentia. Conſequentia: quia ſpiratio actiua eſt communicabilis, & non ſpiratio paſſiua. Ad probationem antecedentis: poſito per impoſſibile &c. Dicitur, ꝙ illo impoſſibili poſito paternitas eſſet communicabilis. Et cũ additur. Et tñ manet ratio formalis &c. ut prius poteſt manere ratio paternitatis eadem generalis in mente: ſed hoc nihil ad rẽ. Non tamen manet res ipſa: quia tunc eſſet alia paternitas realiter, quàm illa nunc eſt. Pręterea quod inconueniẽs, quòd ex ſimpliciter impoſſibili ſequuntur contradictoria: cum ex hoc aliquid eſt impoſſibile: quia ad ipſum ſequuntur contradictoria: ſicut pono per impoſſibile, quòd ſortes manens animal rationale non ſit homo. ſequitur ꝙ eſt homo, & non eſt homo. ¶ Ex dictis diuerſitatis prædicamentalis, & eſſentiæ arguitur conſtitutiuum perſonæ eſt per ſe unum cum eo, quod ſecum conſtituit, & etiam cum conſtituto: ſed relatio, & abſolutum non faciunt per ſe unum: cũ

Infinitũ dupliciter ſumitur.

R

Quõ relatio faciunt ꝑ ſe unũ cũ eſſentia.



ſint diuerſorum prædicamentorum. Itẽ prima identitas eſt naturæ ad ſuppoſitũ: ergo non includit aliquod alterius generis. Item eſſet maior identitas naturæ creatæ ad ſuppoſitum ſuum: q̃ naturę diuinæ ad ſuum. ¶ Ad primum dicitur: ꝙ relatio facit per ſe unum cum eſſentia, & non tantum unum cõſtitutum ſicut ex materia, & forma fit unum conſtitutum, ſicut ex materia, & forma fit unũ compoſitum: ſed relatio eſt eſſentia. Qđ additur de rebus diuerſorum prædicamẽtorum. Poſſet dici: ꝙ relatio diuina, & deus non ſunt in prędicamento: ut quibuſdam placet: ſed illo non admiſſo dicitur, ꝙ prædicamenta non diſtinguũtur ſecundum res &c. Ideo una res eſt diuerſorum prædicamentorum. Ad ſecundum dicitur: loquendo de creaturis eſt omnimoda idẽtitas naturę, & ſuppoſiti, & nulla pęnitus diſtinctio: ideo nulla incluſio, nec eiuſdem, nec alterius generis. In diuinis autem eſt diſtinctio formalis inter naturam, & ſuppoſitum: nec impedit, ꝙ ſuppoſitum includit aliquid alterius generis: cum illa, quæ includit, ſunt idem uerisſima identitate reali. ¶ Et contra hoc eſt, quod tertiò arguitur, ad quod dicitur, ꝙ eſſet maior idẽtitas naturæ creatæ &c. Negetur: ꝙ ſit maior identitas: quia non perfectior: quia ita uerè, & perfectè relatio, & eſſentia ſunt una res: ſicut natura, & ſuppoſitum in creatura. Eſt tamen quidã modus identitatis, ſcilicet formalis naturę createę ad ſuum ſuppoſitum: qui non eſt naturæ diuinę ad ſuppoſitum ad ſenſum ſupra tactum. quæſtio. xj. diſt. ij ut formalitas illa eſt conditio propoſitionis: ſed ille modus nod arguit maiorem identitatẽ: quia ita uerè, & perfectè eſt idem realiter eſsẽtia, & paternitas, & pater ſicut eſſentia, & eſſentia. ¶ Ex relationis imperfectione. ¶ Si filius conſtituitur relatione: ſequitur, ꝙ generatio diuina non erit ad ſubſtantiam: ſed ad relationem, & ita erit generatio ſecundum quid. Item non uidetur quomodo res minimæ entitatis conſtituat rem maioris entitatis: qualis eſt ſuppoſitum diuinum. Item non poteſt oriri noua relatio, niſi originetur aliquod abſolutum: ergo abſolutè conſtituitur perſona non relatione. Conſequentia nota. Añs probatur: quia ad relationem non eſt motus. v. phyſ. ¶ Ad primum dicitur: ꝙ generatio eſt ad perſonam filij, quæ eſt ſubſtantia, & ipſa relatio. ſ. filiatio eſt ſubſiſtens, & ſubſtãtia: ideo eſt ad ſubſtantiã. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ relatio in diuinis non eſt res minimæ entitatis: ſed maximæ entitatis negatiuæ: quia nihil maioris entitatis eſt. ut ſupra dictum eſt. ¶ Ad tertium dicitur: ꝙ propriè loquendo relatio non originatur: ſed perſona conſtituta. Tñ admiſſo impropriè, ꝙ relatio originatur: quia eſt ab alio (nam quicquid habet filius, & ſimiliter ſpiritus ſanctus habet a patre, & filius habet filiationem a patre, & ſic filiatio: quia in ſolo filio eſt: poſſet aliquo modo concedi: ꝙ originaretur a patre) non tñ concedendum eſt aliquod abſolutum originari: quia licet eſſentiam filius habet a patre: tamen eſſentia non originatur: nec eſt a patre. Ad primum dicitur, ꝙ loquitur de creaturis, & uult, ꝙ ad relationem non eſt motus. Primò: nam quandocunque aliquod relatiuum de ad aliquid de nouo prædicatur de aliquo, oportet etiam aliquod abſolutum. i. nõ relatiuum de aliquo prædicari: ut ſi de nouo ſortes dr̃ ſimilis alteri in albedine: oportet illud ꝑdicatum albũ de nouo prędicari de aliquo: puta de ſorte: uel de alio, cui de nouo eſt ſimilis. ¶ Ex ratione, ſecundũ q̃ conſtituit. ¶ Si relatio cõſtitueret ultimatè, uel ut eadem eſſentiæ: uel ut diſtincta ab eſſentia. Si primum: ergo non diſtinguit: quia eſſentia nihil in diuinis diſtinguit. Nec ſecundũ, quia non diſtinguitur ab eſſentia niſi formaliter, & ſic non diſtingueret pſonas: niſi formaliter. ¶ Itẽ ſi relatio cõſtitueret uel ſub rõne relationis, uel ſub rõne originis: uel ſub rõne proprietatis. Non ſub rõne relationis: qa tunc tot eſſent cõſtituta, ꝙ relationes: ſed cũ quatuor ſint relatiões: quatuor eſſent pſonæ cõſtitutę. ¶ Itẽ relatio pſupponit actũ notionalẽ tanquã fundamentũ: actus autem notionalis præſupponit ſuppoſitum. Nec ſub

S

Generatio in diuinis nõ ẽ res minimę entitatis.

T

ratione originis: quia origo non eſt in-
trinſeca originanti, nec originato: ſed
eſt uia quædam a re ad rem. Diſtinctio
autem fit per intrinſeca: non per extrin
ſeca. Nec ſub ratione proprietatis: quia
uel abſolutè, uel reſpectiuè. Secundum
improbatum eſt. Nec primum: quia tūc
ſuppoſita eſſent abſoluta, & relationes
aduentitiæ. ¶ Item quicquid eſt abſolu-
tum in diuinis, conuenit omnibus tri-
bus, & ita non diſtinguit: ergo nec cōſti
tuit. ¶ Reſpōdetur ad primum: ꝙ relatio
conſtituit: nec ut eadem eſſentiæ: nec
ut diſtincta: ſed ut hoc relatio. Nam illę
reduplicatiuè inferrent, ꝙ omne idem
eſſentiæ conſtitueret: & omne diſtin-
ctum ab eſſentia conſtitueret. ¶ Ad ſecū
dum dicitur: ꝙ in diuinis idem eſt origo,
relatio, & proprietas relatiua oībus mo
dis. Nullo.n. modo ex natura rei diſtin-
guuntur generatio actiua, paternitas, ge
nerare. Neque diſtinguuntur generatio
paſſiua, filiatio, natiuitas, generari, na-
ſci. Et ideo qcquid de uno prędicatur,
prædicatur de alio. Ideo ſicut filiatio
conſtituit: ita generatio, paſſio, natiui-
tas, generari: quia idem ſunt oībus mo
dis. ¶ Per hoc ad argumentū, quod quę-
rit: ſub qua ratione conſtituat. Dicitur,
ꝙ propriè loquendo non conſtituit ſub
illa, uel alia ratione: quia non conſtituit
ut ratio: ſed realiter conſtituit ut hæc
res, quæ eſt realiter relatio, origo, & pro
prietas: quamuis poſſit res illa diuerſis
rationibus ſignificari: & ipſæ rationes
diuerſis nominibus ſignificari. Sed nec
rationes in intellectu: nec nomina eas
deſignantia: faciunt aliquid ad conſti-
tutionem perſonarum. Et ideo paterni
tas conſtituit, ſiue ſignificetur ut conſi
deratur ut relatio, uel ut origo, uel ut
proprietas: quia ſiue ſic, ſiue ſic conſi-
deretur: res eſt eadem, & ut hæc res con
ſtituit. Tamen ad improbationem mem
brorum cum infertur probando, quòd
non ſub ratione relationis, quia tunc
quatuor eſſent ſuppoſita, ſicut quatuor
relationes. Poſſet negari, ꝙ ſunt qua-
tuor relationes: quia non ſunt quatuor
res: ſed tantum tres res. Nam ſpiratio
actio, non eſt alia res a paternitate: nec
alia a filiatione: licet ab utraq; formali-
ter diſtinguatur. Admiſſo tñ ꝙ ſint qua
tuor relationes formaliter diſtinctę: nō
realiter. Negetur: ꝙ quatuor eſſent per
ſonæ: quia non omnes relationes ulti-
matè conſtituunt: ſed ſolum illæ, q̄ inter
ſe realiter diſtinguuntur: ita ꝙ nulla ea-
rum ſit alia. Et hæ ſunt tantum tres. ſ.
paternitas, filiatio, ſpiratio, paſſio: & ita
ſunt tantum tres perſonę. Siquidem ſpi
ratio actio: quia eſt eadem cum duabus
relationibus oppoſitis. ſ. paternitate, &
filiatione: ideo nō conſtituit ultimatè.
Ad hoc Ockam in centilogio conclu-
ſione. lxxvij. ¶ Ad id, quod relatiuum
præſupponit actum notionalem tanquā
fundamentum. Reſpondetur negando.
Nam relatiuum eſt actus notionalis: nā
paternitas, & generare non diſtinguun
tur: nec relationes ſecundi modi fundan
tur in actu: ſed in aliquo abſoluto. Vnde
eſſentia diuina eſt fundamētum omniū
relationum. ¶ Ad tertium dicitur: ꝙ ori
go eſt intrinſeca: quia eſt omnibus mo-
dis relatio. Et negetur: quòd ſit uia &c.
Non enim ponitur tale medium inter
producens, & productum: ſicut nec in-
ter creantem, & creatum. Vnde in diui
nis non eſt niſi eſſentia, relatio, & con-
ſtitutum. ¶ Item ex alio arguitur. in diſ
finitione perſonę non ponitur relatiuū:
ergo relatio non eſt intrinſeca perſonę,
& ita non conſtituit. Solutio: perſona
eſt cōmune ad perſonas creatas, & in-
creatas: ut patuit diſtinct. xxxv. & ſola
increata conſtituitur relatione: ideo ni
hil poni debuit, quod non conuenit om
nibus perſonis.

## QVAESTIO. II.

VTRVM diuinæ perſonæ A
conſtituantur, & diſtinguā
tur per relationes, ſub ratio
ne relationis, uel alia. Trib⁹
articulis more ſolito termi
nabitur quæſtio Opinionum, & ſuppo-
ſitionum recitatione: concluſionum re
ſponſalium ſubiunctione, & dubiorum
mouendorum ſolutione. ¶ Quoad ar- Arti. 1.
ticulum primum: conſiderandum, ꝙ Nota. 1
doct. in hoc quęſtione primū recitat, &
impu



impugnat opi. beati Tho. parte. j. quæſt.
xl. artic. ij. tenentis, ꝙ in diuinis ſunt
origines, & relationes ratione diſtinctę
non re. Et perſonę conſtituunt, & diſtin
guuntur: non per origines: ſed per rela
tiones, non ut relationes ſed ut proprie
tas. Dehinc recitat, & impugnat opin.
Henrici de Gandauo dicentis: ꝙ in una
perſona non eſt niſi una proprietas poſi
tiua ſecundum rem: ſed diuerſa ſecundū
rationem. Vnde in patre ponuntur illa
quatuor: generatiuum, potēs generare:
generans: pater: quorum quia ſemper
prius eſt ſuperius ad poſterius: ita præuiū
eſt primò principium producendi perſo
nam. Conſtituit ergo proprietas patris
ſub ratione generatiuitatis, & non ſub
poſterioribus. Cōtra has probat auctor,
ꝙ ea realia, quæ nullo modo ex natura
rei diſtinguuntur: non poſſunt diſtingui
ratione. Et licet diuerſæ rationes, & cō
ceptus de eadē re formantur in mente:
tamen propter hoc nullum prædicatum
reale poteſt uerificari de una ratione, &
negari de alia capiendo eas perſonali-
ter, & ſi pro eadem pręcipuè ſupponant:
nec tamen poſſunt diuerſæ rationes for
mari de eadem re: quin connotent di-
Nota. 2 uerſa, aut ſignificent diuerſa. ¶ Secun-
dò notandum: ꝙ ly ſub ratione, in titu-
lo quęſtionis poteſt capi reduplicatiuē:
uel excluſiuè ęquiualenter: ut ualet illā:
utrum perſonæ diuinæ diſtinguātur per
relationes ſub ratione relationum. i. tm̄
per relationes: & non per quęcunque a-
lia quomodocunque diſtincta a relatio
nibus. Tertiò ſupponitur: ꝙ in diuinis
nihil omnino imaginabile eſt, quàm eſ-
ſentia, & relatio, & ſuppoſita pariter, &
cōſtitutū ſecūdū modū loquēdi Ockā.
¶ Pro articulo ſecundo eſt cōcluſio pri
Arti. 2. ma. Origo, & relatio nullo modo diſtin
Cōcl. 1 guuntur ex natura rei. Probatur: quia
B fruſtra poneretur. Probatio: quia uel
poneretur (gratia exempli inter pater-
nitatem, quæ eſt relatio: & generatio-
nem, quæ eſt origo) quia paternitas ne
ceſſariò fundatur in generatione: uel
quia generatio præſupponitur paterni-
tati: uel quia generare, ſeu generatio
præſupponit ſuppoſitum. Non propter
primum: quia etiam in creaturis pater-
nitas non fundatur in generatione ſe-
cundum eas: quia manet tranſeunte ge
neratione. Non autem poteſt manere
relatio ſine fundamento. Nec propter
ſecundum: quia inter deum creantē, &
creaturam productam, non ponitur ali-
quod medium reale: ergo multò minus
inter patrem producētem conſtitutum
relationem, & filiationem & filium pro
ductum ponitur medium qualitercunq;
diſtinctum a patre, paternitate: eſſentia,
& filio ex natura rei. Nec propter ter-
tium: quia non magis præſupponit gene
rare in diuinis ſuppoſitum: quàm pater-
nitas: ſicut ergo paternitas in diuinis
non præſupponit ſuppoſitum: ſed con-
ſtituit: ita nec generare pręſupponit, ſed
conſtituit. Probatur etiam: quia conce-
ditur ab opinionibus recitatis. ¶ Secun Cōcl. 2
da concluſio. Tam origo, quàm relatio
conſtituit perſonas, & diſtinguit. Patet:
quia ſunt omnibus modis idem, & con
ſtituere ac diſtinguere ſunt p̄dicata rea-
lia: ergo ſi conueniunt uni, conueniūt,
& alteri. Aſſumptum eſt concluſio pri-
ma. Conſequentia tenet ex impugnatio
ne opi. Et quia ſi ſtaret oppoſitum con
ſequentis cum antecedēte maximè pro
pter diuerſas rationes, aut diuerſas con
ſiderationes intellectus. Sed conſidera-
tio intellectus nihil uariat in re. Si dicis:
deitas, & deus ſignificant præciſè idem
omnibus modis: & tamen deus generat:
& deitas non generat. Similiter homo,
& homines idē ſignificant: & ſortes, uel
animal prędicatur de ly homo: & non
de ly homines: ſimiliter albus, & albedo.
Reſponſio: ꝙ deus, & deitas non ſignifi
cant idem omnibus modis: quia deus eſt
nomen ſuppoſiti: quod formaliter diſtin
guitur a deitate: de quo, ſupra diſt. iiij. Si
militer homo, & homines non ſignifi-
cant idem: quia homo ſignificat quem-
libet hominem ſingularem, & unum: ho
mines uerò non ſignificat unum homi-
nem, ſed tantum plures: ideo non ſuppo
nunt pro eodem. Item albus licet for-
maliter ſignificet albedinem: tñ ſubſtra
ctiuè ſignificat ſubiectum quod non ſi-
gnificatur per ly albedo. ¶ Tertia con- Cōcl. 3.

cluſio. Accipiendo ly ſecundum, uel ſub
ratione reduplicatiuæ perſonæ, non cō
ſtituuntur per relationes ſub ratione re
lationis. Patet: qa tunc oīs relatio cōſti
tueret, & diſtingueret perſonas: quod ē
manifeſtè falſum: cum relatio in creatu
ris nō cōſtituit, aut diſtinguit perſonas
diuinas: nec omnis relatio in diuinis: qa
Cōcl. 4. ſpiratio actio non diſtinguit. ¶ Quarta
concluſio. Accipiendo ly ſub ratione ut
æquipollet excluſiuè: perſonę diuinę cō
ſtituuntur, & diſtinguuntur per relatio-
nes ſub ratione relationis: quia relatio
conſtituit, & diſtinguit: & non quodcun
que aliud q̄uocunq; diſtinctum a relatio
ne: quia licet eſſentia, quę formaliter di
ſtinguitur a relatione, etiam cōſtituat:
tamen quia eadem in oībus perſonis eás
non diſtinguit. ¶ Et ſuo modo concedē
dum eſt, ꝙ relatio diſtinguit ſub ratione
originis: ut patet. ¶ Quantum ad arti-
Arti. 3. culum tertium dubitatur, cum ſecundū
Dub. 1. prædicta diſtinguere, & conſtituere po-
C teſt de aliquo prædicari cum nota redu
plicationis: de quo ergo ſic prædicatur.
Reſponſio: ꝙ poteſt prædicari de pater-
nitate cum hac nota, inquātum hæc pa
ternitas. Sic paternitas inquantum hæc
paternitas conſtituit: ſic de filiatione cū
hac nota, inquantum hæc filiatio. Sic de
ſpiratione paſſione cum nota, inquantū
hæc ſpiratio paſſio. Similiter cum hac
nota, inquantum hæc Origo, inquantū
hæc generatio actio, uel generatio paſ-
ſio, reddendo ſingula ſingulis. Valent
pro hac quæſtione dicta ſuperius. q. j. in
dubio. iiij. cum argutum eſt contra per
ſonarum conſtitutionem ex ratione, ſe
cundum quam conſtituit.

## QVAESTIO. III.

A
Coſtitu tiuū du pliciter. VTRVM omnes relatio-
nes diuinæ ſint conſtituti-
uæ perſonarum. ¶ Suppo-
no hic, quæ dicta ſunt. q. j.
huius diſtin. de conſtitutio
ne perſonarum, & quid eſt conſtituere.
Mouetur hæc quæſtio principaliter pro
pter ſpirationem actiuam, an. ſ. debeat
dici relatio conſtitutiua. ¶ Pro ſolutio-
ne queſtionis, notandum ſecundū doct.
ꝙ conſtitutiuum accipitur dupliciter.
Vno mō pro omni illo, quod eſt de eſ-
ſentia, & quidditate alicuius: ita ꝙ ipſum
ſine illo eſſe non poſſit: diſtinctum tñ
aliquo modo ab eo ex natura rei. Secū
do mō accipitur magis ſtrictè pro illo,
quod eſt de eſſentia alicuius, diſtinguēs
ipſum ab omni alio. hoc modo eſſentia
non conſtituit perſonas: quia non diſtin
guit: ſed primo modo. ¶ Concluſio pri Cōcl. 1.
ma. Spiratio actiua non eſt aduentitia B
perſonæ: nec habet quaſi rationem acci
dentis. Probatio: quia qñcunque aliqua
conſtituunt per ſe unum: nullum illorū
habet rationē accidentis, uel aduentitij
reſpectu alterius: multò minus reſpectu
conſtituti. Patet de materia, & forma
ſubſtantiali: ſed eſſentia paternitas, & ſpi
ratio actiua conſtituunt per ſe unum: er
go. Minor patet: quia eſſentia paterni-
tas, & ſpiratio ſunt unum: manifeſtū eſt:
& non unum per accidens: ergo unum
per ſe. Præterea ſigno eſſentiam pater-
nitatem, & ſpirationem actiuam: multò
plus unum ſunt, q̄ materia, & forma. Nā
ita materia, & forma ſunt unum cōpoſi
tum: ꝙ tñ materia non eſt forma: nec e-
conuerſo: qm̄ diſtinguuntur realiter: ſed
eſſentia, paternitas, ſpiratio actio, non
diſtinguuntur realiter: ergo magis con
ſtituunt unum per ſe, q̄ materia, & for-
ma. ¶ Secunda concluſio. Spiratio acti- Cōcl. 2.
ua eſt relatio conſtitutiua cum eſſentia, C
& paternitate perſonæ patris: & cum ea-
dem eſſentia, & filiatione perſonæ filij:
capiendo conſtitutiuum primo modo.
Probatur: quia eſſentia paternitas, & ſpi
ratio actiua eſt unum per ſe, ut probatū
eſt: & perſona patris conſtituitur nō ſo-
lū ex eſſentia, & paternitate: ſecluſa ſpi-
ratione actiua: ergo ſimul conſtituitur
ex ſpiratione actiua. ultra ergo ſpiratio
ne actiua conſtituit. Præterea conſtitu
tum ex eſſentia, & paternitate pręciſè
non eſt ſuppoſitū uel perſona: ergo prę-
ter illa erit aliquid, quod cum illis conſti
tuit perſonam: & illud non eſt aliud, q̄
ſpiratio actiua. Aſſumptum probatur: qa
diffinitio ſuppoſiti ſuprapoſita diſ. xxiij.



ſibi non cōuenit pro illa particula, non
conſtituens. Nam ut probatum eſt: eſſen
tia, & paternitas conſtituunt unum cū
ſpiratione actiua. nec eſt rō quare ex eſ-
ſentia, & ſpiratione actiua non conſti-
tueretur per ſe unum, ſicut ex eſſentia,
& paternitate. Sicut aūt cōſtitutum ex
eſſentia, & ſpiratione actiua non eſt ſup
poſitum formaliter: ita nec conſtitutum
ex eſſentia, & paternitate: q̄uis adhuc di
ſtinguatur realiter a ſpirituſancto. ¶ Si
D dicis: uidetur, ꝙ ſpiratio actiua ſit aduē
titia conſtituto ex eſſentia, & paternita
te: ideo non conſtituit cum eis. Rñſio
nec añs eſt uerum: nec conſequentia ua
let. Secundum patet: quia ſuppoſito, ꝙ
in hoīe ſunt plures formę ſubſtantiales:
anima intellectiua eſt aduentitia cōpoſi
to ex materia, & forma ſenſitiua: ueriſſi
mè tñ cum ipſis conſtituit hominem. Fal
ſitas auctoritatis patet: quia non magis
poteſt dici ſpiratio actio aduentitia con
ſtituto ex eſſentia, & paternitate: q̄ pa-
ternitas ſit aduentitia eſſentiæ. Sed neu
trum poteſt dici aduentitium ei, cū quo
eſt idem realiter: ergo. ¶ Tertia conclu
Cōcl. 3. ſio. Capiendo conſtitutiuum ſecundo
mō, & ſtrictè: ſpiratio actio non eſt con
ſtitutiua perſonæ: ſicut nec eſſentia. Pa-
tet: quia ſpiratio actiua illo mō non di-
ſtinguit perſonā a qualibet alia. Sic eñ
tñ tres ſunt relationes, ſiue ꝓprietates
conſtitutiuæ. ſ. paternitas: filiatio: pro-
ceſſio ſiue ſpiratio paſſiua. Iſtud eſt ſum
marium illorum quæ a doct. tractantur.
quęſt. illa. uide eundem in centilogio
concluſione. lxxvij.

## DISTINCTIO. XXVII.

OSTENDIT magi
ſter proprietates no
tionales diſt. præce-
dente: hic conſequē
ter uaria oſtendit no
mina, quibus dictæ
proprietates expri-
muntur. Et poteſt textus his concluſio-
nibus ſummari. ¶ Primā: pater: filius & ſpi
rituſſanctus primò, & formaliter impor-
tant hypoſtaſim. ¶ Secunda concluſio.
Paternitas: genuiſſe filiatio: genitū eēe
primò, & formaliter ſignificant proprie
tates, ſiue relationes: quę ſingulæ ſingu
lis conueniunt perſonis, & per eas perſo
næ determinantur, & ſe inuicem diſtin-
guuntur. Et hoc idē dicit de illis noībus
genitor: genitus: uerbū: imago. ¶ Tertia
cōcluſio. Licet qñque nomina eſſentię
ponuntur pro perſonis: ut deus de deo:
deus genuit deū: ſed non econuerſo: qa
nō dicimus: uerbū de uerbo: nec fili⁹ de
filio. Harū declarationē textus latius ꝓ-
ſequitur.

## QVAESTIO. I.

VTRVM in eadem perſo- A
na ſint plures proprietates.
¶ Quæſtio tribus articulis
breuibus abſoluetur. Moue
tur. n. propter paternitatē,
& ſpirationem actiuā: & propter pater-
nitatem, & generare: an. ſ. aliquo mō di-
ſtinguantur: & an dici debeant plures
proprietates ex conſequenti plures res.
¶ Pro articulo primo. Notandum: quia Arti. 1. Nota 1
unum, & plura opponuntur: ideo nō prę
dicantur de eodem in eodē ſenſu, quo
opponuntur. Secundò ſupponitur, & eſt
diligenter (pro intellectu, & ſaluatione Vnū, & plura opponunt
multorum ꝓdictorū de diſtinctione for
mali, & perſonarum conſtitutione) con
ſiderandum: ꝙ de nullis quę ſunt idem
realiter: prædicantur plura: uel plures: ēt
cum quacūque determinatione ſaltem
cathegorematica. Patet: quia ſemper
infertur pluralitas realis, ut a, & b, ſunt
plura alba: ergo plures res ſunt plures
quantitates, uel plures qualitates: uel plu
res relationes: ergo plures res. ¶ Pro art. Arti. 2.
ſecundo eſt cōclu. j. Paternitas, & ſpira Cōcl. 1.
tio actiua nō ſunt plures relationes. Pro B
batur: qa non ſunt plures res: ergo nec
plures relationes. Tenet conſequētia: qa
ex oppoſito cōſequētis ſeqtur oppoſitū
añtis ex notabili. Añs ꝓbatur: qa ſi ſpira
tio actiua nō eſſet pn̄itas: ēt non eſſet
pr̄, & ꝑ cōſequens aliqd eſſet in patre,
qđ non eſſet pater realiter. Conſequens
falſum: qa q̄libet pſona eſt quicquid ha-
bet: excepta alia perſona, q̄ habet, ad q̄
habet relatiuā oppoſitionē. ¶ Itē niſi ſic

in patre eſſet uera compoſitio. Hoc eñ
ſolo ſaluatur ſimplicitas perſonarum (ut
ſimplicitas diſtinguitur contra compoſi
tionem) quia cõſtituentia perſonas ſunt
idem realiter. Item ſi diſtinguerentur
realiter: cum non ſint eiuſdem rationis:
haberent ſe ut actus, & potentia. Item
ſi diſtinguerẽtur realiter: eſſent quatuor
perſonę. Probatur: quia quælibet relatio
diſtincta realiter a qualibet alia relatio-
ne, cõſtituit perſonã realiter a qualibet
alia perſona diſtinctam. Non enim eſt
Coro. 1 maior ratio de una, quã de alia. ¶ Corol
C larium primum. Non ſemper diſtinctis
correlationibus correſpõdent diſtinctæ
relationes: nec oportet tantam eſſe di-
ſtinctionem inter relationes, ſicut inter
correlationes pſertim in diuinis. Patet:
quia paternitati, & ſpirationi actiuę (q̃
non diſtinguuntur realiter) correſpon-
dent filiatio, & ſpiratio paſſiua, quæ di-
ſtinguuntur realiter. Ratio autẽ eſt: qa
ſtat relationem unam eſſe cõmunicabi-
lem: & correlationem eius eſſe incom-
municabilem: ut ſpiratio actio eſt cõica-
bilis: & ſpiratio paſſio incõicabilis. ¶ Se-
2 cundum corollarium. In diuinis nõ ſunt
quatuor relationes. Patet: quia nõ ſunt
quatuor res: ſunt tñ quatuor nomina ſi-
gnificantia relationes inter ſe realiter,
uel formaliter diſtinctas: etiam quarum
quælibet ab aliqua realiter diſtinguitur.
Et hoc uolunt dicentes in diuinis eſſe
3 quatuor relationes. ¶ Corollarium ter-
tium. Non eſt concedendum, ꝙ in diui
nis eſſentia, & paternitas ſint duæ res:
aut eſſentia, & filiatio. Et ita generaliter
de alijs formaliter diſtinctis dicendũ eſt.
Non enim ſunt in diuinis quatuor res:
ſed ſolum tres res relatiuę. Iſtud clarius,
& latius habetur. infra diſt. xxviij. ¶ Se-
Cõcl. 2 cunda concluſio Paternitas, & ſpiratio
actiua non ſunt idem formaliter. Patet:
quia de eis prædicantur contradicto-
ria: ſcilicet eſſe in filio: non eſſe in fi-
lio. Item cõſtituere filium: non con-
ſtituere filium ergo cum ſint idem reali
ter: diſtinguuntur formaliter. Conſe-
quẽtia tenet ex quid nominis diſtinctio
Cõcl. 3. nis formalis datę. ſupra diſt. ij. quæſtio.
xj. & diſt. xxviij. ¶ Tertia cõcluſio. Pro
prietas, q̃ eſt generare: & paternitas ſunt
idem omnibus modis, & nõ diſtinguun-
tur aliquo modo ex natura rei. ¶ Pro ar Arti.
ticulo tertio hoc breue mouetur dubiũ Dub. 3.
contra concluſionem tertiã. Si illa pro D
poſitio eſſet uera: tunc eſſentia eſt gene
rare: ſicut conceditur, ꝙ eſſentia eſt pa-
ternitas conſequens falſum: quia ſequi-
tur bene: eſſentia eſt generare: ergo ge-
nerat. conſequens falſum: ergo & ante-
cedens. Dicendum ꝙ illa concedi põt:
eſſentia ẽ gñare: ſicut illa, eſſẽtia ẽ, pñni
tas ẽ pater eſt gñatio. Et negetur conſe
quẽtia: ergo generat, propter diuerſum
modum prædicandi, quia generat non
prædicatur niſi de eo, de quo formali-
ter dicitur, ſed generare, & paternitas
etiam prædicantur identice: id eſt de il-
lo, quod eſt idem realiter: licet non for
maliter de quo ſupra diſt. v.

## QVAESTIO. II.

VTRVM uerbum intelle-
ctus creati ſit uera qualitas
ſubiectiue producta in men
te. ¶ Ternario articulorum
numero abſoluetur quęſtio A
more ſolito. ¶ Pro articulo primo eſt Arti. 1.
notandum, ꝙ hoc uocabulo uerbum fre Nota. 1
quentius utitur. B. Aug. in ſuis ſcriptis: Verbũ
& non ſemper eodem mõ propter quod accip ĩ
diuerſæ fuere opi. de uerbi quidditatiue multipli
dicentibus quibuſdam (ut recitat Fran. citer.
Maro.) ꝙ uerbum eſt notitia diffinitiua
cuiuslibet obiecti. Alijs uerò, ꝙ uerbum
eſt ſpecies intelligibilis repręſentans ob
iecti quidditatem. Alijs autem, ꝙ uer-
bum eſt obiecti quidditas, ſiue quiddita-
tiua diffinitio. Alijs uerò, ꝙ uerbum eſt
obiectum in eſſe cognito productũ. Qui
ſinguli quibuſdã auctoritatibus B. Aug.
innituntur. ¶ Ideoq; ex uerbis beati Au
guſt. poteſt colligi quintuplex uerbi ac-
ceptio. Accipitur enim uerbum largiſſi
me pro actu intelligẽdi genito, ſiue pro
ducto, ſiue cõplexo, ſiue incõplexo. Hoc
modo accipit Auguſt. xv. de trini. ca. x.
cum dicit. Etſi uerba non ſonent: in cor
de ſuo, dicit utique, qui cogitat. & cum
contingit cogitare complexe, & incom
plexe: ſequitur, ꝙ q̃libet cogitatio, ſiue



intellectio eſt uerbum. Secundo modo
accipitur pro quolibet actu complexo
mentali indicatiuo, quo. ſ. alicui aſſenti
tur, uel diſſentitur: ſiue uerò, ſiue falſo,
Et hoc modo propoſitio ipſa uera, uel
falſa non eſt uerbum: neq; actus dubita-
tiuus: ſed dumtaxat aſſenſus, uel diſſen-
ſus. Illa clare eliciuntur ex uerbis. Beati
Aug. xv. de trin. c. xv. Nonne multa di-
cimus etiam, quæ neſcimus: nec dubitan
tes ea dicimus: ſed uera arbitrantes. Et
ſequitur. Cum dubitamus nondum eſt
uerbum de re, de qua dubitamus: ſed de
ipſa dubitatione uerbũ eſt. Et ſequitur.
Cum mentimur uolentes, & ſcientes fal
ſum uerbum habemus. Tertio modo ca
pitur pro actu indicatiuo uero nato gi-
gni ex habitu ſcientifico, uel ſaltem ha-
bitu uero. Hoc modo accipit Aug. xv.
de trin. c. x. cum dicit. Neceſſe eſt, cum
uerbum loquimur: id eſt quod ſcimus:
quod loquimur ex ipſa ſcientia, quã me
moria tenet: naſcatur uerbum. Et ſequi
tur. Formata quippe cognitio ab ea re,
quam ſcimus: uerbum eſt, quod in corde
dicimus: quod nec græcum eſt: nec lati-
num: nec linguę alicuius alterius. Et ca.
xij. Omnia, quæ per ſeipſum: & quæ per
ſenſus corporis ſui: & quę teſtimonijs a
liorum percepta ſcit animus humanus:
theſauro memoriæ condita tenet: ex
quibus gignitur uerbum uerum: quando
quod ſcimus, loquimur: ſed uerbum ante
omnem ſonum: ante omnem originem
(alias cogitationem) ſoni. Ecce capit
uerbum pro quolibet actu producto ex
habitu ueridico, ſiue ſciẽtifico, ſiue eui-
denti, ſiue credito: qui accipitur pro te-
ſtimonio aliorum. Quarto modo capi-
tur pro notitia uera cum amore prola-
ta: de hoc dicit Aug. ix. de trini. Verbũ
amore cõcipitur: ſiue creaturæ, ſiue crea
toris. Et in eodem libro ca. x. quærit:
an omnis notitia uerbum ſit: an tantum
amata. Et ſoluit innuẽdo duplicem uer-
Duplex bi ſignificationem. Vnam, qua uerbum
uerbi ſi dicitur: dum quod placet, mente conci-
gñatio. pitur: ſecundum quod genus uerbi eſt
illud apoſtoli. Nemo dicit dñs Ieſus: ni
ſi in. ſſ. Aliam uerò, cum omne, quod no
tum eſt, uerbum dicitur animo impreſ-
ſum: quamdiu de memoria proferri po-
teſt: quamuis res ipſa diſpliceat, ſecundũ
quod genus uerbi dñs ait. Non omnis,
qui dicit mihi dñe, dñe, intrabit in re-
gnum cęlorum. Et ſequitur. uerbum,
quod nunc diſcernere, & inſinuare uo-
lumus: eſt cum amore notitia. Ex quo
patet: ꝙ uerbũ ſic dictũ: dicit duos act⁹. ſ.
intellectus, & uolũtatis: ſolũ tñ ſupponit
pro actu intellect⁹, & connotat actum
uoluntatis: alioquin non pertineret ad
ſecundam partem imaginis præciſè: ſed
includeret tertiam partem. Quod eſt cõ
tra B. Aug. qui partes imaginis dicit con
ſiſtere in mente notitia, uel uerbo, &
amore. Quinto modo capitur pro con
ceptu mentis, ſiue ſit ſubiectiuè in ani-
ma: ſiue tantum obiectiuè: ſiue ſit actus
intelligendi, ſiue non. Hoc modo uult
Aug. xv. de trin. ꝙ omne ſignum poſte
rius notificatum, quod adhiberi poteſt
aliquo mõ ad ſignificandum illud, quod
intelligitur per notitiam, eſt uerbũ: hu-
iuſmodi autem eſt conceptus. Item di-
cit: de his nunc diſſerimus, quã nota co
gitamus: & nota ſunt nobis, etiam ſi nõ
cogitarẽtur a nobis. Sed certe ſi ea dice
re uelimus: niſi cogitata non poſſumus.
Et ita ea, quę cogitantur: dummodo nõ
ſint niſi in mente, nec eſſe poſſunt niſi
cogitata cuiuſmodi ſunt conceptus, di-
cuntur uerba. ¶ Et ſecundum hanc uer
bi diſtinctionem opi. contrariæ poſſunt
concordari, atque auctoritates ſanctorũ
Anſel. & aliorum poſt. b. Auguſt. ſcri- B
bentium facilius intelligi. ¶ Sic ergo ha
betur quintuplex uerbi acceptio. Acci
pitur enim largiſſimè pro actu intelli-
gendi genito, ſeu producto. Largè pro
actu complexo ueri, uel falſi. i. notitia
adhæſiua propoſitionis. Strictè pro no
titia complexa ueri tantũ. Strictius pro
notitia complexo uera rei amatæ. Vl-
timò accipitur pro conceptu mentis ha
bente eſſe obiectiuum, & ſubiectiuum:
omnibus tamen modis præfatis uerbum
dicitur gigni de memoria. Breuius ſic.
Verbum accipitur pro actu intelligen-
di, pro actu indicatiuo, pro actu indi-
catiuo ueridico: pro actu ueridico cum
amore pro conceptu mentis. ¶ Secun- Nota. 2

dò notandum, & magis ad propoſitum
pro intellectu termini uerbum: ꝙ nomẽ
uerbum importat aliquid, quod dicens
loquendo format. Nam dicere loqui eſt
ſecundum S. Bon. in primo diſt. xxvij. q.
j. Et quid eſt loqui niſi exprimere. i. for-
mare, uel producere uerbum eius, quod
nouit expreſſiuum: loquitur autem di-
cens q̃nque apud ſe: q̃nque ad alterum.
Ad ſe q̃n ſibiipſi, quę cogitat, uel nouit
manifeſtat: gignendo in ſe notitiam ſi-
millimam rei alicuius (ſui uel alterius)
cognitæ. Loquitur ad alterum, dum al-
teri ſigno exteriori exprimit, uel notiſi
cat, quæ mente cõcipit. Primæ locutio
ni r̃ndet uerbũ menti immanens, & cõ
ceptum. Secundæ, uerbum tranſiens, &
prolatum. De hoc Aug. xv. de tri. c. xj.
Verbum, quod foris ſonat: ſignũ eſt uer
bi, quod intus latet. Vbi tangit utrũque
uerbũ: ſed de uerbo immanente, & con-
cepto agẽdum in propoſito. ¶ Eſt ergo
uerbum immanens aliquid in intellectu
productũ, expreſſiuum eius, quod actua
liter dicens noſcit. Et quia eſt expreſſi
uum: ideo ſimile expreſſo repręſentati-
uè. Expreſſo enim, & manifeſtatio fit
Nota. 3 ratione ſimilitudinis. ¶ Tertiò notan-
D dum, ꝙ quatuor conditiones requirun-
Quatuor cõditiones ad uerbum mẽtale. tur ad hoc, ꝙ aliquid ſit mentale uerbũ.
Primà, ꝙ ſit aliquid in intellectu. xv. de
trin. c. x. Per ſigna corporalia uerbum,
quod mente gerimus, innoteſcit. Secun
dà, ꝙ ſit aliquid in mente genitum: ut
ſit proles quędam. ix. de trin. c. vij. Con
ceptum rerum, ueracem notitiam tam-
quam uerbum apud nos habemus, & di-
cendo intus gignimus: nec a nobis na-
ſcendo diſcedit. Tertià, ꝙ ſit ſimilitudo
rei, & imago eius. ix. de trin. ca. xj. No-
titia uerbum eſt. Et cum habeat notitia
ſimilitudinem ad eam rem, quam mens
nouit: ideoque & imago, & uerbum eſt.
Item. xv. de trinit. cap. xij. Verbum eſt
ſimillimum rei notę, & imago eius.
Quartà, quòd ſit expreſſiuum, ſiue ma-
nifeſtatiuum rei, cuius eſt uerbum, & no
titia. Hæc ſequitur ex tertia: quia ſimi
le repręſentatiuum eſt ſui ſimilis. de hoc
dicitur. vij. de trin. ca. iij. Verbum, quod
nos proferimus temporale, & tranſito-
rium, ſeipſum, oſtendit: & illud de quo
loquimur. Et glo. Be. Matth. xxiiij.
ſuper illud. Nemo nouit niſi pa-
ter &c. Verbo enim ſuo pater ſe decla-
rat, & uerbum ſeipſum declarat: quia
mentis noſtræ lumen eſt. Et quoniam
hę conditiones conueniunt omni actua
li cognitioni in nobis: ideo omnis talis
in nobis eſt uerbum. Vnde xv. de tri. c.
x. Etſi uerba non ſonent: in corde dicit
utique, qui cogitat: ut ſupra allegatum
fuit. Quicquid igitur cogitatur: uerbũ
mentis eſt. Licet adhuc uerbum mentis
quandoq; largius: quandoq; ſtrictius ac
cipiatur: quia omnis mentalis cognitio
noſtra in mente gignitur, & eſt natura-
lis imago rei repræſentatiua, & per hoc
rei, quam repræſentat expræſſiua, & de-
claratiua. ¶ Quartò notandum, ꝙ me-
moria dupliciter accipitur. Aliquando Nota. 4 E Memoria ẽ duplex.
pro habitu intellectuali derelicto ex a-
ctu, qui poteſt eſſe principium conſimi-
lis actus. Secundo modo pro omni prin
cipio actus intellectiui, ſiue ſit met ani
ma: ſiue aliquid inhęrens animę: ſiue cõ
præhendens utrunque: & ſic capiendo,
omne uerbum naſcitur de memoria. Et
ſic ſecundum diuerſas uerbi acceptio-
nes concordant auctoritates Auguſt.
quæ uidentur eſſe contrarię. ¶ Quantũ
ad articulum ſecundum eſt concluſio Arti. 2. Cõcl. 1
prima. Verbum quocunq; primorum
quatuor modorum acceptum, eſt quali-
tas mentis. ¶ Secunda concluſio. Acci Cõcl. 2 F
piendo uerbum pro conceptu mentis,
uariatur reſponſio ſecundum diuerſas
opi. de conceptu. Nam ſi habet tantum
eſſe fictum, ſeu obiectiuum: aliquod uer
bum non eſt qualitas mentis, nec res ali
qua: ſed tantum ens rationis. Siuerò ha
bet eſſe ſubiectiuum, & reale in anima:
tunc eſt qualitas mẽtis. Et per hoc om
ne uerbum eſt qualitas mentis, quocun-
que modo capiatur. Verbum autem uo
cale, eſt aliquid in uoce ſubordinatum
uerbo mentali, quod non ſignificat uer
bum mẽtale: ſed ſignificat rem illam ad
placitum: quam uerbũ mentale, cui ſub-
ordinatur ſignificat naturaliter. ¶ Quã Arti. 3. G
tum ad articulum tertiũ eſt dubium. Nã
non uidetur, ꝙ primus actus poſſit eſſe



uerbum: quia ſecundum B. Auguſt. ix. de
tri. c. ij. gignitionem uerbi præcedit ap
petitus, ſed appetitus non p̃cedit primã
notitiam: ergo prima notitia nõ eſt uer
bum. ¶ Præterea. oẽ uerbum de ſcien-
tia naſcitur: ſed B. Aug. xv. de trinit. ſed
primus actus non naſcitur de ſcientia:
ſed de ſola anima. ¶ Præterea ex dictis
B, Aug. xv. de tri. c. v. ſic poteſt argui. id,
quod gignitur ex uolubili motione in-
tellectus, p̃ſupponit multos actus intelle
ctus: ſed huiuſmodi eſt uerbũ: ergo uerbũ
p̃ſupponit multos actus intellectus: ergo
uerbũ non eſt primus actus. ¶ Pręterea ſe
cundum B. Aug. Verbum mediante uo-
lubili motione formatur de ſciẽtia: ergo
p̃ſupponit ſcientiã: ſed primus actus non
præſuppponit ſcientiã: ergo &c. Ad illa
dicitur: ꝙ uerè omnes illæ rõnes labo-
rant in ęquiuocatione nois uerbũ. ¶ Ad
primum conceditur: ꝙ ſæpe uerbũ, quo
aliquid ſcimus, præcedit appetitus qui-
dam, & uolitio ſciẽdi, & inquiſitio: ſi t ñ
non præcederet, nõ minus eſſet uerbũ.
Et ideo actus primus eſt uerbũ: licet non
ſit uerbum uerum, ſiue complexum, de
quo frequenter loquitur Aug. ¶ Ad ſe-
cundum conceditur: ꝙ aliquod uerbum
naſcitur de ſcientia, ſed nõ oẽ uerbum.
Verbum. n. uerum: ſiue ſtrictè, aut ſtri-
ctius ſumptum poteſt naſci de ſcientia;
ſed non uerbum incomplexum. ¶ Ad
tertium dicitur, ꝙ beatus Aug. loquitur
de uerbo, quod eſt notitia complexa, q̄
poteſt primò eſſe dubia, & per inquiſitio
nem multiplicẽ ſciri. Et omne tale uer-
bum, quod eſt notitia adhæſiua, gignĩ
per pręuias cogitationes, & inquiſitio-
nes, ac diſputationes. Sic ergo patet, ꝙ
ſecundum diuerſam acceptionem uer-
bi aliter, & aliter eſt reſpondendum.

## QVAESTIO. III.

A
Arti. 1. Nota. 1 Vtrũ ſolus filius ſit in diuinis. VTRVM ſolus filius ſit
uerbum in diuinis. ¶ Pro
articulo primo notandum:
ꝙ doct. in quæſtione reci-
tat opi. Petri Aureoli te-
nentis: ꝙ in omni intellectione emanat
ipſa res cognita met in eſſe obiectiuo,
ſiue intentionali: ſecundum ꝙ habet ter
minare intuitum intellectus, & tale ob-
iectum eſt uerbum: ſic filius in diuinis
emanat in conſimili eſſe conſpicuo, &
obiectiuo. Ita tamen, quòd hac ema-
natione accipit eſſe reale, & ita eſt uer-
bum. Primum ſcilicet: quòd omnis co
gnitio tam ſenſitiua, quàm intellectiua
ponat rem in eſſe intenſibili: probat de
ſenſibili multis experientijs, ſcilicet mo
tus in naui, qui indicat arbores in litto-
re moueri. Item in motu ſubito bacu-
li in aere circulari: ubi apparet circu-
lus. Item in baculo, cuius medietas eſt
in aqua, qui apparet fractus. Item ele-
uato uno oculo apparent duæ candelę.
Item in collo columbę apparent plures
colores. Item de imagine apparenti in
ſpeculo. Item de quadam rotunditate
lucida, quæ apparet poſt uiſionem ſolis.
Item de rubedine apparente: uel cancel
latione poſt uiſa multa rubea, uel can-
cellata. In omnibus his aliquid uidetur:
& non realis: ſed ſolum res exiſtens in
eſſe apparenti ſiue intentionali. Ad-
ducit ad idem alias quaſdam rationes.
Inter quas arguit de roſa: quærens cum
roſa intelligitur, quid ſit obiectum in-
tellectus. Non ſpecies informans in-
tellectum: nec actus intelligendi: nec
res aliqua conſtituta in eſſe reali per
intellectum. nec res ſubbſtens pręter in
tellectum: ergo eſt omnes roſæ exiſten
tes extra poſitæ in eſſe intentionali, &
apparenti, quaſi una roſa totalis.
¶ Contra iſtam opinio. ponit auctor Cõcl. 1 B
tres concluſiones. Prima: quòd in
nulla notitia intuitiua: ſiue ſenſitiua,
ſiue intellectiua ponitur res in quo-
cunque eſſe medio inter rem cogni-
tam, & actum cognoſcendi. Patet:
quia in cognitione intuitiua res in ſe
immediatè appręhenditur, & nihil eſt
medium inter rem, & actum cogno-
ſcendi: non plus, quàm ponitur me-
dium inter deum creantem, & crea-
turam, a quo formaliter diceretur
creans. ¶ Secunda concluſio. Per Cõcl. 2.
notitiam abſtractiuam immediatè ſe-
quentem intuitiuam: ſimiliter nihil eſt
medium inter ipſam, & rem realiter exi

ſtentem cognitam. Patet: quia idem to
taliter eſt ſubiectum notitiæ intuitiuę,
& abſtractiuę ut habitum eſt. q. j. prologi.
Cócl. 3. ¶ Tertia concluſio. Inter notitiam ab-
ſtractiuam, qua res uniuerſaliter cogno-
ſcitur: & rem extra poteſt eſſe medium:
non reale: ſed conceptus, qui habet eſſe
obiectiuum tm̃ in mente ſecũdum opi.
hoc ponentem. De hoc diſtin. ij. quæſt.
viij. latius dictum eſt. Sed ſecundũ opi.
oppoſitam dicitur: ꝙ nullum eſt mediũ:
ſed ipſa cognitio uniuerſalis eſt met ta-
le uniuerſale: quod terminatur immedia
tè ad oẽs res ſingulares, quibus eſt com
Cócl. 4 munis, & ad eas æq̃ primò. ¶ Quarta cõ
C cluſio. & ſi poneretur huiuſmodi eſſe
apparens non omne uerbum eſt tale: qa
quælibet intellectio eſt uerbum: ut dictũ
eſt. quæſt. præcedenti. ¶ Ad omnes expe
rientias, quas adducit: dicendum ſecun-
dum doct. ꝙ uera res uidetur, & non ali
quod apparens tantum: ut puta uerum
littus: uerę & reales arbores: uerus ba-
culus, & utraq; eius medietas. Similiter
baculus circulariter in aere motus: fa-
cies ſpeculo obiecta &c. nec uidetur mo
tus: quia nullus eſt. Et ſicut non ſequi-
tur: apparet motus realis: ergo eſt mo-
tus realis: ita nec ſequitur: apparet mo-
tus: ergo eſt motus. Vnde dicitur, ꝙ for
mãtur diuerſæ cognitiones arboris, qui
bus intellectus inexpertus poteſt erran-
do huic aſſentire: arbores mouentur, &
illæ diuerſæ cognitiones ſenſus poſſunt
eſſe principia mouentia ſenſum ad ali-
Motus. quas operationes: ſicut cognitio mo-
tus. Vnde breuiter. Motus non eſt ap-
paritio rei in alio, & alio loco: ſed realis
exiſtentia rei continuo in alio, & alio lo
co. Vñ ſicut non ſequiẗ: apparet eſſe in
alio & alio loco: ergo eſt in alio, & alio
loco: ita non ſequitur: apparet moueri:
ergo mouetur. ¶ De coloribus dicit au
ctor, quòd ſunt colores ueri. Vtrum
autem ſint in collo columbæ, uel in ae-
re: remittit ad ſecundum librum; ubi
agendum erit de ſpeciebus. ¶ De ro-
ſa appræhenſa dicitur, ut ſupra ſecun-
dum diuerſas opin. de conceptibus: ut
ſatis patet ex dictis. Patet etiam: quòd
diuiſio ſua eſt inſufficiens: quia datur
adhuc unum membrum: uidelicet, ꝙ in
tellectus appræhendit conceptum uni-
uerſalem roſæ: quæ tantum habet eſſe
obiectiuum, & nullam roſam ſingularẽ.
Vel ſecundum aliam opin. ꝙ appręhen
dit omnes roſas particulares ad extra: q̃
tamen per hoc non ponuntur in aliquo
eſſe: ſecundum ꝙ omnes roſæ eſſent una
totalis roſa. Hoc enim fieri non poteſt
per quemcunque actum intellectus. Hęc D
omnia late explicantur in doc. uide ibi-
dem. ¶ Verum pro quęſtionis, & dicen
dorum intellectu, ſuppoſitis his, quę di-
cta ſunt de uerbo. quęſt. pręcedenti, no
tabilibus. ij. & iij. eſt hic conſiderandũ.
Ex quo conditiones prędictæ de uerbo
uerè, & propriè reperiuntur in deo: ue-
rè, & propriè eſt ibi uerbum: non tranſ-
ſumptiuè. Eſt enim ibi ſapientia, ſeu no
titia genita, patri ſimillima: & omnis pa
ternę perfectionis expreſſiua, & ita pro
priè uerbum. Vnde ad Heb. j. Nouiſſi-
mè deus pater locutus eſt nobis in filio.
Et ſequitur. Qui eſt ſplendor gloriæ, &
figura ſubſtantiæ eius. Et ad Col. j. Ima
go inuiſibilis dei. Et Sap. vij. de ſapien
tia genita dicitur. Candor eſt lucis ęter
næ, & ſpeculum ſine macula maieſtatis
dei: & imago bonitatis illius. Quia autẽ
in diuinis non omnis cognitio eſt pro-
ducta: ſed eſt ibi notitia, & ſapientia eſ-
ſentialis non producta: quæ eſt omnibus
modis diuina ſapientia, ſiue eſſentia ea-
dem tribus. Non enim pater ſapit ſa-
pientia genita. vij. de trinit. cap. j. prope
finem. Siquidem nihil recipit pater a fi-
lio. Ideo non omnis notitia diuina eſt
uerbum: ſed ſolũ notitia genita: & ideo
ſolius filius eſt uerbum, qui ſolus eſt ge-
nitus. Vnde Aug. vj. de trini. c. ij. uerbũ
ſòlus filius accipitur: non ſimul pater, &
filius, tanquã ambo unum uerbum. ¶ Eſt
autem generatio diuina ineffabilis, qua
a patre filio communicatur eſſentia, &
ſapientia: quæ idem ſunt. Coæternitas
perfectiſſima ſimilitudo, & ęqualitas:
ideo multis nominibus eandem rem nõ
ſynonymè ſignificantibus nominatur.
Nam ut ipſa generatio, ſeu natiuitas o-
ſtendatur connaturalis patri, genitus
dicitur filius: ut oſtendatur coęternus,
dicitur



dicitur ſplendor patris: ut oſtendatur
omnino ſimilis, & æqualis, dicitur ima-
go patris: ut oſtendatur immaterialiter
genitus, dicitur uerbum. Sapiẽtia ergo
importat abſolutè eſſentiam: quia hoc
eſt illi eſſe, quod ſapere. vij. de tri. c. j. Fi
lius generationem: imago ſimilitudinẽ:
uerbũ hæc omnia dicit, & addit expræſ-
ſionem. Primum abſolutum, & cõmune
cætera relatiua ſunt, & propria ſecundæ
perſonæ. Hæc de uerbo immanenti, &
æterno. ¶ Eſt etiam uerbum tranſitoriũ,
& prolatum. ſ. creatura a deo producta:
ſpiritus dei manifeſtatiua: ut dicit ſan-
ctus Bonauen. Et ſic capiendo uerbum,
eſt eſſentiale quantum ad terminum, a
quo producit: quia æqualiter a qualibet
perſona producitur: & ęqualiter omnis
manifeſtat: ſed de hoc nihil ad propoſi-
tum. ¶ Et licet filius, & imago importẽt
tantum reſpectum ad patrem, cuius eſt fi
lius, & imago: uerbum tñ præter reſpe-
ctum, quem importat principaliter ad di
centem patrem: etiam importat reſpecti
uè creaturam, quam exprimit, & mani-
feſtat. Nam & nomẽ creaturæ ponitur
in quid nominis uerbum. Eſt. n. uerbum
diuinum perſona, ſeu notitia genita de
ſcientia dicentis: quæ eſt dei, & omnium
creaturarum tanquam obiectorũ cogni
torum: ſicut dicit Aug. in lib. lxxxiij. q.
In nomine uerbi ſignificatur non ſolum
reſpectus ad patrem: ſed ad illa, quæ per
uerbum facta ſunt operatiua potentia.
Connotat enim uerbum id, quod mani
feſtat: manifeſtat autem omne, quod in
telligitur. Vna autem diuina ſcientia,
de qua gignitur uerbum: omnia (deus &
creaturæ) intelliguntur: ideo connotat
Nota. 2 reſpectiuè creaturas. ¶ Secundò notan
F dum, ꝙ dicere tripliciter inuenitur acci
pi a ſanctis, & aucto. Quandoq; pure eſ
ſentialiter: & ſic ualet tantum. i. intelli-
Dicere. gere, ſeu declarare. Sic accipit beatus
Anſel. in monol. Dicere ſummo ſpiri-
tui nihil aliud eſt, quã cogitando intue
ri. Et iterum. Vnuſquiſque ſe in trini-
tate dicit. Secundo modo accipitur pu
rè notionaliter, & ſic nihil aliud eſt, quã
uerbum gignere. Et ſic ſolus pater eſt
dicens ut dicit Richar. Tertio modo ac
cipitur nec purè eſſentialiter: nec pure
notionaliter: ſed includit utrumq;: quia
in eius quid nominis ponitur tam no-
tionale, q̃ eſſentiale. Sic enim dicere eſt
notitia a ſe producta omne declarabile
declarare. Sic dicit Aug. xv. de trin. c.
xiiij. Proinde tamquam ſeipſum dicens:
pater genuit filium ſibi ęqualem per om
nia. Non enim ſeipſum integrè, perfe-
cteque dixiſſet: ſi aliquid minus, aut am-
plius eſſet in eius uerbo, quàm in ipſo.
Dicens ſe. i. uerbo genito declarans ſe.
Primo modo, quęlibet perſona dicit ſe-
ipſa formaliter: ſicut intelligit ſeipſa for
maliter, & non dicit alia perſona. Dicit
autem ſic omnia intelligibilia: quia quę-
libet perſona ſeipſa, & ſua intelligentia
intelligit omnia. Secundo mõ, ſolus pa
ter dicit, & ſolum uerbi perſonam non
aliam dicit: quia ſolum uerbum gignit,
& ſic non dicit uerbo: quia non gignit
uerbo: ſed uerbum. Tertio modo ſolus
pater dicit: ſed non ſolũ uerbum: ſed etiã
omne, quod uerbo a ſe genito declarat.
Sic. n. dicere dicit duos actus. ſ. gignere,
& declarare: quorũ unus terminatur ſo-
lum ad perſonam uerbi, qui eſt gignere.
Alius ad omne declarabile, qui eſt decla
rari. Et ſecundum hoc poteſt dicere de-
terminari per accuſatiuum importantẽ
uerbum: uel accuſatiuum importantem
illud, quod relucet in uerbo. Et quando
ille accuſatiuus additur: tunc nomen im
portans uerbum poni debet in ablatiuo:
ut pater dicit ſe uerbo. Et ſic dicit Anſ.
in monol. Cum ſummus ſpiritus ſeip-
ſum dicit: dicit omnia, quæ facta ſunt:
haud dubium, quin eodem uerbo. ¶ Pa- G
riformiter dicitur de dici, ꝙ capitur pu- Dici.
re eſſentialiter pro intelligi: ita dicitur
omne, quod intelligitur, ſiue eſſentia
diuina: ſiue perſona, & omnis creaturę,
quia omnia hic intelliguntur. Secun-
do modo purè notionaliter, & ſic eſt a
dicente gigni: ſic ſolum uerbum dici-
tur. Tertio modo ut includit notionale,
& eſſentiale: & ſic eſt uerbo a dicente
genito declarari, & ſic dicitur: quicquid
uerbo genito declaratur. ¶ His pręmiſ Arti. 2.
ſis ponitur concluſio ad articulum ſe- Cõclu.
cundum unica, & hæc eſt. Solus filius H

eſt uerbum in diuinis. Patet:quia omne uerbum eſt genitum:ſolus filius eſt genitus:ergo ſolus filius eſt uerbum. Tenet conſequentia in ſecunda figura affirmatiue,medio diſtributo. Adducitur a doctore in ſcripto ad idem auctoritas Aug.

Coroll. ¶ Corollarium.uerbum eſt purè notionale in diuinis. Patet:quia conuenit ſoli filio.

Arti. 3. Dub. 1. I ¶ Pro articulo tertio. Suppoſito,ꝙ ſolus filius ſit uerbum : ita ꝙ uerbum dicatur notionaliter tantum,& nõ eſſentialiter: eſt dubium primũ. An uerbum connotet creaturam : ſeu an dicat reſpectum aliquem ad creaturam, qualẽ nec dicit pater, nec ſpirituſſanctus. Ad hoc dubium præmiſſo notabili,quatuor ponuntur concluſiones reſponſales.

Verbũ. ¶ Notandum ergo primum eſt: uerbum importare reſpectum ad creaturas, uel includere,poteſt intelligi realiter,& logicaliter. Realiter,ꝙ illud quod in diuinis realiter eſt uerbum.ſ. filius includat reſpectum. Logicaliter, ꝙ nomen uerbum ſignificet huiuſmodi reſpectum. ¶Iſtis ſic præmiſſis ponentur concluſiones.

Cõcl. 1 ¶ Prima concluſio. Verbum,quod in diuinis realiter eſt filius , nec includit:nec connotat reſpectum ad creaturam. Patet: quia uerbum eſt omnibus modis filius,& filius non includit reſpectum niſi filiationem, & ſpirationẽ actiuam, quæ nõ eſt ad creaturam nec connotat:quia connotare non eſt rerum : ſed ſignorum.

Cõcl. 2. ¶ Secunda concluſio. Nomen uerbum in diuinis connotat reſpectum ad creaturas. Patet : quia in eius quid nominis ponitur terminus ſignificãs creaturam in aliquo. Eſt enim hoc quid nominis uerbi in diuinis , ſecundum prædicta art. j.notabili. j. iuxta finem. Verbum eſt perſona genita de ſcientia patris,quæ eſt dei,& creaturarũ tamquam obiectorum.

Cõcl. 3. ¶ Tertia concluſio. Nomen filius non connotat reſpectum ad creaturam. Patet per eius quid nominis, quod eſt, Filius eſt perſona genita de ſubſtantia patris.& licet ſit uerè & realiter de patris ſcientia genitus:quę eſt dei , & omnium creaturarum : quia omnibus modis filius eſt uerbum, & ecõuerſo: tamen nomen filius hic non connotat:ſed nomen uerbum. Cuius ratio nulla alia eſt niſi uoluntaria impoſitio terminorum. Et ſicut ſunt duo nomina propria filio : quorum unum connotat creaturam:aliud nõ:ita imponi poſſunt duo nomina patri,& ſimiliter duo ſpiritui ſancto. Nam ſi a imponeretur ad ſignificandum perſonam generantem aliam perſonam de ſua ſcientia , quæ eſt unica dei,& omnium creaturarum tanquam obiectorum : a eſſet proprium patri , & connotaret creaturam , ſic de ſpiritu ſancto.

Cõcl. 4. ¶ Quarta concluſio. Quãquam nullo modo diſtinguantur uerbũ, & filius,horum tamen terminorum neuter eſt alteri ſynonymus. Prima pars patet ex dictis . Secunda probatur , quia nomen uerbum connotat creaturas,& non filius. Non dico id, quod in diuinis eſt realiter uerbum, & filius. Id eñ nihil connotat: cum connotare ſit proprietas ſignorum ex concluſione prima; ſed ſigna iſta ſiue mentalia , ſiue uocalia,uerbum filius : ergo non ſunt ſynonyma. Tenet conſequentia,quia termini ſynonymi ſunt, qui ſignificant,& cõnotant idem,& eodem modo. Antecedens patet: quia filius tantum connotat reſpectum ad patrem,uerbum autem duplicem reſpectum importat,unum ad dicentem patrem alium ad omnia intellecta,ſiue obiecta paternæ intelligentię, quæ per uerbum tanquam notitiam genitam manifeſtantur ex concluſione ſecunda,& tertia.

Dub. 2. K ¶ Secundum dubium. Quare plus nomen ſecundæ perſonæ in diuinis connotat creaturam,quàm nomen alterius perſonæ. Reſpõſio ad hoc dicendum patet in concluſione tertia primi dubij. Ratio enim alia non eſt, quàm uoluntaria impoſitio termini: uide ibi.

Dub. 3 ¶ Tertium dubium dictum eſt quęſtione præcedenti , ꝙ omnis intellectio eſt uerbum: ſed non ſolus filius eſt intellectio diuina:ergo nõ ſolus filius eſt uerbum:quod eſt cõtra dicta artic. ij.ubi dicitur,ꝙ uerbum ſoli filio conuenit. Reſpondetur non ſolus filius eſt uerbum , ſed ſolus filius eſt uerbum diuinum , de quo hic loquimur. ¶ Item dictum eſt,ꝙ omnis intellectio eſt uerbum, nunc autem pater in diuinis eſt intellectio,& ſimiliter ſpirituſſanctus: ergo ſunt uerbũ. Reſpondetur:dictum eſt,ꝙ omnis intellectio creaturæ eſt uerbum: quia omnis intellectio creaturæ eſt genita. ſecus in diuinis,ubi intellectio eſſentialis nõ eſt genita:ſicut nec ſapientia,qua pater ſapit. Et ideo ſola intellectio genita , quæ ſolus eſt filius,eſt uerbum. ¶ Et nota,ꝙ uerbum dei non naſcitur de oĩbus cognitis ſciẽtia patris:ſed naſcitur de ſciẽtia patris, quæ eſt una omnium cognitorum. Et hæc eſt patris ſubſtantia.



## DISTINCTIO.XXVIII.

EGIT magiſter de relationibus ęternis,& perſonalibus: hic de æternis,& non perſonalibus.Et in diſ. pręſenti de relatione æterna non perſonali negatiua , quę eſt innaſcibilitas. ¶ Põt autem ſententia textus his concluſionibus ſummari. ¶ Prima concluſio.Præter prædictas tres notiones ſunt,& alię, aliis nominibus ſignificatæ hanc declarat:quia pater dicitur pater,ſecundũ proprietatem generationis ſeu generatione,& dicitur ingenitus innaſcibilitate. Et ſi per impoſſibile non generaret:adhuc eſſet innaſcibilis,& ingenitus. ¶ Secunda concluſio. Solus pater dicitur ingenitus nõ ſpirituſſanctus:de quo ſupra diſt. xiij.Ex quo magiſter elicit,ꝙ nõ eſt idem ingenitus,& non genitus. ¶ Tertia concluſio. Sicut filius ſolus dicitur uerbũ,uel imago:ita ſolus dicitur ſapientia genita. Hæc & alia patent ex textu.

## QVAESTIO. unica.

A VTRVM innaſcibilitas ſit conſtitutiua patris proprietas. ¶ Quæſtio tres habet articulo cõiter poni ſolitos.

Arti. 1. ¶ Primò ergò ſupponitur ſecundum doct. ꝙ nomen conſtitutiuum hic ſumitur ſtrictè, prout patuit.q. iij. diſt. xxvj.pro eo.ſ. quod eſt de eſſentia alicuius, diſtinguens ipſum a quolib. alio:quia ſolum tale eſt proprietas:licet .n.eſſentia cõſtituat:non tñ eſt proprietas alicuius perſonæ:ſed eſt cõis omnibus:ſic ſpiratio actio. ¶ Secundò ſupponitur, ꝙ proprietas licet poſſet multipliciter accipi:tñ in ꝓpoſito tripliciter accipitur. Primo mõ accipitur pro aliquo alicui intrinſeco,& proprio:ſic partes eſſentiales poſſunt dici proprietas totius. Secundo mõdo pro aliquo aduenienti , uel cõſequenti naturã rei, proprium ei. Tertio modo eſt prędicabile de aliquo conuertibiliter. Proprietas primo mõ ẽ eſſentiale rei,cuius eſt. Secundo mõ eſt accidens inhærens ei , cuius eſt propriũ. Tertio modo non eſt in re,cuius eſt proprium:ſed conceptus mẽtis , uel aliquid ſubordinatum. ¶ Tertiò ſupponitur, ꝙ innaſcibile, uel innaſcibilitas dupliciter accipitur. Primò eſt res non nata. Secũdò eſt res non producta: nec per productionem cõicata : nec producentis , uel producti conſtitutiua.

Coroll. ¶ Corollariũ:nec eſſentiã:nec paternitas,nec filiatio,nec ſpiratio actiua,aut paſſiua:nec conſtitutum,eſt innaſcibilitas.

Arti. 2. Cõcl. 1 B ¶ Quantũ ad articulum ſecundum eſt concluſio prima. Accipiendo innaſcibile,uel innaſcibilitas primo mõ:innaſcibilitas non eſt proprietas patris,quõocunq; accipiatur proprietas. Patet:quia conuenit non ſolũ patri:ſed etiam ſpiritui ſancto.

Cõcl. 2. ¶ Secũda concluſio. Capiendo innaſcibile ſecundo modo:ſic nullo mõ eſt proprietas patris. Patet:qa pater nõ ẽ proprietas pr̃is & innaſcibile ẽ tm̃ pater: qa nec ẽ eſſentia,nec relatio,nec cõſtitutum ex eſſentia,& relatione,puta ſpiratione actione: nec filius,nec.ſſ.ergo eſt tm̃ pater: quia illa tm̃ ſunt in diuinis. ¶ Si quæritur de paternitate,an ſit innaſcibilis. Tãgit hic auctor opi. duas:an paternitas diſtinguatur formaliter a patre : de quibus ſupra patuit diffuſè diſt. ij.q.j.huius collect. Si eñ paternitas non diſtinguitur formaliter a patre,ut aliqui uolunt:licet auctor oppoſitũ teneat ut ſupra, ſic paternitas ẽ innaſcibilis:quia oĩbus modis pater . Si diſtinguitur formaliter: qđ magis cõſonat cõibus dictis doctorum:ſic paterni-

tas noñ eſt innaſcibilis: quia eſt proprietas conſtitutiua producentis. ¶ Moderatur etiam hic doctor deſcriptionem diſtinctionis formalis ſupra poſitam diſt. ij. ſic. Diſtinctio formalis. Diſtinctio formalis eſt, quando aliquid uere conceditur de uno, & negatur de alio: quamuis ſint idem realiter: ad ſenſum tactum diſt. ij. q. xj. Cõcl. 3. ¶ Tertia concluſio. Hoc prędicabile innaſcibilitas eſt proprietas patris tertio modo. Patet: quia prædicatur conuertibiliter de patre. ¶ Breuiter: ſi innaſcibilitas accipitur pro aliquo reali in diuinis diſtincto quomodocunq; a patre, eſſentia, & paternitate: & ſpiratione actione: & conſtituto ex eſſentia, & communi ſpiratione ſecundum modum loquendi doct. eſt nomen fictum nõ habẽs correſpondentiã in re. Si autẽ ſignificat pręciſe paternitatem, & nihil quõcunque diſtinctum a paternitate: tunc ſicut paternitas eſt proprietas patris primo mõ: ita & innaſcibilitas.

Arti. 3. Dub. 1. C ¶ Quantum ad articulum tertium mouenda ſunt dubia, & ſoluenda. Primum dubium. Nam dictum eſt epilogando in ar. ij. in concluſione. iij. Si innaſcibilitas accipitur pro aliquo reali &c. Si hoc eſſet uerum: quomodo ſaluari poſſunt communia dicta doc. ꝙ in diuinis ſunt quinq; notiones. ¶ Item ſecundò in diſt. præcedenti. q. j. art. ij. in concluſione. j. habitum eſt, ꝙ paternitas & ſpiratio actiua nõ ſunt plures relationes: quomodo ergo ſaluabitur commune dictum docto. ꝙ in diuinis ſunt quatuor relationes. ¶ Item tertiò patuit aliquoties ſecundum Sco. & Ockam, ꝙ in patre eſt natura incommunicabilis, & in patre eſt natura communicabilis ſimiliter & in filio. ¶ Item quartò: communiter dicitur, quinq; notiones fuerunt ab æterno. In patre ſunt tres notiones In patre ſunt duę relationes. In filio ſunt duæ notiones. Paternitas, & eſſentia conſtituunt patrem. Duo ſunt patris conſtitutiua, ſeu conſtituentia, quę omnia nulla eſſent ſi illa dicta in pręſenti diſt. & diſt. præcedenti. q. j. ar. ij. ſtarent. Sic ẽt dicimus: paternitas & eſſentia diſtinguuntur formaliter, & ſimilia. ¶ Pro horũ intellectu ſupponitur primũ ex dictis in diſt. ij. q. j. & vlti. ꝙ in diuinis ponenda eſt diſtinctio formalis ad ſenſum ibi expreſſum. q. ulti. ¶ Secundò ſupponitur ex notatis in di. xxvij. q. j. ar. j. ꝙ propter ſolam formalem diſtinctionem nõ prædicatur pluralitas ſimpliciter, uel cũ addito: & hoc proprie, & ſecundum ueritatis ſermonem. Non enim dicuntur eſſentia, & perſona plura, uel plures res: ſiue plures formalitates: ut patuit loco pfato. ¶ Et patet etiam ex eo: quia ſi ſic in deo ponerentur quatuor res: & ita quaternitas, ſcilicet tres perſonæ, & eſſentia, quæ formaliter diſtinguitur a perſonis: conſequens eſt contra determinationem eccleſię in. cap. firmiter, ſupra allega. ¶ Et dicitur de uirtute ſermonis: quia frequenter a Sco. & Ockam, & cæteris illa conceditur. Eſſentia, & relatio diſtinguuntur formaliter: eſſentia & relatio ſunt diſtincta formaliter. Eo ꝙ de illis nominibus ſignificatiuè ſumptis & pro eodem ſupponentibus contingit aliquid affirmari de uno, & uerè negari de reliquo. Eſſentia enim eſt in omnibus perſonis: non ſic relatio &c. de quo ſupra. q. j. diſt. ij. præſertim. in fi. & q. ult. eiuſdem diſt. Coroll. D ¶ Corollariè ſequitur. In diuinis quæcunq; fuerint non ſunt plura tribus. Patet manifeſtè: quia in diuinis ſolum ſunt tres res relatiuę realiter diſtinctæ, & non plures. ¶ Ex iſto ſequitur primò, ꝙ in diuinis non ſunt plures relationes, quam tres. Patet: quia ſi plures relationes quã tres: ergo plures res quã tres. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ licet paternitas, & ſpiratio actio, diſtinguãtur formaliter: non ſunt tamen plures relationes: ſed una relatio. Sicut eſſentia, & perſona diſtinguuntur formaliter: & nõ ſunt plures eſſentię: nec plures perſonę: nec plures res. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ in diuinis non ſunt plures notiones, quã tres. patet ut ſupra. ¶ Tertiò ſupponitur; ꝙ eſt communis locutio doctorum, ꝙ in diuinis eſt una eſſentia: duæ emanationes, ſiue productiones: tres hypoſtaſes, uel perſone, & totidem proprietates quatuor relationes: quinq; notiones, attributa infinita ideſt, ſine certo numero. Eſſentia eſt ipſa natura diuina Emanationes



tiones ſunt productiones paſſiuę p modum intellectus, & uoluntatis: generatio ſcilicet & ſpiratio. Hypoſtaſes ſunt pater, filius, & ſpirituſſanctus. Relationes autem, paternitas, filiatio, ſpiratio actiua, ſpiratio paſſiua. Notiones ſunt dictæ quatuor relationes, & innaſcibilitas. Vel generare gñari, ſpirare, ſpirari, & innaſcibilitas. Attributa ſunt ſapientia, potẽtia, bonitas, ſcientia, prudentia, iuſtitia, miſericordia. &c. ¶ Iam uidendũ eſt, qũo illa diſtinguuntur. ¶ Pro quo ſciendum, ꝙ relatio, & notio, quæ eſt in diuinis: realiter idem ſunt. Vnde relatio ipſa, quæ realiter eſt in diuinis dicitur relatio: quia ipſa perſona refertur ad aliã. Dicitur notio inquantum ipſa: perſonæ ſecundum ꝙ ſunt diſtinctæ notificãtur. Cum ergo nulla relatio ſit communis tribus, quælibet relatio eſt notio. Econuerſo cum omne non commune tribus non ſit eſſentiale, & per conſequens relatio: omnis notio eſt relatio. Dico notanter. quæ eſt realiter in diuinis: quia etiam ipſa nomina notionum notiones dicuntur, & talia non ſunt relationes diuinæ ſicut innaſcibilitas: de quo dicetur. Dicitur etiam proprietas, inquantũ eſt ſolum unius perſonæ, & eadem ratione dicitur relatio perſonalis. Et hæc ſunt paternitas, filiatio, proceſſio, ſiue paſſiua ſpiratio. Ex quo patet: quia ſpiratio actiua licet ſit uere relatio, & notio: nõ tamen eſt proprietas ſiue relatio perſonalis ſaltem formaliter. Secundò ſequitur, ꝙ licet relatio, proprietas, & notio, quæ realiter ſunt in diuinis: nullo modo diſtinguuntur: iſta tamẽ tria nomina nõ ſunt ſynonyma. Patet ſecunda pars: qa differunt in connotatis. ¶ Quartò ſuppono ea, quæ dicta fuere in diſt. ij. in concluſionibus literalibus.

Rñſio. Cócl. 1 ¶ Iſtis ſic præmiſſis reſpondendum eſt ad dubia per aliquot propoſitiones, ſiue concluſiones. E ¶ Prima concluſio. Vnam, communẽ, & indiuiduam eſſentiam: tres hypoſtaſes, & perſonales proprietates eſſe in diuinis, eſt ſanè, & catholicè concedendum. Patet ex pręmiſſis & cap. firmiter &c. Cõcl. 2. ¶ Secunda concluſio. De ui ſermonis, & ſecundum actum exercitum non eſt concedendum, ꝙ in diuinis ſunt quinque notiones, ſeu quatuor relationes: quarum quælibet ſit realiter in deo. Patet: quia innaſcibilitas eſt tantum unũ prædicabile ſupponens conuertibiliter de patre, & non eſt aliquid patris &c. ut in concluſione. iij. art. ij. patuit. Cõcl. 3. ¶ Tertia concluſio. Nec notio: nec proprietas dicitur uniuocè de innaſcibilitate, & de alijs notionibus. Patet quia innaſcibilitas dicitur proprietas tantũ tertio modo: quia eſt prædicabile de patre. Paternitas autem, filiatio, ſpiratio, ſunt proprietates primo modo: quia ſunt intrinſeca perſonis, & diſtinguũt perſonas: etſi non ab omnibus: ut ſpiratio actio, quæ diſtinguit patrem, & filium a ſpirituſancto: ſed non patrem a filio. Cõcl. 4 ¶ Quarta cõcluſio. Non omnis proprietas per ſe eſt conſtitutiua illius per ſe cuius eſt proprietas. Nam aliqua proprietas per ſe non eſt de intraneitate, & eſſentia eius, cuius eſt proprietas per ſe: omne autem conſtitutiuum eſt eſſentiale conſtituto. Primum patet de prædicabili, quod eſt proprietas per ſe: ut riſibile hominis, & ita licet innaſcibilitas eſt proprietas per ſe patris, tertio modo capiendo proprietatem: tñ non conſtituit patrem: licet concedi poſſet, ꝙ per innaſcibilitatem pater diſtinguitur arguitiuè ab omni alio: ſed non formaliter tãquam per aliquod ſibi intrinſecum. Cõcl. 5. ¶ Quinta concluſio. De rigore uerborum nulla harum eſt concedenda. Quinque notiones fuerunt ab æterno: quatuor notiones ſunt realiter in deo: duæ relationes ſunt in patre: duæ relationes ſunt in filio: quia omnes illæ inferunt plures res eſſe in deo, quàm tres: quod eſt falſum: tamen ſecundum actum ſignatum poſſunt concedi. Cõcl. 6. ¶ Sexta cõcluſio. In actu ſignato illæ poſſunt concedi. In diuinis ſunt quatuor relationes: quinque notiones: notiones fuerunt ab æterno. Duæ ſunt relationes in patre, & duæ in filio. In patre eſt natura communicabilis, & incommunicabilis, & ſic de conſimilibus: ut partim patuit diſt. xxvij. q. j. ar. ij. Prima ualet, ut ibi patuit. Sunt enim quatuor prædicabilia de diuinis relationibus non ſynonyma:

& quinque notionalia prædicata ſupponentia non pro ſe: ſed pro re, quæ ab æterno dici poterant de deo. De patre denique prædicatur innaſcibile: generare, & ſpirare. ¶ Item de qualibet dici poteſt, ꝙ habet unam, & eandem eſſentiam numero cum alia: habet inquã intranſitiue: immo eſt in alia per circũinceſſionem, & tñ diſtinguitur ab ea proprietate relatiua. ¶ Item paternitas, & eſſentia conſtituunt perſonam patris: conceditur in actu ſignato ad ſenſum tactum diſt. xxvj. quia de illis nominibus ſignificatiue ſumptis prædicatur eſſe cõſtitutiuum perſonę: pater enim eſt eſſentia, & eſt paternitas, & paternitate a filio diſtinguitur. ¶ Item paternitas, & eſſentia diſtinguuntur: uel ſunt diſtincta formaliter: qa hęc ẽ ꝑdicatio uera: ſed nõ formaliter uera: paternitas ẽ eſsẽtia. Eſſentiæ enim conuenit hoc prædicatũ communicabile: quod non conuenit paternitati: licet nomina idem ſignificẽt, & pro eodem ſupponant. In hoc ſenſu doctor intelligit iſtas, & conſimiles propoſitiones: cũ loquitur de diſtinctione formali in diſt. ij. modo loquendi (ut uidetur) improprio, & cæteri doct. Quòd autem illa ſit mens doct. clarè patet diſt. præſenti: ubi iuxta finem. q. dicit, ꝙ omnes tales de uirtute ſermonis ſunt falſę, & erroneæ: quia inferunt plures res eſſe in deo, ꝗ̃ tres. Minus ergo bene notatur a Greg. in de perſonarum conſtitutione, & perſonarum diſtinctione. Item de diſtinctione formali: cum non in re ipſa: ſed ſolum in modo loquendi: ut uidetur diſsidet ab eo: ut tactũ fuit. q. ult. diſt. ij. Per hoc ſatis patet ad dubia mota. Et idem poteſt colligi ex quid nominis diſtinctio. formalis: quod ponit auctor diſtin. pręſenti. Videtur tamen, quòd non obſtantibus præmiſsis: ſi debet (prout fides compellit) ſaluari incarnatio unius perſonæ ſine alia: ſiue ratio terminandi illam dependentiã ſuppoſitalem ponatur relatio, aut proprietas relatiua, ſiue perſona ipſa: ꝙ oportet ponere aliquam non identitatẽ ex parte rei inter eſſentiam, & proprietatem relatiuam, ſeu perſonam. Eſſentia enim eſt omnibus perſonis communis. Non ſic illud, quo præciſè conceditur de filio, ꝙ eſt incarnatus, & non pater, aut ſpirituſſanctus. Et quicquid conuenit uni perſonæ ratione eſſentiæ præciſe: conuenit & alteri: ut latius ſolet alibi examinari. Sic etiam uidetur id poſſe colligi ex eo, ꝙ quandoq; dicitur eſſentiam non poſſe eſſe terminum primum illius unionis hypoſtaticę: ſed perſonã: proprietatem uerò relatiuam eſſe rationem terminandi: ut in. iij. diſt. j. q. j. &c.

## DISTINCTIO. XXIX.

IN Diſtinctione præcedẽti egit magiſter de proprietate non perſonali negatiua. ſ. innaſcibilitate. Hic agit de affirmatiua: quæ eſt cõmunis ſpiratio, & hoc ſub nomine principij: uel poſſunt dici communis ſpiratio, & principiatio. ¶ Et eſt concluſio textualis prima. Nomen principium multiplicẽ notat relationem. Differunt tñ: quod probat: quia pater eſt principium ad intra filij ſine principio: filius eſt principium ſpirituſſancti de principio: ſpirituſſanct. principiatum ab utroq; , & non eſt principium ad intra. ¶ Secunda concluſio: Principium etiam dicit relationem ad extra; ſic pater, & filius, & ſpirituſſãctus ſunt unum principium creaturę: non æternum: ſed ex tempore. ¶ Tertia concluſio. Pater, & filius ſunt unum principium æternum ſpirituſſancti eadem notione, cuius nomen uſitatum non eſt: poteſt autem dici cõmunis ſpiratio. Harum intellectus ex textu patet.

## QVAESTIO unica.

VTRVM principium uniuoce dicatur de omnibus illis in deo: de quibus prædicatur. ¶ Quæſtio illa breuiter expedietur cum remiſſione ad doct. Notandum ergo primò poſtea, quæ tacta fuere diſt. ij. q. ix. ꝙ uniuocum dupliciter accipitur. Vno modo ſtricte pro ſigno uoluntariè impoſito

A

Arti. 1. Nota. 1



ſine inſtituto una inſtitutione: quod ꝑ ſubordinationem ad unum dũtaxat conceptum ſignificat omnia contenta ſub illo conceptu. ¶ Et ſic uniuocum non dicitur propriè de conceptu naturaliter propriè ſignificante ea, quorum eſt ſignum naturale. Breuius ſic. Eſt ſignum uoluntariè impoſitum: ſubordinatum tñ uni conceptui: quo ſignificat omnia ſubordinatè: quæ talis conceptus naturaliter propriè. Et ſic poteſt accipi adhuc ſtricte, ſtrictius, ſtrictiſsime, ut ſupra. diſt. ij. q ix. patuit. Alio modo accipitur largius: ut extendit ſe ad cõceptum, cui uniuocum primo modo eſt ſubordinatum. Et ſic eſt conceptus unus naturaliter ſignificans plura: uel ſignum tali conceptui ſubordinatum. Et ſic non tñ dicitur de ſigno uoluntariè inſtituto, quo ad primam acceptionem: ſed etiam de conceptu, cui tale ſignum correſpondet. Sic idem eſt eſſe uniuocum, & eſſe conceptum unum. Hoc modo conceptus ſingularis, qui eſt unius tantum, & non plurium, non eſt uniuocus. ¶ Clarius poſſet illud dici, ut uidetur, ſcilicet, ꝙ conceptus ſumitur primo modo pro ſigno ſignificante aliqua realiter diſtincta ſibi ſimillima. Et dicuntur ſibi ſimillima, quæ ſic ſe habent, ꝙ ſi ex eis per poſsibile, uel ĩpoſsibile, poſſet fieri unũ per ſe: illud unum erit eiuſdem ſpeciei cum quolibet illorum conſtituentium: nec plus eſſet totum per ſe contentum ſub illa ſpecie: quâm quodlibet conſtituentium. Hoc modo gradus intenſiui albedinis ſiue cuiuſcunque alterius qualitatis intenſibilis dicuntur ſimillimi. ¶ Ex illo ſequitur, ꝙ hoc modo ſola ſpecies ſpecialiſsima eſt uniuoca. Patet: quia quæcunque differunt plus, quâm numero non ſunt ſimillima. Et ita conceptus ſignificans aliqua ſpecie differentia non erit uniuocus hoc modo. ¶ Corollarium, hoc modo nullum genus eſt uniuocum, & ſic poteſt intelligi hoc cõe dictum. In gñre latent multæ ęquiuocationes. ¶ Secũdò capitur uniuocũ cõiter pro quolibet ſigno ſignificante aliqua uno conceptu ſibi correſpondente: qui conceptus ea naturaliter propriè ſignificat. Dicitur autem ſignum aliquod ſignificare aliqua uno conceptu, qñ ſignificat illa ſecundum unã diffinitionẽ quid rei, uel quid nõis: præciſè, & conuertibiliter ſuis ſignificatis conuenientem. ¶ Pro articulo ſecundo eſt hæc cõcluſio reſponſalis. Vox principium non dicitur uniuocè de oĩbus in deo: immo dicitur æquiuocè de eodẽ oĩbus modis reſpectu diuerſorum. Primum patet: qa non dr̃ uniuoce de eſſentia, quę eſt principiũ quo gñationis filij, & de patre, q ẽ principiũ, qd̃ generans filiũ. Patet: q a principio non datur idem quid nõis: dũ prædicatur de eſſentia, & patre. Secundum patet: quia aliter eſt pater principium productiuum creaturæ, & aliter filij: quia in hoc eſt principium creaturæ, quia producit ea de non eſſe ad eſſe: nõ ſic filij, ſed fortè illud euadi poſſet. ¶ Pro articulo tertio queritur. Quõ poteſt cognoſci unitas conceptus, qui eſt pluriũ. Reſpondetur dupliciuia. Quñque enim cognoſcitur per experientiam, ut cum intellectus experitur in ſe, ꝙ habet conceptum unum, quandocunque concipit illam rem; intelligo cum præciſione. i. diffinitionẽ unam: ita ꝙ poteſt pro quolibet tempore formare unam mentalem propoſitionem, habentem unum ſubiectum, & unum prædicatum, & non plura. Intelligo, ꝙ idem ſignificetur per ſubiectum, & prædicatum, ſiue ꝙ pro eodem ſupponant. Quando autem non poteſt experiri in mente ſine omni lingua, & idiomate, non poteſt experiri ſe habere unum conceptum. Ita loquitur doct. Habens ergo mentalem propoſitionem, in qua ſubiectum, & prędicatum idem ſunt quoad ſuppoſitionem, & experimento noſcens ſe talem habere, experitur in ſe unitatẽ conceptus: ut hõ eſt animal rationale. Hęc mentalis formata, in intellectu poteſt dici conceptus unus. Item homo non eſt pertus. Alia uia eſt per deductionem arguitiuam. Nam poſſibile eſt nos aliquid intelligere non in ſe: nihil autem poteſt intelligi ſine conceptu: ergo oportet habere cõceptum; non ſolũ ſignificantẽ rẽ illã nõ in ſe, uel

Vniuocum dupliciter ſumitur

Coroll.

Arti. 2. Cõcl. 1 B

Arti. 3. Dub. 1. C

cognitione propria cognitam: ſed etiã rem aliquã in ſe, uel cognitione propria cognitam: quia omnis cognitio rei non in ſe pręſupponit notitiã rei in ſe. Oportet ergo conceptum illum utrumq; ſignificare, & ſic erit uniuocus illis: ſed utrum ſit pręciſe uniuocus illis: ita ut nõ ſignificet etiam alia: dicit doct. ꝙ difficile, uel impoſſibile eſt cognoſcere.

Dub. 2. D Q̃uo cognoſci põt uniuocatio uocis īpoſitę.

¶ Secundum dubium. Q̃uo poteſt cognoſci uniuocatio uocis impoſitæ. Rñdet doct. ꝙ eius uniuocatio cognoſci poteſt ex diffinitione. Nam ſi habet diffinitionẽ quid rei: certum eſt, ꝙ eſt uniuocum. Si quid nominis tñ, ſi tunc poteſt aſſignari una diffinitio quid nominis, non continens aliquod ęquiuocum; quæ prædicatur de omnibus, de quibus uox pdicatur: eſt uniuoca. ¶ Si quęris: q̃uo cognoſcitur, an terminus in quid nominis poſitus ſit uniuocus, uel ęquiuocus. Reſpõdetur per eandem artem. ¶ Et nota hic, ꝙ coniunctio copulatiua, & diſiunctiua nũquam debent ingredi diffinitionẽ: alioquin quæcunq; diffinitiones coniunctę eſſent una diffinitio, & ſic daretur una diffinitio canis in ordine ad omnia ſignificata ſua, ad quæ eſt æquiuocum. ¶ Sed iſta dicta doct. uidentur ſatis obſcura. Et uidetur, ꝙ breuius dici poſſet, ꝙ omnis conceptus cõis eſt unus, qui abſtrahitur a rebus adæquate conueniẽtibus. Qui autem eſt rerum inter ſe nõ adęquatè conuenientium nõ erit unus. De hoc ſupra. q. viij. diſt. iij. Item. q. ij. diſt. viij. Et ideo aſini, & lapidis (puta carbunculi) non datur unus conceptus: niſi forte depręhendi poſſet aliqua conuenientia accidentalis eis adæquata, & omnis uox tali conceptui uni ſubordinata eſt uniuoca.

## DISTINCTIO. XXX.

SVPRA Magiſter egit de nominibus relatiuis dictis de deo æternaliter: hic de his, quæ dicuntur tẽporaliter: qualia ſunt creator, dñs, refugiũ, datum, donatum &c. ¶ Et eſt concluſio prima textualis illa. Sunt quædã nomina de deo ex tẽpore relatiuè dicibilia. Quod oſtẽdit: quia in tempore, ſiue ex tempore cepit eſſe creator dñs &c. ¶ Secunda concluſio. Non ſine mutatione creaturę: ſed ſine mutatione dei pleraque prædicata de eo temporaliter, & de nouo poſſunt dici. ¶ Tertia concluſio. Nomina pręfata nihil important, quod deo accidit: ſed referuntur ad creaturã, quę mutatur.

### QVAESTIO. I.

VTRVM omni auctoritate ſecluſa, facilius negari poſſit oĩs relatio eſſe aliquid a parte rei, quõcunq; diſtinctum ab omni abſoluto, & abſolutis, q̃ teneri. A

¶ Quæſtio illa cum aliquot ſequentibus etiã tractatur a doct. in quodlib. vj. in diuerſis quæſtionibus. Et quia alibi ſolet hæc materia latius diſputari: ideo ſolum placuit hic dicta doct. ſummatim abbreuiare. Plura deniq; de hac materia reperiet lector. q. j. diſtin. j. ſecundi collec. noſtri. ¶ Non autem quærit quæſtio, quid ſecundum ueritatem teneri debet: ſed quid teneri facilius poſſit præciſè innitens rationi. Arti. 1.
¶ Sunt autem hic duæ opiniones contrarię, quas latius recitauimus loco nũc allegato in ſecundo. ¶ Vna doct. ſubtilis in. ij. diſt. j. q. v. ꝙ relatio eſt alia res ab omni re abſoluta, & abſolutis. Sicut qualitas accidentalis realiter diſtinguitur a ſubſtantia, quam tenet: nõ tm̃ propter auctoritates: ſed etiam propter rationes, quas ibi adducit. ¶ Alia eſt opinio contraria, quã tenet Ockam: ſecundum quam ponitur concluſio ſequens. Arti. 2. B
¶ Pro articulo ſecundo eſt concluſio ſequens pręciſè naturalẽ rationem. Excluſa oĩ auctoritate: facilius negat oẽm relationem eſſe diſtinctam ab oĩ abſoluto, & oĩbus abſolutis. q̃ teneat eius oppoſitum. Patet: quia ex principijs naturalibus euidentibus nullum ſequitur inconueniens. Nec poteſt aliqua ratione oſtendi, quin omnis res diſtincta a re abſoluta, ſit in ſe res abſoluta, ſicut illa

a qua



a qua diſtinguitur: quia nihil aſsignari poteſt cur non ita. ¶ Non enim impedit eſſentialis dependẽtia: nam effectus eſſentialiter dependet ad ſuam cauſam: & tñ eſt res abſoluta in ſe ſicut cauſa. ¶ Nec impedit neceſſaria coexigentia: quia neceſſario coexigit aliud: ita ꝙ ſine ipſo eſſe non poſſit: quia omnis creatura neceſſariò coexigit creatorem, ſine quo eſſe nõ poteſt: & tñ creatura eſt res abſoluta: ¶ Item ſequendo naturalem rationem, accidens non poteſt eſſe ſine ſubiecto: nec forma ſine materia, & ecõuerſo. Et tñ tam accidens, quâm ſubiectum, tam forma, q̃ materia ſunt res ſimpliciter abſolutæ: licet una ſit alia perfectior. ¶ Item quæcunq; duæ res loco, & ſubiecto diſtinctę (ita ꝙ neutra ſit alteri intrinſeca, ſeu eſſentialis: licet una coexigat aliam) ſic ſe habent, ꝙ quælibet ẽ quædam res in ſe, & ad ſe, & nõ plus una, q̃ alia: ut patet de materia, & forma: ſubiecto, & accidente. Ergo ſi poneretur relatio res aliqua ab omnibus abſolutis diſtincta, & per conſequens nulli abſoluto intrinſeca, & eſſentialis eſſet res ad ſe, & non repugnaret ei per ſe intelligi: ſicut accidens intelligi poteſt ſine ſubiecto, & abſolute ſignificari. ¶ Nec ualet euadere dicẽdo, ꝙ eſt de natura relationis, ꝙ non eſt ad ſe, & ꝙ non poſſit per ſe intelligi: quia eadem facilitate diceretur hoc idem de albedine, & quolibet accidente, & abſoluto: ꝙ eſſet hæc natura, q̃ non poteſt ſine ſubiecto (ſine quo eſſe non poteſt) intelligi, & ꝙ eſſet relatio: immo ſic poſſet dici de forma ſubſtãtiali. C ¶ Tenet ergo hæc opinio probabiliter, ꝙ in re nihil eſt imaginabile, niſi res abſoluta, uel res abſolute. Termini autẽ relatiui important extrema relationis, q̃ ſunt res abſolutæ, ut ſimilitudo, qua ſortes refertur ad Platonem (ſi uterque ſit albus) nihil importat niſi ſortem, & Platonem, & utriuſque albedines. Sic duplum importat duo quanta, quorum unũ eſt tantæ quantitatis, & aliud tantæ: quæ omnia ſic importata ſunt res abſolutæ. Item deus poteſt conſeruare albedines in ſorte, & Platone abſque relatione: quia prius ſine poſteriori: quo poſito ſortes, & Plato ſunt ſimiles ſine relatione: ergo relatio ſuperfluit. ¶ Itẽ ſic arguitur de diuerſitate: poſitis duabus rebus abſolutis, omnibus alijs circumſcriptis ſunt diuerſæ, ſine relatione diſtincta. ¶ Item niſi ſic: eſſet proceſſus in infinitum: quia ſit diuerſitas a: illa etiam diſtinguitur a fundamento b, uel ſeipſa, uel per aliam, quæ uocetur c. Si primum, habetur propoſitum: ſi ſecundum, quæritur de c, ſicut de b: & erit proceſſus in infinitum: uel dabitur ſtatus. Et eadem ratione in prima. ¶ Nec ualet, ſi dicatur, ꝙ a diſtinguitur ſeipſa a b, quia a, non poteſt eſſe ſine b: quia relatio non poteſt eſſe ſine fundamento: quando autem eſt b, & a, eſt fundamentum & terminus, & ita relatio. Non poteſt ergo eſſe a & b, ſine relatione: ergo non diſtinguitur: ſed hoc non ſufficit: quia ad uariationem termini uariatur relatio: quia ſortes ad Platonem, & Ciceronem ſunt diſtinctę relationes. Nũc autẽ terminus alietatis, qua b, eſt aliud ab a ſuo fundamẽto, eſt ipſum fundamẽtum a, & terminus alietatis illius eſt b, & ſic erit alia relatio. ¶ Dubitatur pro articulo tertio, quid eſt rleatio, & quid important abſtracta relatiua. Dimiſsis his, quæ latius ſcripſi in. ij. diſtin. j. quęſtio. j. Et quæ opinionum in huius dubioli materia ſit probabilior. Reſpõdetur ſecundum doct. ꝙ important intentionẽ ſiue conceptum mentis, quo intellectus formaliter refert rem unam ad aliam: i. cognoſcit res ad ſe aliquo modo habẽtes. Et licet res realiter ſint tales: exempli gratia: ſimiles in qualitatibus ſe realiter informantibus: aut diſtinctè ſeipſis: circumſcripto quocunque intellectus actu: tamen non poſſunt cognoſci, uel exprimi tales niſi mediante conceptu. Et ille conceptus, quo res cognoſcuntur ab intellectu: tales dicitur relatio. Sicut licet omnis homo realiter currat (ut pono) ſine quocunque ſyncathegoremate intellectus: non tamen poteſt intelligi omnis homo realiter currere, ſine ſyncathegoremate omnis. ¶ Vel dicitur; ꝙ relatio eſt extrema relationis, & fundamentum; ſi diſtinguitur a termino a

Arti. 3. Dub. 1. Quid ẽ relatio.

quo: ut ſimilitudo, qua ſortes ſimilis eſt Platoni in albedine: nihil aliud eſt, quã ſortes, & Plato: quia illis exiſtentibus, ſortes eſt ſimilis Platoni, omnibus alijs circumſcriptis. ¶ Sic ordo uniuerſi eſt partes ordinatæ: approximatio cauſarum ſecundarum eſt cauſæ ſecundæ non impeditæ: ut habet doctor. quodlib. vij. q. xiij. Compoſitio ſiue unio partium, eſt partes unitæ: inter quas nullum eſt medium, & ſic de alijs. ¶ Et per hoc patet, quid dicendum: ſi quæritur ubi, uel in quo ẽ relatio: ut ſimilitudo, unio &c. quia uel eſt in mente ſecundum primum modum: uel eſt res relatæ, & fundamentum. quæ ſunt abſoluta ſecundum alium modum. Hoc eſt ſummarium illorum, quæ habentur in doct. quæſtione illa.

## QVAESTIO. II.

A Vtrũ p rõnem naturalem pbari poſſit ſex principia importare reſpect⁹ extrinſecus aduenientes.

VTRVM per rationem naturalem probari poſſit ſex principia importare reſpectus extrinſecus aduenientes ab omnibus abſolutis diſtinctos. ¶ Concluſio. Per rationem naturalem probari non poteſt: ꝙ ſit aliquis reſpectus extrinſecus aduenienſ, diſtinctus ab omnibus abſolutis. Probatur: quia non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate: ſed omnia poſſunt ſaluari non ponendo huiuſmodi reſpectus: ergo ponendi non ſunt. Conſequentia nota cũ maiore. Minor patet tranſcurrendo ſingulos modos ſex prędicamẽtorum. ¶ Et quia fundamentum inquiſitionis pręſentis in hoc conſiſtit: quia cõtradictoria non poſſunt ſucceſſiuè uerificari ſine mutatione. Ideo uidendum eſt in ſingulis ſex principijs, in quibus contingit contradictoria ſucceſſiuè prædicari de

B eodem, in quo fiat mutatio. ¶ Notandum ergo, quòd ad hoc, ꝙ fiat tranſitus ſiue ſucceſſiua uerificatio contradictoriorum, requiritur, ꝙ fiat mutatio acquiſitiua, uel deperditiua in aliquo: aut motio localis, uel tranſitio temporis, & hæc uera, ſi locus eſſet, & tempus, uel imaginaria, ſi talia non eſſent. De quo etiam diſtinct. xvij. quæſt. j. tactum fuit breuiter. Et alterum horum inuenitur in propoſito: ut patet tranſcurrendo ſingula hæc genera. Et primum de actione, & paſſione. Nam ad hoc, ꝙ aliquid fit de nouo agens, quod prius non fuit agens: ſufficit: & requiritur, ꝙ incipiat eſſe nouus effectus abſolutus in paſſo, ad præſentiam agentis: qui non inciperet, niſi actiuum eſſet approximatum ſiue præſens paſſo. Inceptione ergo illius effectus in paſſo: paſſum nunc uerè, & realiter patitur: & agens uerè agit: & effectus uerè eſt effectus: quæ omnia prius negabantur de paſſo, agente, & effectu: nec opus eſt præter illa abſoluta

C ponere quemcunque reſpectum. ¶ Si dicis: illæ res abſolutè non ſufficiunt: ſed requiritur pręſentia, & approximatio agentis. Iſta autem præſentia, uel approximatio eſt aliquid præter prædicta abſoluta, & non abſolutum, ergo reſpectus. Reſponſio, ꝙ præſentia dicit aliquid pręter iſta duo abſoluta: ſed non dicit reſpectum: ſed importat illa abſoluta, & cum hoc, ꝙ nullum corpus abſolutum impediens interponatur. Nunc autem ex negatione medij interpoſiti non poteſt inferri poſitio alicuius: ſicut non ſequitur. Inter contradictoria non eſt medium: ergo inter ea eſt aliquid poſitiuũ. ¶ Sed diceres: a agens in inſtanti productionis b eſt agens: & poſt illud inſtans non eſt agens: & tamen nulla fit mutatio in quocunque abſoluto: ideo oportet ponere mutationem in reſpectu. Et uolo, ꝙ b producatur ab a, & non conſeruetur ab eo: ſicut a patre filius producitur, & non conſeruatur ab eo. ¶ Sol. quòd ad illam ſucceſſiuam uerificationem contradictoriorum ſufficit ſola trãſitio temporis. Nam & tempus connotatur per agens, & patiens (capiendo ut diſtinguũtur contra conſeruans) nam agens illo modo eſt, ad cuius præſentiam incipit eſſe effectus &c. Incipit, ideſt nunc eſt & prius, non fuit: ergo per ſolam tranſitionem illius nunc negantur agens, & patiens ab eis: de quibus prius affirmabantur. ¶ Simile eſt



de quando: nam ad hoc, quòd de aliquo uerificetur heri, hodie uel cras, ſufficit ſola tranſitio temporis ueri, uel

D imaginarij. ¶ Sic de ubi: nihil dicit niſi corpus eſſe præſens alteri corpori continenti ipſum. Et ſic ad mutationem ubi non requiritur aliquod informans corpus: ſed præſentia alterius corporis per motum localem. ¶ Sic, & motus localis nihil dicit diſtinctum a mobili, & loco: ſed dumtaxat præſentiam corporis alteri, & alteri loco uero, uel imaginario propter ultimam ſpheram, quę nõ eſt in loco. Nam ſi duo corpora, quorum unum continetur ab alio eodem modo ſe habeant: etſi mille reſpectus ponantur per poſſibile, uel impoſſibile, non mutatur ubi: nec fit motus. Et ſi uariantur quo ad diſtantiam (etiam ſi nullus ſit reſpectus) uerè mutatur, ubi propter ſolam mutationem localem abſolutorum: & ideo omnino fruſtra ponuntur tales reſpectus reales. Suo modo dicitur de ſitu, & habitu. ¶ Sed diceres. Diuidatur continuum aliquod in duas medietates ſine motu locali partium: ita ut poſt diuiſionem nihil inter eas mediet: tunc a, & b, fuerunt continuum, & nunc non ſunt continuum. Vel prius fuerunt in continuo, & nunc non ſunt, & nullum abſolutum eſt corruptum, uel acquiſitum: ergo oportet ponere aliquem reſpectum, puta unionem, ab abſolutis diſtinctis. De ſolutione huius argumenti poſtea tractabitur. quæſtio. iiij. uide de hac materia etiam doct. in. ij. quæſt. ij. latius. Et in quodlib. vij. in multis quęſtionibus. Item. quæſtio. ulti. ſecundi ſui.

## QVAESTIO. III.

A VTRVM de intentione philoſophi fuit ponere quẽcumque reſpectum a parte rei diſtinctum ab omnibus abſolutis. ¶ Concluſio. Nec philoſophus, nec commentator poſuit rem aliquam præter abſoluta: ſed ſecundum eos quęlibet res una per ſe in genere eſt res abſoluta, ut ſubſtantia, uel qualitas: licet non quælibet ſit ita perfecta ſicut alia. Probat hoc auctor primò de relatiuis modò numeri: ut dupleitate &c. quæ non eſt res una: quia non ſimplex manifeſtum eſt. Nec compoſita: cum res loco, & ſubiecto diſtinctæ; non faciunt unum ſimpliciter. Numerus autem quatuor hominũ multum diſtantium eſt duplus ad binarium, cuius partes ſunt quatuor unitates diſtantes &c. ergo non faciunt unum. ¶ Item probat, quòd calefactiuum non dicit talem reſpectum ſuperadditum. ¶ Item ꝙ ſecundum philoſophum ad relationem non eſt motus: eſſet autem ſi relatio eſſet diſtincta ab abſolutis. Et ſoluit replicas latè. Vide ad idem doct. in. vj. quodlib. in diuerſis quæſtionibus. ¶ Soluit etiam rationes in contrarium pro opinione oppoſita inductas, & auctoritates philoſophi exponit: oſtendens Ariſtotelem in prædicamentis principaliter determinare

B de terminis propoſitionum. Et diſtinguit triplices terminos abſolutos, ideſt non relatiuos: quorum aliqui ſignificant ſubſtantiam: aliqui qualitatem: tertij res non connotando aliud: ſine cuius exiſtentia non poſſunt uerificari de eo, quod ſignificant: ſicut quantitas ſignificat rem extenſam: & licet connotet diſtantiam partium: tamen ad hoc,

C quòd uerificetur de aliquo, requiritur ex natura alterius. Termini autem relatiui ſunt: qui ex ſua inſtitutione ſignificant aliquid, & cum hoc connotant aliud: ita quòd non poſſunt cognoſci uerificari de ſuo ſignificato: niſi intelligatur aliud, quod connotant: ut pater ſignificat patrem, & cum hoc connotat filium. Et nunquam poteſt ſciri, quòd pater uerificetur de aliquo, niſi intelligatur filius, qui eſt filius a patre. Et ideo caput: manus: licet ſignificent partes totius: quia tamen poteſt cognoſci aliquid eſſe caput: non cognito toto: non ſunt relatiua. Et ſecundũ hoc expo

Termini relatiui.

nit diffinitionem ad aliquid ſecundam.
Item oſtendit, ꝙ relatio non eſt realiter
fundamentum. Quodq; ille modus lo-
quendi de fundamento relationis, nõ eſt
philoſophi. Quodq; abſtracta relatiuo-
rum non ſignificant ad aliud. i. reſpectũ,
ſed ſignificant plures res abſolutas. Oſtẽ
dit etiam, ꝙ ſecundum philoſophum nõ
omnia relatiua ſunt ſimul natura; quia
non illa, q̃ ſunt de tertio modo relatiuo
rum. Item licet quælibet res poſsit ſigni
ficari relatiue; non tñ oẽs termini res ſi
gnificantes ſunt relatiui. Item ꝙ prędi-
camenta non ſunt res: ſed termini ſigni
ficantes res. Et quõ res dicatur eſſe in
prędicamento, nõ aliter: niſi quia ſigni
ficatur per terminum prędicamenti: ſed
illud uerè eſt in prædicamento, de
quo genus generaliſsimũ quidditatiue
prędicatur, & hoc ſolum terminis con-
uenit. Et ſic patet, quõ aliquid poteſt eſ
ſe in diuerſis prędicamentis primo mo-
do: non ſecundo modo. Et ſecundũ hoc
regula illa exponitur. Diuerſorum gene
rum, & non ſubalternatim poſitorum di
uerſæ ſunt ſpecies. De hoc, quid ſit poni
in pdicamentis: uide diſt. viij. q. j latius.

## QVAESTIO. IIII.

A An aliquis reſpectus diſtinguatur ab oĩbus abſolutis.

VTRVM ſecundum rei ue
ritatem, aliquis reſpectus di
ſtinguatur ab omnibus ab-
ſolutis: non curando, quæ
fuerit intentio philoſophi.
¶ Poſitis concluſionibus ſecundũ doct.
pro articulo primo: ſubiungentur ali-
quę dubiorum ſolutiones pro articulo ſe
Arti. 1. cundo. ¶ Quantum ad articulum primũ,
Cõcl. 1. eſt concluſio prima. In diuinis aliqua re
latio eſt formaliter diſtincta ab abſolu-
tis. Probatur: quia paternitas in diuinis
eſt uerè, & realiter in deo: & formaliter
diſtincta ab eſſentia: ut deductum eſt ſu-
pra diſt. ij. quæſt. j. & xxvj. Nam ſecun
dum beatum Aug. Pater non eſt eo pa
ter, quo deus: ergo quo pater formali-
ter eſt pater: nõ eſt illud formaliter, quo
eſt deus. Eſt autem deus eſſentia, & pa-
ter paternitate: ergo paternitas diſtin-
guitur a diuinis formaliter ab eſſentia.
¶ Secunda concluſio. Nullus reſpectus Cõcl. 2
intrinſecus adueniens eſt diſtinctus ab B
abſolutis. Illa concluſio ſolum habet lo
cum in creaturis: quia deo nihil aduenit
nec intrinſecus, nec extrinſecus: ſaltem
realiter: patet de ſimilitudine dupleitate
paternitate in creaturis &c. ex quæſtio
nibus præcedentibus. Præterea quando
per potentiam creaturę: utraq; duarum
rerum poteſt eſſe ſine aliqua re realiter
ab utraq; & ab ambabus ſimul diſtincta:
illa poſſunt ſimul eſſe ſine illa per poten
tiam dei. gratia exempli. Si a, poteſt eſſe
ſine c, & ſimiliter b poteſt eſſe ſine c, qđ
realiter diſtinguitur ab a, & ſimiliter a
b, etiam ab a, & b, coniunctim: etiam a,
& b, ſimul eſſe poſſunt ſine c. Vocetur
albedo in ſorte a, & albedo in platone
b, & ſimilitudo ſortis ad platonem ſecun
dum albedinem c: poterit per potẽtiam
diuinam a & b, eſſe ſine c: & tñ quando
cumq; ſunt a & b, ſunt ſimilia: ergo ſine
ſimilitudine diſtincta. ¶ Tertia conclu- Cõcl. 3.
ſio. Termini ſex prædicamentorũ, actio
nis, paſsionis, ſitus, habitus, ubi, qñ: non
important reſpectus ab omnibus abſolu
tis diſtinctos. Patet: quia tales omnino
fruſtra ponerentur: cum alias omnia ſal
uari poſsint: ut ex habitis quæſtionibus
poteſt oſtendi. ¶ Concluſio quarta, quę Cõcl. 4
ponitur ſecundum Ockam, eſt illa. Si re
ſpectus aliqui ſint ponendi: probabile ẽ
ponere reſpectũ unionis realem ab om-
nibus abſolutis realiter diſtingui: quales
ſunt, unio naturæ humanæ ad uerbum:
unio materiæ ad formam: unio acciden
tium ad ſubiectum, & econuerſo: unio
partium continui ad inuicem. Probatur:
quia contradictoria non poſſunt ſucceſ
ſiue de eodẽ uerificari: niſi propter mu-
tationem localem: tranſitionem tempo
ris: aut productionem: aut deſtructionẽ
alicuius. Sed ſi in prædictis poſsibile eſt
aliqua primò non eſſe unita, & poſtea
eſſe unita ſine motu locali unitorum:
nec tranſitio temporis eſt in cauſa: ergo
aliquid de nouo producitur, uel corrum
pitur. Et nihil abſolutum: ut patet tran
ſcurrendo ſingula: ergo aliquid reſpe-
ctiuum, ſcilicet unio ipſa. Poſſet enim
uerbum aſſumere præexiſtentem natu-



rã humanã, & dimittere aſſumptam ſine
eius motu locali: ſic forma inhærere ma
teriæ, & non inhærere ſine motu locali
utriuſque. Poſſet enim anima humana
per diuinam potentiam manere præſens
corpori, quod informabat, & tamen ip-
ſum corpus non uiuificare. Et ita eſſet
primò unita, & poſtea nõ unita, & tam-
nihil nouum corruptum eſſet, aut pro-
ductum: niſi unio relatiua. Sic de conti
nuo ſi diuideretur: abſque tamen partiũ
remotione abinuicem: ita ꝙ nihil media
ret inter eas: eſſet primò unum. ſecundò
non unum: ſine motu locali partiũ &c.
partes enim contiguę non faciunt unũ,
Cõcl. 5. niſi ſint continuæ. ¶ Concluſio quinta.
C Dabiles ſunt uiæ negandi omnes reſpe-
ctus tam in diuinis, quã creaturis. In di-
uinis patet ſuſtinendo quartam opinio-
nem de conſtitutione perſonarũ. ſupra
diſt. xxvj. q. j. tactam. quæ condemnata
non eſt tanquam erronea: ut latius de-
ducit. Sco. ibidem. In creaturis de unio
ne naturæ humanę ad uerbum, dici poſ-
ſet ſicut in diuinis: ꝙ propter aliquam
qualitatem abſolutã puta gratiam unio
nis in humana natura productam: perfe
ctiorem unionem, & reſpectũ diceretur
uerbum nunc unitum, & primo non uni
tum. De unione forme ad materiã ſeu
ſubiectum diceretur: ꝙ quandocunque
forma eſt intime præſens materiæ uni-
tur materiæ: ita ꝙ unio formæ, & mate-
riæ nihil aliud dicit quam intimam uni
torum præſentiam. De unione partiũ
continui dicit Ockam. quæſt. prę ſenti
rationem ad quartam concluſionem in
ductam non concludere: ſolutionem ta
men remittit. Faciliter etiam omnes au
ctoritates ad oppoſitum ſonantes ſolui
poſſunt. De hoc plura uide in quodlib.
Arti. 2. vj. & vij. in diuerſis quæſtionibus. ¶ Poſ
D ſet ergo replicari pro articulo ſecundò,
contra ea quæ dicta ſunt in concluſione
quarta. Nulla ponenda eſt relatio in
creaturis diſtincta ab omnibus abſolu-
tis. Probatur: quia maxime propter ſal
uare tranſitum de contradictorio in cõ
tradictorium ſecundum, ꝙ procedit pro
batio quarte concluſionis: ſed hoc non.
Minor probatur: quia ille tranſitus non
poteſt ſaluari per productionem, uel deſi
tionem reſpectus tantum. Sed neceſſe
eſt in omni tranſitu qui nõ ſaluatur pro
pter motum localem uel temporis tran
ſitionem aliquod abſolutum de nouo
produci uel deſtrui, ideo propter hoc
non oportet non ponere reſpectum.
Conſequentia nota: quia ceſſante cauſa
ceſſat effectus. Antecedens patet: quia
non poteſt poni noua relatio: nec de-
ſtrui exiſtens: niſi propter mutationem
alicuius abſoluti: ergo non ſufficit mu
tatio productiua, uel deſtructiua ſolius
relationis. Conſequentia nota. Añs pro
batur: quia ſi relatio fuerit intrinſeca:
neceſſario ſequitur extrema abſoluta, &
altero extremorum deſtructo deſinit eſ-
ſet relatio. Impoſsibile eſt enim eſſe re-
lationem ſine fundamento & termino
ſecundum ponentes eas. Sic enim non
eſſet relatio: ideo non poteſt produci
relatio niſi producatur fundamentum,
uel terminus: nec deſtrui niſi deſtruatur
alterum illorum. Si fuerit relatio extrin
ſeca (quæ non neceſſario conſequitur
extrema) nihilominus requirit aliquã
mutationem in abſolutis ut de nouo ſit.
Mutationem dico, uel productiuam: aut
corruptiuam: aut localem abſoluti, gra-
tia exempli. Actio ſecundum illos eſt re
latio extrinſeca: pono ꝙ ſit actiuum, &
paſsiuũ ſine actione, non poteſt fieri de
nouo actio niſi de nouo fiat approxima
tio actiui ad paſsiuum: quæ fieri non po
teſt niſi per motum localem eorundem.
aut remotionem impedimenti: quę ſunt
mutationes abſolutorum. Similiter ſimi
litudo eſt relatio extrinſeca, qua ſortes
refertur ad Platonẽ: licet ſortes, & Pla-
to poſſunt eſſe ſine ſimilitudine, & tamẽ
nunquam poteſt ſimilitudo eorum de
nouo poni in eſſe: niſi producatur no-
ua qualitas in ſorte, & Platone uel in u-
troque. Nec ſi poſita fuerit in eſſe po-
terit corrumpi: niſi corrupto aliquo ab-
ſoluto, ſcilicet fundamento: termino:
aut qualitate ſecundum quam dicuntur
ſimiles. Et eſt ratio: quia relatio ſi di-
ſtinguitur a rebus abſolutis eſt effectus,
quidem naturaliter producibilis, & per
cõſequens habebit cauſas naturales pro-

ductiuas & deſtructiuas: quibus poſitis
neceſſariò ponitur: deſtructis neceſſariò
deſtruitur. Cauſæ autem erunt res ab-
ſolutę. alioquin eſſet proceſſus in infi-
nitum in cauſis eſſentialiter ordinatis.
Et ita ad poſitionem relationis, oportet
ponere cauſas &c. Gratia exempli: unio
formæ, & materiæ (ſi eſt res quædam na
turalis) habebit cauſas abſolutas: quæ
ſi ponuntur eo modo quo ſufficiunt: po
nitur unio: ſi non, non. Non autem poſ
ſunt poni ſi non fuerunt: aut non poni
ſi fuerunt mutatione abſolutorum: ad
minus locali aut temporis. Ideo omni-
bus abſolutis non mutatis, & eodē mo-
do ſe habentibus: non poteſt noua rela
tio produci, nec producta corrumpi.
Nec uidetur intelligibile: ꝙ abſolutis
per omnia ſe eodem modo habentibus
oriatur noua relatio. Vnde omnis rela
tio extrinſeca ut de nouo ſit: præexigit
Replica mutationem in abſolutis. ¶ Sed di. Ra-
E tio procedit in cauſis naturalibus. ſed
deus poteſt de nouo producere relatio-
nem aut productam deſtruere: omnibus
cęteris eodem modo ſe habentibus: un-
de poſſet deſtruere reſpectum unionis
formæ, & materiæ: conſeruata tamen
adhuc forma in materia: ut deducit pro
batio quartę concluſionis. Et ſimiliter
producere unionem nulla alia mutatio-
ne facta in abſolutis. Sed hoc non ſuf-
ficit. tum qa illa unio denominaret for-
mam uniri propter ſolam inhæſionem
eius qua inhæret formę: circumſcripta
omni alia mutatione, uel habitudine ab
ſolutorum: dempta ſola informatione
unionis: quia ſi requireretur alia habi-
tudo præter unionem: haberetur pro-
poſitum. Sed tunc unio non erit rela-
tio; nec denominabit formam denomi
natione relatiua. Quod probatur: quia
ſi ex hoc ſolum denominaret formam;
quia inhæret: non aliter denominaret,
quàm albedo ſuum ſubiectum. Et nihil
aliud eſt uniri: niſi habere in ſe illam
realitatem, quæ dicitur unio omnibus
alijs circumſcriptis. Sic ergo non ma-
gis poſſet dici, quòd eſſe unitum eſſet
denominatio relatiua; quā eſſe album,
quia utrunque nihil aliud dicit, quàm
habere in ſe talem realitatem ſibi inhæ-
rentem. ¶ Si di. Non eſt ſimile: quia F
licet forma dicitur unita, eo ꝙ habet in
ſe unionem: tamen quia unio eſt rela-
tio, & non albedo ideo denominatio,
quam dat unio eſt relatiua, & non deno
minatio quam dat albedo. Eſt autem
unio relatio: quia requirit terminum ad
hoc ut ſit; non ſic albedo. ¶ Contra, &
pro confirmatione principalis rationis:
deus poſſet illam realitatem, quæ eſt
unio producere, & conſeruare deſtru-
cto termino. Quod ſi faceret iam for-
ma eſſet ùnita, & nulli eſſet unitas quod
implicat. Aſſumptum probatur: quia il
la unio realiter diſtinguitur a termino;
ergo poteſt eam dominus deus produce
re, & conſeruare ſine termino, per illam
communem maximam. Quæcunque
ſunt diſtincta: deus poteſt ſeparare, & ſe
paratim conſeruare, & eadem ratione
ſeparatim producere, prout latè dedu-
cit Ockam in tracta. de ſacramento al-
taris. ¶ Si dicis ꝙ intelligitur de diſtin-
ctis quorum neutrū eſſentialiter depen-
det ab alio. Nunc autem relatio eſſen
tialiter dependet a termino. ¶ Contra
ſi eſſentialiter dependet a termino; er-
go in aliquo genere cauſæ. Nam quic-
quid neceſſariò requiritur ad eſſe alte-
rius: eſt eius cauſa in aliquo genere cau-
ſę, etiam ſecundum ponentes huiuſmo-
di reſpectus. Et non dependet ad ter-
minum tanquàm ad cauſam ſubiectiuā;
ſic enim dependet ad fundamentum.
Nec tanquam ad cauſam formalē: quia
terminus non eſt forma unionis. Nec
abſolutum inhæret relationi: tanquam
ad cauſam efficientem, uel finalem quæ
ſunt cauſę extrinſecę. Sed harum cau-
ſalitatem poteſt deus ſupplere; poteſt
ergo producere unionem ſine termino.
¶ Præterea quęlibet relatio habet ali-
quam diffinitionem quid nominis con
uertibilem, & illa exprimet aliquam ha
bitudinem rerum abſolutarum, pręter
informationem relationis; ut patet in-
ductiuè in ſingulis. Et per mutationem
habitudinis huiuſmodi abſolutorum, cir
cumſcripta illa realitate relationis, ſal-
uabitur tranſitus contradictoriorum: ut



patebit ſoluendo argumenta ad pro-
bationem quartæ concluſionis inducta:
quæ facillimè ſoluerentur: ſi quid no-
minis ſingularum relationum certè, &
G diſtinctè haberentur. ¶ Vnde ad il-
lam de unione formæ, & materię, dici-
tur quòd unio formę uitalis ad mate-
riam propter quam compoſitum dicitur
ſubſtantia uniens tria dicit. Primò
intimam præſentiam unitorum: ita ꝙ
ſint ſimul in eodem loco adęquato ſeu
primo circumſcriptiuè ſeu diffinitiuè.
Secundò dicit dependentiam natura-
lem formę ad materiam actualem, uel
aptitudinalem propter animam intel-
lectiuam: quę licet poſſit naturaliter ſe
parari a materia: tamen manet inclina
tio aptitudinalis ad materiam, quæ eſt
quędam dependentia naturalis. Tertiò
dicit operationem uitalem in corpore
ideſt per organum corporeum. Hoc
enim eſt uiuificare corpus operatio-
nem uitalem mediante corpore produ-
cere. Non poteſt ergo forma uitaliter
uniri corpori: ut faciat unum compoſi-
tum uiuens ſine operatione uitali actua
li: quamuis ergo poſſit conſeruari in
corpore ſine uitali operatione: ſed non
unitur uitaliter ſine operatione. Vn-
de ſi primò uitaliter unitur corpori,
& poſtea manens in corpore non uni-
tur: neceſſe eſt deſtrui uitalem opera-
H tionem qua manente implicat non u-
niri. ¶ Formam autem uniri non ui-
taliter dicit duo, ſcilicet intimam præ-
ſentiam, & informationem ſeu inhæ-
ſionem, ideſt naturalem dependenti-
am eius ad materiam. Hæc autem de-
pendentia non diſtinguitur a forma.
Eſt enim forma talis natura, & ſic a
deo creata: ut dimiſſa ſuæ naturæ, non
poteſt eſſe niſi in tali ſubiecto. Ideo
cum forma uitalis non eſt præſens ma-
teriæ: unitur materię. Nec deus po-
teſt eam in materia conſeruare: ita ut
non uniatur. Quia uniri talem for-
mam nihil aliud eſt: quàm talem for-
mam eſſe intimè præſentem materię.
Implicat ergo manifeſtam contradictio
nē eſſe ſic in materia, & non uniri. Si
ergo prius unitur, & poſtea non unitur:
neceſſe eſt ut uel corrumpatur: uel lo-
caliter a materia ſeparetur. ¶ Suo mo- I
do dicitur de ſubiecto, & accidente: ꝙ
accidens uniri ſubiecto: nihil aliud eſt
quàm accidens eſſe in ſubiecto per in-
timam præſentiam. Et accidens in-
hærere ſubiecto addit dependentiam na
turaliter ad ſubiectum. Et illa depen-
dentia non poteſt ſeparari ab acciden-
te: quia non diſtinguitur ab accidente.
nihil enim aliud eſt niſi talis natura: non
potens ſeparari naturaliter a ſubiecto.
Sic ergo unio illa etiam duo dicit, ſcili-
cet intimam præſentiam, & dependen-
tiam naturalem inſeparabilem. ¶ Ad il K
lud de continuo dicitur: ꝙ partes uniri
in continuo nihil aliud eſt: quā partes
eiuſdem rationis eſſe immediatas: ita ꝙ
nihil inter eas mediet: quo minus co-
pulentur ad unum terminum commu-
nem: unde caſus eſt impoſſibilis, & im-
plicat. Nam partes continui diuidere:
ita ut non ſint continuę: eſt eas abin-
uicem remouere per interpoſitionem
alicuius medij. alioquin ſi nihil mediat
manent continuè. Eſt ſententia doct.
in. ij. quæſtio. ij. ubi plura reperies ad pro
poſitum ualentia. ¶ Si dicis applicen-
tur duo ligna diuiſa: ita ut ſint conti-
gua: inter illa nihil mediat, & tamen
non ſunt continuum; ideo poſſunt par-
tes diuidi ſine interpoſitione medij: ſi-
cut illa duo ligna ſe tangentia, quæ ſunt
diuiſa, & tamen nihil mediat. Re-
ſpondetur non admittendo caſum.
Nam corpora dura non poſſunt ſe tan-
gere ſecundum opinio. multorum. Me-
diabit enim ſemper, uel aqua, uel aer:
ſi fuerint in altero eorum: ut dicit phi
loſophus ij. de anima. cap. xj. de tangi-
bili. Impoſſibile eſt inquit tangere ali
quid aliud in aqua: eodem autem mo-
do, & in aere. Et loquitur de corpo-
ribus duris & ſiccis: ubi commentator
commen. cxiij. dicit. Impoſſibile eſt
ut corpus ſiccum tangat corpus ſiccum
in aqua aut in aere: niſi inter ea ſit cor-
pus: aut ex aqua, aut ex aere. Si dicis.
Volo ꝙ deus coniungat duo corpora
immediatè: poteſt enim tollere mediū.
Reſpondetur: ꝙ tunc illa corpora ſic im

mediata faciunt unum continuum: ſi-
cut inter partes aquæ: ſi tollitur mediū
fit una aqua continua. Nec eſt maior
ratio: quare duæ partes aquæ inter quas
nihil mediat faciant unam aquam con-
tinuam: quàm duo ligna inter quæ nihil
mediat ſaltem eiuſdem rationis. Cui
non placet illa ſolutio: aſſignet quid no
minis continui quod nō conueniat par
tibus eiuſdem rationis immediatis. Et
ita docebit, quòd aliquid intereſt inter
continuum, & cōtiguum ſine cuius mu-
tatione de continuo non fit contiguū.
Si dicis: unio intereſt: quia partes conti
nui uniuntur. Partes autem contigui
non uniuntur. Quæro quid dicit ibi u-
nio, & nihil poteſt dari: niſi ꝙ dicat im
mediationem partium eiuſdem ratio-
nis: ut patet cautius, & profundius ſpe-
L culanti. ¶ Ad illud ꝙ primo obijcitur
de unione naturæ humanæ ad uerbum:
tanto difficilius eſt diſſerere aliquid, uel
affirmare: quanto minus unio illa ſuper
mirabilis a nobis intelligitur. Nedum
enim ineffabilis eſt: ſed a nobis etiam
pro ſtatu illo intellectu incomprehenſi-
bilis. Vnde magiſter lib. iij. diſtinctio.
ij. Illa unio inexplicabilis eſt adeo
ut etiam Ioann. ab utero ſanctificatus,
ſe non eſſe dignum fateatur ſoluere cor
rigiam calciamenti Ieſu: quia illius unio
nis modum inueſtigare alijsque explica
re non erat ſufficiens. Et beatus Aug.
iiij. de trini. c. ulti. Si quæritur ipſa in-
carnatio quomodo facta ſit: ipſum dei
uerbum: dico carnem factum. i. hominē
factum. Non tamen in hoc quod fa-
ctum eſt conuerſum uel mutatum. Ita
ſanè factum: ut ibi ſit non tantum uer-
bum dei, & hominis caro: ſed etiam ra-
tionalis hominis anima: atque hoc to-
tum, & deus dicatur propter deum: &
homo propter hominem. Quod ſi diffi
ficile intelligitur: mens fide purgetur
magis magiſque abſtinendo a peccatis,
& bene operando, & orando cum gemi
tu deſideriorum ſanctorum: ut per diui-
num adiutorium proficiendo, & intelli-
gat, & amet. Hæc Auguſt. Et Alex. de
Hales par. iij. q. ij. memb. iiij. Cuiuſmodi
ſit hæc cōicatio: qua. ſ. natura humana
cōmunicatur uerbo: non eſt hominis diſ
finire. Difficillimum itaque eſt exprime
re qualis ſit hæc unio. Eam eſſe qua uer
bum caro factum eſt. i. deus homo eſt: &
homo deus indubitatiua fide credimus:
& catholicè confitemur. Certè ergo
habemus naturam humanam a uerbo aſ
ſumptam ac naturæ diuinæ in perſona
uerbi unitam: ut una eademque perſona
Chriſti: quæ, & perſona uerbi: ſubſiſtat
in duabus naturis: non in duabus perſo
nis. Vnde aſſumpta natura non eſt per
ſona: nec in ſe ſuppoſitata: dependens
ſuppoſitaliter ad perſonam uerbi. Quid
autem dicat hæc unio, & naturæ aſſum-
ptæ ſuppoſitatio difficile eſt uidere. Eſt
enim unio iſta maxima unionum poſt il-
lam ſummam, & diuinam unionem per-
ſonarum trinitatis in una eſſentia: ut di
cit beatus Bern. Quo modo ſicut in il
la tres perſonæ diſtinctè realiter uniun-
tur in una eſſentia per identitatem ue-
riſſimam cum eſſentia: ita in iſta uniun-
tur tres naturę eſſentialiter diſtinctę in
una perſona: corpus. ſ. anima, & deitas
per idiomatum cōmunicationem. Vnde
ait Bernar. lib. v. de conſi. ad Euge. In-
ter omnia quę rectè dicuntur unum: ar-
cem tenet unitas trinitatis: quas tres ꝑ-
ſonę ſunt una ſubſtantia. Secundo præ-
cellit illa unitas qua tres naturæ ſunt u-
na perſona. ¶ Huius autem difficultatis M
duæ ſunt cauſæ. Vna: quia nulla ſimilis
unio inuenitur in creaturis. Ad cogni-
tionem autem diuinorum non niſi ex
creaturis aſcendimus. Quæcunque enim
unio in creaturis inuenitur: maior erit
ibi diſſimilitudo, quàm ſimilitudo ad
unionem iſtam Alex. de Hales par. iij.
quæſt. vij. art. j. & ſequentibus, multipli
ces diſtinguit unionis modos ſimul col-
ligens modos unionis quos ponit philo
ſophus. v. & x. Metaphyſ. & Algazel in
ſua metaphyſica. Similiter, & Bernar.
lib. v. de conſi. quos longum eſſet reci-
tare. Et quia huius materie fundamen
tum conſiſtit in cognitione unius, ideſt
quid ſit aut quid dicatur unum. de hoc
parum uideamus. ¶ Vbi notandum, ꝙ
ratio unius eſt ratio indiuiſibilitatis in
multa: ideo enim opponuntur unum, &
multa



multa. Vnde philoſophus. v. Metaphy.
Vniuerſaliter enim quæcunque non ha
bent diuiſionem dicuntur unum: dicun
tur inquam unum: eo modo & inquan
tum non habent diuiſionem præciſè: ut
ſi inquantum homo non habet diuiſio-
nem: unus homo. Si uerò inquantū ani
mal: unum animal. Et ſi inquantum ma-
gnitudo: una magnitudo. Et. x. Metaph.
c. j. poſt modos unius repetitos ſubdit.
Omnia enim ſunt unum: quia non diui
duntur. Eſt ergo ratio unius: ratio indi-
N uiſibilitatis. ¶ Dicitur autem aliquid du
pliciter indiuiſibile. Vno modo pro-
prijſſimè, in quo non eſt multitudo ali
quorum eſſentialiter diſtinctorum: ut
deus: angelus, & res ſimpliciter ſimpli-
ces, & illud ueriſſimè eſt unum. Et dici-
tur ſecundum Alex. unum per unitatē
. ſ. in quo nulla eſt multitudo. Et de hac
unitate nihil ad propoſitum: quia in iſta
unione ſunt multa: tres. ſ. naturæ, ut di-
ctum eſt: licet hac unione uerbū in ſe. i.
in natura diuina uerbi eſt ueriſſimè una.
Alio modo largius accipitur unum pro
aliquo indiuiſibili in partes tales: uel in
aliqua taliter certo modo ſe habentia.
Et illud unum ſecundum Alex. dicitur
unum per unionem: quod ſcilicet eſt in
multis uel ex multis. Et hoc modo eſſe
unum nihil aliud eſt, quàm eſſe indiuiſi
bile in aliqua nō ſic ſe habentia: ut gra-
tia exempli. Eſſe unum in quantitate
eſt eſſe quantum indiuiſibile in partes
diſcontinuatiuas. Eſſe unum genere:
eſſe indiuiſibile in aliquo genere diſtin-
cta &c. ¶ Et quoniam uarij ſunt modi
habendi rerum tales & tales: ideo non
poteſt dari una ratio unitatis. Et quan
tò res magis tendit ad indiuiſibilitatem
in aliqua diſtincta, uel magis diſtincta:
tantò magis dicitur illo modo una. In
omnibus tamen unius eſt aliqua ratio
indiuiſibilitatis non ſimpliciter: ſed in
aliqua plura non tali modo ſe haben-
tia. Diſtinguit ergo Alexand. hoc
modo unum: quòd dupliciter accipitur:
ſcilicet. Primò, & ſimpliciter per ſe.
Secundò per accidens ſeu ſecundum
quid. Simpliciter, & per ſe dupliciter,
ſcilicet per unitatem, & eſt res ſimplex
indiuiſibilis in plura. Secundo modo
per unionem quod eſt unum ex multis.
Et hoc dupliciter, ſcilicet ſeruata natu
ra utriuſque, aut natura immutata. Si
primum, ſcilicet ſeruata natura utriuſ-
que: hoc fit dupliciter. Aut enim fit
tertium: ut in compoſito ſubſtantiali
ubi ex materia, & forma manentibus in
ſuo eſſe diſtincto fit compoſitum. Aut
fit unum de altero: ut in inſertione ra-
muſculi pyri in pomum: ubi ſeruatur na
tura utriuſque: quia nec pyrum fit po-
mum: nec econuerſo. Nec ex amba-
bus una tertia arbor ſpecialem conſti-
tuens ſpeciem: attamen prædominans
trahit ad ſe alterum: non ut ſit ipſum:
ſed ut ſit de ipſo: quia de ipſo ſumit ſuū
nutrimentum. Item eſt ubi unio in hy-
poſtaſi: ita quòd una eſt hypoſtaſis dua
rum naturarum, ſcilicet eadem arbor ha
bens duas naturas pomi, & pyri omni-
no differentes. Si uerò natura mutata:
hoc eſt dupliciter: uel in utroque, ut-
puta quando neutrum eſt prædominās:
ut in unione aquę, & mellis. Vel in al-
tero, ut dum alterum eſt prædominans:
ut ſi modica aqua miſceatur multo ui-
no: uinum trahit aquam ad ſui unitatē,
& naturam. Per accidens eſt unum ſeu
ſecundum quid: quod eſt unum per ap-
poſitionem alicuius ad alterum: quorū
unum trahit ab altero, uel proprieta-
tem tantum ut pomum manui a quo
manus participat odorem: ſed non de
nominationem ſaltem nunc impoſi-
tam. Vel denominationem tantum: ut
habitus quo denominatur aliquis tu-
nicatus, uel calceatus: licet non con-
trahat aliquam proprietatem ab habitu
ſibi inhęrente. Vel neutrum: ut lapis
appoſitus lapidi: qui ex hoc nec pro-
prietatem contrahit, nec denomina-
tionem. Videtur poſſe addi quartum:
ut ſi quis indueret ueſtem aromaticam:
ſed omiſit hoc membrum: quia non eſt
nomen impoſitum. Item ſubiectum ac
cidenti: quod etiam proprietatem par-
ticipat, & denominationem: ut albus ab
albedine inhærente. Et quamuis nul-
lus horum modorum: nec quos ponit
philoſophus: ſit in hac benedicta unio-

ne: aſſimilatur tamen magis ſecundum
Alexand. unioni ſimpliciter per mo-
dum inſertionis: quia in hac unione ſi-
cut in inſertione nō fit unum alterum,
ideſt humanitas, deitas: nec ex eis fit
una natura tertia: a qualibet earum di-
ſtincta: ſed ibi eſt unum de altero, ideſt
diuina perſona: quæ in hac unione eſt
prædominans: trahit humanam natu-
ram ad unitatem ſuæ hypoſtaſis. Vnde
humanitas non eſt pars diuinæ perſo-
næ: ſed eſt de illa: quia una eſt hypo-
ſtaſis utriuſque. Vnde Iaco. j. In man
ſuetudine ſuſcipite inſitum uerbum, id
eſt filium dei humanæ naturę unitum:
ſeruata integritate utriuſque naturæ.
P Et dicit inſitum uerbum. Hæc Alex.
¶ Sed eſt magna diſſimilitudo: quia quã
uis uniuntur ramuſculus pyri, & pomus
in eodem trunco, & eiuſdem radicibus:
per quæ uegetantur: ſunt tamen in uir-
tute due arbores. nedum numero: ſed
ſpecie diſtinctè: licet dicantur una pro-
pter radicum, & trunci unitatem, & ita
non uniuntur ſuppoſitaliter ut faciant
unum ſuppoſitum. Eſt tamen in hoc ſi
militudo: quia ſicut ſurculus pyri depen
det: ſuſtentatur, & nutritur per trun-
cum pomi: ſic natura humana de-
pendet a uerbo. Et ſicut in tota ar-
bore manent diſtincte naturæ: ita in
propoſito. Secundum Sco. uero ma-
gis aſſimilatur unioni accidentis ad
ſubiectum: ut in iij. diſtinctio. prima.
quæſtio. j. quia accidens dependet ad
ſubiectum, & communicat denomina-
tionem ſubiecto. Prima ſimilitudo re
ſpicit aliquo modo ſimilitudinarie unio
nem ſuppoſitalem. Secunda magis
idiomatum communicationem: quia
ſicut albedo communicat ſubiecto (pu-
ta homini) denominationem illam al
bus, & quicquid attribuitur homini:
attribuitur albo, & econuerſo. Ita
in propoſito: ſed magna eſt diſſimili-
tudo: quia accidens informat ſubie-
ctum: natura humana non informat
diuinam. Et nec natura diuina: nec
uerbum eſt ſubiectum naturæ huma-
Q næ: nec econuerſo. ¶ Conſideran-
dum etiam eſt: quòd huius inquiſitio-
nis difficultas: quid ſcilicet unio hypo- Vnio
ſtatica: aliam cauſam habet: illam ſci- hypoſta
licet. Quia certum non eſt per quid tica.
natura intellectualis creata perſonetur.
De hoc enim opinio. ſunt apud doct.
Sunt qui dicunt recitat Scot. lib. iij.
diſtinctio. j. quæſtio. j. quod aliquo poſi
tiuo naturæ indiuiduali ſuperaddita eſt
formaliter perſona. Alij dicunt quod
perſona nullum poſitiuum ſuperaddit
naturæ: ſed per ſolam negationem fit
perſonatio: quod ſecundum prædicta
diſtinctio. xxiij. huius primi, non eſt in-
telligendum, quòd negatio addatur rei
quæ eſt perſona: ſed quod ille terminus
perſona ultra naturam pro qua ſuppo-
nit: nihil poſitiuum connotat ſed ſo-
lam negationem. ¶ Contra primam
uiam arguit Sco. quatuor rationibus,
quę tamen ſunt ſolubiles. Si igitur pri
ma uia teneretur, & ꝙ illud poſitiuum
eſſet aliqua perfectio diſtincta a natura
aſſumpta. Dicendũ eſſet, ꝙ in aſſumptio
ne naturę, q̃ prius fuerat perſonata pſo
nalitas talis corporaretur. Et poteſt
hoc intelligi de poſitiuo tam abſoluto,
quam reſpectiuo, per cuius poſitionem
in natura ipſa diceretur perſona ſiue
perſonata. Et per eius corruptionem
deſineret eſſe perſona. Sic in dimiſ-
ſione ſi uerbum dimitteret naturam aſ-
ſumptam: ita ut dimiſſa propria perſo-
nalitate perſonaretur: iam producerę-
tur de nouo tale accidens in natura di
miſſa: per quod perſonaretur. Et ſic
tranſitus fieret per productionem, uel
deſtructionem alicuius abſoluti, uel re-
latiui ſecundum aliam, & aliam opi-
nionem. Verum per illam perſona-
litatem ſaluari non poteſt, quôd natura
humana plus uniretur uerbo, quam pa-
tri aut ſpiritui ſancto: aut cuicunque
creaturę indiſtanti ab ea niſi ponere-
tur noua entitas, quæ ſignificatur no-
mine unionis. qua poſita: fruſtra po-
neretur hoc ens poſitiuum: quia adhoc
ponitur ut non ſit opus ponere unio-
nem eſſe quid diſtinctum ab extremis
unitis. de hoc infra in tertio diſtinctio.
j. quæſtio. j. huius collec. ¶ Si uerò te R
netur modus alius, ſeu opinio ſecunda



de perſonatione quàm tenent Sco. &
Ockam, poſſet conſequenter dici ſe-
cundum opinio. negantem reſpectus
eſſe diſtinctos ab abſolutis: quòd unio
illa perſonalis, qua natura humana
unitur uerbo. dicit aliquem habitum
ſeu perfectionem naturæ aſſumptę in-
fuſam: quæ licet a tota trinitate cauſa-
tur, ſicut & humanitas Chriſti a tota
trinitate formata eſt: tamen per illam
habet ſeipſa natura aſſumpta ſpeciali
quadam habitudine ad uerbum per quã
dicitur uniri uerbo: ſicut & humanitas
Chriſti ſpeciali modo ſe habet ad uer-
bum cui unitur hypoſtaticę. Sicut li-
cet albedo in ſorte non cauſetur a Pla
tone albo: tamen illa cauſata in ſor-
tè: ſortes dicitur ſimilis Platoni, &
Plato ſorti ſine noua productione cu-
iuſcunque reſpectus realis. Ita dicetur
hic, quòd licet illa perfectio producę-
retur a tota trinitate: propter quod
tota trinitas uniuit naturam uerbo: ta-
men per illud perfectionis donum: cer
to modo ſe haberet natura humana ad
uerbum: quo ſe non habet ad patrem,
uel ſpiritum ſanctum. Quem modum
non mirum ſi intelligere non poſſu-
mus: nec multò magis exprimere: quia
nihil ſimile eſt in creaturis. Nec uer-
ba impoſita ſunt quibus dignè, & pro-
priè de tanto ſacramento loqui poſſu-
mus. Vnde ſicut tota trinitas per in-
fuſum charitatis habitum ſpeciali mo-
do inhabitat, & unitur animæ: pro-
pter quem anima refertur ſpeciali mo-
do, ut gratificata, uel inhabitata ad
deum gratificantem, & inhabitantem.
Nec tamen propter hoc oportet pone
re hanc unionem eſſe reſpectum rea-
lem diſtinctum a charitate in anima &
ab extremis: ſed eoipſo quo habitus
ille eſt in anima a deo: dicitur ani-
ma deo grata, & chara: omni alio cir-
cumſcripto. Ita diceretur hic, quòd
eoipſo: quòd hoc donum producitur
in anima: ipſa anima ſpecialiter de-
pendet ad perſonam filij tali depen-
dentia: propter quam concreta aſſum
ptę naturæ, & aſſumentis uerbi de ſe
prædicantur: ut uerè dicatur, & ſit
deus homo, & homo deus. Quæ ha-
bitudo ſeu dependentia, ſiue ſpecialis
unio licet relatiuè exprimatur: tamen
nomina illa relatiua non dicunt reali-
tatem aliquam diſtinctam ab extremis
abſolutis, & illo dono creato infuſo,
& abſoluto. Sic ergo diceretur: quòd
unio perſonalis ſiue uniri hypoſtaticè:
quatuor diceret, ſcilicet naturam huma
nam, & perſonam uerbi: intimam ea-
rum preſentiam, & donum ſpeciale na
turam humanam eleuans: & perficiens
per quod innititur uerbo. quæ omnia
ſunt abſoluta. Et preter illa: nullam
aliam rem reſpectiuam dicit. Sicut di-
lectio, qua diligens refertur ad dile-
ctum: dicit diligentem, & dile-
ctum obiectiuam præſentiam, & qua-
litatem quæ uocatur dilectio qua dili-
gens adhæret affectuoſè dilecto. & prę-
ter hæc nullam rem reſpectiuam, & per
hoc donum naturę humanæ infuſum:
natura humana innititur ſuppoſito uer
bi: ideo non eſt ſuppoſitum: qua inni
tentia ſublata eſſet ſuppoſitum. Et hęc
uidetur aliquibus fuiſſe opinio. Alex.
de Hales doct. irrefragabilis: qui loco
allegato, ſcilicet part. iij. quæſtio. vij.
memb. ij. artic. j. ita dicit. In Chri-
ſto eſt gratia unionis: quia non eſt poſ-
ſibile creaturæ humanæ, ꝙ per donum
conditionis naturę eleuetur ad diuinã
unionẽ. Et ideo neceſſaria eſt ei gra
tia quæ eleuet, & diſponat ipſam quam
nos dicimus gratiam unionis. Hanc
etiam membro. tertio. ea. quæſt. art. j.
nominat radium diuinitatis. Et per
hoc patet, quòd contradictionem in-
cludit manente illa qualitate in natura
humana uerbum dimittere naturam aſ-
ſumptam: aut deſtructa hac qualita-
te, uerbum uniri naturæ aſſumptę tali
unione. Sicut contradictionem inclu-
dit albedine manente in ſubiecto: ſubie-
ctum non eſſe album. Aut deſtructa albe
dine ſubiectum manere albũ. Quia eſſe
album eſt habere in ſe albedinem, & eſſe
unitum, eſt habere in ſe talem qualita-
tem que eſt gratia unionis. ¶ Huic poſi S
troni plurimę auctoritate ſctõrũ cõcor
dare uidentur, quas magiſter allegat in

iij.uñ diſ.iiij.c.iij. in fine dicit. Per hoc ꝙ de ſpirituſancto natiuitas chriſti dicitur: quid aliud niſi ipſa gratia dei demonſtratur: qua homo mirabili, & ineſtimabili modo uerbo dei eſt adiunctus: & diuina gratia corporaliter eſt repletus. Item diſ.vj.c.iij. Vnam perſonam deũ & hominem ineffabilis gratię largitate coniunctum. Et in eodem ca. Sola gratia habuit ille homo: non meritis: nec natura: ut eſſet deus ſiue dei filius. Item Augu. xiij. de trini.c.xix. In rebus per tempus ortis: illa ſumma gratia eſt: ꝙ homo in vnitate perſonę cõiunctus eſt deo. Pręmiſit autem. Cum lego: uerbũ caro factum eſt & habitauit in nobis. In uerbo intelligo uerum dei filium. In carne agnoſco uerum hominis filium: & utrumq; ſimul in una perſona dei & hominis ineffabili gratię largitate coniunctum. Et quamuis alij exponant ibi gratiam: non pro aliquo creato dono: ſed pro gratioſa dei uoluntate: poteſt tamen accipi prout uerba ſonant pro dono creato: quo natura aſſumpta uerbo unitur quæ eſt gratia unionis: ut dicit Alex. Et hoc modo plane ſaluatur: ꝙ ad relationem nõ eſt motus: ut dicitur v. Phyſ. ſed omnis motus eſt ad aliquod abſolutum. Et hæc opi. non differt ab illa quæ ponit unionem eſſe relationem diſtinctam ab abſolutis: niſi in hoc, ꝙ ſicut iſti ponunt: ꝙ non poteſt aſſumi natura de nouo niſi cauſetur noua realitas in natura aſſumpta. Nec poteſt natura aſſũpta dimitti niſi talis realitas deſtruatur (quam dicunt eſſe rem relatiuam & non abſolutam: & eam ſignificare nomine unionis) Ita iſta opi. dicit idem. ſ. ꝙ oportet ponere realitatem aliquã nouam in natura unita: uel poſitam corrũpi quando natura unita dimittitur. Sed illa realitas eſt quid abſolutum productum in natura aſſumpta: & non reſpectus diſtinctus ab abſolutis. Et hanc realitatem abſolutã importat nomẽ uniõ cum extremis unitis: & ideo ſignificatur relatiue. Et quicquid illi ſaluant per unionem illam: hoc iſti ſaluant per talem realitatem abſolutam quę multò perfectior eſt relatione. Et hunc modum tangit Ockam circa medium quæſtionis huius: licet oppoſitum ſentiat q.j. tertij eo ꝙ nunc cum Sco. concordet. Quandoq; oppoſitum probabiliter tenet: & ita nunc illam: nunc aliam amplectitur opinionem: quamuis opi. negantem reſpectus tandem in quodlib. amplectatur: & ut probabiliorem teneat. ¶ Greg. de arimino negat omnes relationes ex parte rei. Nec ponit reſpectum unionis cuiuſcunq; diſtinctũ ab abſolutis. Nec in propoſito ponit aliquam realitatem præter extrema, ſcilicet naturam humanam & uerbum. Et cum arguitur de tranſitu de contradictorio in contradictorium, dicit, ꝙ cum fit tranſitus: fit mutatio productiua, uel deſtructiua illius unius: qđ ex illa unione reſultat. Et ut uerba ſua ponam: ita dicit in.j. diſtinctio. xxviij. quæſtio.ij. in ſolutione.xvij. obiectionis. & xviij. Non aliud intelligo cum dico naturam humanã eſſe unitam uerbo, & econuerſo: quàm ipſam eſſe ab ea aſſumptam ad unitatem perſonæ: ſeu (quod idem eſt) ipſum uerbum, & humanam naturam eſſe unam perſonam. Ad quod nec requiritur: nec prodeſt aliqua alia entitas a uerbo, & humanitate. Sed ſicut anima rationalis, & caro ſine tali media entitate unus eſt homo, ita deus, & homo abſque ulla alia entitate ligante: unus eſt Chriſtus, quod qualiter ſit: puto oĩ uiatori naturaliter fore incompræhenſibile. Et ſequitur in reſponſione ad rationes Ockam. & eſt. xviij. Cum natura humana, & uerbum ſit unus Chriſtus, qui non eſt minus una res per ſe, quàm ſit ſortes, uel Plato: aut aliquis homo ſingularis: quamuis natura humana, & uerbum non ſic ſe habeant adinuicem: ſicut materia, & forma Platonis: ſed alio modo ineffabili, iuxta illud. Sicut anima rationalis, & caro unus eſt homo: ita deus, & homo unus eſt Chriſtus. In ſymbolo Athanaſij. Cum inquam ita ſit dicò: loquimur Gregor. ꝙ ſi natura primò non eſſet unita uerbo eo modo quo nunc eſt, & poſtea eſſet; una res eſſet, quæ primò non erat, ſcilicet Chriſtus. Et ſi natura ſepararetur a uerbo, aliqua res T

de ſi



deſineret eſſe, ſcilicet Chriſtus. Sed ꝙ Chriſtus eſt nomen conſtituti ex utraque natura. Eodem modo ſi anima ſortis non eſſet unita materiæ, & poſtea eſſet: eſſet ſortes qui primò non erat. Sicut modo de facto Iudas non eſt, & in reſurrectione cum eius anima corpori unietur erit Iudas. Et cum anima ſortis nunc uiuentis ſeparabitur a corpore: deſinet eſſe ſortes. Similitudo poteſt dici de continuo. Hæc Gregor. Vult ergo Greg. ꝙ in omni unione aliquid conſtituitur ex unitis: quod per unionem incipit eſſe quod prius nõ fuerat. Et per ſolutionem unionis deſinit eſſe poſtquam fuerat. ¶ Sed cõtra hoc ſunt aliqua dubia. Primò: quia aut illud conſtitutum diſtinguitur a conſtituentibus. gratia exempli: totus homo a partibus materia, & forma: aut non. Si non: cum ergo per unionem materiæ, & formæ nulla pars producitur (poſito ꝙ ante unionem fuerint) quomodo illud producitur, quod non eſt niſi partes illę. Item ſigno illud præciſè, quod per unionem producitur ſit a. Quæro an ſint partes illę materia, uel forma: aut ambę: aut diſtinctum ab eis & qualibet illarum. Si primum: tunc materia, & forma producitur: aut aliquid materię. uel formę: quod dici non poteſt. Si ſecundum: tunc totum eſt aliquid præter partes: quia a quod nihil eſt partium, & de nouo incipit: eſt de eſſentia totius. ¶ Item expoſitoriè arguendo. Illę partes non producuntur, & totum eſt illę partes: ergo totum non producitur. ¶ Si dicis: totum eſt illę partes: non ſimpliciter: ſed partes ſimul ſumptę ſiue coniunctę: quæro: quid eſt hoc: coniunctę. An hoc quod dicitur coniunctè aliquid addit partibus: uel nihil. Si nihil: ergo ſi partes ſimpliciter non producuntur: nec coniunctę producuntur. Si addit aliquid: tunc totum non eſt pręciſè ſuę partes: ut ſupra. Si uerò dicitur, quòd totum eſt tertia entitas diſtincta a partibus: ibi eſt nouus labyrinthus: quia quæritur: quid illud totum diſtinctum a partibus omnis ſimul ſumptis ſit &c. Et ſi utcunque euadi poſſet de compoſito ſubſtantiali: quod eſt unum per ſe. Quid de unione accidentis cum ſubiecto: quod non eſt unum per ſe: ſed tantum aggregatiuè. Si ergo accidẽs præexiſtẽs uniretur ſubiecto: ibi nõ ẽ aliquod totũ niſi aggregatiuè: qđ non producitur niſi partes producantur, uel ſaltem aliqua partium. ¶ De unione autem naturæ humanæ cum diuina in uerbo: erit maior difficultas. Nam Chriſtus eſt nomen perſonæ ſubſiſtentis in duabus naturis. Non autem Chriſtus eſt duę naturę: quia Chriſtus ſupponit pro perſona uerbi, & non pro natura humana: connotat autem naturam humanam aſſumptam: ſicut album ſupponit pro ſubiecto, puta homine, & connotat albedinem. Et ſicut album non eſt ſubiectum & albedo: ita Chriſtus non eſt uerbum, & natura humana. Sed eſt uerbum habens naturam humanam ſibi hypoſtaticè unitam. Eſt etiam Chriſtus uerisſimè unum per ſe: quia eſt perſona uerbi quę eſt una. Non aũt eſt perſona aggregata ex natura aſſumpta & uerbo: quia ſic eſſet compoſita ex creatura & creatore. Nec eſt concedendum ꝙ Chriſtus incepit eſſe per aſſumptionem naturę humanę: quia Chriſtus fuit ab ęterno: ſecũdum illud apoſtoli ad Heb. xiij. Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſecula ſeculorum. Et Ioan. viij. Antequam Abraam fieret ego ſum. Et quod ex ſymbolo athanaſij allegat: nihil facit ad propoſitum. Non enim dicitur. Sicut anima rationalis & caro unus eſt homo: ita deus, & humanitas unus eſt Chriſtus: ut intelligatur Chriſtus compoſitus ex deitate & humanitate. Sed dicitur: ita deus & homo unus eſt chriſtus. Homo inquam ille qui eſt Chriſtus: quę non eſt humana natura: ſed eſt habens humanam naturam uel ſubſiſtens in humana natura: & hic eſt uerbum. Et ideo illud ſymboli ita intelligitur. Sicut anima rationalis & caro &c. id eſt ſicut anima rationalis & caro uerè ſunt unita in homine. ita deus & homo ideſt, deus habens in ſe uerè & realiter humanam

V

X

naturam : animam ſcilicet,& carnem: propter quod homo dicitur : unus eſt Christus. Et licet hō ille qui eſt deus nō incepit eſſe:neq; Christus eſſe incepit:conceditur tñ ꝙ deus ſiue uerbū incepit eſſe homo,& incepit eſſe christus. Sicut licet creator nō incepit eſſe deus: tamen incepit eſſe creator:quarum differentia patet ex appellationibus. ¶ Ad alias rationes Greg. reſpondetur in tertio diſt. j. q. j. huius collect. ¶ Poſſet fortè adduci contra Ockam & pro Greg. illud quod ſupra dictum eſt de datione ſpiritusſancti ſiue dono creato diſt. xiiij. q. ij. & diſt. xvij. q. j. de tranſitu contradictoriorum ſine acquiſitione, uel deperditione qualitatis abſolutę. & q. ij. diſt. præſentis. Sed de hoc aliquid habetur in tertio ubi ſupra. Doctor enim nunc illam opinionem nunc aliam probabiliter tenet : & ſecundum eam in diuerſis locis diuerſimodè reſpondet. Eligat le-
Y ctor quam uoluerit. ¶ Ex prædictis omnibus colliguntur tres uię quibus ſaluatur tranſitus in uerbi incarnatione ſine propoſitione reſpectus qui ſit entitas realis. Prima: ꝙ ſi natura præexiſtens aſſumeretur: corrumperetur eius perſonalitas. i poſitiuum illud quod fuit perſona formaliter. Secunda ꝙ in aſſumptione producitur gratia unionis in natura aſſumpta : qua formaliter eleuatur ad unionem cū uerbo. Tertia Gregor. ꝙ nihil abſolutum nec reſpectum additur naturæ aſſumptæ, ſed ipſa aſſumptione eſt Christus : qui prius non fuit Christus. Hæc ſub humillima ſubmiſſione narratiuè dixi, paratus cedere ſemper ſententiæ ſaniori.

## QVAESTIO. V.

A VTRVM relatio temporalis dei ad creaturam ſit relatio realis. Tractata,& impugnata opi. Ioann. dicentis. queſt. j. diſtinctio. huius. Dei ad creaturam eſſe relationem rationis: quodque non omnis relatio eſt mutua. Reſpondet doct. ad quæſtionē per tres concluſiones. Pro quarum intellectu præmittendum quæ ſit differentia inter relationem rationis,& relationem realem. ¶ Relatio realis eſt quādo res ſignificata per relationem ſiue concretum relationis eſt talis: qualis importatur eſſe per tale concretum ſine operatione intellectus: ut relatio ſimilitudinis eſt realis. Non ꝙ ſimilitudo ſit reſpectus ab omnibus abſolutis diſtinctus: ſed quia ſortes poteſt eſſe ſimilis Platoni circumſcripta quacunq; operatione intellectus. Sed relatio rationis eſt quā res non eſt talis qualis ſignificatur per relationem ſine operatione intellectus. Sicut relatio prædicati ad ſubiectum: ſigni inſtituti ad ſignatum: precij ad appreciatum. Quia nihil dici poſſet prædicatum: ſignum precium ſine operatione intellectus. Intellectus enim eſt qui prædicat unum de altero, qui ſigna inſtituit. qui precium rei conſtituit. Et intelligitur etiam ſub intellectu uoluntas.
B ¶ Si quæritur: an relatio realis ſit ad nō ens: hoc eſt. An aliquid referatur ad non ens: gratia exempli. Materia ad formam ad quam eſt in potentia. Reſpondetur: ꝙ illud ſtat in quid nominis terminorum. Nam uocando relationē realem præciſè illam quæ importat uerā rem exiſtentem,& aliam ſibi correſpondētem in actu: ſic materiæ ad formam, ad quam eſt in potentia. non eſt relatio realis: eo ꝙ forma talis non eſt actu. Si uerò realis dicitur quæ importat unā rem exiſtentem , & aliam ſiue actu ſit: ſiue eſſe poſſit: tunc prædicta relatio eſt realis. Nullo modo tamen relatio materiæ ad formam, ad quam eſt in potentia : eſt relatio rationis: quia materia eſt in potentia ad formam non habitam: circumſcripto quocunque habitu intellectus. Et ita tenendo primum modum : oportet ponere relationem mediam inter relationem realem,& rationis: quam aliqui nominant potentialem.
C ¶ Si quæritur de termino relationis. An ſit aliquod abſolutum uel relatiuum: dicitur quòd ſecundum Pet. terminus propriè nihil aliud eſt, quam

Arti. 1. Nota. 1



correlatiuum: hoc eſt concretum relatiuum ad quod refertur relatiuum ſub habitudine obliqui caſus. Ut terminus relationis paternitatis: eſt ille terminus filius : quia pater eſt filij pater: attamen terminus ille ſignificat rem abſolutam : unde terminus illius relatiui creatura : eſt ille terminus creans deus tamen qui ſignificatur per creans eſt abſolutum. Et uocatur quandoque res
Not. 2. illa abſoluta terminus licet impropriè.
D ¶ Secundò notandum , quòd relatio realis accipitur tripliciter. Primo modo per relationem realem intelligitur reſpectus qui eſt res una diſtincta ab abſolutis. Alio modo accipitur relatio realis pro multis rebus abſolutis relatiuè ſignificatis : ut numerus qui eſt multæ unitates. Et ſignificatur per illa relatiua duplum triplum &c. Tertio modo accipitur pro termino relatiuo: qui ſecundum ſe, uel ſuum concretum prædicatur de rebus ueris : taliter quòd res ipſę tales ſunt quales ſignificant circumſcripto quocunque opere intellectus. Illo modo ſimilitudo, ſimilis : illi ter-
Nota. 3 mini ſunt relationes reales. ¶ Notan-
E dum tertiò, quòd dupliciter aliquid dicitur temporale : uel quia eſt res aliqua incipiens eſſe in tempore : uel quia eſt prædicabile de aliquo ex tempore. Et ſic relatio dupliciter dicitur æterna. Vel quia eſt aliqua res æterna. Vel quia uerum eſt dicere : quòd ab æterno res fuit talis qualis ſignificatur per no-
Arti. 2. men relatiuum. ¶ Concluſiò prima.
Cōcl. 1 Dei ad creaturam nulla eſt relatio rea-
F lis, primo modo accipiendo relatio realis. Patet: quia nihil reale additur deo : per hoc quòd refertur ad
Cōcl. 2. creaturam creando , uel conſeruando. ¶ Secunda concluſio. Relatio dei ad creaturam ſecundo , uel tertio
Cōcl 3. modis eſt realis : patet ex notabili. ¶ Tertia concluſio. Relatio temporalis dei ad creaturam: accipiendo temporale ſecundo modo, eſt realis tertio modo accipiendo relationem realem. Patet : quia creans prædicatur de deo ex tempore. Et ad hoc, quòd deus ſit creans, nihil facit noſter intellectus. ¶ Si quæritur ad quem modum relatiuorum pertinent illi termini, creans, gubernans, conſeruans, iuſtificans, beatificans, puniens, & ſimiles. Dicitur : quòd pertinent ad ſecundum modum, & non ad tertium. ¶ De relatione rationis plura uide infra quæſtio. iiij. diſtinct. xxxv. Et tantum de ſummario quæſtionis huius.

## DISTINCTIO. XXXI.

IN præcedētibus magiſter egit de relatiuis proprijs, æternis , & temporalibus : conſequenter agit de appropriatis communibus, ſcilicet æqualis, ſimilis . Et primò ueritatem oſtendit. Secunda dubia abſoluit : diſtinctio. ſequenti. ¶ Concluſio prima textualis hæc eſt. Perſonæ ſunt ſibi æquales, & ſimiles propter unitatem diuinę eſſentiæ. ¶ Secunda concluſio. Aequalis ſimilis ſunt nomina relatiua : non tamen importantia realem relationem in diuinis : quæ ibi non eſt niſi originis. Important uerò ſubſtantiam relatiuè : ſicut pater, & filius in creaturis ſubſtantia important relatiuè. Eſt ergo tantum appellatio relatiua , & idem important in deo ęqualitas, & ſimilitudo. ¶ Tertia concluſio. Appropriatur patri æternitas : ſpecies filio: uſus ſpirituiſancto. Patri unitas: filio ęqualitas : concordia ſpirituiſancto. Harum declaratio profuſior patet ex textu.

## QVAESTIO. unica.

A VTRVM identitas ſimilitudo, & æqualitas in diuinis ſit relatio realis. Tribus articulis quęſtio terminabit. ¶ Pro articulo primo, ſupponũtur

Arti. 1. dicta in diſt. xix. q. j. Conſiderandum

Nota. 1 quoque eſt, ꝙ relationes communes in deo dicuntur identitas, ęqualitas, & ſimilitudo, quæ ſunt perſonarum ad ſe: non ad creaturam. Et ideo communes appellãtur: quia ſunt omnium perſonarum, & cuiuslibet reſpectu ſingularium. Quælibet enim eſt idem eſſentialiter ſimilis, & ęqualis omnib⁹ ſimul, & cuilibet ſigillatim: ut dictum eſt diſt.

Nota. 2 xix. ¶ Secundò ſupponuntur dicta de relatione reali, & relatione rationis ex diſt. xxx. q. v. Et ꝙ relatio realis tripliciter accipitur: ut ibidem patuit. ¶ Ter

Nota. 3 tiò notandum, ꝙ identitas, ſimilitudo æqualitas in deo non diſtinguuntur, maximè accipiendo eſſentialiter. Quòd uerò illi termini non ſunt ſynonymi: ratio eſt: quia ſunt cõmunes deo, & creaturę. In creaturis non ſupponunt pro eodem: quia in creaturis nihil idem ſibi eſt æquale, uel ſimile ſibi, & quæ ſunt ęqualia ſecundum quantitatem poſſunt eſſe diſſimilia ſecundum qualitatem. Si autem imponerentur ad ſignificandum pręciſè illud, quod in diuinis ſignificatur per illos terminos identitas, ſimilitudo, ęqualitas: non connotando creaturam ſecundum ſe, uel ſuas partes: eſſent ſynonymi inter ſe, & cum illo termino eſſentia diuina: ſic & ſapientia ſi pręciſè ſignificaret illud, quod in deo eſt ſapientia: eſſet ſynonymum cum eſſentia. Ideo namq; perſonæ diuinę dicuntur idem naturaliter: dicuntur & ſimiles, ac ęquales: quia ſunt una eadem

Arti. 2. queeſſentia. ¶ Quantum ad articulum

Cõcl. 1. ſecundum eſt concluſio prima. Identi-

B tas, ſimilitudo, ęqualitas, non ſunt relationes rationis. Patet: quia non important actum rationis: & res ex natura rei eſt eadem ſimilis, & ęqualis circumſcripto omni opere intellectus: igitur &c. Patet conſeq[uentia] ex dictis q[uaestione] pręced.

¶ Concluſio ſecunda. Idẽtitas, ſimilitu- Cõcl. 2.

do, ęqualitas, non ſunt relationes reales quaſi ſint res aliquæ in deo ſubiectiuè exiſtentes quocunq; diſtinctę ab eſſentia, relationibus originis, & conſtitutis. Patet: quia poſita eadem eſſentia in patre, & filio, pater eſt ſimilis, æqualis, & idẽ eſſentialiter filio omnibus alijs circumſcriptis: ideo fruſtra poneretur talis res relatiua ſuperaddita. ¶ Item talis nõ ponitur in creaturis: ergo multò minus ponẽda eſt in diuinis. Añs patet ex diſt. pręced. ¶ Tertia concluſio. Identitas, Cõcl. 3.

ſimilitudo, ęqualitas, in deo eſt relatio realis eo mõ, quo dictum eſt relationẽ dei ad creaturam eſſe realem. Patet: q[uia] pater ex natura rei ſimilis eſt filio circumſcripta quacunq; operatione intellectus: ergo eſt relatio realis. ¶ Pro ar- Arti. 3.

ticulo tertio dubitatur primò. Quid eſt Dub. 1.

illa relatio realis, q̃ eſt ſimilitudo, æqua C

litas aut idẽtitas in diuinis. Et uidetur: ꝙ non ſit eſſentia diuina: quia ſic non eſſent relationes, nec perſonæ ſimiles, & ęquales: quia tunc eſſent plures qualitates, ſicut plures perſonæ. Contra q[uo]d in ſymbolo dicitur Athan. Si patris, & filij, & ſpiritusſancti una eſt diuinitas, æqualis gloria, & ita etiã una æqualitas. Item Auguſt. j. de doctrina chriſtiana. Aequalitas attribuitur filio, cũ ſit una omnium, & habetur in tex. Poteſt ad hoc dici correſpondenter ad dicta diſt. xxx. q. j. & diſt. j. q. j. ſecundi colle. ꝙ eſt realiter pater, & filius, & eſſentia diuina & nihil ſuperadditum. Aut eſt intentio mentis, uel ſignum ſubordinatum ſecũdum duplicem modum loquendi de abſtractis relatiuis. ¶ Aliter & in propoſito poſſet dici: ꝙ ſimilitudo, identitas, æqualitas realiter eſt ipſa eſſentia, propter cuius identitatem in tribus perſonis ipſę dicuntur ęquales. ¶ Ad illud quod arguitur, tunc non eſſent relationes. Dicendũ eſt, ꝙ nomina illa, identitas & cætera ſunt relationes inquantum ſunt conceptus in anima: quibus intellectus res ad ſe comparat, uel refert ſecundum unam opin. de abſtractis relatiuorum. Illud tñ realiter quod no[minant] ... oportet ... relatio ... in

mult



Similitudo ſortis ad Platonem, realiter nihil nominat niſi ſortem, & Platonem albos, & nihil horum eſt relatio: ſed nomen ſimilitudo propriè eſt relatio. Et hoc eſt quod dicit Auguſt. v. de trini. & habetur in textu. Eſt ergo appellatio tantum relatiua: ſimilitudo uerò eſt in diuinis eſſentialiter. Et ſequit. Aequalis eſt, & ſimilis ſecundum ſubſtantiam. Nec ex illo ſequitur: ꝙ pater nõ ſit realiter ſimilis filio: aut ſortes Platoni ſi ſint albi: licet nõ referãtur ad ſe actualiter niſi mediante conceptu mentis. Si tamen non referantur actualiter: nihilominus realiter ſortes albus eſt ſimilis Platoni albo. Ex illis ſequitur: ꝙ eſt abuſiuus modus loquendi dicere, ꝙ relationes nunc tactę: puta identitas, ſimilitudo &c. oriantur ex natura rei in diuinis: ſeu ꝙ pullulãt in eſſentia diuina: quia nihil oritur in deo ex natura rei: nec pullulat in diuina eſſentia: niſi q[uo]d eſt ibi realiter, & uerè: nihil autem realiter eſt in deo intranſitiuè niſi diuina eſſentia, relationes originis, & perſonæ conſtitutę: ideo illę relationes identitatis, æqualitatis & ſimilitudinis: ſecundũ ꝙ ſunt relationes quomodocunq; diſtinctę a prędictis, nullo modo oriũtur

Dub. 2. ibi nec pullulant. ¶ Secundò dubitatur: quomodo illę relationes, idẽtitas, æqualitas, ſimilitudo diſtinguuntur: ad hoc

Dub. 3. patuit notabili tertio. ¶ Tertiò dubita

D tur. Vtrum identitas numeralis ſit relatio realis ex natura rei ſine omni operatione intellectus. Ad hoc dubium reſpondetur affirmatiuè, ꝙ ſic ad mentẽ concluſionis tertiæ. ¶ Et ſi dicitur, ꝙ extrema relationis realis debent eſſent diſtincta: ſic non eſt in identitate numerali. Dicendum ꝙ extrema propriè loquendo ſunt termini, ſcilicet relatiuũ, & correlatiuum, qui & uocantur termini relationum: ut dictum eſt quæſt. præcedenti. ¶ Accipiuntur tamen aliquando pro rebus, pro quibus relatiuum, & correlatiuum ſupponunt loquendo primo modo extrema ſunt diſtincta: uel ad minus unum bis ſumptum: ſed intelligendo per extrema res: tunc frequenter extrema relationes realis ſunt idẽ: quia in multis relationibus relatiua ſupponunt pro eodẽ: ut mouens motum, quando aliquid mouet ſe: intelligens intellectum, amans amatum, dum quis intelligit, & amat ſe. ¶ Quartò dubita- Dub. 4.

tur, an relatio & relatiuum ſupponant E

pro terminis uel rebus. Solutio ſecundum philoſophum. Relatio & relatiuum ſunt ſigna relatiua, uel conceptus relatiui. ¶ Sed contra hoc arguitur. Omnia prædicamenta accidentium in concreto prædicantur de ſubſtantia: ut ſubſtantia eſt qualis, quanta, agens &c. Ergo ſimiliter hæc erit uera: homo eſt ad aliquid homo eſt relatiuum. ¶ Item ſicut ſequitur: homo eſt paternitas: ergo eſt relatio. Ita ſequitur: homo eſt pater: ergo homo eſt relatiuum, & per conſequens relatiuum prædicatur de re. ¶ Itẽ niſi ſic: aliquid eſſet ęquale ſine ęqualitate: ſed hoc eſt impoſſibile: ſicut impoſſibile eſt, ꝙ homo ſit albus ſine albedine. ¶ Ad primum dicendum, ꝙ quando habetur concretum impoſitum prædicamenti accidentis: tunc contingit ipſum prædicari de ſubſtantia: ſed non ſemper habetur concretum impoſitum: ſicut in prędicamento quando & ubi: ideo non dicitur: ſubſtantia eſt quando: ſubſtantia eſt ubi. Si fingerentur concreta, prædicarentur de ſubſtantia: ut ſi diceretur: ſubſtantia eſt ubitata: ſubſtantia eſt quandalis, uel ſimilia. Sic ad aliquid, & relatiuum ſecundum, ꝙ utebatur philoſophus: non ſunt concreta: ſed ſunt nomina ſignificantia conceptus relatiuos. ¶ Differunt tamen ad aliq[uo]d & relatio: quia ad aliquid ſignificat concreta relatiua: ſed relatio ſignificat abſtracta relatiua. ¶ Corollarium: ad ali- Coroll.

quid, & relatiuum ſunt ſynonyma. ¶ Verum enim non omne concretum de prædicamento accidentium prędicatur de ſubſtantia: ut intenſum: remiſſum, contrarium, inhærens accidentaliter, & ſimilia prædicatur tamen de termino abſoluto. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ cõſequentia non ualet: homo eſt pater: ergo homo eſt relatiuum: quia relatiuum non ſupponit niſi pro terminis; pater autem pro rebus: nec relatiuum eſt ſupe

rius ad pater. Sequitur tamen: homo eſt paternitas: ergo homo eſt relatio: quia paternitas non ſupponit niſi pro conceptu mentis. Et ideo ſicut conſequens eſt falſum: ita & antecedēs. ¶ Ad tertium cōceditur: ꝙ aliquid eſt ęquale ſine æqualitate; quia ſine cōceptu mentis. Nec eſt ſimile de albus albedine. quia albedo eſt quædam qualitas, & forma realis: quæ non denominat albū niſi actu inhærens. Verum ut ſupra dictum eſt diſtin. xxx. queſt. j. Item in ſecundo diſtin. j. quæſt. j. abſtracta relatio aliquando accipiuntur, ut ſupponunt pro rebus ſimul ſumptis, ut ſimilitudo pro ſimilibus, & qualitate, in qua ſunt ſimilia. Et ſic impoſſibile eſt aliqua eſſe ſimilia ſine ſimilitudine, & ęqualia ſine æqualitate. Et ſecundum hunc modum oportet mutare reſponſionem ad dubium. Et ille ſecundus modus uidetur facilior. Multa hic poſſent moueri dubia, quæ pertinent ad logicam.

Dub. 5. F ¶ Quintò dubitatur. An hæc ſit concedenda: æqualitas eſt in patre ad filium. Reſpondetur propriè loquendo non debet concedi, ſed debet concedi, ꝙ concretum illius abſtracti prædicatur de patre, & ita intelligūt omnes ſancti in hac materia. Hoc eſt ſummarium horum, quæ tractantur a doct. in corpore quæſtionis.

Dub. 6. G ¶ Sextò dubitatur de illa appropriatione, quam Hila. facit: ut patuit in propoſitione tertia textuali, qua patri attribuit æternitatem: filio ſpeciem, & ſpirituiſancto (qui & munus eſt, ſiue donum) uſum: quæ nō ſunt propria: ſed appropriata perſonarū. Nō enim appropriatur patri æternitas, quaſi magis realiter conueniat, quàm filio, aut ſpirituiſancto: ſed quia æternitas magis uidetur habere (ſaltem apparentem) ſimilitudinem cum proprio patris, quod eſt non eſſe ab alio principio: quàm cum proprio filij, uel ſpiritusſancti. Qui licet non habent initiale principium ſicut pater: habent tamen principiū originale. Sicut ſpecies (quod dicit ſpecioſitatem, uel pulchritudinē) licet omnibus conueniat: tamen quandam ſimilitudinem habet cum imagine, quæ expreſſè repreſentat patrem, cui eſt perfectè æqualis, & ſimilis. Vſus autem eſt actus amoris: ideo ſpirituiſancto, qui amor eſt patris, & filij appropriatur: ſicut omnia, quæ ad amorē pertinent. ¶ Secunda appropriatio eſt beati Auguſt. quę patri appropriat unitatē, filio ęqualitatem, & ſpirituiſancto concordiam. Vnitas patri attribuitur: quia ſicut unitas principium dicitur numeri: ſic pater eſt principium filij, & ſpiritusſancti. Aequalitas uerò filio: quia filius eſt perfecta patris imago, de cuius ratione eſt, ut ſit æqualis ei, cuius eſt imago: alioquin non eſſet perfecta. Et etiā quia filius: ideo æqualis, & ſimilis ex modo productionis gignendi. Concordia ſpirituiſancto: quia ipſe eſt amor, & nexus patris, & filij: ut in textu claret.

## DISTINCTIO XXXII.

CIRCA prædicta in diſtinct. xxxj. magiſter dubia abſoluit diſtin. præſenti quæ ē xxxij. ¶ Dubiū primum. Ex quo ſpirituſſanctus eſt amor: utrum pater, & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto. Ad hoc eſt reſponſio affirmatiua, & eſt concluſio prima textualis. Pater, & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto, licet etiam ſeſe diligunt dilectione, quę eſt eſſentia: nam diligere includit eſſentiale, & notionale. Vnde ualet tantū: diligendo ſe amore eſſentiali, ſpirant ſpiritumſanctum. ¶ Secundum dubium. Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita. Reſponſio negatiua, & eſt concluſio textualis ſecunda. Pater eſt ſapiens ſua eſſentia, quæ eſt ſapientia non genita. Nec eſt ſimile de ſapientia, & dilectione: quia ſapientia eſt purum eſſentiale: diligere uerò includit eſſentialia, & notionale. ¶ Tertia concluſio. Filius eſt ſapiens ſapientia ingenita negatiuè, id eſt ſapiens eſſentia, quæ non eſt genita.



### QVAESTIO. I.

A VTRVM pater ſit ſapiens ſapientia genita. ¶ In tribus articulis ſtabit conſueto more reſolutio quæſtionis.

Arti. 1. Nota. 1 ¶ Notandum ergo eſt pariter, & ſupponendum pro articulo primo, quòd ſapientia, lumen, notitia, & ſimilia: ut dicit magiſter diſtinctio. xxvij. ſecundum ſubſtantiam dicuntur, & non reſpectiuè: ſunt quoque eſſentialia: ideoque ſicut eſt una eſſentia triū, ita una ſapientia. Trahitur tamen ſingulum eorum quandoque ad ſuppoſitionem perſonalem: quando ponitur reſpectu prædicati perſonalis: uel quando ſibi additur aliqua determinatio notionalis: ut ſapientia de ſapientia: lumen de lumine. Vbi ſapientia in ſubiecto capitur pro filio, & in prędicato ponitur pro patre. Exemplum ſecundi, ut cum dicimus ſapientia ingenita ſapientia genita. Sapientia ingenita capitur pro patre, & hoc capiendo ingenitum, ut eſt proprium patri: de quo ſupra diſtinctio. xxviij. Si autem caperetur ingenitum negatiuè pro non genito: ſapientia ingenita ſupponit eſſentialiter pro ipſa natura diuina, quæ eſt non genita: ſapientia genita uerò pro filio. ¶ Et ex illo patet defectus, & fallacia, quæ eſt in argumento ſophiſtico, quod prodit magiſter in litera, quo arguitur. In diuinis eſt ſapientia ingenita, & etiam ſapientia genita, & ſapientia ingenita non eſt ſapientia genita: ergo ſunt duæ ſapientię. Nam in conſequente ſapientia ſupponit eſſentialiter pro ſubſtantia diuina, & in antecedente, ubique ſupponit perſonaliter.

Nota. 2 B ¶ Secundò notandum: quòd quando prædicato importāti principaliter idē, quod ſubiectum, uel eius partem, uel accidens eius, uel conſtituens ipſum, additur ablatiuus: ad ueritatem talis propoſitionis requiritur, quòd ablatiuus importet idem, quod ſubiectum, uel partem eius, uel accidens eius, aut aliquid conſtituens ipſum, reddendo ſingula ſingulis. Vnde hæc non eſt uera: homo eſt animal albedine, uel lapide, uel deo. Illę autem ſunt ueræ: homo eſt animal animalitate: homo eſt rationalis anima: homo eſt albus albedine: deus eſt pater paternitate. Hęc autem: deus eſt homo humanitate, eſt ſpiritualis modus: quia ibi denotatur, quòd ſignificatum principale prędicati, ſcilicet homo: quod eſt natura humana ſit unitum deo, & iſtud ſic unitum importat ablatiuus humanitate, & ideo eſt uera. Veruntamen ſecundum mentem Ioann. clarius poteſt dici: ꝙ ablatiuus adiunctus importat ſuum ſignificatum eſſe principium, quo ſubiectum eſt tale, quale denominatur per prædicatum principale: & hoc formale, uel principiatiuum, ſiue efficiens: capiendo efficiens largè. Sicut homo eſt albus albedine, denotatur, ꝙ albedo ſit principium formale, quo homo eſt albus, & hic paries eſt niger fumo, uel igne, denotatur, quòd ignis, uel fumus ſit principium efficiens, quo paries eſt denigratus.

¶ Tertiò notandum, quòd dominus Cameracen. queſtio. xiij. primi art. iij. ferè idem loquitur. Nota. 3 C Vnde pręmiſſa quędam diſt. (ad mentem cuiuſdā antiqui, & ſubtilis doc. dñi Petri Pictauien. li. j. ſummę ſuę. c. xix. ꝙ dicit. Nihil foret affirmandū, uel negandum in hac materia ſine diſtinctione: ne quis coram ſophiſticis ridiculò exponatur) dicit: ꝙ ille terminus ſapientia per ſe ſumptus eſt terminus eſſentialis: ſed quandoque ſumptus cum addito eſt perſonalis: ut ſapientia genita. Et quando ponitur in ablatiuo caſu, poteſt exponi dupliciter: uel per a, uel per iſtam præpoſitionem per. ¶ Et ſecundum hoc quatuor ponit propoſitiones ad mentem prefati doct.

Prop. 1 ¶ Prima. Iſta propoſitio: pater eſt ſapiens ſapientia genita: ſiue per a, reſoluatur, ſiue per per, falſa eſt. Patet: quia ſicut pater non eſt a filio: nec per filium, qui eſt ſapientia genita: ſic non eſt ſapiens ab ipſo, uel per ipſum ſecundum beatum Auguſtinum.

Prop. 2 ¶ Secunda eſt. Iſta propoſitio: pater eſt ſapiens ſapientiâ ingenita: ſi per a re

ſoluatur, falſa eſt: ſi per p, uera eſt. Patet
quia ſicut pater non eſt a ſeipſo: nec ab
eſſentia diuina propriè loquendo: ſic
non eſt ſapiens a ſapientia ingenita, quę
eſt ipſe, uel eſſentia diuina: ſed tamen
eſt ſapiens per ſeipſum, & per eſſentiam
Prop. 3. diuinam. ¶ Tertia propoſitio. Iſta pro
poſitio: filius eſt ſapiens ſapientia geni-
ta: ſi per a reſoluatur, falſa eſt: ſi per ue-
ra eſt. Patet: quia ſicut filius non eſt a
ſeipſo: ſic non eſt ſapiens a ſeipſo: ſed a
patre, a quo eſt: ſed tamen eſt ſapiens a
ſeipſo, & per ipſum: ſicut filius agit per
ſeipſum: licet non a ſe ſecundum Hila.
Prop. 4. ¶ Quarta propoſitio. Iſta propoſitio, fi
lius eſt ſapiens ſapientia ingenita: ſiue
per a reſoluatur, ſiue per per, uera eſt.
Patet: quia ſicut filius eſt a patre, & per
patrem: ſic eſt ſapiens ab ipſo, & per ip-
ſum, qui eſt ſapientia ingenita. Et ſicut
dictum eſt de filio: ita pariformiter dici
poſſet de ſpirituſancto quoad iſtam pro
poſitionem. ¶ Si uerò dicatur: ꝙ ſecun
dum Auguſt. Idem eſt in deo ſapere, &
eſſe: ergo ſi filius eſt ſapiens ſapien-
tia ingenita. ſequitur, quòd filius eſt ſa
pientia ingenita: quod eſt falſum: quia
ſi eſſet ſapientia ingenita: non eſſet ſa-
Nota. 4 pientia genita. ¶ Pro cuius intellectu
D notandum quartò: ꝙ ſicut ingenitum
poteſt dupliciter accipi: ſic etiam ſapien
tia ingenita. Vno modo dicitur inge-
nitum omne, quod non eſt genitum, &
ſic eſſentia diuina eſt ſapientia inge-
nita. Alio modo dicitur ingenitum,
quod eſt non genitum, & eſt generans,
& ſic eſt proprietas ſoli patri conueni-
ens, & non filio. Primo modo conce-
ditur: quòd filius eſt ſapientia ingenita
identicè ad iſtum ſenſum: quòd filius
eſt diuina eſſentia, ſiue ſapientia, quę eſt
ingenita: ſed ſecundo modo filius non
eſt ſapientia ingenita: quia ingenitum
hoc modo ſoli patri conuenit. ¶ Iſtis ſic
recitatis, & ex aliorum dictis compor-
tatis, & extractis: ut & aliorum doct. in
Arti. 2. tentio non lateat. Reſpondendum eſt
Cōcl 1. ad quæſtionem ſecundū mentē doc. Et
eſt pro arti ij. cōclu. j. Pater non eſt ſa
piens ſapiētia genita. Patet: quia cū ſa-
piēs importat idem, quod ſubiectū prin
cipaliter, uel ſaltem conſtituens ipſum:
quia ſapientia, quæ eſt eſſentia: ſapien-
tia aūt genita non importat illud, quod
ſubiectum: nec conſtituens ipſum: quia
ſapientia genita non eſt pater, nec con
ſtituit patrem: ſequitur ex notabili ſecū
do, ꝙ ſit falſa. ¶ Secunda cōcluſio. Hæc Cōcl. 2.
eſt concedenda: filius eſt ſapiens ſapien
tia ingenita: capiendo ingenitum ne-
gatiue, ut cōuenit eſſentię: ſecus ſi acci
peretur, ut dicit proprietatē patris. Pa-
tet: quia filius eſt ſapiens eſſentia: ergo
ſapientia ingenita. Sapientia enim inge
nita cōſtituit filium ſicut eſſentia: cum
ſint idem omnibus modis. ¶ Tertia con Cōcl. 3.
cluſio. Filius eſt ſapiētia ingenita in abla
tiuo caſu. Patet: quia ſecūdum Aug. idē
eſt illi ſapere, quod eſſe: ſed filius ſapit ſa
pientia ingenita ex concluſione ſecūda:
ergo eſt ſapientia ingenita. ¶ Quantū
ad articulum tertium eſt dubium. Quo- Arti. 3.
modo illa conceditur. Pater dicit uer- Dub.
bo: & non illa: pater ſapit uerbo. ¶ Pro E
ſolutione notandum poſt prædicta diſ.
xxvij. quęſtione. iij. ꝙ dicere aliquan-
do accipitur purè eſſentialiter: & ſic
ualet tantum, quod intelligere: ſecun-
dum quā acceptionē Anſel. in mono. di
cit: ꝙ pater, filius & ſpirituſſanctus ſunt
unum dicēs, ſicut unū intelligens. Alio
modo purè notionaliter. Et ſic dicere
nihil aliud eſt, quàm uerbum gignere,
uel producere. Et ſic ſecundum Rich. ſo
lus pater eſt dicens Tertio modo accipi
tur nec purè notionaliter, nec purè eſ-
ſentialiter: ſed ut includit utrumq;, ſci
licet in eius, quid nominis ponitur no-
tionale, & eſſentiale. Sic dicere ē notitia
a ſe producta declarare omne declara-
bile. Hæ acceptiones ſupra habitæ ſunt
diſt. xxvij. q. iij. ¶ Per hoc dicitur capien
do dicere primo modo, quælibet perſo
na dicit ſeipſa formaliter: & non dicit
alia ablatiue: quia quęlibet perſona de-
clarat ſua intelligentia. ¶ Secundò dici
tur: capiendo dicere purè notionaliter:
pr̄ nō dicit uerbo: ſed dicit uerbū. ¶ Ter
tiò dicitur: capiendo dicere tertio mo
do, pater dicit uerbo non formaliter,
ſed principiatiuè. i. producit uerbū, quo
declaratur omne declarabile. ¶ Per hoc



patet ad dubium: quomodo cōceditur,
pater dicit uerbo: illa autē nullo modo
conceditur: pater ſapit ſapientia geni-
ta: quia ſapit eſt purum eſſentiale.

## QVAESTIO. II.

A VTRVM pater, & filius dili
Art. 1. gant ſe ſpirituſancto. ¶ Pro
Not. 1. articulo primo, ſuppono
ea, quę dicta fuere diſt. xii.
q. ij. de amore mutuo, iocundo, feruen
ti, nexu &c. Quibus pro maiori eorun-
dem intellectu hic primum additur: ꝙ
uoluntas diuina eſt concors, & mutua
charitas, ſiue dilectio, & amor iocūdus,
& mutuus cōmunis patri, & filio, & ſpi-
rituiſancto. Nec plus diſtinguitur ab eſ
ſentia diuina communi tribus perſonis,
quàm eſſentia ſeipſa: ſed ſunt idem om-
nibus modis. ¶ Secūdò, ꝙ ſpirituſſanctus
nō magis eſt charitas, amor, uel dilectio
patris, & filij, quàm pater ſit charitas,
amor uel dilectio filij, & ſpirituſſancti. Et
hoc loquendo de uirtute ſermonis & ꝓ
priè. Patet: quia unicus & penitus indi-
ſtinctus eſt amor eſſentialis mutuus, io-
cundus, & infinitus: quo mutuò ſe dili-
gūt pater, & filius, & ſpirituſſanctus. Nec
eſt poſsibile ponere aliquem amorem,
quo pater diligat filium aliquo modo di
ſtinctum ab amore communi trium per
ſonarum: ſecundum Augu. vj. de trini.
Vnde prædicti termini charitas, amor,
dilectio, propriè loquendo ſemper ſunt
termini eſſentiales: ut inquit. Camera-
cen. q. viij. ar. iij. Et ſi quandoq; a ſan-
ctis, uel doctoribus capiantur perſonali
ter: hoc non eſt ſecūdum ſermonis pro
prietatem: ſed eſt ſecundum quādam ap
propriationem: ſicut appropriatur patri
potentia & filio ſappientia &c. & tamen
in diuinis non eſt aliqua potentia uel ſa
pientia aliquo modo diſtincta a com-
muni potentia uel ſapientia trium per-
ſonarum. ¶ Tertiò, ꝙ ſpirituſſanctus
poteſt dici nexus patris & filij. Ad iſtum
ſenſum ꝙ pater & filius producunt ſpi-
ritum ſanctum: & non aliter. ¶ Quar-
tò ꝙ ſicut uerum eſt ꝙ pater & filius ſe
mutuò diligendo producunt ſpiritum-
ſanctum: ut patuit diſ. xij. q. ij. ſic etiam
de uirtute ſermonis concedi poſſet, ſi
uſus haberet (ut ait Camer. ubi ſupra)
ꝙ pater, & filius mutuò ſe intelligen-
do producant ſpiritumſanctum. Patet:
quia cum in deo penitus idem ſit dilige
re, & intelligere &c. primum tamen eſt
in uſu apud ſanctos: ſed non ſecundum.
Ad hoc ualent dicta in diſtin. ij. q. j. du-
bio. iiij. cur una conceditur & non alia.
¶ Secundò notandum, ꝙ ſapere ſecun- Not. 2.
dum cōem uſum ſanctorum, ſemper B
per capitur purè eſſentialiter: hoc eſt, nō
ſignificat, nec ſupponit niſi pro ali-
quo communi tribus. Diligere uerò quā
doq; capitur notionaliter. i. non purè
eſſentialiter: licet etiam quandoq; ſuma
tur purè eſſentialiter: ut in locutionibus
pręmiſsis. Cum autem ſumitur notiona
liter: non eſt ſimpliciter idem, quod ſpi
rare. Tunc enim ſicut pater, & filius di
ligunt ſe ſpirituſancto: ita ſpirarent ſe
ſpirituſſancto. Quandoq; uerò ſumitur
partim notionaliter, & partim eſſentia
liter: ut. ſ. nec eſt purum eſſentiale, nec
purum notionale: ſed eſt ęquiualenter eſ
ſentiale, & notionale: ex eo ꝙ in ſuo qd
nominis ponitur terminus eſſentialis,
& terminus notionalis: ut diligere ſit
amore abſoluto diligendo ſpirare ſpiri-
tumſanctum tamquam amorē alicui im
penſum: & ſic includit in ſe diligere eſ-
ſentiale: quod eſt omnibus modis eſſen-
tia diuina, & ſimiliter includit in ſe ſpi-
rare. Primum eſt eſſentiale: ſecundū no
tionale. ¶ Quantum ad articulum ſecun Arti. 2.
dum eſt concluſio reſponſalis. Pater, & Cōcl.
filius diligunt ſe ſpirituſancto: ut dilige C
re dicit utrūq; eſſentiale, notionale. Pa
tet: quia ualet tantum. Pater & filius di
ligunt ſe amore abſoluto: & eſſentiali.
Et ſic diligendo ſeſe, producunt ſpiritū
ſanctum tanquam amorem utriuſq; uni
ſcilicet impenſum, & alij repenſum. ad
intellectum ſupra diſ. xij. q. ij. habitum.
Et eſt aliquo modo ſimilis loquendi mo
dus quo Ioan. dicit. Non diligamus uer-
bo neq; lingua: ſed opere, & ueritate. j.
Ioan. iij. Non tamen diligunt ſpirituſan

cto tãquam quodam amoris ſigno, quo modo lingua, & opus ſigna ſunt internæ dilectionis:ſed ſpirituſancto tanquã amore uero ab eis producto uni eorum Arti. 3. Dub. impenſo,& alteri repenſo. ¶ Quantum ad articulum tertium eſt dubium. D Quo modo in diuinis eſt aliquid, quod nec eſt purum notionale: nec purum eſſentiale:cum quicquid eſt in diuinis: quod non eſt formaliter perſona:eſt eſſentia, uel relatio. Solutio. Illud,quod nec eſt purum eſſentiale,nec purum notionale, ſed utrunq; dicit:non eſt aliquod reale in diuinis:ſed eſt terminus, uel ſignum ſignificans utrunque. In cuius, ſcilicet diffinitione quid nominis, ponitur aliquid,quod præciſe ſignificat eſſentiale. ſcilicet commune tribus,& aliquod notionale. Plura alia quære diſtin.xij.quæſtio.ij. ut ſupra allegatum fuit pro clariori dictorum intelligentia.

## DISTINCTIO.XXXIII.

SVPRA magiſter egit de nominibus relatiuis ſecundum ſe: hic de eiſdem cõparatiue per comparationem ad nomina eſſentialia. ¶ In hac ergo diſtinctione comparat proprietates ad eſſentiam, & perſonam in ſequenti perſonam ad eſſentiam. ¶ Conclusio textualis prima eſt hæc. Proprietates, quibus perſonæ determinantur, & diſtinguũtur ſunt in tribus perſonis: & ſunt ipſæ perſonæ: ſunt etiam eſſentia. ¶ Secunda concluſio. Paternitas eſt realiter pater: eſt & eſſentia:ſed neutrum formaliter. ¶ Tertia concluſio. Licet pater non ſit eo pater,quo deus: & eſt pater paternitate,& deus eſſentia: non ſequitur paternitatem non eſſe eſſentiam realiter:ſed ſequitur ea non eſſe idem formaliter ad ſenſum frequenter tactum. Harum propoſitionum intellectus dependet ex textu, & ſupradictis.

### QVAESTIO. unica.

VTRVM proprietas diuina ſit realiter tam eſſentia, q̃ perſona. A ¶ Duobus articulis deſcindetur quæſtio. Pro articulo primo notãdum, Arti. 1. Not. 1. ꝙ hic non ſit inueſtigatio niſi de diſtinctione reali:quia oſtẽſum eſt ſupra diſt. ij. & alibi diſ.xxviij.ꝙ eſſentia,relatio, & perſona formaliter diſtinguuntur. Neque ſit hic comparatio alicuius proprietatis ad perſonam, cuius ipſa nõ eſt conſtitutiua: ut paternitatis ad filium, uel ſpiritumſanctum: aut filiationis ad patrem,& ſpiritumſanctum,aut ſpirationis paſſiuæ ad patrem,& filium:ſiue etiã ſpirationis actiuæ ad ſpiritumſanctum. Manifeſtum enim eſt iſta diſtingui realiter: cum propter eas perſonæ realiter diſtinguantur:ut dictum eſt diſt.xxvj. Sed hic ſit comparatio proprietatis perſonalis ad perſonam,quam conſtituit:ut paternitatis ad patrem: filiationis ad filium &c. Hinc titulus quæſtionis potius ſic formari poſſet:utrum perſona,& ſua proprietas,ac eſſentia ſint idẽ realiter. Voco autem ſuam proprietatem, proprietatem conſtituentem perſonam.

¶ Secundò ſupponitur,ꝙ proprietas hic Not. 2. non accipitur pro aliquo prædicabili de deo:ſed pro aliquo, quod eſt realiter in deo conſtitutiuum, & diſtinctiuum perſonæ: hoc eſt pro ipſa relatione reali in deo: puta paternitate, filiatione, aut ſpiratione:de quo ſupra diſt.xxviij.

¶ Quantum ad articulum ſecundũ eſt Arti. 2. Cõcl. 1. concluſio prima. Ratio,ſeu proprietas B patris:puta paternitas,non eſt idem omnibus modis cum eſſentia,uel perſona: quibus eſſentia eſt eadem eſſentiæ, & perſona perſonæ. Pater,quia diſtinguitur ab utroque formaliter: ut habitum eſt.ſupra diſtinct.ij. quæſt.j.& quæſt.xj. & diſtinct. xxviij. ubi ſpecialiter de diſtinctione formali paternitatis a patre loquitur doctor. ¶ Secunda concluſio. Cõcl. 2. Proprietas, uel relatio, quæ eſt in deo C realiter, non diſtinguitur realiter ab eſſentia:nec a perſona. Probatur quo ad



primam partẽ: quia ſi ſic aut proprietas eſſet æque perfecta ſicut eſſentia: aut minus perfecta. Si primum: eſſent duo dij:quia ſi proprietas diſtingueretur realiter ab eſſentia: tunc nihil unum eſſet eſſentia,& proprietas,& ita eſſent ſimpliciter duo,& non unum. ſecus de duabus diuinis perſonis. Si ſecundum:tunc proprietas eſt imperfectior eſſentia, & ita aliquod imperfectum eſſet intrinſecum,& conſtitutiuum perſonæ diuinæ, quod eſt hæreticum. ¶ Item ſi eſſentia, & proprietas diſtinguerentur realiter: hæc eſſet ſimpliciter falſa. Pater,& filius, & ſpirituſſanctus ſunt unus deus. Probatur:quia quæritur,pro quo ſupponit deus. Si pro perſona uel relatione: pater,ꝙ eſſet falſa: quia nõ ſunt una perſona,nec una relatio. Si pro eſſentia, adhuc eſt falſa: quia ſic neganda eſſet illa. Pater eſt eſſentia,& per conſequẽs multò magis illa. Pater,& filius,& ſpirituſſanctus eſt eſſentia. Antecedens patet:quia nunq̃ conſtitutum eſt idem realiter alicui cõſtituentium,a quo aliquod conſtituentium ipſum diſtinguitur realiter,& per conſequens pater, filius, & ſpirituſſanctus non eſſent unus deus. Plures alias adducit doct. efficaces rationes. ¶ Secunda pars patet:quia quando aliquid eſt quodlibet conſtituens: eſt etiam ipſum conſtitutum: ſed relatio eſt realiter diuina eſſentia:& eſt ipſamet relatio:manifeſtum eſt: ergo eſt conſtitutum:ſcilicet pater &c. Hoc eſt ſummarium de corpore quæſtionis huius: ut habetur in doct.

## DISTINCTIO. XXXIV.

COMPARAT magiſter perſonã ad eſſentiam, oſtẽdens ꝙ perſona conſtituta, & eſſentia, quæ ipſam cõſtituit: identificãtur realiter. Et poteſt ſententia textus his concluſionibus ſummari. ¶ Prima concluſio. Quælibet perſona eſt realiter eſſentia diuina: & omnes tres perſonæ ſunt una,& eadem eſſẽtia: nec eſt aliud eſſe eſſentiæ, & aliud eſſe perſonæ. ¶ Secunda concluſio. Perſonæ inter ſe realiter diſtinguuntur propter proprietates relatiuas realiter diſtinctas, & ab eſſentia formaliter, propter quod aliquid dicitur de perſona: quod negatur de eſſentia. ¶ Tertia concluſio. Catholicè dici poteſt una eſſentia trium perſonarum, & tres perſonæ unius eſſentiæ: non autem unus deus trium perſonarũ:aut tres perſonæ unius dei. Et hoc propter uitare errores. Nã deus eſt nomen ſuppoſiti: unum autem ſuppoſitum non eſt tres perſonæ; nec econuerſo.

### QVAESTIO. unica.

VTRVM perſona ſit realiter eſſentia diuina. A ¶ Ad iſtam quæſtionem patet reſponſio ex præcedenti quæſtione. Concl. Vtrũ perſona ſit realiter eſſentia diuina. Vnde eſt concluſio una reſponſalis,& iſta. ¶ Perſona diuina eſt realiter diuina eſſentia. Patet ex prædictis. Et probatur. Quando conſtituentia ſunt idem realiter inter ſe, cõſtitutum eſt realiter quodlibet conſtituentium:ſic eſt in propoſito: ergo &c. Maior patet: quia ſicut ex reali diſtinctione conſtituentium inter ſe infertur diſtinctio realis conſtituti a quolibet conſtituentium:ita ex identitate conſtituentium inter ſe,infertur identitas cõſtituti cum quolibet conſtituentium.

¶ Item oſtenſum eſt diſt. præcedenti,ꝙ paternitas eſt eadem realiter cum perſona: ergo ſimiliter eſſentia eſt eadem cum perſona realiter: licet diſtinguantur formaliter:propter quam formalem diſtinctionem non quicquid de uno prædicatur;etiam prædicatur de alio. Ideo multiplicato uno.ſ.perſona,nõ oportet multiplicare eſſentiam. Nec ſequitur. Eſſentia, & perſona diſtinguuntur formaliter:ergo ſapientia,& bonitas diſtinguuntur formaliter. Cuius ratio patuit. ſupra diſt.ij. quæſt. j. Hæc eſt ſententia contentorum in quæſt. doct.

# DISTINCTIO. XXXV.

De attributis diuinis.

HACTENVS Magiſter egit de trinitate benedicta quantũ ad ſe & ſibi intrinſeca. Hic cõſequenter vſq; in finẽ agit de ipſa quãtum ad quędam attributa, ſecundum quæ eſt principium creaturæ: quæ ſunt ſapientia, potẽtia & bonitas. Quæ in agentibus ſecundum propoſitum) non per neceſsitatẽ naturę) ponuntur operationum principia. Primò ergo determinans de ſapientia in diſtinctionibus ſeptẽ. De ea agit primò in generali quo ad ſe diſt preſenti. Secundò, prout res ſcitas continet in ſe obiectiuè diſ. xxxvj. Tertiò quomodo ipſa ẽ in obiectis ſcitis di. xxxvij. Quartò de ea prout ſe habet cauſaliter ad res cognitas diſt. xxxviij. Quintò quantùm ad immutabilitatem eius ad res mutabiles ſcitas diſtinctio. xxxix. Sextò ſpecialiter de una eius ſpecie, quę eſt prędeſtinatio quantum ad effectum eius diſt. xl. Septimò, de eius cauſa diſt. xli. ¶ Et poteſt ſententia textus ſic ſummari. ¶ Cõcluſio prima. Licet ſapientia, & ſcientia in deo ſit una ſimplex diuina eſſentia ſortitur tamen uaria nomina in ordine ad ſcita. Hoc oſtendit. Nam dicitur nõ ſolum ſcientia: ſed etiam præſcientia, & præuidentia, diſpoſitio, prædeſtinatio, prouidentia. Præuidentia, & præſcientia ſunt de futuris. Diſpoſitio de faciendis Prędeſtinatio de ſaluandis. Prouidentia idem eſt, quod diſpoſitio. Scientia autẽ & ſapientia de omnibus æternis, & temporalibus, præteritis, preſentibus, & futuris. Sed tunc eſt dubium, an in deo fuiſſet pſciẽtia ſi nulla fuiſſent futura. ¶ Pro quo eſt hęc cõcluſio ſecũda. In deo fuiſſet id, quod nunc eſt præſcientia. i. eſſentia diuina qua nunc ſcit futura: ſed non fuiſſet tunc dicta præſcientia propter defectum connotati. ¶ Tertia concluſio. Quia omnia nouit deus: omnia: dicunt eſſe in deo: & fuiſſe in eo ab ęterno: & in eo fuiſſe uita. Hęc latius habeantur in textu.

## QVAESTIO. I.

A

VTRVM in deo ſit ſcientia ex natura rei. Trium articulorum numero terminabitur quæſtio. ¶ Pro articulo primò notandum

Arti. 1. Not. 1.

poſt ea. quæ dicta ſunt in prolo. q. ii. ꝙ ſcientia dupliciter accipitur. Vno modo pro notitia adhæſiua ueri complexi, nata cauſari ex aliquibus premiſsis per demonſtrationem. Alio modo generaliter pro omni notitia.

Not. 2.

¶ Secundò conſiderandum contra ea, quæ habet ſanctus Tho. par j. q. xiiij. ar. j. ꝙ immaterialitas non eſt cauſa quare aliquid eſt cognoſcitiuum. Patet: quia multa ſunt accidentia immaterialia, quę tamen non ſunt cognoſcitiua. Similiter ſecundum communem opi. forma cæli eſt immaterialis: & tamen non cognoſcitiua. ¶ Itẽ poſsibile eſt deum producere formã immaterialem, ſimplicem, per ſe ſtantem non cognoſcitiuam: nullam enim includit contradictionem. ¶ Prȩterea dare eſſe materię non impediat cognitionem: alioquin anima coniuncta non poſſet ita perfectè cognoſcere ſicut ſeparata: & ita minus perfectè cognoſcere anima beata poſt reſurrectionem, quam ante: quod patet eſſe falſum. ¶ Pro articulo ſecundo eſt concluſio prima. Accipiendo ſcientiam primo modo, ſcientia nõ eſt in deo. Patet: quia nihil in deo eſt acquiſibile per demonſtrationem.

Arti. 2. Cõcl 1. B Sciẽtia ẽ in deo intranſitiuè, i tram.

¶ Secunda concluſio. Accipiendo ſcientia ſecundo modo, ſcientia eſt in deo intranſitiuè. Patet: quia ſecundum ſcripturã. ſanctos & philoſophos, deus eſt uerè intelligens, & cognoſcens. Item deus eſt ſummum ens: ergo intelligens, ſciens, & cognoſcens. Hęc concluſio eſt theologorum, & philoſophorum Nam Matt. xj. Nemo nouit filium niſi pater: neq; patrẽ quis nouit, niſi filius. Et ita deus nouit ſe: & in alijs innumerabilibus locis. Item primo de anima dicit philoſophus contra Empedoclem, deum inſipientiſsimum eſſe, ſi non cognoſceret diſcordiam: & mortalia eſſe ſapientiora, p cognoſcũt (ſecũdum Empedoclẽ) omnia



omnia. Item xij. Metaphyſ. tracta. iij. c. iij probat philoſophus in deo eſſe ſummam, & ſempiternam delectationem ſecundum intellectum, & uitam. Non quidem tanquam diſtincta a deo: ſed tanquam ea, quæ ſunt deus. ¶ Item in eodẽ libro dicit non longè a fine. Si deus nõ intelligit: quid utiq; erit inſigne: ſe habet ut dormiens. Vnde paucis interpoſitis ſubdit. Palam ergo diuiniſsimum, & honoratiſsimum intelligit. Idem habetur ſententialiter in multis locis. ¶ Probatur etiam ratione hæc concluſio. Quicquid dicit perfectionem ſimpliciter: hoc deo eſt attribuendum: ſcire ſiue intelligere ſunt huiuſmodi: ergo. Maior eſt uirtualiter philoſophi ubi ſupra in hoc reprobantis. Pythagoram, & Speuſippum, dicentes. Non oportet omnem nobiliſsimum, & optimum eſſe in principio primo. Et patet etiam: quia alias primum non eſſet perfectiſsimum ſi aliqua perfectio ſimpliciter ſibi deficeret. quo modo etiam probat philoſophus. Deum intelligere ſeipſo: non per ſuperadditum.

C

¶ Vocatur autem hic prædicatum ſimpliciter perfectionale, quod nullam imperfectionẽ, ſiue diminutionem importat: nec ad ipſum ſequitur imperfectio aliqua ſimpliciter: ſiue in reſpectu alterius. Reſpectu alterius ſignificatur diminutio: ſi ſequatur hoc eſſe minus perfectum quodam alio: ſiue aliud eſſe pfectius ipſo. Adeoq; hoc nomen aſinus non dicitur prædicatum perfectionale ſimpliciter quamuis ſignificet rem perfectam in tali ſpecie: eo ꝙ eſt reperire aliud perfectius aſino: ſic homo: ſic albedo: & quæcunq; ſolũ creaturam ſignificant, ut creatura eſt. Minor probatur: quia ſcientia eſt perfectio intellectus. vj. Ethico. Ideoq; omnes homines natura ſcire deſiderant. Spectatq; ad perfectionem rei, ꝙ ſit cognoſcens: immo cuilibet iocundius eſt cognoſcere, quàm eius oppoſitum: puta non cognoſcere: nec ad rem eſſe cognoſcentem, ſequitur aliqua imperfectio. Nulla enim ratione poteſt oſtẽdi, q aliquid ſit melius cognoſcente. Ideo dicit, illud optimum xij Metaphyſ. ꝙ intelligere diuiniſsimum eſt.

Cõcl. 3.

¶ Tertia concluſio. Scientia, quę deus eſt realiter: eſt ex natura rei diuina eſſentia ab ea penitus indiſtincta: nec realiter: nec formaliter: ſed omnibus modis eadem eſſentię: quibus eſſentia eſt eadem ſibi ipſi. Prima pars patet: quia ſcientia eſt diuina eſſentia, & non per conſiderationem intellectus: ergo ex natura rei. Tenet conſequentia a ſufficiẽti diuiſione. Prima pars aſſumpti patet: quia quicqd realiter eſt in deo, eſt diuina eſſentia. Secunda patet: quia negotiatio intellectus noſtri nihil facit ad hoc, ꝙ deus ſit ſcientia: non plus, q̃ ꝙ deus ſit eſſentia.

Arti. 3. Dub. 1. D

¶ Quantum ad articulum tertium, dubitatur circa concluſionem tertiam. Intellectus, & ſcientia prędicantur de deo per modum differentiæ, & non in quid: ergo nõ eſt omnibus modis idem eſſentiæ. Solutio. Nihil horum prædicatur de deo per modum differentiæ, uel denominatiuè. Et licet ſecundum uocem, deus eſt intellectualis ſubſtantia ſciens: tamen per illas intelligi debent prædicationes quidditatiuę, ut per illã. Deus eſt ſubſtantia intellectualis, illa: deus eſt ſubſtantia, quæ eſt intellectus. Sicut dicimus. Hęc eſt creatura ſalis. i. creatura, quæ eſt ſal.

Replica

¶ Si dicis: eadem ratione poſſet dici, ꝙ deus eſt intellectus uoluntatis, & ꝙ ſortes eſt animal humanum. Albedo eſt qualitas coloris. Accipiendo illas propoſitiones intrãſitiuè. Deus eſt intellectus, qui eſt uoluntas. Sortes eſt animal, quod eſt homo. Albedo eſt qualitas, quæ eſt color, quæ uidentur abſurda.

Rēſio.

¶ Reſponſio. Multa ex cõmuni uſu loquentium conceduntur in certis terminis, quæ in alijs terminis non diſſimiliter ſe habentibus quantum ad cõſtructionem uſus non admittit. Si conceditur. Hæc eſt creatura ſalis, & non conceditur. Sortes eſt creatura hominis. Sic conceditur: quòd aliquid habet colorem album, uel nigrum: ſaporem dulcem, uel amarum, & non conceditur, quòd aliquis habet habitum ſcientem, uel ignorantem. Et econuerſo conceditur: quòd aliquis habet habitum ſcientem, & non conceditur,

ꝙ habet colorem albedinis. Nec hic aliqua cauſa quærenda eſt: niſi uoluntas utentium: licet frequenter aliqua commoditate moti ſunt. Omnes tamē prædictę ſecundum conſtructionem intranſitiuam ęqualiter eſſent concedendæ.

Dub. 2. E

¶ Secundò dubitatur. Si ſcientia dei omnibus modis eſt ſcientia: quomodo conceditur ſcientia eſſe in deo, uel in eſſentia diuina: cum eſſentia non ſit in eſſentia. Dicitur primò: ꝙ conceditur intranſitiuè: uel etiam ſicut conceditur eſſentia eſt in deo. ſ. in perſona, in patre, in filio, in ſpirituſancto: ita etiam conceditur: ſcientia eſt in deo: non tñ propriè ſciētia eſt in diuina eſſentia: niſi ad ſenſum intranſitiuum. ¶ Si quæris, an concedendum ſit ex nunc dictis: ꝙ in deo ſit habitus: cum omnis ſcientia ſit habitus. Reſpondetur: ſi habitus dicit aliquid diſtinctum a cognitione actuali: ſic in deo non eſt habitus: nec ſcientia diuina eſt habitus: ſed cognitio actualis ęterna. Si uerò accipitur cōmuniter ut extendit ſe ad cognitionem actualē, & habitualem: ſic poſſet cōcedi in deo eſſe habitum ſcientiæ: ſed quia frequenter habitus capitur, ut quid diſtinctum ab actu, facilius dicitur non omnē ſciētiam eſſe habitum: quod uerum eſt de ſcientia diuina: non eſt tamen difficultas niſi de nomine.

Dub. 3. F

¶ Tertiò dubitatur. Quæcunque habent ordinem inter ſe, ſunt aliquo modo diſtincta: ſed inter eſſentiam, intellectum, & intellectionem eſt ordo quidam. Nam intellectus eſt propinquior eſſentię, quā intellectio ſiue ſcientia: quod ſic patet ex communi maxima apud aliquos. Quemcunque ordinem haberēt aliqua, ſi eſſent diſtincta realiter: eundem habent, cum non diſtinguuntur realiter: ſed ſi eſſet realis diſtinctio: tunc ab eſſentia immediatè pullularet intellectus, & ab ītellectu produceretur intellectio. Ad hoc dicitur, ꝙ inter uoluntatem, intellectum, eſſentiam, ſcientiam, nullus eſt ordo in natura rei: non plus quā inter eſſentiam, & eſſentiam: licet fortè inter conceptus illos poſſit eſſe ordo aliquis. Ad probationem dicitur: ꝙ intellectus non eſt propinquior eſſentiæ diuinę, quā ſcientia, uel intellectio: ſed ita ſcientia eſt omnibus modis diuina eſſentia ſicut intellectus: & econuerſo. Ad probationē dicitur, ꝙ propoſitio aſſumpta non eſt uniuerſaliter uera: immo in creaturis eſt uniuerſaliter falſa: qa eo ipſo, ꝙ in creaturis aliqua ponuntur idem, nullum ordinem habent: neque ſecundum rem: neque ſecundum rationem. In deo etiā falſa eſt, quia eſſentia diuina, & eſſentia diuina ſi diſtinguerentur realiter (in patre. ſcilicet & filio) haberent ordinem originis; & tamen eſſentia, & eſſentia nullum ordinem habent. Sic de eſſentia diuina, & intellectu diuino dicitur: ꝙ nullum ordinem habent inter ſe, quantumcunque haberent ordinem, ſi eſſent realiter diſtincta. Huius maximę impugnationem latiorem uide. q. ij. prologi in doct. Item. q. pręſenti & alibi.

G

¶ Sed diceres. Illa diſtinguuntur ratione, quæ habent diuerſas rationes: ſiue quę correſpōdent diuerſis rationibus: ſed eſſentia, intellectus diuinus, ſcientia diuina, habēt diuerſas rationes, ſiue correſpondent diuerſis rationibus, & ita diſtinguuntur ratione. Ad illud reſpondetur poſt dicta in. q. iij. diſtin. ij. præmittendo, ꝙ diſtingui ratione capitur dupliciter.

Diſtingui rōe capitur dupliciter.

Vno modo propriè ut attribuitur ipſis rationibus diſtinctis: ſiue his qbus huiuſmodi diſtinctæ rationes correſpōdent eo modo, quo unum ſignum correſpondet alteri ut conceptus uoci. Illo modo quæcunq; ratione diſtinguuntur, non ſunt idem realiter: quia nunq̄ duæ rationes non ſynonymę, ſiue ſigna non ynonyma ſunt realiter idem. Et hæc diſtinctio rationis nō eſt niſi ſignorum, ſiue entium rationis, & nō rerum, quę non ſunt ſigna: ut dictum eſt. ſupra diſt. ij. Alio modo capitur diſtinctio rationis multum impropriè; prout attribuitur uni, & eidem omnibus modis ex natura rei: quod correſpondet diuerſis rationibus eo modo, quo ſignatum correſpondet ſigno: ſic poteſt concedi deū diſtingui ratione, pro quanto deus diuerſis conceptibus ſignificatur: qui quidem conceptus propriè diſtinguuntur ratione.



Sed ſicut ſecundū hanc impropriam acceptionem conceditur, ꝙ eſſentia, intellectus, ſcientia, in deo ratione diſtinguuntur: ſic concedendum eſt eſſentiam, & eſſentiam ratione diſtingui intellectum, & intellectum: quia eſsētia diuerſis rationibus ſignificatur, & ſimiliter intellectus. ¶ Illa acceptio pro tanto eſt impropria: quia diſtingui non propriè prędicatur de deo, quod ē unum, & idem in ſe nullo mō uariatum. Deus autem omnino inuariatus: uel potius omnino ex natura rei indiſtinctius adhuc ſignificatur diuerſis rōnibus propter aliquam realē diuerſitatem per huiuſmodi rationes connotatam, & propter hoc non poteſt dici diſtingui ratione propriè. ¶ Quod uerò communiter auct. dicunt idem realiter diſtingui ratione: intelligi debet: ꝙ de aliquibus terminis ſupponentibus pro eadem ſignificatiuè acceptis, prædicatur diſtingui ratione. De hoc uide Ockam. iij. quodlib. quæſtio. ij.

## QVAESTIO. II.

A

Arti. 1. Vtrū deus intelligat oia alia a ſe diſtinctè.

VTRVM deus intelligat omnia alia a ſe diſtinctè. ¶ In materia huius quæſtionis ſicut, & in multis alijs fidem noſtram concernentibus impiè errauit cōmenta. Auerrois, dicens deum extra ſe nihil cognoſcere. Hunc ſuum errorem quibuſdam rationibus munire conatus eſt. xij. Metaphy. cōmen. lj. in proſecutione, ſiue expoſitione textus Ariſtor. ibidem. Vnde arguit primò obiectum intellectum eſt ꝑfectio intelligentis: nihil aliud a deo eſt perfectio dei: ergo nihil aliud a deo eſt obiectum cognitum. ¶ Secundò quādo intellectus intelligit aliud a ſua ſubſtantia: ſua actio non erit ſua ſubſtantia, & per conſequens perficitur per ſuā actionem: ſed deus nō poteſt perfici ab alio: ergo actio ſua neceſſariò erit ſua ſubſtātia, & per conſequens non intelligit niſi ſe. ¶ Tertiò: ſi deus intelligit aliud a ſe, illud neceſſariò intelligit: cum quicquid deus intelligit: non poteſt non intelligere: ſed quod neceſſariò intelligit aliud, ſuum eſſe neceſſariò eſt per aliud: deus autem non eſt per eſſe cuiuſcunq; alterius: quare nihil aliud intelligit. ¶ Quartò: omne, quod intelligit aliud a ſe, tranſmutatur in aliud: deus non eſt tranſmutabilis. ¶ Quintò: deus non intelligit uilia: quia hoc ignobilitatis ē: nam ſecundum philoſophū. xij. Methaphy. Non uidere quædam dignius eſt, q̄ uidere: & per conſequens nihil aliud a ſe. ¶ Sextò: in ſeparatis a materia idem eſt intellectus, & intelligibile. iij. de anima. Hoc idē dicit xij. Metaphy. ſed deus eſt maximè ſeparatus a materia: ergo non intelligit niſi ſe. ¶ Septimò: ſi intelligit alia a ſe, aut de ipſis habet ſcientiā uniuerſalem, aut particularē. Nō uniuerſalem: quia illa eſt in potentia: deus nullo modo eſt in potentia, ſeu nulla potētia eſt in ſcientia eius: ergo in deo nō eſt ſciētia uniuerſalis. Nec particularē: quia ſunt infinita: ſed infinita nullo modo determinantur per ſcientiam.

B

¶ Rationes iſtę Auerrois quas ponit loco p̄allegato cōmē. ſ. lj. ſuper. xij. Metaphy. Ariſto. multipliciter deficiunt, propter quod nequaquam probant: quod intendebat ipſe commentator probare: ideo ad eas reſpōdendum eſt. ¶ Ad primā dicitur: ꝙ maior uniuerſaliter non eſt uera. Tum quia lapis intellectus ab homine, non eſt perfectio hominis. Tū quia deus intelligit ſe, etiam ſecundum eum, & tñ ipſe non eſt ſuiipſius perfectio propriè loquēdo: ideo maior de uirtute ſermonis ſimpliciter falſa eſt tam in nobis, q̄ in deo: ſed ſi intelligit cauſaliter: habet ueritatem dumtaxat, qñ intellectio cauſatur ab obiecto: tunc. n. obiectum eſt perfectio intellectus non formaliter ipſum perficiens: ſed effectiuè inquantum cauſat intellectionem in intellectu, quę formaliter intellectum perficit. In deo autem obiectum cognitū nihil cauſat: neq; intellectio dei eſt cauſata: ſed eſt ipſamet diuina eſſentia: res uerò extra cognitę ab illa, ſunt cauſatę. ¶ Ad ſecundam. Si per actionē intelligitur operatio: maior eſt falſa: quia ex eadē ſeqre

tur, ꝙ deus neq; crearet: neq; conſeruaret aliud a ſe. Conſequens cõtra philoſophum eo, ꝙ ab eo dicit dependere cęlum, & totam naturã. Sic arguendo: quñ deus agens creat, ſiue conſeruat aliud a ſe: ſua actio non eſt ſua ſubſtantia &c. ut ipſe arguit. Neq; maior illa eſt probata. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ minor eſt falſa, ueritatẽ tñ habere poteſt, quando aliquid neceſſariò intelligit aliquid intellectione a ſe diſtincta, & ab alio cauſata: tũc quia nihil cauſat, quod non eſt; neceſſariò eſſet obiectum cognitum cauſans intellectionem, ſine qua non poſſet eſſe intelligens. Si aliquo modo obiectum eſſet cauſa ipſi intelligenti. Vbi uerò intellectio nõ cauſatur ab obiecto ut hic: nihil habet ueritatis minor. ¶ Ad quartum dicitur: ꝙ maior eſt falſa. Nec habet ueritatem niſi de eo: quod aliquid a ſe de nouo incipit intelligere. Illud neceſſariò tranſmutatur, cum de non intelligente tale obiectum fiat intelligens illud. Nec tñ trãſmutatur in illud intellectum: niſi eo mõ, quo intelligitur anima eſſe quodãmodo omnia: inquantum quandam ſimilitudinem in ſe habet oĩum, quæ cognoſcit. In propoſito autem deus nihil de nouo cognoſcit. ¶ Ad quintum dicitur, ꝙ intelligere uilia intellectione cauſata a uilibus: potente impedire ab intellectione nobiliorum, uel nata inclinare ad faciendum aliquid uile, eſt indignũ, ac ignobile, ſed nullum horũ eſt in deo. Vel etiam ut alij exponunt. Ignobile eſt intelligere uile propria cognitione, & diſtincta, & adęquata: pro quanto.ſ. impedit a cognitione nobilioris: licet omnis cognitio ſecundum ſe perficiat intelligentem: ſit quoq; de numero honorabilium bonorũ: ut dicitur.j. de anima. Quõ autem deus intelligat mala, poſterius dicetur, cum agetur de ideis. ¶ Ad ſextum dicendum eſt: ꝙ per illam propoſitionem philoſophus nihil aliud uult, niſi ꝙ intellectus natus eſt ſeipſum intelligere, & tunc idem eſt intellectus & intelligibile. Non tñ loquitur uniuerſaliter, ꝙ intellectus ſolum ſe intelligat: ut ſatis patet aduertenti textũ utrobiq;. ¶ Ad ſeptimum dicitur: ꝙ deus oĩa cognoſcit una ſimplici intellectione, quę ipſe eſt, qua intuitiuè diſtinctiſſimè, & perfectiſſimè res noſcit omnibus modis, quibus res eſt noſcibilis, referendo ad rem cognitam. i. noſcit res ſecundũ oẽs modos, quibus ſe habent in ſe ad ſe, & ad alia: omneſq; rerum differentias conuenientias, & uniuerſaliter oẽs habitudines. Non tñ noſcit res omnibus modis cognoſcendi: quibus a potentia cognitiua eſt noſcibilis, quia non illis, quæ dicunt imperfectionem in cognoſcente. Et ita non noſcit diſcurſiuè, nec confuſè: ſiue indiſtinctè obſcurè. ¶ Et cũ arguitur particularia ſunt infinita, & ita non cõpręhenduntur aliqua ſcientia dicit Ocham. q. pñti: ꝙ nullum eſt inconueniens infinita determinatè cognoſci, & compręhendi ab infinito: ſiue infinita ſcientia. Sed an deus infinita cognoſcat, & ea producere poſſit, uide in noſtro colle. in. ij. diſt. j. q. iij. Itẽ. xvij primi. q. viij. Sic ergo patent argumẽta cõmen. nihil concludere: immo uidetur in hoc ſibi contradicere. Alibi namque dicit: ꝙ natura determinatè agit: licet non cognoſcat: directa ab agente infallibili. ſ. ab ipſo deo. Quõ ergo dirigetur a deo: ſi deus non plus cognoſceret operationem naturę, q̃ ipſa natura; immo ſic etiam deus ſi non cognoſceret effectus ſuos, indigeret alio dirigẽte. ¶ Iſtis præmiſſis eſt pro articulo ſecundo concluſio prima. Deus intelligit ſe ſummè, & perfectiſſimè. Iſta concluſio eſt omnium philoſophorum, & theologorum declarato aucto. in. q. præcedenti adductis. Et probatur ratione. Summo, & perfectiſſimo cognoſcenti cõpetit ſumma, & perfectiſſima cognitio, ſed cognitio dei, cognitio eſt perfectiſſima: quia perfectiſſimi obiecti: ergo conuenit deo, q̃ eſt ſummum cognoſcens. ¶ Secunda cõcluſio: Deus intelligit omnia alia a ſe clariſſimè, & diſtinctè. Probatur concluſio iſta primum auctoritate Prouer. xvj. Omnes uię hominum patent oculis eius. Item eiuſdem. xxiiij. Deus inſpector eſt cordis: ipſe intelligit, & ſaluatorẽ animæ tuę nihil fallit: reddetq;

Arti. 2. Cõcl. 1. C

Cõcl. 2.

homini



homini iuxta opera ſua. Et in ps. xxxij De cælo proſpexit dñs: uidit omnes filios hominum. ¶ Ratione etiam perſuadetur. Nam deus eſt agens per intellectum & uoluntatem: ergo intelligit id, quod producit: ſed omnia alia producũtur a deo: ergo. ¶ Item deus perfectiſſimè cognoſcit ſeipſum: ergo intelligit ſe eſſe cauſam omnium, & per conſequens omnia, cuius eſt, uel eſſe poteſt cauſa. ¶ Item aliquis effectus eſt ſufficiens repræſentatiuũ ſuę cauſæ: ſicut ſpẽs coloris colorẽ, a quo cauſatꝰ repſentat: ergo multò magis cauſa ſufficiens, & totalis eſt repræſentatiua effectus ſui, quem cõtinet uirtualiter, & maximè ei, qui perfectè cognoſcit cauſam. Taliter autem deus ſeipſum cognoſcit: ergo &c. ¶ Aliæ multę ſunt rationes per alios adductę, quę omnes etſi non demonſtrant, quin circumſcripta fide poſſent ſolui: tamen fide eſt credenda concluſio. ¶ Sed licet illa concluſio ſit uera, & fide credita: tñ ratione naturali probari non poteſt euidenter quin ſolui poſſit. Licet plerique uarias rationes adducãt: utputa ſanctus Tho. par. j. q. xiiij. ar. v. & cęteri, quarum aliquas doct. adducit in textu. ¶ Pro articulo tertio eſt dubium circa concluſionem primam. Quia deus non intelligit ſe per aliquod diſtinctum: ut patet ex dictis. Vtrum etiam intellectus creatus intelligat ſeipſo ſine aliquo alio repręſentatiuo. & uidetur, ꝙ ſic: quia intellectus creatus eſt ſibiipſi ſummè pręſens, & ita cum res ſufficienter eſt ſuiipſius repræſentatiua: ſequitur, ꝙ ſeipſum cognoſcat ſine alio: quod tamen pro tanto falſum eſt: quia tunc intellectus ſemper eſſet in actu cognoſcendi ſeipſum: cum ſemper ſit ſibi ſufficienter pręſens. Et ſimiliter tunc directè, & ſine reflexione intelligeret ſpeciem intelligibilem in ſe exiſtentem, & ſuam intellectionem, quod non conceditur. Talia enim intellectus noſter non cognoſcit niſi per diſcurſum. ¶ Item uel deus intelligeret ſe intellectione ſimplici, uel complexa. Non ſecundum: quia tunc in deo eſſet pluralitas cognitionum, & compoſitio. Nec primum: qa tunc non intelligeret ſe eſſe bonũ ſummè perfectionis &c. & per conſequens nec amaret ſe. ¶ Iterum uel intelligeret ſe ſecundum omnes rationes, quibus eſt intelligibilis. Et ſic eſſet in eo multitudo, & pluralitas rationum: ut argutum eſt iam: uel non ſecundum omnes: & ita ſecundum aliquas ignoraret ſe quod eſt inconueniens. ¶ Ad illa reſpondetur: Solu. E ad primum. Quicquid ſit de intellectu angelico: de quo uidendum eſt lib. ij. de intellectu noſtro dicitur: ꝙ non eſt de ſe intellectus actualis, ſed potentialis: ideo indiget aliquo actuante ipſum, ut intelligat. Ideoq; non eſt ipſe ſufficiẽs repræſentatiuum ſuiipſius, ut intelligat ſeipſum. Etiam intellectus noſter coniũctus eſt corpori. Et propter colligantiã cum uiribus ſenſitiuis nõ poteſt cognoſcere: niſi ad quorum cognitionem aſſurgit miniſterio ſenſitiuarum uirium: ſicut habetur. iij. de anima. Neceſſe eſt quemcunq; intelligentem phantaſmata ſpeculari. Et in de ſenſu & ſenſato. Nihil eſt in intellectu &c. Ideo nihil pure intelligibile (quale ẽ ipſemet intellectus, uel etiam intellectio) ſufficit actuare intellectum ad ſui cognitionem immediate. Secus eſt de intellectu diuino, q̃ non indiget alio actuante: ſed ipſe eſt actus puriſſimus nulla omnino potentialitate permixtus ¶ Ad ſecundum, & tertium dicitur, ſicut dictum eſt in ſolutione ultimæ rationis commentatoris, ꝙ unica ſimplici intellectione ſine aliqua complexione intelligit ſeipſum. Quæ intellectio ſimplex: quia infinita: continet in ſe eminenter omnes cognitiones quomodocunque deum repræſentantes. Et ita cognoſcit ſe bonum, ſummum, perfectiſſimum, & omnino ſecundum omnem habitudinem, qua ſe habet & ad ſe, & ad omnem creaturã. Et ita nullo modo ſe ignorat. Nec tamen ideo in ſe habet plures rationes: neque ſua intellectio eſt omnis ratio: qua cognoſcitur a creatura: licet omnem modum cognoſcendi, & repræſentandi eminenter, & uirtute continet. Sicut etiam deus ipſe perfectionem cõtinet eminenter omnis creaturæ: nec

Arti. 3. Dub. 1. D

tamẽ eſt aſinus leo, uel lapis. Sicut etiã angelus intuitiue cognoſcens parietẽ; licet non cognoſcat ſenſatione parietẽ: non tamen ideo eam ignorare dicẽdus eſt: cum eum altiori, & clariori cognitione intelligat: quàm oculus uidendo. Vide Ockam in centilo. concluſione. xlij. & xliij. Item concluſione. lxxxj. ubi oſtendit, ꝙ deus eſt ſcientia cuiuslibet ſcibilis.

## QVAESTIO. III.

A

VTRVM eſſentia diuina ſit primum obiectum intellectus. Solito more tribus articulis quæſtio terminabitur. ¶ Notandum ergo primò, poſt dicta in diſt. ij. q. iiij. & diſt. iij. q. j. ꝙ quantum hic ſufficit multiplex poteſt intelligi primitas obiecti cognoſcibilis. ſ. perfectionis, originis, & adęquationis. Et hoc dupliciter. ſ. adęquationis ſecundum perfectionem ipſi potentiæ cognitiuæ, uel ſecundũ prędicationem quo modo Philoſophus. j. poſteriorum loquitur de primitate. ¶ Obiectum primum primitate perfectionis eſt perfectisſimum intelligibile a potentia cognitiua. Sed obiectum primum primitate originis, uel generationis. eſt qđ terminat primitatem potentię cognitinę. Obiectum primũ primitate adęquationis ſecundum perfectionem, eſt illud quod eſt ęque perfectum cum ipſa potentia, uel actu eius. Obiectum primũ primitate adęquationis ſecundum prædicationem, eſt, quod prędicatur de omnibus per ſe cognoſcibilibus a tali potẽtia: quo modo hoc commune coloratũ, uel lucidum, dicitur eſſe obiectum primum uiſus. Non quidem, ꝙ hoc cõmune ſit uiſibile, ſed quia de omni uiſibili prędicatur. ¶ Secundò notandum, & ſupponendum ex ſupradictis in diſt. ix. & alibi, ꝙ in diuinis non eſt ordo perfectionis: non plus quàm ordo durationis: quia ubi eſt ordo perfectionis: ibi eſt magis perfectum, & minus perfectũ.

Art. 1. Not. 1. Vtrũ eſſentia diuina ſit primum obiectũ intellectus.

Not. 2. B

Sed in diuinis nihil eſt imperfectum, ſeu minus perfectum. Sed dei reſpectu aliorum a ſe, eſt ordo cauſalitatis, & ordo perfectionis. In deo autem reſpectu alicuius quod eſt in deo: eſt ordo originis. i. aliquod originans, & aliquod originatum. Eſt etiam ibi prioritas cuiuſdam communitatis eſſentię ad paternitatem &c. Vnde bene ſequitur, pater, ergo eſſentia, & non econuerſo.

¶ Pro articulo ſecundo eſt concluſio prima. Diuina eſſentia eſt obiectum primum intellectus diuini primitate perfectionis reſpectu omnium ab eo intelligibilium. Concluſio iſta eſt manifeſta: cum eſſentia diuina ſit omni alio a ſe perfectior, immo ſimpliciter infinitè perfecta, & ita perfectisſima. Sed diceres eſſentia diuina non eſt perfectior attributis, ſcilicet ſapientia, potentia, quæ etiam ſunt formaliter infinita. Dicendum eſt. Si per attributum intelligitur prædicatum de deo prædicabile: quales ſunt conceptus illi communes, ſapientiæ, potentiæ, bonitatis; ut ſupra. diſtin. ij. quæſtio. ij. falſum eſt, quòd ſunt infinita: quia illa ſunt creaturæ, & realiter a deo diſtinctæ. Si uerò intelligitur illud, quod realiter in deo eſt ſapientia, bonitas &c. ſic uerum eſt, quòd eſſentia non eſt illis perfectior: cum illa ſint omnibus modis eſſentia diuina: quæ diuina eſſentia non eſt perfectior ſeipſa: nec aliquo, quod realiter eſt ipſa, & ita nullo, quod eſt in diuinis. ¶ Secunda concluſio. Eſſentia diuina non eſt primum obiectum intellectus diuini primitate originis, uel generationis. Probatur: quia non prius intelligitur eſſentia diuina, quàm creatura: ergo. Conſequentia tenet ex quid nominis. Antecedens probatur: quia quando una, & eadem intellectione omnino indiſtincta intelliguntur plura: non prius intelligitur unum, quàm reliquum: ſed eadem intellectione omnino intelligitur diuina eſſentia, & creatura: ergo &c. Vnde licet unum obiectum (ſcilicet eſſentia) ſit prius alio obiecto: puta creatura, natura, perfectione, & origine: tamen intellectio unius obiecti

Arti. 2. Cõcl. 1. C

Cõcl. 2. D



nulla prioritate imaginabili eſt prior intellectione alterius obiecti: quia eſt omnino eadem intellectio ſine omni imaginabili diſtinctione. ¶ Sed diceres. Tunc ſequeretur: quòd creatura prius intelligeretur, quàm filius in diuinis produceretur: & ita creatura ſecundum aliquod eſſe (ſcilicet obiectiuum) eſſet ante filium: quod non uidetur uerum. Et probatur conſequentia: quia pater intelligendo ſe producit notitiam genitam ſiue uerbum: & ita prior eſt intellectio, ſiue actus intelligendi uerbo. Dicendum, quòd nec ante nec poſtquam filius producitur, intelligitur creatura: ſed ſimul intelligitur creatura, & filius producitur: nec in aliquo ſigno uel inſtanti intelligitur creatura: in quo non producitur filius: nec econuerſo: quia non ſunt ibi talia ſigna naturæ, uel originis: ut uiſum eſt diſtinctio. nona. ¶ Tertia concluſio. Eſſentia diuina eſt primum obiectum primitate adæquationis ſecundum perfectionem. Patet: quia nihil eſt æquè perfectum intellectioni diuinæ: niſi deus ſiue eſſentia diuina, quæ non ſolum eſt æquè perfecta intellectioni diuinę: ſed omnia eadem. Et ita in concluſione nomen adæquationis debet extendi, ut dicatur adæquari ſecundum perfectionem: quod non eſt magis, uel minus perfectioni, quo modo idem adæquatur ſibiipſi. Poteſt tamen propriè loquendo eſſe adæquatio inter perſonam, & intellectionem: quæ licet identificantur realiter: diſtinguuntur tamen formaliter. ¶ Quarta concluſio. Eſſentia diuina non eſt primum obiectum diuini intellectus primitate adæquationis ſecundum prædicationem: quia non prædicatur de omni per ſe intelligibili ab intellectu diuino: quia non de creatura.

Cõcl. 3. E

Cõcl. 4.

Cõcl. 5 ¶ Quinta concluſio. Obiectum primum diuini intellectus primitate adæquationis ſecundum prædicationem, eſt aliquod commune prædicabile de omni intelligibili a deo: puta ens, uel res captum tranſcendenter. Probatur: quia tale prædicatur de omnibus cognoſcibilibus a diuino intellectu & cæt. ¶ Quantum ad articulum tertium, dubitatur circa illas duas ultimas concluſiones. Et poteſt argui ſic. Obiectum adæquatum intellectus diuini non eſt aliquod commune. Probatur: quia illud eſt obiectum adæquatum potentiæ, ſine quo potentia non poteſt habere aliquem actum, quin terminetur ad illud. Tale autem eſt eſſentia: quia non poteſt intellectus diuinus intelligere quamcumque creaturam. quin intelligat eſſentiam. ¶ Ad illud dicendum, quòd licet uirtute eſſentiæ intelligatur creatura. ad hunc ſenſum, quòd intellectus diuinus intelligendo creaturam: nihil recipiat a creatura, & ita non uirtute creaturę intelligit creaturam: ſed uirtute eſſentiæ: ſed intelligendo eſſentiam diuinam intelligit creaturam: non tamen ideo eſſentia diuina eſt obiectum primum primitate adęquationis. Sed magis ex hoc poſſet aliquo modo argui, quòd eſt primum primitate adæquationis ſecundum perfectionem, eo quòd in eius uirtute intelligit omnia ſicut uirtute propria: quia idem eſt intellectus, & eſſentia (ut ſæpe dictum eſt) & una uirtus. ¶ Nec etiam concedendum, quòd eſſentia diuina ſit primum obiectum mouens diuinum intellectum: quia diuinus intellectus non mouetur ad intelligendum: neque aliquo modo diſtinguitur ab eſſentia: & ſicut eſſentia non mouet ſe: ita nec intellectum. Etiam mouere intellectum ad cognoſcendum accidit obiecto per ſe. Si enim deus crearet notitiam in intellectu: illa intellectus intelligit obiectum nõ minus, quàm ſi obiectum moueret. Neque uerum eſt: ꝙ intellectio diuina dependet ab intellectu, & intelligibili: quia intellectio diuina (cum ſit omnibus modis diuina eſſentia) a nullo dependet. Nec ſequitur: intellectio non eſt ſine utroq; intellectu. ſ. & intelligibili: ergo dependet ab eis. Nam nihil poteſt eſſe ſine ſeipſo, & tamen nihil dependet a ſeipſo. Et ita in propoſito. Intellectio eſt

Arti. 3. Dub. F

intellectus,& intelligibile, ſine quo eſſe non poteſt intellectio. Multa ſimilia habes in quæſtione. ¶ Notandum etiã eſt pro intellectu quintæ concluſionis, & ſupponitur ex pręmisſis diſtin. iij. q. j. ꝙ obiectum adæquatum eſt aliquod cõmune prædicabile de omnibus per ſe appræhenſibilibus a potentia: ſi tunc ens eſt uniuocum omnibus intelligibilibus ipſum eſt tale. Si autem non eſt uniuocum omnibus intelligibilibus: non eſt aliquod obiectum adæquatum intellectui diuino.

## QVAESTIO. IIII.

A VTRVM ad hoc, ꝙ deus intelligat diſtinctè omnia alia a ſe: requirantur neceſſariò in eo diſtinctæ relationes rationis ad ſua intelligibilia. ¶ Recitatur,& impugnatur a docto. opin. Gandauen. qui tenet partem affirmatiuam. ¶ Notandum itaque pro articulo primo, ꝙ relatio rationis aliqñ accipitur pro ſignis relatiuis connotantibus actum intellectus, uel uoluntatis: ut ſignum præcium. Aliquando accipitur pro re ſignificata per huiuſmodi relatiuum. Et ſuppoſito ꝙ conceptus ſit qualitas mentis: hoc ſignificatum nõ eſt aliquod diſtinctũ a rebus abſolutis: ſed eſt res abſolutè,& actus intellectus, aut uoluntatis. Qui etiam eſt res abſoluta ut præcium nihil aliud ſignificat, q̃ pecuniam, & rem appræciatam, & actum uoluntatis præſentem,& p̃teritum: quo noluit talem pecuniam eſſe dinumerationem, uel ęquiualentiam talis rei. Sic ſignum ſignificat uocem, uel ſcriptum: & rem ſignificatam, & actum uoluntatis imponentis uocem ad ſic ſignificandum: ſic ergo talia relatiua ſignificant non aliud, q̃ abſoluta: ſic intelligens ſignificat intelligentem: rem intellectam & intellectionem, & nullam aliam rem quomodocunque imaginabilem. Iſtis enim exiſtentibus eſt intelligens: omnibus alijs imaginabilibus circumſcriptis.

Arti. 1. Nota. 1

Not. 2. B ¶ Secundò notandum, ꝙ duplex eſt relatiuum rationis. Vno modo omne illud nomen eſt relatiuum rationis: quando res per ipſum ſignificata, nõ poteſt eſſe talis, qualis ſignificatur per ipſum ſine actu, uel potẽtia ratiocinatiua. Et illo modo intellectiuũ: intelligere: ſubiectum, prędicatũ,& huiuſmodi ſunt relatiua rationis. Alio modo eſt terminus ſignificans rem, quę non eſt talis, qualis ſignificatur per terminum talem: niſi cõcurrente actu intellectus, aut uolũtatis: licet res ſignificatæ poſſunt manere,& non eſſe alia: qualia per terminum ſignificantur, ut pręcium ſignum dominium ſeruitus: ſecundum ꝙ conueniunt creaturis: quia uox non eſt ſignum: nec numus pręcium, nec homo dñs, aut ſeruus niſi præuio actu uoluntatis, aut intellectus: licet illę uoces numus homo eſſe poſſunt ſine actu uoluntatis, aut intellectus. Quo adueniente ſine omni alio: uox eſt ſignum: numus pręcium &c. Eo enim, ꝙ uolo uocem hanc eſſe ſignũ hmõi rei: uox eſt ſignũ: & eo ꝙ uolo eſſe dñs,& ille ſeruus: ſum dñs, & ille ſeruus: quod non diceretur ſine actu uolũtatis alterius, uel utriuſq;, & hæc proprijſsime ſunt relatiua rationis.

Arti. 2. Cõcl. 1. C ¶ Quantum ad articulum ſecundũ concluſio prima. In deo non ſunt relationes rationis requiſitæ ad hoc, ꝙ cognoſcat alia a ſe. Patet: quia eoipſo, ꝙ ponitur itellectio diuina: omnibus alijs circumſcriptis: deus intelligit diſtinctè omnia intelligibilia: ideo fruſtra ponerentur alia in deo.

Cõcl. 2. ¶ Secunda cõcluſio. Imponi poſſunt relatiua rationis ſignificantia deum intelligere creaturã: ſed illa non requiruntur ad hoc, ꝙ deus intelligat, nec ſunt realiter in deo. Patet ſatis concluſio pro omnibus ſuis partibus.

Cõcl. 3. ¶ Tertia concluſio: contra Ioannem. Non ſunt ponenda diuerſa inſtantia, quæ ponit Ioannes: ſcilicet principium, quo deus intelligit eſſentiam ſuam ſub ratione abſoluta. Secundum, in quo producit lapidem in eſſe intelligibili, ideſt cognoſcit lapidem, ſeu intelligit lapidem: ita quòd ſit relatio in lapide intellecto ad intellectionem diuinam, & nulla adhuc in intellectione diuina terminante

rela-



relationem lapidis. Tertiũ: in quo comparat intellectionem ſuam ad lapidem, & ſic cauſat relationem rationis in intellectione ad lapidem. Quartum: quo reflectit ſe ſuper relationem in tertio inſtanti cauſatam. Et per hoc illa relatio eſt cognita. Patet: quia unica eſt intellectio indiſtincta in deo: quæ eſt omnibus modis eſſentia diuina; qua intelligit omnia.& in eodem inſtãti, quo deus intelligit eſſentiam ſuam: etiam creatura intelligitur, & deus uerè intelligit creaturam.

Arti. 3. Dub. 1. D ¶ Quantum ad articulum tertium eſt dubium primum. Vtrũ deus ab æterno referatur ad creaturam: ex quo eã ab æterno intelligit.

Aliqd referri ad aliud dupliciter intelligitur.

Reſpondetur, ꝙ aliquid referri ad aliud, dupliciter intelligi poteſt. Vno modo dicitur referri: quod eſt tale, quale poteſt exprimi per nomẽ relatiuum,& ſic deus ab æterno refertur ad creaturam: quia ab æterno eſt intelligens creaturam. Sic conceditur, ꝙ ſi ſortes, & Plato ſunt albi: ſortes refertur ad Platonem, & econuerſo licet nihil aliud ponatur. Alio modo aliquid dicitur referri: quod actualiter ſignificatur per ſignum relatiuum: ita ꝙ actualiter intellectus cõſiderat ipſum in ordine ad aliud ſiue cum alio. Et ſic adhuc intellectus diuinus ab æterno refertur ad creaturam: quia ab æterno intelligit ſe intelligere creaturam. Si tamen referri dicit tantum actum intellectus creati: ſic deus non referebatur ab ęterno ad creaturam: licet ab ęterno intellexit creaturam: quia non ab ęterno fuit intellectus creatus, qui referret deum ad creaturam. Per hoc patet: ꝙ licet hæc propoſitio. Deus intellexit creaturam: fuit uera ab ęterno in mente diuina: non tamen in intellectu creato: quia ille non fuit ab æterno: & per conſequens nec propoſitio fuit in eo ab æterno, quando uerò non fuit propoſitio: ipſa non fuit uera. Vide centilo. Ockam non concluſione. lxxx.

Dub. 2. E ¶ Secundò dubitatur, an relatio illa, qua deus ut intelligens refertur ad creaturam: ſit realis, uel rationis. Poteſt dici: ꝙ ſit relatio rationis, primo modo accipiendo relationem rationis: quia ipſa diuina eſſentia eſt cognitio. Non tamen ſecundo modo accipiendo: quia non poteſt deus eſſe: & non intelligere creaturam, ſiue ſine actu cognitionis creaturę: quia nõ ſine eſſentia, quæ eſt cognitio omnium cognoſcibilium. ¶ Si quæritur. Ex quo illa relatio non eſt rationis ſtrictisſimę an posſit dici realis. Reſpondetur quòd non: capiendo relationem ſtrictè. Hæc enim requirit ꝙ utrunq; extremum importet ueram rem in actu. Huius autem relationis ſolum unum extremum, ſcilicet intelligens importat uerã rem actu exiſtentem & non intellectũ: quia creatura eſt intellecta ab æterno: nec tamẽ fuit ab æterno. Si tamen relatio realis accipitur largè pro ea quæ non eſt rationis ſecundo modo: ſic eſt realis. i. nõ rationis ſecundo modo. Nec eſt incõueniens deum realiter referri ad creaturam: quia ut creator realiter refertur ad creaturam. Nec propter hoc ſequitur, quôd relatio realis ſit in deo: ſicut ſortes ſimilitudine realiter refertur ad Platonem: non tamen eſt aliqua relatio realis in ſorte.

Dub. 3. F ¶ Tertiô dubitatur: quomodo eſſentia, quæ eſt eadem ratione, ſub eadem ratione poteſt repræſentare plura diſtinctè: cum ſecundum philoſophũ idem inquantum idem, ſemper facit idem. Reſpondetur, ꝙ non eſt propriè dictum, ꝙ eſſentia diuina repræſentat omnia alia a ſe: ſed melius dicitur, quòd eſſentia diuina intelligit omnia alia a ſe. Tamen hoc admiſſo dicitur, ꝙ non eſt inconueniens idem ſub eadem ratione repręſentare plura diſtinctè, ſicut eſſentia creatrix omnia creat diſtinctè: non per aliqua in ſe diſtincta. Philoſophus uerò loquitur de cauſa naturali, quæ idem. i. eadem facit uno tempore, ſicut alio: cæteris paribus: ſicut ignis calet, & exiccat uno tempore, ſicut alio quamuis aliud ſit calor, aliud ſiccitas. ¶ Si dicitur: cognoſcens aſſimilatur cognito: ſed per idem nihil poteſt aſſimilari diſtinctis. Sol. perfecta ſimilatione ſecundũ ſpeciem, eſſentia diuina nulli creaturę aſſimilatur: nec illa requiritur. Sed tali

aſſimilatione generali, quę ad cogno-
ſcendum ſufficit: ſeipſa aſſimilatur om-
nibus plus, quàm per relationem ratio-
nis: quia maximè diſtat ens rationis ab
ente reali.

## QVAESTIO. V.

A VTRVM deus intelligat
omnia alia a ſe per ideas eo
rum. ❡ Secundum duas opi.
extremas: duo erunt in hac
quęſtione articuli principa
les. Articulus primus principalis aliorum
Art. I. doctorum. Secũdus uerò articulus Gui-
Not. I. liel. Ockam opi. recitabit. ❡ Quãtum er
Idea qd go ad primum. Notandum in genere,
ꝙ idea gręcum nomen eſt, & dicitur ab
idos, quod eſt forma, uel ſpes, uel etiã
ratio ſecundum Aug. introductum au-
tem eſt primo a Platone, qui ut dicit
Aug. lib. lxxxiij. q. q. xlvj. ideas primò
appellaſſe perhibetur. Non tamẽ ſi hoc
nomen antequam ipſe inſtitueret, non
erat: idcirco, uel res ipſæ nõ erant, quas
ideas uocauit: ſed alio fortaſſis, atque
alio nomine ab alijs, atq; alijs nuncupa
tæ ſunt. Hic Plato tria poſuit principia
fuiſſe ſine initio: deum: exemplar, ſiue
ideam, & materiam: ut refert magiſter
diſt. j. lib. ij. Et poſt eum Diony. Sene-
ca, & Augu. multa loquuntur de ideis,
& conſequenter doct. ſcholaſtici. Vnde
inter alia Augu. ubi ſupra ſic dicit. Ideę
ſunt principales quædam formæ, uel ra
tiones rerum ſtabiles, atque immutabi-
les: quæ ipſæ formatę non ſunt, & pro-
pter hoc æternæ, & ſemper eodem mo-
do ſe habentes, quæ diuina intelligẽtia
continentur, & cum ipſæ neque orian-
tur: neque intereant: ſecundum eas ta-
men formari dicitur omne, quod oriri,
& interire poteſt. Anima uerò negatur
eas intueri poſſe niſi rationalis: non quę
libet: ſed quæ ſancta, & pura fuerit. Et in
fra. Qua uiſione fit beatiſſima. ❡ Pro-
bando autem, ꝙ huiuſmodi ideæ ſunt
ponendæ in eadem. q. dicit. Quęcunq;
in ſuo genere propria quadam natura
continentur, ut ſunt, a deo procreãtur:
atq; ſummi dei legibus continentur, &
gubernantur: quo conceſſo quis audeat
dicere deum irrationabiliter oĩa condi-
diſſe. Reſtat ergo ut omnia ratione ſint
cõdita: nec eadem ratione homo, qua
equus. Hoc enim abſurdum eſt exiſti-
mare: ſingula autem proprijs ſunt crea
ta rõnibus. Has aũt rationes ubi eſſe ar
bitrandum eſt: niſi in ipſa mente crea-
toris. Non. n. extra ſe quicquam poſitũ
intuebatur: ut ſecundum illud conſtitue
ret, quod conſtituebat. Nam hoc opina
ri ſacrilegum eſt. Quod ſi hę rerum creã
darum creatarũue rationes diuina men
te continentur: neque in diuina men-
te quicquam, niſi æternum, atq; incom
mutabile poteſt eſſe. Quę rationes non
ſolum ſunt ideæ: ſed ipſæ ueræ ſunt, qua
ęterna ſunt, & eiuſmodi atq; incommu
tabiles manent: quarum participatione
fit ubi fit quicquid, & quõ eſt. Hæc bea
tus Aug. Seneca etiam epiſtola. lxvj. ad Quatu-
Lucillum, enumeratis quatuor cauſis re or rerũ
rum ſecundum Ariſt. ſubdit quintã. His cauſæ.
Plato adijcit exemplar: quod ipſe ideã
uocat: hoc eſt enim, ad quod reſpiciens
artifex: id quod deſtinabat, efficit: nihil
autem ad rem pertinet: utrum foris ha
beat exemplar, ad quod referat oculos:
an intus quod ſibi ipſe concepit. Hæc
exemplaria rerum omnium deus intra
ſe habet, numeroſq; uniuerſorum, quæ
agenda ſunt, & modos mente cõplexus
eſt. Plenus his figuris eſt, quas Plato
ideas appellat immortales infatigabiles.
Itaq; homines quidem pereunt: ipſa au
tem humanitas, ad quam homo affingi
tur, permanet, & hominibus laboranti-
bus intereuntibus illa nihil patitur. Ex
hac auct. B. Aug. & Senecæ colligitur,
ꝙ ideæ ſunt in mente diuina ſtabiles, &
æternę. Quodq; ſunt rationes, ſiue exẽ
plaria, ad quę aſpiciẽs producit omnia,
quę producit. Non quidem una ratio,
ſed multę, cum alia ratione. i. ideam cõ-
ditus eſt homo, & alia ratione equus
&c. Et quia hæc duo. ſ. incommutabi- G
litas ſiue æternitas, & multiplicitas, ſiue
pluralitas non uidentur uni poſſe cõue
nire. (Eſſentia enim diuina, q̃ immuta-
bilis eſt, & ęterna: non recipit pluralita
tem illam, quæ inter ideas ponitur. Po-
nitur. n. ꝙ quęlibet res creabilis habeat



propriam, & diſtinctam ideam. Et quam
uis hæc pluralitas creaturæ conueniat:
tamen non incommutabilitas, & ęterni
tas, quę ſolius dei eſt.) Idcirco duę ſunt
opin. extremę in hac materia: licet, &
multę aliæ ſint quodammodo medię.
Opinio ❡ Vna ponit ideam eſſe realiter diuinã
Marſilij eſſentiam. Et iſti ſaluant primum planè,
ſcilicet ęternitatem idearum: ſed plura-
litatem uario modo conati ſunt pone-
re. Et auct. quantum ad hoc ſonantes di
uerſimodè exponunt. Inter iſtos ſic
opinãtes magis conformiter principijs
prioribus loquitur Marſilius. Ideo ſecũ
dum opin. iſtius eſt prima concluſio.
Cõcl. I. ❡ Creatura producta, uel producibilis
D non eſt idea. Probatur: quia idea eſt ra
tio cognoſcendi rem, uel exemplar pro
ducendi prout ſonant auctoritates: ſed
res productę, uel producibiles non ſunt
ratio cognoſcendi, uel producendi: di
uinę eſſentię cum ipſa producendo ad
nihil extra ſe reſpicit. Item ſi ſic Ideæ
creaturarum non eſſent prius, quã crea
tura, & ſic iam non eſſet idea Antichri
ſti: nec cuiuſcunq; rei futurę non plus,
q̃ res ipſa futura. Et ita ſicut illa eſt falſa.
Antichriſtus futurus eſt, & ita illa: idea
Antichriſti eſt. Conſequens falſum, qa
exemplar præcedit exemplatum: cũ ſe-
cundum ipſum producatur exemplatũ.
Item ſi idea Antichriſti nõ eſt, nec erit
in mente diuina: in qua tantum neceſſa
riò eſt, cum producitur: ergo tunc ali-
quid adueniet deo: quod impoſſibile ẽ.
Cõcl. 2 ❡ Secunda concluſio eiuſdem. Eſſentia
diuina, uel notitia, ſiue cognitio diuina
eſt omnium productorum, & producibi
lium idea. Probatur concluſio. Nam ip
ſa diuina notitia eſt ratio, & forma co-
gnoſcendi oĩa, atq; exemplar, ad quod
aſpiciens deus, omnia producit, cũ uult;
ergo ipſa eſt idea. Tenet conſequentia;
quia hoc eſt eſſe ideam. Antecedens eſt
manifeſtum ex dictis. Nam ipſa diuina
eſſentia ab æterno omnia producibilia
diſtinctiſſimè repræſentat: immo om-
nium diſtinctiſſima eſt cognitio, & no-
titia. Et ita cuiuslibet producibilis cla
riſſimum exẽplar; quod ſemper intuens
deus ſicut diſtinctiſſimè cognoſcit: ita
quæcunque cognita poteſt cum uult
temporaliter producere: eo modo quo
ab æterno præcognouit. Et pro his cõ
cluſionibus uidentur eſſe auct. ſupra po
ſitæ ſecundum aliquas partes. ❡ Tertia Cõcl. 3.
concluſio. In deo non ſunt plures, & di E
ſtinctę ideæ rerum creatarum, uel creãn Plures
darũ formaliter, & intrinſecè: licet plu- Ideas eſ
res dici poſſint obiectaliter, & extrinſe ſe i Deo
cè. Pro huius concluſionis intellectu dupliciter
eſt pręmittendum, ꝙ plures ideas eſſe in ter intel
deo poteſt intelligi dupliciter. Vno mo ligitur.
do formaliter, & intrinſecè: ita ꝙ huiuſ-
modi ideæ non ſint inter ſe idem: ſed
una realiter diſtinguit ab alia: quo mo
do in intellectu humano cognitio di-
ſtincta Petri, eſt realiter alia a cognitio
ne diſtincta Pauli. Alio modo obiecta-
liter, & extrinſecè. Tale autem eſt ali-
quid in ſe penitus indiſtinctum: eſt tamẽ
plurium obiectorum, & cuiuslibet diſtin
ctè. Iſto præmiſſo probatur concluſio-
nis prima pars. Nam in diuinis oĩa ſunt
idem, ubi non obuiat relationis oppoſi-
tio: ut dicit Anſel. Sed inter ideas di-
uerſarum creaturarum nulla eſt oppoſi-
tio relatiua: ergo non diſtinguuntur rea
liter nec formaliter: quia ut ſæpe dictũ
eſt ſupra: omnis pluralitas in deo eſt ui-
tanda: niſi ubi illam ponere aucto. ſcri-
pturę compellit: aut determinatio ec-
cleſiæ: aut dum ex his euidenter proba
ri poteſt: nullum illorum eſt in propo-
ſito. Præterea etſi diſtinguerentur for
maliter: non ideo poſſent ideæ dici
plures, & non idem ſimpliciter: ergo.
Quòd etiam non diſtinguantur ra-
tione patet: nam ſæpe tactum eſt diſtin
ctionem rationis non habere locum
in diuinis. Præterea deum omnia poſ
ſe non ponit in eo aliquam diſtinctio-
nem intrinſecam: igitur nec omnia noſ
ſe. Antecedens patet: quia licet philo-
ſophi omnipotentiam adſcribant deo:
nihilominus ſibi attribuunt omnimo-
dam ſimplicitatem. Etiam diuerſitas ef
fectuum non ponit diuerſitatem in cau
ſis ſecundis: ut patet de ſole: in quo
non ponitur diuerſitas propter pro-
ductionem alterius luminis hodie, quã
heri: immo nec propter productionem

luminis, & caloris: ergo multò magis
non ponit diſtinctionem in prima cau-
ſa. Secunda pars patet. Nam infinitę
ſunt res producibiles, ad quas actio di-
uina adextra nata eſt terminari, quarũ
olim ipſa diuina eſſentia (inquantum
Nota. eſt exemplar) dicitur idea: ergo infini-
tę ſunt ideę obiectaliter. Tenet conſe-
quentia: quia hoc eſt eſſe multa obie-
ctaliter, terminari ad multa obiecta: ita
ꝙ diuerſitas ſiue pluralitas iſta non re-
feratur ad id, quod eſt idea (ſcilicet di-
uinam eſſentiam) ſed ad illa quorum
eſt idea: ſcilicet ideata ſiue creaturas
imitantes ideam in mente diuina. Et ſe
cundum hunc intellectum dicunt Au-
guſt. uoluiſſe ideas eſſe formas princi-
pales diſtinctas, & non eaſdem diuerſa-
rum creaturarum obiectaliter, ſcilicet
Arti. 2. non intrinſecè, & formaliter. ¶ Iſta opi
princip. nione dimiſſa, uidendum eſt pro articu
F lo ſecundo principali opi. doct. qui hanc
materiam teſte domino Camera. q. vj.
ualde pulchrè determinat. Et Gerſon
in de uita ſpirituali animæ lect. j. corol.
xij. Erunt ergo ſolito more articuli
Nota. 1 tres. ¶ Notandum primò, ꝙ nomen
idea non habet quid rei: quia eſt nomē
connotatiuum: nec ſignificat præciſè
aliquod unum: ſed ſupponit pro ali-
quo, & connotat aliquod aliud, uel
illud idem, pro quo ſupponit. Et ideo
habet tantum quid nominis. Dicitur
etiam a doct. terminus relatiuus, & con
notatiuus: quia omnis idea eſt alicuius,
ſcilicet ideati idea. Poteſt ergo diffi-
nitione quid nominis ſic deſcribi. Idea
eſt aliquod cognitum a principio effe-
ctiuo intellectuali: ad quod actiuum a-
ſpiciens poteſt aliquid in eſſe reali ra-
tionabiliter producere. Iſta deſcriptio
ſumitur ex uerbis beati Auguſt. ubi ſu-
pra in lib. lxxxiij. q. quæſt. xlvj. ubi dicit.
Has autem rationes ubi eſſe arbitran-
dum eſt: niſi in ipſa mente creatoris.
Non extra ſe quicquam poſitum intue
batur: ut ſecundum idem conſtitueret,
quod conſtituebat. Ex quo patet prima
particula: ꝙ ideæ ſunt res cognitæ: quia
eas intuebatur, ut conſtitueret, quæ cō
ſtituebat. Secunda particula, ꝙ ſit co-
gnitum ab actiuo tangitur, cum dicit: in
mente creatoris. Tertia particula, ad
quod reſpiciens, tangitur in fine aucto-
ritatis. Nō enim extra ſe quicquid &c.
Inſinuans, ꝙ deus ideas intuetur, ut ſe-
cundum eas conſtituat, hoc eſt efficiat,
uel producat. Huic concordat illud Se
necę ad Lecillum epiſtola. lxvj. ſuperius
allegatum art. j. His ſcilicet quatuor cau
ſis quas Ariſt. ponit quintam Plato adij
cit: exemplar quam ideam uocat. Hoc
eſt enim id, ad quod reſpiciens artifex:
id quod deſtinabat, efficit &c. Ex quo
patet, ꝙ idea eſt cognitum quoddã exē
plar, ad quod reſpiciens cognoſcens po
teſt alquid producere in eſſe reali. ¶ Iſtis
præmiſſis eſt concluſio prima ſecundũ Cōcl. 1.
hanc opi. idea non eſt diuina eſſentia. G
Hæc concluſio probatur: quia quod eſt
unicum, nullo modo plurificabile non
eſt idea: eſſentia diuina eſt huiuſmodi:
ergo. Maior patet: quia ut dicit Aug.
Non eadem ratione (.i. idea) conditus
eſt homo, qua equus: ergo plures, & di-
ſtinctę ſunt ideæ. Et ſi dicitur ꝙ eſſen-
tia diuina licet non ſit plurificabilis rea
liter: tamen ſecundum rationem poteſt
plurificari inquantum comparatur ad
diuerſas creaturas. Sed illud ſufficiēter
ſupra improbatum eſt q. j. diſt. huius,
cum oſtenſum eſt: ꝙ idem realiter non
poteſt differre ratione. Præterea ſi idea
eſt eſſentia diuina uel ipſa ē in mente di
uina ſubiectiuè: uel tantum obiectiuè.
Si primum: tunc ibi erunt plura ſubiecti
uè: quod falſum eſt. Si obiectiuè tãtum:
tunc non erunt eſſentia diuina: quia il-
la non eſt ibi obiectiuè tantum: ſed ſub
iectiuè, & realiter. Præterea idea eſt il
lud, quo cognito: cum alio per poſſibi-
le, uel impoſſibile circumſcripto artifex
rationabiliter operatur. patet ex auct.
Sed huiuſmodi non eſt eſſentia diuina.
Quia ſi deus per impoſſibile cognoſce-
ret ſuam eſſentiam, & non rem extra
producendam: non diceretur rationa-
biliter producere: ut elici poteſt ex di
ctis præſentis diſtin. ergo eſſentia diui-
na non poteſt dici idea. ¶ Secunda con Cōcl. 2
cluſio. Idea non eſt reſpectus quidam in H
eſſentia diuina. Probatur: quia aut re-



ſpectus realis: aut rationis. Non realis:
quia dei ad creaturã non eſt relatio rea
lis quæ ſit quid non abſolutũ. Nec ratio
nis: quia ille non poteſt eſſe exemplar
entis realis, & ita nec creaturæ. Præte
rea talis reſpectus rationis non eſt po-
nēdus: quia uel requiritur ad intelligen
dum creaturam diſtinctè: uel ad produ-
cendum eam: nullum horum eſt dicen-
dum: non primum: quia intellectus diui-
nus ſua eſſentia omnibus alijs circũſcri-
ptis ſufficit intelligere omnia diſtinctè:
alias ſi aliquid requireretur, plus uileſce
ret ſic cognoſcendo: q̃ ſi actu informã
te obiectum extra intelligeret. Nec ſe-
cundum: quia artifex creatus ſine omni
reſpectu rationis poteſt diſtinctè cogni
ta producere: ergo multò fortius arti-
fex increatus. Præterea aut ille reſpe-
ctus rationis præſupponit intellectionē
creaturæ, & conſequitur eam: aut non.
Non ſecundum: quia neceſſariò præſup-
ponit actum intelligendi, & non illum
quo intelligit ſuam eſſentiam abſolutè
non comparando ad creaturã: ergo prę
ſupponit actum intelligendi creaturę.
Nec primum: quia tunc nihil faceret ad
hoc: ꝙ deus diſtinctè cognoſceret crea
turas: ſicut effectus nihil facit ad eſſe ſuę
cauſę q̃ ſequitur. Etiã non eſt maior ra
tio, quare plus illam cognitionem, qua
deus cognoſcit creaturam ſequitur re-
ſpectus rationis quàm illam, qua cognó
Cōcl 3. ſcit ſuam eſſentiam. ¶ Tertia concluſio.
Idea non eſt quid aggregatũ ex eſſentia
diuina, & reſpectu immutabilitatis. Illa
concluſio patet: quia nō eſt ponendus
ille reſpectus, & per conſequens nihil
aggregatur ex eo. Etiam quia tunc idea
nec eſſet ens reale nec rationis: quod
omnes negant. Probatur conſequētia:
quia quod aggregatur ex aliquibus, nō
eſt aliquod illorum: ſicut compoſitum
nec eſt materia, nec forma: ideo & ag-
gregatum ex ente reali puta eſſentia di
uina, & reſpectu rationis, nec eſt ens rea
Cōcl. 4. le, nec rationis. ¶ Quarta concluſio.
I Idea in mente diuina eſt ipſamet cogni
ta creatura. Illa concluſio probatur:
quia hoc eſt idea, cui conuenit ideæ de
ſcriptio: ſed illa conuenit ipſimet crea-
turæ. Nã ipſa eſt cognita ab intellectu
actiuo. ſ. diuino, & ad ipſam deus aſpicit:
ut eam rationabiliter producat. Nam
quantumcunque deus ſuam eſſentiam
cognoſceret: ſi non cognoſceret ſuum
producibile, ignoranter produceret: &
non rationabiliter: ut ſupra argutum
eſt. Ad hoc eſt Auguſt. vj. ſuper Geneſ.
Quõ ea faceret, quę ſibi nota non erãt:
non enim quicquam fecit ignorans.
Habetur in textu. Præterea creatura ē
id, quo cognito (omni alio per poſſibi-
le, uel impoſſibile nō cognito) deus po
teſt rationabiliter producere. Et ipſa nō
cognita (quocunque alio cognito) deus
non produceret rationabiliter: ſed igno
ranter: ergo eſt idea. Conſequentia no
ta. Antecedens patet: quia ſi per impoſ
ſibile deus non cognoſceret ſuam eſſen
tiam, & cognoſceret creaturam produ
cibilem: ſi haberet potentiam producti-
uam: ipſam aſpiciendo poſſet eam ratio
nabiliter producere. Nam artifex crea
tus ſi præciſè cognoſceret illud artifi-
ciatum, quod producit: ita uerè ageret
per ideã, ſicut cum cognoſcit ſuum ſimi
le: ad cuius exemplar agit: ergo cũ deus
creaturam met producibilem diſtinctè
præcognoſcit, & ipſammet inſpiciendo
producit: ipſa creatura uerè eſt ſuiipſius
exemplar, & idea. ¶ Ex illis ſequuntur
aliquæ propoſitiones corollariè, de qui
bus a diuerſis diuerſè exponuntur quę-
ſtiones. ¶ Prima. In deo ſunt ideæ non Prop. 1.
ſubiectiuè, & realiter: ſed tantum obie- K
ctiuè & intellectualiter. Patet: quia eo
modo dicuntur eſſe in deo, quo creatu
ræ a deo intellectæ ſunt in deo. Tales
autem nō ſunt in deo ſubiectiuè, & rea
liter: quia nō per eſſentiam: ut dicit ma-
giſter diſt. xxxvj. ſed ſolum obiectiuè:
pro quanto cognoſcũtur a deo. Et ideo
nunquam inuenitur, ꝙ B. Augu. ponat
ideas niſi in diuina intelligētia, uel men
te, & non in eſſentia. Innuens ꝙ non
ſunt in deo, niſi ut cognita, & non ſi-
cut realiter ibi exiſtentia. Et eodem
modo dicit omnes creaturas eſſe in deo
ut habetur in textu diſtinctio. xxxv. &
xxxvj. ¶ Secunda propoſitio: ꝙ om- Prop. 2.
nium rerum factibilium diſtinctarum

diſtinctè ſunt ideæ in deo. Patet:quia ip
ſemet creaturæ ſunt ideæ, quæ ſunt di-
Prop.3. ſtinctę, & ſunt in deo obiectiuè. ¶ Ter-
tia propoſitio, Materię formæ, & uni-
uerſaliter omnium partium totius tam
eſſentialium, quàm integralium diſtin-
ctarum diſtinctè ſunt ideę. Patet ex pro
4 poſitione ſecunda. ¶ Quarta propoſi-
tio. Ideę primò ſunt ſingularium, & nõ
ſpecierum, uel generum, tenẽdo ꝙ uni
uerſalia, & conceptus ſint qualitates mẽ
tis: alias ſecus. Patet: quia ſolum ſingu-
5 laria ſunt extra producibilia. ¶ Quinta
propoſitio. Generis ſpeciei differentię,
& aliorum uniuerſalium ſi habent tan-
tum eſſe obiectiuum in mente, nõ ſunt
ideæ. Sed cum ponitur talia fore quali-
tates mentis: ſingulares in exiſtendo:
communes tantum in prędicando: tunc
eorum ſunt ideę ſicut aliarum rerum ſin
gularium. ¶ Sexta propoſitio. Nega-
6 tionum priuationum mali culpę, & hu-
iuſmodi, quæ non ſunt res diſtinctæ ab
alijs rebus: nõ ſunt ideę. ¶ Septima pro
7 poſitio: ꝙ deus habet infinitas ideas: ſi-
cut infinita ſunt ab eo cognoſcibilia. In
finitæ enim ſunt res ab eo producibiles,
& cognitę. Hoc eſt autem habere ideã,
cognoſcere creaturam. ¶ Conſideran-
dum eſt etiam, ꝙ dñs Cameracen. loco
præallegato. q. vj. arti. iij. aliquo modo
latius intelligit, & extendit quid no-
minis ideę, q̃ doct. & ſecundum hoc po
nit tres propoſitiones. Colligit enim
ex doct. uerba ſua in forma recitando,
ꝙ idea non eſt aliud niſi aliquod cogni
tum ad quod cognoſcens aſpicit in pro
ducendo: & ſecundũ ipſum aliquid ſimi
le illi, & ipſummet producit in eſſe rea-
li. Sicut una domus põt dici uerè idea,
& exẽplar alterius domus: quia artifex
illam domum cognoſcendo poteſt aliã
ſimilem fabricare: & ſic prior domus di
citur idea ſecundæ. Similiter etiam: ſi
illa eſſet ab artifice præcognita, uirtu-
te illius poſſet domum eandem produ-
cere, & ſic illa eſſet idea, & exemplar
ſuiipſius. Ex quo ulterius patet ſecun-
dum eundem, ꝙ hoc nomen idea ſigni
ficat, & importat in recto ipſam rem
productam, & eandem etiam importat
in obliquo. Et præter hoc importat in
obliquo ipſam diuinam cognitionem,
ſeu potentiam cognoſcentem. Et ideo
ſupponit pro re producta: ſed non pro
cognoſcente, ſiue producente. ¶ Ex M
his idem doctor tres infert propoſitio-
nes dictis Ockam non ex toto con-
ſonantes. Siquidem deſcriptio ideæ
ſecundum Ockam non conuenit di-
uinæ perſonæ: ut patet ex dictis. Sed
ille doctor extendit eam ad diuinam:
ut claret ex propoſitionibus ſuis. ¶ Pri
ma eſt. In deo ſunt plures ideæ, quæ
ſunt realiter idem diuinæ eſſentiæ, &
ſunt inter ſe, & ab ipſa eſſentia aliqua-
liter diſtinctæ. Patet: quia in diuinis
ſunt duæ perſonę productæ: ſcilicet fi-
lius, & ſpiritusſanctus, & cuilibet con-
uenit deſcriptio ideæ, & conditiones
ſuprapoſitę. Et omnia, quę attribuit
Auguſtinus ideis, cõueniunt eis ita pro
priè (& fortè magis de uirtute ſermo-
nis) quàm conueniant creaturis: ut pa
tet cuilibet intuenti. Ergo licet pater
in diuinis non ſit idea: quia non eſt pro
ducibilis: tamen duæ perſonæ prædictę
ſunt ideę. Conſtat autem, quòd illę
ſunt realiter idem diuinæ eſſentię, & in
ter ſe realiter diſtinctę: ab eſſentia ue-
rò formaliter, & non realiter. ¶ Secun-
da propoſitio ſecundum eundem doct.
In deo ſunt plures ideæ, quæ ſunt inter
ſe, & ab eſſentia diuina realiter diſtin-
ctę. Patet: quia plures ſunt creaturæ in-
ter ſe, & ab eſsẽtia diuina realiter diſtin
ctę, & illæ ſunt ideę ut dictum eſt, &
ſunt in deo: ut patet per illud Ioann. j.
Omnia per ipſum facta ſunt &c. Quod
factum eſt, in ipſo uita erat &c. ¶ Ter
tia propoſitio. In deo non ſunt plu-
res ideę, quàm duæ: quę ſunt in eo
realiter & propriè: ſed bene ſunt in eo
infinitè intellectualiter, & obiectiuè.
Patet ex dictis. Hæc ille. ¶ Tertiò Nota.3
notandum pro intellectu concluſio- N
nis reſponſalis. Ex quo titulus quę-
ſtionis quærit. An deus intelligat om
nia alia a ſe per ideas, quòd per, po-
teſt dicere circumſtantiam cauſæ mo-
tiuę. ſicut dicimus, quòd anima in-
telligit per habitum tanquam per cau-



ſam motiuam ſeu effectiuam. Vel ſe-
cundò poteſt dicere circumſtantiam
potentiæ cognitiuæ: ſicut dicimus,
quòd homo intelligit per intellectum.
Vel tertiò poteſt dicere circumſtan-
tiam obiecti medij: ſicut dicimus, quòd
intelligimus deum in uia per quendam
conceptum ſibi proprium. Vel quar-
tò impropriè poteſt dicere circumſtan
tiam obiecti terminantis immediatè:
ſicut dicimus, quòd uidebimus deum
per ſuam eſſentiam: quia ipſa erit ui-
ſa in ſe immediatè. ¶ Iſtis præmiſ-
ſis ponitur concluſio reſponſalis (ſe-
Arti.2. cundum doctor.) unica pro articu-
Cõclu. lo ſecundo. Deus intelligit omnia alia
O a ſe per ideas eorum: capiendo per, ut
dicit circumſtantiam obiecti terminan-
tis. Patet: quia ideæ ſunt obiecta co-
gnita terminantia diuinam cognitio-
nem alia a deo. Alijs autem modis nõ
cognoſcit per ideas. Patet: tranſcur-
rendo ſingula membra: quia illæ nec
mouent intellectum diuinum: nec ſunt
intellectus diuinus, nec obiectum me-
dium inter deum, & alia a ſe cognita.
¶ Quantum ad articulum tertium, du
Arti.3. bium primum. Quæ eſt neceſsitas po
Dub.1. nendi ideas. ¶ Ad hoc dubium reſpon
P det Ockam & præfatus doct. poſt eum,
quòd ideæ ponuntur præciſè, & dum-
taxat ut ſint exemplaria quædam: ad
quę intellectus diuinus aſpiciens pro-
ducit creaturas, ut ſit rationabiliter
operans. Deus enim cognoſcit pro-
ducibile prius, quàm producat æquè, ſi-
cut cum productum eſt: producendo
itaque aſpicit producibile, & ita eſt ſi-
biipſi exemplar: quod deus agens aſpi-
cit, ut rationabiliter operetur. ¶ Vn-
de non ponitur idea, ut ſit ratio co-
gnoſcendi; hæc enim una eſt in deo
omnium cognoſcibilium: ſcilicet diui-
na eſſentia, quæ etiam eſt cognitio una
omnium, & ita non idea, quæ plurifica
tur. Nec ponuntur tanquam ſimilitu-
dines repręſentantes intellectui diui-
no ipſas creaturas: quia illę ſimilitu-
dines non poſſent eſſe diuina eſſen-
tia: cum illa ſit omnino non plurifi-
cabilis. Nec entia rationis: quia nul-
la talia requiruntur, neque ad pro-
ducendum, neque ad cognoſcendum.
Neque entia rationis ſunt ſimilitu-
dines entium realium, a quibus maxi-
mè differunt. Illa clarius, & latius
explicantur in docto. ¶ Ex quibus,
& prędictis colligi poteſt contra Pe-
trum, ꝙ minus bene extendit rationem
ideę ad perſonas diuinas: eo ꝙ pater nõ
habet ſe effectiuè, ſeu operatiuè ad per
ſonas productas: ſed ſolum ad extra. De
ratione uerò ideæ eſt, ꝙ ſit aliquid co-
gnitum a principio effectiuo. Item idea
erit obiectum terminans diuinã cogni
tionem: aliud a cognoſcente: ſic non eſt
de patre reſpectu filij. Poſſent & alię for
mari inſtantiæ ex ratione ponẽdi ideas:
ſed quia patent ex dictis, omitto: ſimi-
liter ex eorundem conditione. ¶ Secun Dub.2.
dum dubium. Si ideæ ſunt creaturæ, & Q
non ſunt in deo realiter, & ſubiectiuè:
quõ uerum eſt dictum Aug. in primo ar
ticulo principali allegatum, ꝙ ideæ ſunt
formæ principales: ſunt ęternę, non in-
tereunt, non oriuntur: ſunt immutabi
les: earum uiſione anima ſit beata, & ſi
milia ibi tacta. ¶ Ad illa omnia dici po-
teſt primò generaliter ſecundum doct.
dehinc ſpecialiter deſcendendo ad ſin-
gula. Generaliter primò dicitur ſecun-
dum doct. ꝙ omnia illa intelligẽda ſunt
quantum ad eſſe obiectiuum: ſic ſunt in
deo immutabiles, æternę. &c. Quod ni-
hil aliud eſt, q̃ ꝙ deus ideas ęternaliter,
& immutabiliter cognoſcit. Secus de
creato artifice. Et ideo nullibi eas eſſe
dicit Aug. niſi in mente diuina: ubi ſunt
non realiter: ſed obiectiuè pro quanto
ſunt intellecta a deo. Et propter hoc di
cuntur ideę ęternę potius, q̃ lapis ęter-
nus: q̃a idea importat cognitionẽ diui-
nam, quę eſt ęterna. Non ſic terminus
lapis, qui non importat cognitionem:
ſed nudè lapidis ſubſtantiam: licet ſecun
dum ueritatem; ita lapis eſt ab æterno
cognitus, ſicut quæcunq; idea. Vſus tñ
loquendi aliqua concedit in certis ter-
minis, & ſimilia in ſimilibus non conce
dit: ut ſupra patuit. quęſt. j. ¶ Hanc au-
ctoris poſitionem Gerſon commendat:
ut tactum fuit in lib. de uita ſpirituali

animę lect. j. coroll. xij. Vbi intelligendum auct. Aug. de ideis remittit ad intellectum, quem dat Ockam in hac materia addens. In qua explicatione ſi rudis iudicetur: neſcio quid appellabitur ſubtilitas. R ❡ Et per hoc opinio iſta ſpecialiter reſpondet ad auct. Aug. & Sene. quãtum ad hoc, ꝙ dicunt ideas eſſe æternas, & incommutabiles: prout tactũ fuit in ſecundo dubio nondum plenè reſoluto. Pro quorum intellectu notat, ꝙ æternum dupliciter accipitur. Vno modo propriè pro eo, quod realiter, & uerè exiſtit ęternaliter. Alio modo ſatis impropriè pro eo, quod eſt æternaliter, & immutabiliter cognitum, ſiue intellectum. Hæc diſtinctio colligi poteſt ex uerbis beati Auguſt. vj. lib. ſuper Gene. ad literam, & habetur in tex. c. penult. dicentis. Creaturæ antequam fierent, & erant, & non erant. Declarat. Erant in dei ſcientia: non erant in ſui natura. Et eodem modo uerum eſt: ꝙ erãt æternaliter, & non erant ęternaliter. Erant ęternaliter in dei ſcientia, & non erãt æternaliter in ſui natura. In dei autem ſcientia hoc eſſe dicitur, quod ab eo cognoſcitur: ut ipſe alibi exponit, & ſimiliter magiſter. Primo ergo modo ideæ non ſunt æternæ: ſic enim ſolus deus ęternus eſt. Secundo modo ſunt ęternę: quia ęternaliter, & immutabiliter cognitæ. Et hoc ſecundo modo locutus eſt Augu. de æterno in aucto. ſupra allegata ſimiliter & Sene. & frequenter ſancti & philoſophi. ❡ Dicunt autẽ ideas in mente diuina eſſe ęternas, ad innuendum differentiam idearum in mente diuina, & in mẽte cuiuslibet alterius creati artificis. Sunt namq; ideæ in mente diuina æternaliter cognitę, & immutabiliter: in mente autem artificis creati deficienter, & mutabiliter, atque fatigabiliter intellectæ. ❡ Eodem modo concedendum uidetur, ꝙ creaturę ſunt æternæ: quia æternaliter a deo cognitæ: quo modo ſupra dicit Auguſt. creaturas fuiſſe antequam fierent: fuiſſe uti que æternaliter antequam fierent. Veruntamen non adeo uſitatè cõceditur de creatura eſſe æternum ſicut de idea:

Aeternum dupliciter accipitur.

quamuis utrunque æquè eſſet cõcedendum, uel negandum præciſè ſecundum proprietatem ſermonis. Cuius diuerſitatis ratio eſt: quia nomen idea connotat cognitionem diuinam, qua cognoſcitur æternaliter: non autem ſic nomẽ creatura, uel lapis, aſinus &c. S ❡ Et eodem modo intelligendum eſt, quod dicit Auguſt. ideas uerè eſſe. i. uerè eſſe intellectas a deo ab æterno, qui deus uerè eſt. Sic enim uerè eſſe, eſt uerè intelligi: ſic ſi uſus loquendi haberet poſſet concedi, ꝙ creatura uerè eſt ab æterno. i. ab ęterno cognita a deo: ſed uſus non habet. Cuius cauſa tacta eſt. ❡ Item ideę dicuntur ab eodem formæ principales: non ꝙ ſint aliquę formę minus principales, quæ non ſunt ideæ: ſed quia res ipſæ creatæ neceſſariò ſunt ideæ, quia neceſſe a deo intellectæ. Et prius natura, & duratione intellectæ, quàm actualiter ſint extra deum, & cum extra deũ actualiter ſunt: non neceſſariò: ſed contingenter ſolum ſunt in rerum natura. Ex quo etiam patet, ꝙ idea eſt terminus ampliatiuus, ſicut intelligibilis. Vnde non ſequitur. Antichriſtus eſt idea: ergo eſt. ❡ Has etiam ideas ſolum anima rationalis non quælibet, ſed ſancta. i. fidelis in uia, & beata in patria intuetur: clarè cognoſcit: aut firmiter credit ſub ratione propria ideæ. i. cognoſcit, ꝙ res omnes ſunt ab ęterno a deo diſtinctè cognitę, & ab eo productæ. Et ita ꝙ omnium rerum ideę ab ęterno ſunt in deo: multaſq; ſimiles ueritates, quę infidelibus ſunt incognitæ: animæ fideles de deo cognoſcunt. Et licet anima non ſancta poteſt aliquas ideas intueri, capiendo intueri pro actu intuitiuo: tamẽ capiendo intueri ideas, ut eſt de eis certas cognitiones habere, & pleraſque ueritates cognoſcere: ut in propoſito accipitur: ſic ſolum anima beata, quæ eſt in patria: dicitur intueri ideas. T ❡ Etiam uiſione harum idearum anima fit beatiſsima non beatitudine eſſentiali ſed accidentali: quæ poteſt haberi a creaturis. Certum enim eſt, ꝙ non eſt perfectiſsima beatitudo in creatura abſolutè: ut ipſe dicit. xij. confeſ. Beatus eſt,

qui

Viſione harũ idearũ aia fit beatiſsima.



qui te, & illa nouit: nec propter hoc beatior. ❡ Aliter dicendum, ꝙ Aug. loquitur de ideis, quæ ſunt obiecta cognita a deo: ſiue de ideis in mẽte diuina, ut manifeſtum eſt. Nunc autem intueri ideas ſecundum eſſe ideale, hoc eſt ſecundum eſſe cognitum in mẽte diuina intuitiuè cognita, duntaxat beatorum eſt, quia requirit intuitionem diuinæ mentis, & ita diuinæ eſſentię, q̃ eſt beatifica. ❡ Eſt ergo anima uiſione harum beatiſsima, extenſiuè beatitudine totaliter poſsibili beato non formaliter, ſed obiectiuè inquantum cognoſcit omne obiectum cognoſcibile a beato. ❡ Et ſecundum eundem intellectum dicit Augu. ꝙ non cognitis ideis, ſapiẽs nemo eſſe poteſt: quantum. ſ. ad omnem plenitudinem ſapientiæ. Licet enim deus principaliter ſit ſapiens ſapientia eſſentiæ ſuę ut obiecti: tñ non omnino eſſet ſapiens: ſi nõ ſaperet creaturam: quæ ut cognita eſt idea. ❡ Quòd uerò Sene. in epiſt. lxvj. ponit ideas eſſe quintam cauſam: nõ eſt intelligendũ capiendo cauſam propriè: cum omnes dicãt cum philoſopho quatuor genera cauſarum ſufficere: ſed extenditur nomen cauſę ad omne illud, cuius cognitio præſupponitur productioni alicuius: ſic idea eſt cauſa. Illo ẽt modo idem eſt cauſa ſuiipſius, pro quanto cognitio alicuius rei præſupponitur ſuiipſius productioni. Eo etiam modo exemplar poteſt dici cauſa exemplati, & idem etiam exemplar ſuiipſius: ut domus ſecundũ, ꝙ eſt in eſſe cognito, eſt exẽplar ſuiipſius, ut eſt in eſſe reali. ❡ Et quamuis deus operando aſpicit creaturam producendam, nihil tñ extra ſe exiſtens intuetur: ut ſecundum ipſum conſtituat: quia nihil actu exiſtẽs pręcognoſcit, ut ſecundum illud conſtituat. Intuetur tñ aliquid producibile, ſeu aliquid ꝓducendũ, quod nõ eſt ipſe: immo quod non eſt niſi in eſſe cognito. Et ita deus producendo non indiget aliquo extra ſe ad hoc, ꝙ agat: quia nihil requirit ad hoc, ꝙ agat. ❡ Nec ipſę ideæ requiruntur propriè loquendo ad hoc, ꝙ deus agat: ſed tantum requiritur cognitio ipſarum idearum, quæ eſt ipſe deus omni

modo. Et ex hoc ipſo, ꝙ deus eſt deus: deus cognoſcit omnia. Nec aliter diceretur rationabiliter operans niſi cognoſceret illa: quæ operatur. ❡ Sic etiam dicuntur ideę nec oriri, nec interire: quia rerum cognitiones nec incipiunt, nec deſinunt intelligi de nouo a deo. Secus eſt de eis in mente artificis. ❡ Item dicũtur eſſe ſingularium: quia pręciſè ſingularia ſunt factibilia. Et ſic ſimilia multa poſſunt catholicè, & clarè exponi: ut patet in doct. ❡ Sic dicimus. Antichriſtus eſt idea. i. eſt cognitus. Nec ſequitur, hoc eſt idea: ergo eſt. ut patuit. Nã idea habet ampliare ad poteſt, & imaginatur. ❡ Item deus cognoſcit creaturã per ideam. i. cognoſcit ideam, quę eſt ipſa creatura. Item omnia ſunt in deo. i. cognoſcuntur ab eo. Item omnia uiuunt in deo effectiuè, & cauſaliter. Itẽ ideę ſunt. i. intelliguntur. Item omnia ſunt in deo cognitiuè &c. Multæ tales propoſitiones exponuntur per doctor. diſtin. ſequenti. Dub. 3 V ❡ Tertium dubium. Vtrum præciſè aliqua res debeat uocari idea, quando deus actualiter ſecundũ eam producit: an ſiue producat ſecundũ eam ſiue non: ita ꝙ ſufficiat, ꝙ poſſit producere ſecundum eam. Ad hoc dubium reſpondet Petrus de Aliaco ubi ſupra poſt doct. ꝙ illa difficultas magis eſt uocalis, quàm realis. Dicit tamen, ꝙ magis eſt de uſu ſanctorũ uocare ideas, quamuis deus non producat actualiter ſecundum eas. Vnde dicunt, ꝙ res ab æterno fuerunt ideæ. ❡ Ex quo patet: ꝙ ſi nullus aſinus eſſet: iſta de uirtute ſermonis eſſet falſa: idea aſini eſt. ſed hęc eſſet uera, idea aſini eſt idea aſini: patet per quid nominis &c. ❡ Secundò patet, quod ante creationem rerum, hęc nõ erat uera: idea creaturæ eſt. ſed hęc fuiſſet uera: idea creaturæ eſt idea. Et ſic antequã idea creaturæ eſſet, aliquid erat idea creaturæ &c. Dub. 4. X ❡ Dubium quartum. Vtrum eorum, quæ nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt: quæ tamen deus facere poteſt, ſit idea. Ad hoc dicitur poſt prædicta, quòd ſic. Aliter tamen reſpondet ſanctus Tho. in de potentia. quæſtio. unica artic. v. quòd ſi idea ſe-

cundum completam rationem accipia-
tur, ſcilicet ꝙ idea nominat formam ar
tis non ſolum intellectu excogitatam:
ſed etiam uoluntatem ad opus ordina-
tam: ſic prædicta non habent ideam. Si
uerò accipiatur ſecundum imperfectam
rationem, prout ſcilicet eſt ſolum exco
gitata intellectu artificis ſic habent
ideam. Patet enim in artifice creato:
qa excogitat aliquas operationes: quæ
nunquam operari intendit. In deo ue-
rò quicquid ipſe cognoſcit: eſt in eo
per modum excogitati: cum in ipſo nõ
differat cognoſcere actu, & habitu. Ip-
ſe enim nouit totam potentiam ſuam,
& quicquid poteſt. Vnde omnium quę
poteſt, habet rationes quaſi excogita-
tas. Hæc ille loco allegato.

## QVAESTIO. VI.

A VTRVM ideę in mente di
uina ſint practicè, uel ſpecu
latiuè. ¶ Pro articulo pri-
Arti. 1. mo ſupponuntur quæ in
Nota. 1 prologo dicta ſunt quæſt. x.
& xj. de notitia practica, & ſpeculati-
ua: de praxi, & ſpeculatione. ¶ Ex qui-
bus breuiter rememorandum, ꝙ practi-
cum, & ſpeculatiuum ſunt differentiæ
cognitionum adhæſiuarum: non appræ
henſiuarum: quoniã notitiæ appræhen-
ſiuæ: ut principia, concluſiones, ſunt ob
iecta ſpeculabilia, non ſpeculatiua. Et
obiecta notitiarum practicarum: nõ no-
titiæ: practicæ. Dicuntur tamen pra-
ctica, uel ſpeculatiua impropriè: quia
ſunt obiecta talium notitiarum. Et ita
dictum eſt in prologo, ꝙ principia, aut
concluſiones ſunt practicè, uel ſpecu-
2 latiuè. ¶ Secundò rememoranda eſt
differentia inter praxim, & notitiam,
& practicam: inter ſpeculationem, &
notitiam ſpeculatiuam. Vnde licet
nulla notitia practica ſit ſpeculatiua,
nec econuerſo: tamen aliqua praxis eſt
ſpeculatio. Et omnis ſpeculatio intel-
lectus noſtri poteſt eſſe praxis: quia po
teſt eſſe imperata: & ſecundum uolun
tatis imperium liberè elicita: licet non
omnis ſit praxis ut illa, quæ pręuenit
actum uoluntatis. ¶ Tertiò notan- 3
dum: quòd quia practicum, & ſpecu-
latiuum ſunt differentiæ cognitionum
adhæſiuarum, & non quorumcunque
obiectorum. Ideæ autem ſunt obie-
cta cognita: ut uiſum eſt ſupra quæ-
ſtione pręcedenti: ſequitur, quòd ideę
nec ſunt practicæ, nec ſpeculatiuæ, &
ita quæſtio nulla eſt, ut ſonat in uerbis.
Sed ſic poſſet moueri: utrum ſcientia
dei reſpectu factibilium ſit practica, uel
ſpeculatiua. ¶ Pro reſponſione ita- B
que ad hanc quæſtionem, dimiſſa opi.
Scoti. diſtinctio. xxxviij. tenentis,
quòd ſcientia dei non eſt practica: quã
docto. impugnat ut inſufficientem.
Notandum, quòd licet uolitio diuina
( quę eſt realiter diuina eſſentia, )
non ſit praxis: quia non eſt actus
in poteſtate uoluntatis: tamen in
poteſtate diuinæ uoluntatis eſt produ-
cere contingenter creaturas. Et om-
nia alia a ſe facere circa creaturas eſt
in poteſtate diuinæ uoluntatis: ut crea-
re, conſeruare punire, premiare &c.
Ex quo patet, quòd licet in nobis actus
uoluntatis elicitus eſt primò praxis: nul
lus alius actus noſter dici poteſt praxis:
niſi mediante actu uoluntatis elicito,
non tamen ſic eſt in deo. Nam crea-
tio, conſeruatio, remuneratio &c.
ſunt ita uerè praxes diuinæ: ſicut ędi
ficatio domus eſt praxis humana. Ta-
lès enim actus ſunt contingenter im-
peratis uoluntate diuina licet uolitio
diuina ſiue uelle diuinum ( quod eſt
ipſamet uoluntas) non ſit praxis. Vn-
de quod dictum eſt in prologo, quòd
actus uoluntatis elicitus eſt primò pra-
xis: dictum eſt de actu uoluntatis eli-
cito, in ipſa uoluntate recepto, & in
eius poteſtate conſtituto: qualis non
eſt in deo. Ibi enim ſolum agebatur
de uoluntate noſtra, quæ habet pri-
mum actum in poteſtate ſua, quem etiã
contingenter elicit. Non enim ibi fa
cta eſt mentio aliqua de deo, aut ſcien Arti. 2.
tia diuina. ¶ Pro articulo ſecundo eſt Cõcl. 1.
concluſio prima. Ideę in mente diuina C



nec ſunt practicæ, nec ſpeculatiuæ pro
priè loquendo. Patet: quia ideæ ſunt
obiecta cognita: practicum, autem &
ſpeculatiuum ſunt differentiæ notitia-
rum non obiectorum. Quomodo au-
tem ideæ cum ſint creaturæ cognitæ
ſunt in deo: dictum eſt. quæſtio. pręce-
denti. Non ſimpliciter, ſed obiectiuè,
Cõcl. 2. ideſt intelliguntur a deo. ¶ Concluſio
ſecunda. Notitia agendorum in mente
diuina per ideas tanquam per obiecta
cognita eſt practica. Patet: quia eſt no
titia directiua praxis: operationis ſcili-
cet exterioris. Cum enim operatio ex
terior ſit uerè praxis: quia a uoluntate
imperata: ideo notitia ſibi correſpon-
dens eſt uerè practica: non tantum di-
ctatiua: ſed oſtenſiua. Operatio enim
exterior diuina fit conformiter ad ra-
tionem rectam, ut ſit recta. Nunquam
enim diuina retributio eſſet recta, & iu
ſta: niſi ratio diuina, quæ ſemper eſt re-
Cõcl 3. cta hoc dictaret, uel oſtenderet. ¶ Con-
cluſio tertia. Ideæ in mente diuina ſunt
practicè, ad hunc intellectum: notitia
agendorum per ideas eſt practica. Pa-
Arti. 3. tet ex concluſione ſecunda. ¶ Quan-
Dub. 1. tum ad articulum tertium, eſt primum
D dubium: quia dictum eſt, ꝙ creatio, retri
butio &c. ſunt praxes diuinę, quę res
eſt illa praxis, aut deus, an creatura. Si
deus: tunc uolitio diuina eſt uerè praxis:
quod negatum eſt. Si creatura: ergo
quęlibet, & ſic aſinus eſt praxis diuina.
Reſponſio, eadem reſponſio eſt de pra
xi, & creatione. Quid autem ſit crea-
tio. ſupra dictum eſt. quæſt. iij. prologi.
Item quæſt. j. diſtin. iij. Item in. ij. diſt.
j. quæſtio. j. ꝙ abſtracta connotatiua nõ
ſupponunt pro re una, ſed pro omnibus,
quę important, & de nullo prædicãtur,
ſicut nomina collectiua: ſed concreta
ſupponunt pro re una ideo magis pro-
priè dicitur, ꝙ creans eſt res aliqua, q̃
creatio ¶ Poteſt etiam dici, quia quæli
bet creatura eſt effectus contingenter
a uoluntate diuina productus: ideo quę
libet creatura eſt praxis diuina: nec hoc
eſt magis inconueniens de aſino, quàm
de angelo. Difficultas hæc conſiſtit in
quid nominis terminorum. Cætera pa
tent in prologo. quęſt. x. & xj. ¶ Secun Dub. 2.
dum dubium eſt contra concluſionem E
primam. Omnis cognitio eſt practica,
uel ſpeculatiua: idea importat cognitio
nem: ergo. Vel ſic. Practicum, & ſpecu
latiuum ſunt differentiæ, cognitionum:
& idea importat cognitionem: ergo
conueniunt ideis. tenet conſequentia:
quia quando aliqua ſunt differentiæ ali
quorum: ubicunque ſunt illa, ibi & dif-
ferentiæ, ſicut intellectiuum, ſenſitiuũ,
ſunt primò differentiæ animarum: ubi-
cunque autem fuerit anima: ibi & diffe
rentiæ illæ. ſ. in homine, & aſino. Item
conceſſo, ꝙ ideæ non ſint practicę, nec
ſpeculatiuæ: nihilominus ſcientia, ſiue
ars diuina, quæ per ideas producit idea-
ta: eſt practica, uel ſpeculatiua: ergo &c.
¶ Reſponſio ad primum: negetur diſcur
ſus: quia malè ſubſumitur: cum plus ſit
prędicatum minoris, quàm ſubiectum
diſtributionis in maiori. Et cum aliter
aſſumitur, negetur iterum conſequẽtia.
Ad probationem, negetur aſſumptum ſi
cut ponitur: ita ꝙ differentiæ aliquorũ
conueniant omnibus, quibus conue-
niunt illæ differentiæ: nam inten-
ſum, & remiſſum ſunt differentiæ co-
gnitionum, & tamen non conueniunt
animę in qua eſt ſcientia. Nec eſt ſimi
le, quod adducitur: quia anima eſt intrin
ſeca homini, & aſino, non ſic cognitio
ideæ. ¶ Ad ſecundum conceditur: quia
ars diuina qua deus per ideas producit ẽ
practica. Et negetur, ꝙ reſponſio non
ſit pertinens: quia directè rñdet ad quęſi
tum: nec oportet concluſionem ad oĩa
rñdere: ad quę poſſet quęſtio per ſermo
nis improprietatem trahi. ¶ Dubiũ ter Dub. 3.
tium. Aut notitia idearum eſt practica: F
uel ſpeculatiua: nullum illorum: ergo.
Quòd non ſpeculatiua: quia eſt ars ſecũ
dũ rõnẽ rectã factiua: ergo practica. Aſ
ſumptum patet: quia eſt ars factiua. Et
nõ cõtra nec p̃ter rationẽ rectã: ergo
ſecundum eam. Nec practica. tamen
quia nõ habet praxim pro obiecto: er-
go. Conſequentia nota. Aſſumptum
probatur: quia nulla operatio proce-
dens liberè a uoluntate eſt praxis,
niſi uolitio ſit praxis: ſed uolitio diui-

na non eſt praxis: quia non in poteſtate uoluntatis: quia eſt met uoluntas: ergo. Tum quia notitia practica eſt directiua uoluntatis in operando: ſed uoluntas diuina non dirigitur: quia eſſentia eſt recta, & prima regula, atque cauſa omniū motionum corporalium, & ſpiritualiū: ut dicit Auguſt. iij. de trin. c. iiij. ¶ Solutio. Notitia artis diuinę eſt practica. Ad improbationē dicitur, ꝙ habet praxim pro obiecto: non uolitionem diuinam: ſed operationem ad extra, productionem, remunerationem &c. Ad improbationem, nulla operatio procedēs &c. negetur: licet uerum ſit in nobis. Vnde operatio procedens liberè a uoluntate eſt practica. Ad aliam probationem dicitur: licet uoluntas diuina non indigeat directiua notitia, quaſi potens errare: tamen eſt coniuncta rectæ rationi, & ei conformis. Et hoc ſufficit ad hoc, ꝙ opus eius ſit praxis, & notitia dictās, uel oſtendens operationem ipſam ſit practica. Sufficit enim, ꝙ habeat praxim pro obiecto.

## DISTINCTIO. XXXVI.

EGIT de ſcientia dei in genere quoad ſe. Nunc de eadem cōparatiuè ad ſcita. Et primò ut res ſcitas in ſe continet obiectiuè. Secūdò ut eas inhabitat ſanctificatiuè diſt. in. ſequenti. ¶ Cōcluſio prima textus hæc eſt. Licet omnia ſint in dei cognitione: non tamen conceditur omnia eſſe in dei eſſentia: ne creaturæ intelligantur eſſe eiuſdem eſſentiæ, cum deo. ¶ Vbi nota, ꝙ omnia dicuntur eſſe in deo obiectiuè uirtualiter, & eminenter. Obiectiuè: quia ſunt obiecta cognita. Virtualiter: quia ſunt effectus producti. Eminēter: quia ſunt minus perfecti. ¶ Secunda concl. Licet mala ſunt a deo cognita: non tñ ſecundum magiſtrū dicuntur eſſe in deo: quia non ſunt cognita approbationis notitia. ¶ Tertia concl. Si eſſe in deo obiectiuè dicit ſolū cognoſci à deo: mala ſunt in deo obiectiuè, non autem uirtualiter, nec eminenter, ſaltem ſecundum rationem mali. Vide latius in textu.

## QVAESTIO. unica.

A Vtrū perfectiones creaturæ, in deo cōtentę ab æterno diſtinguātur inter ſe realiter.

VTRVM perfectiones creaturarum in deo contentæ ab æterno diſtinguantur inter ſe realiter, & a diuina eſſentia. ¶ In iſta diſtinctione doct. primum recitat opin. communem, tenentem, ꝙ perfectiones creaturarum continentur in deo perfectionaliter, & eminenter: exemplariter & intelligibiliter, uirtualiter, & cauſaliter. Sed dictum hoc a diuerſis multipliciter exponitur. Vnde dicunt quidam perfectiones creaturarum ſecundum ꝙ continentur in deo ꝑfectionaliter, & ſecundum eſſe intelligibile: nō diſtinguuntur a diuina eſſentia: nec inter ſe: ſed prout continentur uirtualiter in deo: diſtinguūtur inter ſe, & a deo ſecundum perfectionem contentam: ſed ſecundum perfectionem dei cōtinentis, nō diſtinguuntur inter ſe, nec a deo. ¶ Iſti pro ſe allegant illud Ioan. j Quod factum eſt in ipſo uita erat. non autem uita creaturæ: ſed uita diuina. Item Exod. xxxiij. dicitur moyſi petēti uidere deum. Ego oſtendam tibi omne bonū. ſed oſtendendo ſeipſum, nō oſtenderet ſibi dñs omne bonum, niſi ipſe eſſet omnis boni plenitudo. Item Diony. in de diui. no. c. v. hoc nititur oſtendere uarijs exemplis. & c. j. dicit. Deus eſt uiuentium uitá: ſubſtantiarū ſubſtantia: uitæ omnis, ac ſubſtantiæ initium, & cauſa. Anſ. etiam uult, ꝙ creatura in deo non eſt niſi creatrix eſſentia. Aug. etiā ſuper Io homil. iij. & in de uerbis dñi ſermo. iiij. dicit. Quæ hic uaria quæris: ipſe tibi unus omnia erit. Ratione etiā probant intentum: præſertim de eſſe intelligibili, ſiue cognito. Nam omnis entitas poſitiua non dependens ab anima eſt entitas realis. Eſſe repræſentatū eſt entitas poſitiua, & non dependet ab anima:



anima: quia ſpecies repręſentaret etiā, ſi nulla anima eſſet: ergo eſſe repræſentatum eſt entitas realis, & nō niſi deus: cum nihil reale a deo ſit æternum. ¶ Itē quicquid neceſſitate naturali ſequitur neceſſariò entitatem realem: eſt entitas realis: ſed ad formam repræſentantem neceſſitate naturali ſequitur eſſe reprę ſentatum, & ad cognitionem eſſe cognitum: ergo. Plura alia ſolent adduci,

B quę tangit docto. in ſcripto. ¶ Sed illa opi. uidetur nimis extranea, & ad eam ſequuntur multæ abuſiuę locutiones: uidelicet, ꝙ eſſe creabile creaturæ ſit deus, & eſſe poſſibile creaturæ ſit idem realiter cum deo: & per conſequens poſſibile eſſe creaturæ eſſet neceſſe eſſe: ſimiliter eſſe dealbabile corporis eēt deus & eſſe damnabile dęmonis eſſet deus. Et breuiter de quolibet cōplexo ex infinitiuo eſſe, & paſſione: quod neceſſariò prædicatur de aliquo: uerè diceretur eſſe deum. Probatur rationibus eorum: quia eſſe creabile: eſſe damnabile: eſt entitas poſitiua, ſicut eſſe intelligibile, & non dependet ab anima: quia deus poteſt creare, & damnare ſi nulla anima eſſet: ſaltem deus nō creat, uel damnat per actum alicuius animæ: ergo eſt entitas realis, & nō creatura: quia ab ęterno eſt eſſe creabile &c. ergo deus. Similiter eſſe creabile: eſſe damnabile &c. neceſſitate naturali ſequitur entitatē realem, ſcilicet deum creatiuum: deum dānatiuum. Neceſſariò enim ſequitur. Deus eſt creatiuus: ergo creatura eſt creabilis, & ſic de alijs. Ideo modus ille loquendi alijs non placet. Quare alij

C aliter dicunt: ſecundum quos reſpondendum eſt ad quæſtionem. ¶ Tres articuli erunt in quæſtione illa. Primus, quomodo perfectiones creaturarum cōtinentur in deo. Secundus, quomodo diſtinguuntur ab æterno. Tertius, quædam principia pręambula ponet pro argumentorum ſolutione. ¶ Quantum

Art. 1. Nota. ad articulum primum notandum: ꝙ perfectio creaturæ (ſaltem eſſentialis, & non partialis) non diſtinguitur a creatura. Poſſet hoc probari: quia cum quęlibet creatura ſit perfecta ſaltem in ſuo genere: ſecundum illud Gen. j. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. eſſet proceſſus in infinitum: niſi daretur aliqua creatura, quę eſſet perfecta non per aliquid ſuperadditum. Et qua ratione una eadem ratione quęlibet alia. ¶ Dicitur notanter eſſentialis, & nō partialis: quia uirtus eſt perfectio hominis accidentalis, & forma ſubſtantialis eſt perfectio hominis eſſentialis, & tñ diſtinguitur ab homine. ¶ Ex illo ſequitur: ꝙ idem eſt dicere perfectionem creaturarum contineri in deo, & creaturam contineri in deo. ¶ Concluſio prima. Sicut non creaturæ, ita nec creaturarum perfectiones continentur in deo formaliter, ſubiectiuè, & eſſentialiter. Oppoſitum huius argueret multiplicitatem, & deſtrueret ſimplicitatem dei. ¶ Secunda concluſio. Creaturę, & earum perfectiones cōtinentur in deo obiectiuè uirtualiter, & eminenter. Patet terminis declaratis. Nam contineri obiectiuè in deo, eſt eſſe obiectum diuinę cognitionis: quod nihil aliud eſt, quàm cognoſci a deo. Sic lapis eſt in deo: non ꝙ ſit deus: ſed ꝙ cognoſcitur a deo. Et ita ſi uſitatum eſſet: concedi poſſet, ꝙ albedo in pariete eſſet, ſeu cōtineretur in oculo: quia uidetur ab oculo. ¶ Contineri in deo uirtualiter, eſt contineri in deo ſicut effectus producibilis continetur in ſua cauſa: quod eſt produci, uel poſſe produci a deo. Et ſic lapis productus, uel producibilis a deo, cui repugnat eſſe deum: eſt uirtualiter in deo. Contineri in deo eminenter, eſt deum eſſe perfectiorem eo, quod cōtinetur. Illo modo nihil, quod eſt formaliter. & ſubiectiuè in deo: continetur in deo: ſed tantum creaturę imperfectiores deo. ¶ Ex illo ſequitur: ꝙ nihil poteſt contineri in deo uirtualiter, uel eminenter: niſi id, quod nō eſt deus: aliquod tamen contentum obiectiuè in deo eſt deus: ut diuina eſſentia relationes, & perſonę. ¶ Ex illis ſequitur cōcluſio tertia. Nihil quod continetur in deo uirtualiter, uel eminenter: eſt idem deo realiter. Patet: quia deus non eſt cauſa ſui: nec ſe perfectior. ¶ Ex illo pa

Cōcl. 1 · Cōcl. 2. · D · Cōcl. 3.

ter,quid importat eſſe in, cum ſancti di
cunt omnia eſſe in deo: quia ualet tan-
tum.i.cognoſci:uel eſſe producibile:uel
eſſe imperfectius. Et ita ſæpius tantum
ualet eſſe in,ſicut eſſe ab. Et ita idem ſi
gnificatur p illa tria apoſtoli: ex ipſo,p
ipſum,& in ipſo ſunt omnia.i. ab eo ut
patet clarè in textu diſt. xxxv. & pñti.
Arti.2. ¶ Quantum ad articulum ſecundũ quin
Cõcl.1. que ponuntur cõcluſiones. Prima. Per
E fectiones creaturarum nunquã fuerunt
idem realiter cum deo. Patet ex præmiſ
ſis. Nihil quod continetur uirtualiter,
aut eminenter in deo:eſt idem deo:crea
turæ continentur &c. ergo Maior, &
minor patent ex præcedenti art. Aliter
probatur:quicquid poteſt eſſe non idẽ
realiter cum aliquo: nunquam eſt idem
realiter cum illo:quia impoſſibile eſt,ꝙ
aliquid fiat aliud a ſe : ſed perfectiones
creaturę extra productę non ſunt idem
realiter cum deo : ergo nunquam ſunt
idem realiter cum deo. ¶ Secunda con
Cõcl.2. cluſio. Perfectiones creaturarum non
diſtinguebãtur ab ęterno realiter a deo.
Patet:quia quod non eſt aliquid reale :
a nullo diſtinguitur realiter: ſed creatu
ræ non fuerunt ab æterno aliquid rea-
Cõcl 3. liter:ergo. ¶ Tertia concluſio. Perfe-
ctiones creaturarum non diſtingueban
tur realiter inter ſe ab ęterno. Patet:
Cõcl.4. quia non fuerunt ab æterno. ¶ Quarta
concluſio. Perfectiones differentiarum
creaturarum nunquam fuerunt idem in
ter ſe realiter. Probatur:quia quæcun-
que pro quocunque inſtanti poſſunt di-
ſtingui realiter:nunquam ſunt idem rea
liter : ſed perfectiones creaturarum qñ
producuntur extra a deo diſtinguũtur
Cõcl.5. realiter: ergo. ¶ Quinta concluſio,&
reſponſalis ad quæſtionem. Perfectio-
nes creaturarum contentæ in deo non
diſtinguebantur ab æterno realiter:nec
a deo:nec inter ſe:nec unquam fuerunt
idem realiter cum deo,nec inter ſe. Pa
Arti.3. tet ex præmiſſis. ¶ Quantum ad arti-
F culum tertium notandum:quòd eſſe ca
Eſſe ca- pitur tripliciter. Vno modo ſyncathe-
pitur tri gorematicè : ut eſt actus complexus
pliciter. uniens extrema. Alio modo cathego-
rematicè,& hoc dupliciter. Primo mo-
do ut ſignificat eſſe exiſtentię.i. rem a-
ctualiter exiſtentem. Alio modo ut ſi-
gnificat eſſe poſſibile,ut.ſ.conuertitur
cum ente,cui nõ repugnat eſſe in rerũ
natura : licet ſic non uſitatè accipitur.
¶ Item eſſe quandoque conſtruitur cũ
genitiuo ut eſſe creaturæ, & ſic capitur
ſemper cathegorematicè pro eſſe exiſte
re,uel poſſibile, ideſt quod poteſt eſſe.
Qñque conſtruitur cum accuſatiuo ſe-
quente,& tunc requirit actum proſup-
poſito,quæ ſi non ponitur ſubintelligi-
tur,ut eſſe animal:ſubintelligitur al qđ
eſſe animal:homo uel aſinus. Et ſi poni
tur reſpectu modi uerum,poſſibile,ne-
ceſſarium &c.propoſitio erit diſtinguẽ
da ſecundum compoſitionem, & diui-
ſionem. In ſenſu compoſito eſt ſemper
pars dicti: quod accipitur materialiter.
Et eſt uniformiter dicendum, ac ſi eſſet
uerbum adiectiuum:ut ſi dicerem Ioan
nem eſſe animal eſt neceſſarium. Simili
ter dicendum ſicut de illa:hominem ui
uere eſt neceſſarium:ſi tñ ei additur ac-
cuſatiuus adiectiualis,& propoſitio ac-
cipitur in ſenſu diuiſo : tunc eſſe habet
ſe ut determinabile , & adiectiuum ut
determinatio : ut eſſe album poteſt eſſe
homo:tunc ad ueritatem eius requiri-
tur idem,quod ad ueritatem illius: exi-
ſtens album poteſt eſſe homo. Item qñ
aliquid eſſe a, ſequitur aliud prędicatũ
mediante eſt : tunc aliquid eſſe a capi-
tur materialiter: ut Petrum eſſe homi-
nem eſt deus. ualet hæc propoſitio ali-
quid eſt homo:eſt deus. Secus ſi nõ præ
cedit accuſatiuus:quia tunc eſſe non po
teſt eſſe pars dicti:nec unit extrema:er
go dicit eſſe exiſtere,uel poſſibile. ¶ Ex G
quo patet, ꝙ in iſta eſſe repręſentatum
creaturę eſt idem cum deo. ly eſſe dicit
eſſe exiſtere. Et quia additur adiecti-
uum, ſcilicet repræſentatum ipſum de-
terminans:ad eius ueritatem requiritur
ueritas harum trium ſecundum doctor.
diſt.v.q.j.ſ. eſſe creaturæ eſt repręſenta
tum:eſſe creaturæ eſt idem cum deo, &
repræſentatum eſt idem cum deo. Et
quia illa eſt falſa,eſſe creaturæ eſt idem
cum deo:illa erit falſa. Eſſe repręſenta-
tum eſt idẽ cũ deo ab ęterno: tum quia



non fuit ab ęterno, & ita nõ fuit deus
ab ęterno:tum quia eſſe exiſtere creatu
rę,uel eſt creatura ipſa : uel aliquid in
creatura : & neutrum illorum eſt deus.
H ¶ Patet etiam ꝙ eſſe repręſentatum,&
repręſentatum,ſimiliter eſſe cognitum,
& cognitum idem ſunt. Nec eſſe intelli
gibile eſt aliud quàm res intelligibilis :
neq; per hoc,ꝙ res intelligitur rei ali-
quod eſſe diminutum acquiritur : ſicut
nec colori in pariete per hoc, ꝙ ab ocu
lo uidetur. Sicut ergo ad hoc, ꝙ cogni-
tio eſt uel cognoſcens,aut repræſentãs
non ſequitur, ꝙ repręſentatum eſt , uel
cognitum:ita nec ſequitur, ꝙ eſſe co-
gnitum eſt:neq; eſſe cognitum conue-
nit creaturę ab æterno : licet creatura
cognoſcatur ab æterno. Et ſi dicitur eſ
ſe cognitum ab ęterno, uel eſt aliquid,
uel nihil. Si aliquid,& nõ creatura, quæ
non eſt ab ęterno:ergo deus. Si nihil:er
go deus nihil aliud a ſe intelligit ab ęter
no. Dicitur,ꝙ argumẽtum nihil ualet:
quia arguo a ſimili deus ab ęterno co-
gnouit creaturam ſecundum eſſe pro
prium ab ęterno eſt aliquid , uel nihil.
Si aliquid , & nihil niſi deus eſt ab æ-
terno:ergo creatura ſecundum eſſe pro
prium eſt deus. Si nihil: ergo ab ęterno
nihil a ſe cognouit deus. Vnde ad argu
mentum dicitur,ꝙ eſſe cognitum ab ę-
terno,nec eſt aliquid,nec eſt nihil. Nec
illa diuiſio eſt immediata: quia non exi
ſtens:ut Adam,uel Antichriſtus nec eſt
aliquid,nec eſt nihil:quia nihil ſequens
copulam includit negationẽ infinitan-
tem Nunc autem de termino non ſup
ponente negatur tam terminus finitus,
quàm eius infinitus : ſed eſſe cognitum
nihil eſt ab ęterno.i.non eſt aliquid ab
ęterno. Et cum infertur:ergo deus ni-
hil a ſe intellexit ab ęterno. Non ſe-
quitur:quia ibi nihil ampliatur. Et ualet,
nihil quod eſt, uel erit, uel poteſt eſſe ,
uel imaginari,intellexit. Non ergo ſe
quitur. Intellectum nihil eſt. ergo ni-
hil eſt intellectum; quia arguitur a non
amplo ad amplum negatiuè, ſiue cum di
ſtributione ampli, quę conſequẽtia nõ
ualet de forma. Et illa ſolutio eſt faci-
lior,quàm ſoluere per diſtinctionem hu
ius termini nihil; quomodo auctor po-
nit,quia ſicut uerba ſonant;illa non eſt
uera. Angelus ab ęterno fuit nihil;quia
ualet tñ,ab æterno fuit ens , quod nõ
fuit ens. Item eſt affirmatiua, cuius prę
dicatum.ſ.nihil nõ ſupponit; ſed auctor
per eam intelligit negatiuam.ſ.illam.
Angelus ab ęterno nihil fuit.i.non fuit
aliquid ab ęterno, & iſta eſt uera. ¶ Itẽ Nota.
notandum:ꝙ ſancti ſępe loquuntur me
taphoricè:quę locutiones non ſunt in-
telligendæ ſecundum proprietatem uer
borum, ut cũ deus dicitur uitis, agnus,
leo,lapis &c. ſecundum Aug. ſic etiam
Anſel. cum dicit. Creatura in deo eſt
creatrix eſſentia: capit creaturã in deo
pro cauſa productiua creaturæ , & iſta
eſt eſſentia creatrix omnium : ſic deus
eſt uita uiuentium:omnis boni plenitu
do,omnia in oĩbus cauſaliter. Et his pa
tet multorum argumentorum ſolutio,
& multarum auctoritatum pia,& catho K
lica expoſitio.¶ Per hoc ad auctorita-
tes,quas opi.illa pro ſe adducit,quarum
aliquæ tactæ ſunt diſt.prçcedenti.q.ult.
& nunc aliquę habentur in doct. Ad au
ctoritatem Ioã.j.dicitur. Quod factum
eſt in ipſo uita erat.i.cauſa productiua,
& cognitiua rei factæ ad extra: ẽ in deo
intranſitiuè,& eſt diuina eſſentia. Iſta
ergo ſcientia dei,qua nouit omne pro-
ducibile productum, & eſt eſſentia diui
na eſt uita dei. ¶ Itaque quæ facta ſunt,
non uiuunt formaliter in deo: ſed ſunt
in dei cognitione, & recipiunt uitam ef
fectiuè a deo. Hoc probat doct. multis
auctoritatibus. ¶ Sic omnia ſunt in deo
intelligibiliter. ideſt cognita a deo, ſiue
producibilia ab eo. Item quæ hic ua-
riè quæris : ipſe tibi omnia erit . ue-
rum eſt cauſaliter : quia eſt cauſa om-
nium , & continet eminenter perfectio
nes omnium. Item oſtendam tibi om
ne bonum.i.cauſam omnis boni:uel lar
gitorem omnis boni:effectorem oĩs bo
ni. Item ego ero oĩa, quęcunq; ab ho-
minibus honeſtè deſiderantur.i ſine me
nihil habet homo. A me eſt oẽ bonum
effectiuè , & cauſaliter.¶ Item unitiuè
omnia cõtinẽtur in deo: qꝛ deus ẽ prin
cipium effectiuũ oĩum,aut ſua perfectio

eminenter tranſcēdit perfectiones omnium. Item numeri ſunt in monade nō realiter: ſed ut in principio omnis numeri. Monas enim.i.unum, eſt principium omnis numeri. Item creaturæ ſunt in deo non realiter, nec eſſentialiter: ſed cauſaliter, intelligibiliter, & cognitiuè. ¶ Item lineę uniuntur in centro non realiter: ſed quia centrum eſt terminus, uel principium earum. ¶ Item deus eſt uita uiuentiū cauſaliter, & effectiuè. ¶ Ad Anſel. dicitur ꝙ ipſe, & cęteri ſancti ſępe loquuntur metaphoricè. Non ſine cauſa: unde cum inquit. Creatura in deo eſt creatrix eſſentia: illa de rigore eſt falſa: ſed hoc complexum, creatura in deo, ualet cauſa productiua creaturę, quæ eſt in deo: eſt creatrix eſſentia. Vtuntur autem ſancti huiuſmodi metaphorica locutione, ut homines qn̄que ad dei laudem alliciant: utq; in nullo alio a deo quærant delectationem, conſolationem, & auxilium, q̄ ſolus eſt cauſa fontalis omnium delectabilium, utilium, a quo omnia ſunt expectanda; qm̄ ipſe immediatè (& nullo alio ſi placet concurrente) omnia poteſt, quę deſiderari honeſtè ualent tribuere. Ideo dicit ubi ſupra Aug. In creatura deeſt, quod laudamus: in creatore nihil deeſſe poteſt; laudent ergo creatorem: totum ibi eſt (ſcilicet cauſaliter) quod ex partibus ſingulis inuenitur.

## DISTINCTIO. XXXVII.

SENTENTIA huius diſtinctionis trib⁹ poteſt ſummari concluſionibus. ¶ Prima cōcluſio. Licet deus ſit in omnibus rebus principaliter, potentialiter, & eſſentialiter: in ſanctis tamē habitat excellentius per gratiam adoptionis. In homine Chriſto excellentiſſimè per gratiam unionis. ¶ Secunda concluſio. Deus eſt ubique ſine ſui mutatione: in omni materia ſine ſui diffinitione, in omni loco ſine ſui circumſcriptione, & in omni tempore ſine mutabilitate, & uiciſſitudine. ¶ Tertia concl. Deus cū ſit ubiq;: tn̄ penitus eſt illocalis, incircumſcriptibilis, intēporalis, qui in ſeipſo ſemper eſt: etiam dū creatura non eſt. Declaratio patet ex textu.

## QVAESTIO.
### unica.

VTRVM eſſe ubiq;, & in oibus rebus per eſſentiā, pręſentiam, potentiā, ſit proprium ſoli deo. ¶ Prout conſuetū eſt tres erunt quęſtionis articuli. Quoad primum, notandū, ꝙ concluſio eſt certa apud theologos. ſ. ꝙ propriū eſt ſoli deo eſſe in oibus rebus exiſtētibus, & poſſibilibus, ſi ponātur p eſſentiam, pręſentiam, & potentiā. Sed eſt una difficultas ſpecialis: an ex hoc, ꝙ deus ē in oibus rebus per potentiā (ita. ſ. ꝙ eſt cā immediata oīm rerum) ſequatur ipſum ubiq; eſſe per eſſentiā. ¶ Secundò notādum: ꝙ magiſter ex ſanctorum auctoritatibus colligit triplicem dei in creaturis exiſtentiā: q̄dam eſt gn̄alis: alia ſpecialis: tertia ſingularis. Generali inexiſtentia oēs creaturas conſeruat. Speciali aſſiſtentia animas ſanctas inhabitat. Singulari pręſentia naturā humanā aſſumens in unitatē ſuppoſiti ſibi copulat: de iſta aūt in iij. lib dicēdum erit. De ſecunda uerò dictum eſt. ſupra diſ. xix. De prima mō erit ſermo. ¶ Tertiò notandum, ꝙ unum ineſſe alteri tripliciter cōtingit: per potentiā. ſ. p̄ſentiam, & eſſentiam. Per potentiā res ineſt alteri, quā habet ſuæ ſubiectam potentię: quo mō ēt in corporalibus aliquid ineſſe poteſt alteri: ab eo tn̄ localiter diſtanti: ſicut: ſol per potentiā ſuā in iſtis inferioribus, & rex in regni ſui terris, & hominibus. Qui tn̄ modus loquendi apud philoſophos nō ſatis eſt uſitatus. Per p̄ſentiam aliqd dr̄ eſſe in alio dupliciter. Vno mō per pręſentiam cognitionis: quod. ſ. eſt ſufficiēter pręſens, ut cognoſcat aliud, uel cognoſcatur ab alio: quo mō obiectum dicitur eſſe in potentia cognitiua: qn̄ actualiter cognoſcitur, licet ab eo realiter diſtet. Secundò per p̄ntiam indiſtantiæ: qn̄. ſ. unum non diſtat localiter

A
Arti. 1.
Nota. 1
Not. 2.
Nota. 3
B





ab alio. Et iſto modo locus dicitur eſſe in locato, & econuerſo locatum in loco. Qui modus loquendi ſatis uſitatus eſt apud philoſophos, quantum ad loca tum illo modo eſſe in loco: licet non econuerſo ſit ita frequentatus. Vnde nō nunquam terminus in aliquis ſecundū ſuum generale quid nominis conueniēs ęqualiter multis: tn̄ uſitatius attribuitur aliquibus ex illis, q̄ alijs. Sicut animal, uel eſſe animal, quamuis ęqualiter conuenit rationalibus, & brutis: tn̄ ſecundū cōmuniorem modum loquendi (maximè plebis) plus attribuitur brutis, q̄ hominibus, & ita in multis alijs. Sic etiam in propoſito. ¶ Sed eſſe in alio per eſſentiam eſt eſſe in aliquo, & non ab eo, neq; aliquo ſibi intrinſeco diſtare, quin ſit ubicunq; eſt ipſum: aut aliquid ipſi⁹. Et illo modo forma dicitur eſſe in materia per eſſentiam: quia ubicumque ē materia, uel pars materiæ: ibi ē forma. Illo modo locatū non eſt in loco: nec econuerſo: cum locatum ſecundum aliquid ſui diſtat ab aliquo ipſius loci, & econuerſo: ut ſatis patet. ¶ Veruntamen per eſſentiam quandoq; ualet tm̄. i. per ſe. Quo modo dicimus: ꝙ homo per eſſentiam eſt animal, & rationalis: quia hæc eſt neceſſaria, & per ſe: homo ē animal: uel etiam ualet tantū. i. immediatè: qūo anima dicitur per eſſentiam diſciplinabilis: quia eſſentia eius eſt illud, cui immediatè conuenit eſſe diſciplinabile: illis tn̄ modis non capitur in propoſito: ſed modo præexpoſito. ¶ Supponitur etiam ex textu: ꝙ aliquid tripliciter contingit eſſe in loco. ſ. commenſuratiuè ſiue circumſcriptiuè: cuius. ſ. partes cōmēſuratur partibus loci: quo modo corpus quantitatiuè eſt in loco. Secundo modo terminatiuè, ſiue diffinitiuè: qđ . ſ. eſt realiter ubi eſt locus: non natum ſimul eſſe alibi indifferenter: ſiue quod ſic certo loco terminatur, ꝙ exiſtēs in illo, non ſimul aptum natum eſſe in alio loco diſtanti ab illo. Dicitur notanter aptum natum: quia etſi corpus, uel ſpiritus per potentiā dei poſſit replicari in diuerſis locis: ut corpus Chriſti in ſacramento: hoc tn̄ non eſt ſecundū propriā aptitudinem: quia potentia ſupernaturalis non confert aptitudinem in natura. Hoc mō ſpiritus angelici, & animæ rōnales ſunt in loco. Et iſte modus eſt ſuperior ad primum. Tertiò mō repletiuè: quod. ſ. licet realiter ſit in certo loco per inſtantiam: non tn̄ terminatur illo loco: quin ſimul ſit in oi alio loco: etiā ſecundum propriam naturam. Quod altero primorum duorum modorum ē in loco, dicitur locale, & ſecundum locū mutabile: ſed non quod eſt in loco tertio mō. ¶ Quantum ad articulum ſecūdum eſt cōcluſio prima. Deus eſt in omnibus rebus per potentiam. Probatur concluſio: quia deus eſt cauſa omnium, ut nunc ſupponitur: ergo eſt in omnib⁹ potentialiter. Tenet conſequentia: qa hoc eſt eſſe in alio per potentiam: poſſe producere, uel conſeruare, ſiue agere in aliud, ut patet ex notabili tertio. ¶ Secunda concluſio. Deus eſt in omnibus per præſentiam, utroq; modo præexpoſito. Patet: nam ipſe diſtinctè noſcit omnia, ut ſupra dictum eſt. diſt. xxxv. Etiā a nullo diſtat. Quod probatur ratione Aug. in litera: uel. n. nulli rei præſens eſt illo mō, uel alicui, & alicui non: uel omnibus. Non primum: quia nulla res exiſtens eſt dabilis, q̄ nuſquā eſt, & ab omni alia re diſtet. Nec ſecundum: quia ſi alicui rei præſens eſt & non alteri: quæritur, an ſit finitus ad illam: uel non. Non primum: cum ſit illimitatus, & infinitus: & ita non determinabilis ad quamcūq; rem. Si ſecundum, ergo poteſt eſſe etiā alteri exiſtenti præſens cui modo non eſt pręſens, & tunc poſſet mutari de loco ad locū: quod eſt impoſſibile. ¶ Tertia concluſio. Deus eſt ubiq;, & in omnibus per ſuam eſſentiam. Probatur: qa ſic omnibus ē præſens, ꝙ a nullo diſtat ut dictū eſt: pp quod dr̄ Hier. xxiij. Cęlum, & terram ego impleo. Eſt etiā illa concluſio fide credita: ut multis auctoritatibus deducit magiſter. ¶ Quarta cōcluſio. Deus eſt in oi loco repletiuè, nō localiter, nec diffinitiuè, uel cōmenſuratiuè, aut mobiliter. Patet: quia nullo loco abeſſe pōt: nec aliquo terminari, uel circūſcribi, & per conſequens eſt in

C
Aliquid tripliciter & cōtingit eſſe in loco.
Arti. 2.
Cōcl. 1.
D
Cōcl. 2.
Cōcl. 3.
Cōcl. 4.

loco repletiué,& nõ localiter:neq; mo
biliter : quod.n.moueri poteſt ad locũ,
uel de loco:alicui loco deeſſe põt. ¶ Ve
rum licet cõcluſio certa ſit ex fide apud
theologos.ſ.ꝙ deus eſt ubique,ut habe
Arti. 3. tur ex ps. Quo ibo a ſpiritu tuo . ſunt
Dub. 1. tñ inter cæteras hę duæ difficultates ꝓ
E artic. tertio. Prima,an ex hoc, ꝙ deus
eſt in omnibus rebus per potentiam:ita
.ſ.ꝙ eſt cauſa immediata omnium rerũ,
ſequitur ipſum eſſe ubiq; per eſſentiam.
Et dicunt aliqui,ꝙ ſic: ut habet ſanctus
Tho.par. j.q.ix.art.iij. Qui inter cæte-
ra ait, ꝙ eſt in omnibus per eſſentiam ,
inquantum adeſt omnibus, ut cauſa eſ-
ſendi:quia probant auct.philo. q͂a opor
tet mouẽs,& motũ eſſe ſimul.vij. Phy.
Sed illud non uĩ uerum:nam non opor
tet uniuerſaliter oẽ mouens eſſe ſimul
cũ motu:nec in agẽtibus corporalibus:
nec agẽtibꝰ per intellectũ, & uolũtatẽ.
Probat.n. Ockam diſt. præſenti , ꝙ ſol
immediaté cauſat lumen in iſtis inferio
ribus:& etiam Sco. Similiter de agẽte
per intellectum uidetur ſatis manifeſtũ.
Si enim uelle meum eſſet rem produce
re:tunc ſicut manens Tubingę poſſum
rem aliquam uelle eſſe Stugardiæ : ita
poſſem eam producere. Et ita dato , ꝙ
deus non eſſet præſens per eſſentiam eſ
fectui:ſed ꝙ eſſet in uno loco determi-
nato in cęlo:adhuc poſſet in omnia in-
ferius producere,& cõſeruare ſicut mo
do. ¶ Ad philoſophum uerò.vij.Phy.di
citur,ꝙ loquitur de agente phyſico:qđ
agit per qualitates actiuas,& paſſiuas:&
quod agit per contactum productiuum
effectus eiuſdem rationis in termino,&
medio. Et de illo amplius patebit in ſe-
cundo. ¶ Hinc doctor ponit illam con
cluſionem. Non ideo præciſé deus eſt
in omnibus per eſſentiam:quia eſt cauſa
omnium:ſic intelligendo,ꝙ ſit conſe-
Dub. 2. quentia formalis:hoc agit in hoc:ergo
F hoc eſt in hoc,uel eſt præſens huic.¶ Se
cunda difficultas. An illud ſit propriũ
deo. Pro illo notandum,ꝙ eſſe in om-
nibus rebus creatis alijs a ſe, per poten
tiam,præſentiam & eſſentiam, duplici-
ter intelligitur alicui competere. Vno
modo ſimpliciter,ut uerba ſonant:quia
ſcilicet ipſum certo caſu poſito,uel per
certam potentiam eſt in omnibus &c.
uel q͂a eſſe in omnibus exiſtentibus &c.
neceſſariò ſequitur ad ſuum eſſe : ita ꝙ
repugnat ipſum eſſe,& non eſſe in om-
nibus exiſtentibus. Et e conuerſo,repu
gnat aliquid eſſe,in quo ipſum non eſt .
¶ Quo præmiſſo eſt concluſio iſta pri- Cõcl. 1.
ma. Eſſe in omnibus creatis per poten-
tiam, præſentiam,& eſſentiã primo mo
do non eſt proprium deo. Probatur:
quia hoc per potẽtiam diuinam poteſt
alicui creaturæ communicari. Nihil.n.
implicat aliquam intelligentiam con-
currere ad productionem, & conſerua-
tionem omnium creatorum,quibus co-
aſſiſtit: & ſolũ talia eſſe:quo poſito erit
in omnibus creatis exiſtentibus per po-
tentiam &c. ¶ Item deus poſſet replica
re corpus ad diuerſa ubi: & ſicut ad di-
uerſa ita ad omnia : ut diffuſe oſtendit
in lect. xlvi. in expoſitione canonis.
¶ Præterea ſi nihil eſſet in mundo niſi
ſolus homo:tũc eius anima eſt ubique.
Omnia denique ſunt ſibi ſubiecta puta
partes corporis : eſt etiam intimeꝰ præ-
ſens corpori. ¶ Secunda concluſio.
Eſſe in omnibus creatis per potẽtiam, Cõcl. 2.
eſſentiam, & præſentiam ſecundo mo-
do intelligendo, ſoli deo eſt proprium.
Patet manifeſté. quia nulla creatura ne
ceſſariò in omnibus alijs a ſe,& hoc mo
do locuti ſunt ſanctus Ambr. in litera,
& alij ſancti eum eſſe in omnibus modo
dicto ſoli deo appropriant. Sic etiã po-
teſt ſaluari dictum ſancti Tho.cum par.
j.q.viij. art. iiij. dicit. Eſſe ubique pri-
mò & per ſe propriũ ſoli deo. Tertiò du Dub. 3.
bitatur contra concluſionem ſecundã G
ſecundę difficultatis:quod conuenit ali Qđ cõ-
cui per eſſentiam, conuenit ſibi neceſſa uenit a-
riò,& ſemper : ſed eſſe in omnibus non licui per
conuenit deo neceſſario & ſemper : q͂a eſſentiã
non ante mundi cõſtitutionem. ¶ Item conue-
ſi ſic, deus eſſet in loco. Conſequens nit ſibi
falſum:quia ſicut ſe habet informabile neceſſa
qualitate ad id, quod habet qualitatem: riò,& ſẽ
ita ſe habet eſſe in loco ad id, quod ha per.
bet locum: ſed quod eſt informatũ qua
litate, neceſſariò eſt alterabile ſecundũ
illam qualitatem:ergo quod eſt in loco



neceſſariò eſt mobile ſecundum locum.
deus autem ſecundum locum mobilis
non eſt:ergo. Quòd etiam non ſit pro
prium deo probatur: quia conuenit uni
uerſali:uniuerſale enim eſt ubiq; per eſ-
ſentiam,& per conſequẽs etiam per po
tentiam eo modo, quo habet potentiã.
¶ Ad illa dicitur. Ad primum,ꝙ eſſe in
omnibus per eſſentiam non capitur pro
eſſe in omnibus neceſſariò , & ſemper :
non enim deus eſt in illis,quæ nõ ſunt:
& ita ante mundi conſtitutionem in
nulla creatura fuit: ſed capitur ut dictũ
eſt. ¶ Ad ſecũdum patet: quomodo eſt
in loco non mutabiliter,nec ſimilitudo
de qualitate adducta eſt conueniens:cũ
illud,quod habet qualitatem, recipit in
ſe inhæſiuė formam accidentalem a ſe
diſtinctam,per cuius receptionem alte
ratur. Quod uerò eſt in loco, nihil in
ſe recipit: & ſi poteſt non moueri a lo-
co ipſo manente (ſicut in propoſito)
non oportet ipſum eſſe mobile ſecundũ
locum:nihil autem recipiens in ſe qua-
litatem poteſt non perdere eam: cum
omnia diſtincta deus poteſt ſeparare.
¶ Ad tertium dicitur:ꝙ uniuerſale non
eſt ubiq; : nec hoc intẽdit philoſophus:
ſed uult. ꝙ de communi , quod eſt uni-
uerſale prædicatur eſſe ubicunq; prædi
catur de ſingulari contento ſub ipſo:q͂a
ubicunque eſt ſingularis homo , ibi eſt
homo:non tamen oportet,ꝙ hoc com
mune homo ſit ubique &c.

## DISTINCTIO.XXXVIII.

IN ſuperioribus actũ
eſt de ſcientia dei, ſe
cundum , ꝙ dicitur
eſſe in rebus cogni-
tis:hic de ea agitur,
prout ſe habet cau-
ſaliter ad eaſdem. Et
poteſt textus ſic ſummari concluſioni-
bus tribus. ¶ Prima. Res cognitæ futu
rę non ſunt cauſæ ſcientiæ,uel præſcien
tiæ dei Nec e conuerſo ſcientia,uel præ
ſcientia dei dici poſſunt effectuũ futu-
rorum cauſæ. Quod uerum eſt, ſi ſcien
tia tñ ad notitiam referatur. Si autem
ſcientia includit diſpoſitionem,& bene
placitum dei: dici poteſt cauſa illorum,
quę deus fecit:quia.n.deus uult rẽ eſſe,
res eſt:non autem quia ſcit rem eſſe res
eſt : quia etiam nouit non exiſtentia .
¶ Secunda concluſio. Licet deus neceſ
ſariò , & certitudinaliter omnia nouit,
res tñ aliter ſe habere poteſt, q̃ nouit :
quia poteſt deus rem noſſe aliter ſe ha-
bituram, q̃ ſe habebit: ſed ſi noſcit ali-
ter:aliter ſe habebit.¶ Tertia concl. Cũ
certitudine diuinæ ſciẽtię ſtat futurarũ
rerũ cõtingentia. Vide latius in textu.

## QVAESTIO.
### unica.

VTRVM deus habeat ſciẽ A
tiam determinatam, & ne- Vtrũ de
ceſſariam omnium futuro us habe
rum contingentium. ¶ Pri at ſcien
mum doct. recitat , & im- tiam de
pugnat opi. Sco. diſt.xxxix. de quo ui- termi -
de in doct. ſatis laté. ¶ In tribus princi natam.
palibus articulis ſtabit ſolutio huius quę
ſtionis. In articulo primo principali ui-
dendum eſt de quid nominis contingen
tię , cur aliquid dicitur contingens ad
utrumlibet,quid eſt uoluntatem contin
genter cauſare:quõ differunt contingẽ
ter uerum,& determinaté uerum : quõ
aliquid poteſt non eſſe pro inſtanti,pro
quo eſt,an ſit aliqua contingentia in re
bus. In ſecunda parte primi art. uidendũ
eſt,quõ, & unde contingat cõtingẽtia
in rebus. Articulus ſecundus reſpõdet
ad quęſitum.& explicat,quõ poſſit ſalua
ri certitudo,& infallibilitas diuinæ ſciẽ
tię reſpectu futurorum cũ eorundẽ cõ
tingentia,cum recitatione: & impugna
tione opinionũ. Articulus tertius plura
mouebit,& ſoluet dubia. ¶ Pro articu-
lo primo principali primò ſupponendũ Art. 1.
eſt quid nominis contingentię,uel con Not. 1.
tingentis. Capitur enim hic contingẽs
pro eo, quod priuſquam eſſet , potuit
produci,& non produci. ¶ Dicitur pri-
uſquam eſſet: quia res quando iam eſt :
non poteſt eſſe non producta, cum hoc
ſolo deus priuetur , facere ingenita ,
quæ ſunt genita ; ut dicit philoſophus.
vj. Ethico. & Boe. v. de conſo. proſa
ult. Sol oriens, & gradiens, quædam dũ

fiunt, non fieri nõ põſſunt. Eorum tñ
unum priuſquam fieret: neceſſe erat exi
ſtere. ſ. ſolem oriri: alterum uerò mini-
mè, puta hominem gradi. ¶ Secũdò ſup
Not. 2. pono dicta in ſecundo diſt. xxv. in ulti.
dub. de libertate contingentiæ. Itẽ de
Nota. 3 cauſa contingentiæ quid eſt. ¶ Tertiò
B notandum poſt dñm Camera. q. xj. ar. j.
qui latè hanc materiam proſequitur: ꝙ
contingens ad utrũlibet non dicitur il-
lud, quod erit, & non erit: nec illud, q̄d
nec erit, nec non erit: ſed dicitur illud,
quod erit, & poteſt non fore, uel quod
non erit, & poteſt fore: ita ꝙ deſcriptio
ſiue quid nominis cõtingentis ad utrũ
libet ſit poſſibile, non neceſſarium: uel
potens eſſe, & potens non eſſe. Et ſic cõ
tingens, ad utrũlibet eſt inferius ad poſ
Nota. 4 ſibile; ut patet &c. ¶ Quartò ſuppono:
ꝙ aliquid eſſe futurum contingens põt
dupliciter intelligi. Primo modo, ꝙ il-
lud erit, & poteſt non fore, & ſic nihil ẽ
futurũ contingens, niſi quod erit. Alio
mõ: q̄a illud erit, & põt nõ fore: uel non
erit, & poteſt fore: & ſic aliq̄d eſt futurũ
contingens, quod non erit, nec eſt futu
Not. 5. rum &c. ¶ Quintò ſuppono ſecundum
eundem, ꝙ q̄n dicitur contingens eſt in
determinatum ad eſſe, & non eſſe: non
debet intelligi de indeterminatione de
in eſſe. ſ. ꝙ contingens nec ſit, nec non
ſit: quia hoc eſt impoſſibile includens
conditionem: ſed de indeterminatione
de neceſſario negatiuè. ſ. quod non eſt
neceſſe eſſe: nec neceſſe non eſſe, uel de
indeterminatione de poſſibili affirma-
tiuè. ſ. quia poteſt eſſe, & poteſt nõ eſſe:
Nota. 6 qui duo ſenſus ęquipollẽt. ¶ Sextò ſup
C pono, ꝙ uoluntatem contingenter cau
ſare, ſeu liberè non eſt eam cauſare ſic,
ꝙ pro inſtanti qua cauſat poſſibile ſit
eam non cauſare: hoc eſt, ꝙ poſſibile
ſit, ꝙ pro eo inſtanti, quo cauſat in eo-
dem inſtanti, uerum ſit dicere, ꝙ non
cauſat. Hoc enim eſt impoſſibile: quia
ſic cauſaret, & pro eodem inſtanti non
cauſaret. Sed uoluntatem cauſare con
tingenter eſt, ꝙ liberè ſine omni uaria-
tione ſibi, uel alteri adueniente, & per
non ceſſationem alterius cauſæ poteſt
ceſſare ab actu in alio inſtanti. Non ſic
eſt de cauſa naturaliter agẽte, quia cau
ſa naturaliter agens ſemper agit niſi ip-
ſa mutetur: uel aliqua nouitas fiat cir-
ca ipſam: uel quia aliqua cauſa corre-
quiſita ceſſat cauſare, & ſimilia. Sed om
nibus illis æqualiter ſe habentibus, uo-
luntas ſua propria libertate poteſt ceſſa
re ab actu non in eodem inſtanti, quo
agit, ſed in alio: nihilominus in eo in-
ſtanti, quo cauſat contingenter cauſat,
& non neceſſariò: non ꝙ habeat poten
tiam ad oppoſita in eodem inſtanti: ita
ꝙ poſſit in eodem inſtanti cauſare, &
non cauſare. Sed quia in inſtanti, quo
cauſat: habet potentiam ceſſandi, & nõ
cauſare pro alio inſtanti: cæteris omni
bus paribus, & hoc eſt cõtingenter cau
ſare, & nihil aliud: & ita nunq̃ eſt in po
tentia ad oppoſita ſine ſucceſſione.
¶ Septimò ſuppono: ꝙ nõ eſt idem dice Nota. 7
re contingenter uerum, & determinatè
uerum. Nam determinatè uerum eſt,
quod eſt uerum, & non falſum: licet ſit
contingenter uerum. Vnde futurum cõ
tingens eſt determinatè uerum ſic, ꝙ
non eſt falſum. Et tamen contingenter
uerum: quia poteſt eſſe falſum, & nun
quam fuiſſe uerum unde patet differen
tia inter determinatè uerum, & contin-
genter uerum. Sic ergo determinatè
uerum eſt, quod eſt uerum, & non fal-
ſum: ita ꝙ determinatè non ſit ibi de-
terminatio aliquo mõ reſtringens. Sed
bene ſequitur, hæc propoſitio eſt uera.
ergo determinatè uera, & ſic ſumitur ĩ
propoſito. ¶ Octauò ſuppono poſt Ca Nota. 8
mera. ubi ſupra pro intellectu clariori D
dicendorum, ꝙ aliquid eſſe in aliquo in
ſtanti, & poſſe non eſſe in illo inſtanti,
ſic ꝙ propoſitio enuntians illud non eſ
ſe poſſit eſſe uera in illo inſtanti: poteſt
tripliciter intelligi. Vno modo, ꝙ hoc
ſit poſſibile in ſenſu compoſito, & hoc
implicat contradictionem &c. Alio mo
do, ꝙ hoc ſit poſſibile in ſenſu diuiſo, &
hoc dupliciter. Vno modo, ꝙ illa res, q̄
eſt in aliquo inſtanti, dato, poſſit non
eſſe in illo inſtãti. i. iam poſita in eſſe de
ſinere eſſe, & de eſſe tranſire in non eſſe
in illo inſtanti, & ꝙ propoſitio enũtians
ipſam eſſe deſinat eſſe uera, & de uera



fiat falſa. Et hoc eſt impoſſibile, quia ta
lis ſucceſſio, ſiue tranſmutatio non eſt
poſſibilis in inſtanti. Tertio modo, ꝙ ab
ſolutè, & ſimpliciter ſit poſſibile illam rẽ
tunc non eſſe, & non poni. ſ. per ſuã cau
ſam in eſſe, & propoſitionem enuntian
tem ipſam non eſſe: eſſe in illo inſtanti
Nota. 9 uerã, & iſte ſenſus eſt uerus. ¶ Nonò ſup
E pono, ut recitat. Sco. diſt. xxxix. uolens
oſtendere contingentiam eſſe in rebus:
ꝙ illud diſiunctum, neceſſarium, uel con
tingens, eſt paſſio entis circumloquens
paſſionem conuertibilem cum ente: &
ꝙ non poſſit demõſtrari de ente a prio
ri: ut alibi habet uideri. Et licet ſuppoſi
to extremo minus nobili illius diſiũcti,
poteſt concludi aliud extremum nobi-
lius de aliquo ente ſicut ſequitur. Si ali
quod ẽ ens finitum: ergo aliquod eſt in
finitum, & ſi aliquod eſt ens cõtingẽs,
aliquod erit neceſſarium: quia non poſ
ſet alicui enti ineſſe imperfectius: niſi
etiam alicui ineſſet perfectius, a quo de
pendet, quod eſt minus perfectum: nõ
tñ iſto modo poteſt concludi extremũ
imperfectius talis diſiũctionis. Non. n.
oportet, ſi eſt perfectius, ꝙ ſit imperfe-
ctius: niſi fortè haberent ſe adinuicem
correlatiuè: ideo relinquitur ad propo
ſitum, ꝙ non poteſt de aliquo prędicari
per medium prius quod eſt contingens:
ideo illa aliquod ens eſt contingens: ui
detur eſſe uera prima, & non demõſtra
bilis propter quid. Et ideo philoſophus
arguens contra neceſſitatem futurorũ
non deducit ad aliquod impoſſibilius
hypotheſi, ꝙ nihil ſit contingens. Sed
ad aliquod impoſſibile nobis manifeſti-
us. ſ. ꝙ non oportet nec conſiliari, nec
negotiari. Negantes autem talia indi-
gent pęna, uel ſenſu: ſicut ſecundũ Aui
cen. j. Methaphy. Negantes principiũ
primum ſunt uapulandi, uel exponendi
igni, quouſq; concedant, ꝙ non eſt idẽ
comburi, & non cõburi, uapulari, & nõ
uapulari. Sic & negantes aliquid eſſe
contingens, exponendi ſunt tormen-
tis quouſque concedant, ꝙ poſſibile eſt
Pars ſecunda. eos non torqueri. ¶ Suppoſito ergo il
lo tanquam manifeſtè uero, ꝙ aliquod
F ens eſt contingens: inquirendum eſt,
quõ, & unde contingat cõtingentia in
rebus: pro quo ſit iſta concluſio. ¶ Cõ
tingentia effectus præſupponit liberta
tem alicuius cauſę agentis. Probatur il
la concluſio: quia ubi omnes cauſæ agẽ
tes concurrentes ad productionem ali
cuius effectus agunt naturaliter: agunt
neceſſariò. & ita effectus nõ poteſt pro
duci: quia eadẽ neceſſitate eſt effectus,
qua cauſæ producentes agunt: alioquin
cauſæ producerent: & tñ nihil produce
rent, quod implicat. ¶ Pręterea. Si a,
effectus producibilis poteſt non produ
ci: uel ergo poteſt non produci cauſis
producentibus eodem modo ſe haben-
tibus, ſicut cum producitur uel non. Si
primum: habetur propoſitum, ꝙ cauſæ
agentes ſunt liberę: uel ad minus aliqua
earum in cuius. ſ. poteſtate eſt (omnibus
eodem modo ſe habẽtibus) producere,
& non producere. Si ſecundũ: hoc erit
propter defectum alicuius cauſę neceſ-
ſariò ad effectus productionem requiſi-
tę, uel præſentiam alicuius impedientis.
¶ Sed quæro de illa cauſa abſente, uel
præſente impediẽte: an neceſſariò abeſt
requiſita, uel adeſt impediens, & ſic effe
ctus non poteſt produci: uel liberè, &
habetur propoſitum. Et ſi dicis, ꝙ po-
teſt abeſſe contingenter, & non liberè
ꝓpter aliquas cauſas contingenter eius
pręſentiam prohibentes. Sed hoc non
ualet: quia quæro eodem modo de iſtis
cauſis contingentibus: an dependent a
cauſis neceſſariò, uel liberè. Et oportet,
uel tandem aſſignare cauſam liberam:
uel admittere proceſſum in infinitum:
uel ponere cauſas omnes neceſſarias q̄
rerum mutabilitatem, & contingentiã
tollit. ¶ Sed tunc eſt dubium, an liber
tas cauſę ſecundæ, puta humanæ uolun
tatis ſufficiat ad ſaluandum contingen
tiam. Eſt opinio, quæ ponit hanc con-
cluſionem. Contingentia non poteſt
ſaluari niſi prima cauſa contingenter,
& liberè agat. Probatio: quia cauſa ſe
cunda neceſſariò mota, neceſſariò mo
uet: ergo ſi prima cauſa non contingen
ter, ſed neceſſariò mouet: non poteſt ſe
cunda cauſa non cauſare, & ita nec cõ
tingenter, ſiue liberè cauſare. ¶ Sed

Dub. hęcratio non uidetur ſufficiens: quia
G libertas uoluntatis creatæ uidetur ſuffi
cere ad ſaluandam contingentiam. Nā
ad hoc ut effectus contingenter produ
catur:ſufficit unam cauſam requiſitam
eſſe liberam:poſito ergo per impoſſibi-
le,ꝙ prima cauſa naturaliter, & neceſſa
riò ageret: quia tñ̄ uoluntas creata cū
cauſa prima partialiter ad multos effe-
ctus concurrit: nihilominus propter
ęius libertatem: cum liberè non neceſ
ſariò concurrit:poteſt poni, uel impedi
ri actio.ſicut actus intelligendi natura-
liter,& neceſſariò cauſat uolitionem,&
tamen uolitio liberè cauſatur propter
libertatem uoluntatis, cū intellectione
u olitionem cauſantis. Nec ratio con-
cludit:quia poteſt cauſa prior natura-
liter mouere, & cauſa ſecunda non na-
turaliter moueri ad agendum ad bonū
intellectum: poteſt enim prior cauſa fa
cere, quod in ſe eſt,& ita mouere poſte
riorem,& tñ̄ poſterior propter ſui liber
tatem non parere huic motioni. Sicut
pulchritudo obiecti delectabilis natura-
liter mouet ad ſui deſiderium, & tñ̄ pōt
uoluntas reſiſtere per ſuam libertatem,
& non concupiſcere illud: immo nolle
ipſum. ¶ Verum ſuppoſita fide,per quā
credimus deum omnia extra ſe produ-
cere,& ad omnia producēda ſe ſolo ſuf
ficere:non poſſet eſſe contingentia in
effectibus niſi in deo eſſet libertas.Si.n.
ipſe naturaliter produceret,& cum ſuffi
ceret ſe ſolo producere: neceſſariò oīa
euenirent:licet etiam ad quorundā pro
ductionem humana uoluntas non con
curreret:ad quæ tñ̄ non concurrere poſ
ſet:ideo uidendum eſt, in quo conſiſtit
libertas, ſiue contingentia agentis ad
oppoſita tam dei q̄ humanæ uoluntatis.
Cōcl.1. ¶ Pro quo eſt iſta concluſio prima.Li-
H bertas, ſiue contingentia agentis non
ſtat in hoc,ꝙ ipſa potentia actiua poſ-
ſit in oppoſita ſimul: ita ꝙ pro illo in-
ſtanti,pro quo producit a,effectū, pro
eodem poſſit eum non producere.Pro
batur ex notabili.vj. & viij. quia talis
potentia hoc modo ad oppoſita eſt ſim
pliciter impoſſibilis: ergo. Antecedens
probatur:quia illa potentia,q̄ per nullā
potentiā ēt infinitam poteſt produci ad
actum,non eſt potentia: ſed per nullam
potentiam poſſet talis potentia reduci
ad actum:ergo. Minor probatur: quia
reducatur ad actum: ergo potentia illa
producit pro a, inſtanti, & non produ
cit pro eodem:quod implicat. Proba-
tur conſequentia: quia cū potentia illa
producit pro a, inſtanti: poſtea non po
teſt non produxiſſe pro a,cum pręteri-
tum non poteſt reuocari. Et ſi pro eo-
dem inſtanti potuit non producere, &
reducta potentia ad actum non produ
xit,& nō poteſt reuocari, qñ̄ produxit:
ergo produxit, & non produxit pro a.
¶ Secunda concluſio. Libertas poten- Cōcl.2.
tię actiuę non conſiſtit in hoc,ꝙ effectū
quem poteſt producere priuſquam pro
ducit poteſt nō producere: uel ſi pro-
ducit pro a, poteſt a productione ceſſa
re pro alio tamen inſtanti. Probatur ex
notabili.vj. quia hoc conuenit potētię
non liberę:ſed naturali. Nam iſto mo-
do ignis poteſt non producere ignem
propter defectum alicuius cauſę corre-
requiſitæ,quę tñ̄ producere poſſet con
currente tali cauſa: & ſic etiam a produ
ctione ceſſare: ut patet de igne forna-
cis incenſæ. Dan.iij. qui propter non
actionem cauſæ primę in pueros non Cōcl.3.
egit.¶ Tertia concluſio. Libertas potē
tię actiuæ ſtat in hoc: quia ſine omni
uariatione adueniente ſibi,uel alteri,&
per non ceſſationem,uel abſentiam al-
terius cauſę, poteſt producere aliquem
effectum pro certo inſtanti, & pro alio
a productione ceſſare,uel quia omnibus
eodem modo ſe habentibus, habet fa-
cultatem producendi,& non producen
di effectum prius tñ̄, quàm producat.
Probatur ex eodem notabili: quia
per hunc modum ſufficienter ſaluātur
contingentia in rebus futuris, & diffe-
rentia inter agens naturaliter, & libe-
rè. Primum patet,nam cum cauſa agēs
priuſquam producit habet in ſua facul-
tate effectum producere,& non produ-
cere, nulla alia uariatione accidente:
non ſequitur effectus neceſſariò etiam
quibuſcunque cauſis poſitis eo modo,
quo ſufficiunt. ¶ Secundum patet: quia



cauſa naturaliter agens ſemper agit:niſi
ipſa mutetur,uel aliqua nouitas fiat cir
ca ipſam:uel quia aliqua cauſa correqui
ſita ceſſat cauſare, uel per aliquem talē
modum,ſine quo omnino poteſt uolun
tas ſua libertate ceſſare ab actu, & hæc
de articulo primo principali. Plura alia
pro intellectu dictorum uide in.ij. diſt.
xxv. præſertim in notabili primo,& du
Arti. 2. bio ulti. ¶ Quantum ad articulum ſecū
Cōcl.1. dum ponendæ ſunt concluſiones reſpō
I ſales ad quęſitum. ¶ Concluſio prima.
Omnia, & ſingula cognoſcibilia deus
cognoſcit cognitione infallibili, & de-
terminata. Illa propoſitio patet poſt di
cta in diſt.xxxv.q.ij.auctoritate fidei,
& canonicę ſcripturæ. Et qua ratione
unum cognoſcit:& alterum cognoſce
re poteſt. Rom.iiij. Vocat ea quæ non
ſunt tanquam ea quę ſunt.Heb.iiij. Om
Cōcl.2. nia nuda,& aperta ſunt oculis eius.Sap.
ix. Scit omnia & intelligit ea. ¶ Secū
da concluſio.Deus certitudinaliter,in-
fallibiliter,& euidenter ſcit omnia futu
ra contingētia.Patet ex multis ſcriptu
Opinio ræ locis.Sed quō ſciat, diuerſi diuerſos
ponunt modos.Quidam dixerunt,ut re
citat Sco.diſt.xxxix. ꝙ deus cognoſcit
futura cōtingentia certe per ideas quā
tum ad omnes conditiones exiſtentiæ,
propter perfectionē repręſentationis,
qua ipſe ideæ repræſentant res ſecundū
omnem rationem, & habitudinem ex-
tremorum: & ita in intellectu diuino
ſunt ratio ſufficiens, non tantum ſim-
pliciter appręhendendi illa ideata: ſed
& appręhendēdi omnem unionem illo
rum, & omnem habitudinem ipſorum
ideatorū pertinentē ad exiſtētiā ipſorū.
¶ Sed cōtra illos arguit Sco.Rationes
cognoſcēdi terminos alicuiꝰ cōplexiōis
nō ſufficiēter cauſant notitiā illius com
plexionis niſi ſit nata cognoſci ex termi
nis.Cōplexio cōtingēs nō ē nata cogno
ſci ex terminis;qa tunc nō tātū eſſet ne
ceſſaria:ſed ēt prima,& immediata:ergo
rōnes cognoſcēdi terminorū quātūcūq;
repræſentent eas:nō ſunt ſufficiens cau
ſa cognoſcendi complexionem contin
gentem.¶ Præterea ideę merè natura-
liter repręſentant. Accipio ergo ideas
hominis,& albi,quæro aut ex ſe repræ-
ſentant compoſitionem terminorum,
aut diuiſionem:aut utrunque. Si pri-
mum: tūc naturaliter cognoſcit illam:
& ita nullo modo diuiſionem.eodē mo
do ſi ſecundum: ſi tertium. ergo deus
per illa nihil nouit:quia ſcire contradi-
ctoria eſſe ſimul uera, nihil eſt ſcire.
¶ Alij dixerunt,ut idem doctor refert: Opinio
ꝙ deus habet certam notitiam de futu- K
ris contingentibus per hoc,ꝙ totus flu Quòd
xus temporis eſt præſens ęternitati, & deꝰ hēt
omnia,quæ ſunt in tēpore. Quod pro certam
batur per hoc,ꝙ æternitas eſt immēſa, notitiā
& infinita,& per conſequens ſicùt im- de futu
menſum eſt ſimul præſens omni loco: ris con-
ita æternum eſt ſimul præſens omni tē- genti-
pore. Et ponunt exemplum de baculo bus.
fixo in aqua, iuxta quem baculum etſi
fluit ſucceſſiuè totus fluuius:non tamē
baculus eſt immenſus reſpectu fluuij: qa
non eſt ſimul præſens toti. Igitur eodē
modo ſi æternitas eſſet quoddam ſtans
ſicut baculus iuxta quod flueret tēpus:
ita ꝙ nunquam eſſet præſens ſimul ſibi,
unum inſtans temporis: æternitas non
eſſet immenſa reſpectu temporis. ¶ Sed
contra illum modum arguit idem.Si to
tus fluxus temporis:& omnia, quæ ſunt
in tempore, ſunt præſentia ipſi deo in
æternitate: ergo habent ut ſic eſſe in
ſeipſo reſpectu cauſæ primę, & per con
ſequens habent eſſe ſimpliciter in re:
quia reſpectu nullius habent uerius eſſe,
quàm reſpectu cauſæ primæ,& ita futu-
ra,quę ſunt in actu reſpectu dei in æter
nitate ſimpliciter eſſent in actu, & ſic
ſimpliciter æterna. ¶ Præterea ſi ſeſ-
ſio mea futura non tantum, quan-
tum ad eſſe cognitum:ſed etiam quan-
tum ad eſſe exiſtentiæ eſt nunc præ-
ſens æternitati:ergo nunc producta eſt
in illo eſſe a deo. Et quia nihil a deo ha
bet eſſe in fluxu temporis, niſi ſit pro-
ductum a deo ſecundum illud eſſe: ſed
illam ſeſſionem deus producit: ergo il-
lud, quod iam a deo productum eſt:ite-
rum producetur in eſſe.¶ Præterea redu
cendo contra eos, qđ ipſi dicunt de im
mēſitate,poſito ꝙ locus poſſet cōtinuè
creſcere in infinitū ſucceſſiuè imēſitas

tamē dei nō eſſet ſibi ratio coexiſtendi alicui loco niſi exiſtenti. Non enim deus per ſuam immenſitatem coexiſtit alicui, niſi quod eſt in illo: licet poſſet creare locum extra cęlum, & tunc per ſuam immenſitatem coexiſteret illi. Si ergo immenſitas ſua non eſt ſibi ratio coexiſtendi niſi loco exiſtenti, & non poſſibili: quia non eſt: pari ratione ęternitas non eſt ratio coexiſtendi alicui nō exiſtenti. Illud enim, quod non eſt: nulli poteſt coexiſtere: nam coexiſtere præſupponit exiſtere. Alias rationes uide in Ioan. ¶ Igitur eſt alius modus Ioā.

Opinio Scoti.

qui dicit, ꝙ uoluntas diuina quę eſt prima regula contingentium: prius determinat contingentia antequam illa intellectus diuinus intelligat. Vnde intellectus diuinus uidens determinationem diuinę uoluntatis: uidet illud fore pro a, quia uoluntas determinat pro a. Scit enim uoluntatem illam eſſe mutabilem, & non impedibilem. ¶ Vel aliter hoc per tria ſingula claret. In primo inſtanti aut intellectus diuinus offert terminos ſimplices, quorum unio eſt contingens in re ipſi uoluntati. Aut offert ſibi quādam complexionem ut neutrā: nec ueram: nec falſam. In ſecundo inſtanti uoluntas diuina talem cōplexionem, ut neutram ſibi ab intellectu præſentatam determinat ad alteram partē contradictionis eligens hoc eſſe pro aliquo nunc in re. In tertio inſtanti intellectus diuinus reſpiciens ad diuinam uoluntatem uidens determinationem uoluntatis, cognoſcit unam partem cōtradictionis euidenter eſſe ueram. Et tuuc ſtante uolūtatis determinatione, res determinatę nō poſſunt nō euenire neceſſitate conſequētiæ: ſed non neceſſitate conſequentis: quia ſequitur neceſſariò: hoc eſt determinatum a uoluntate diuina: ergo erit. Adhuc tamen propoſitio erit in ſe contingens. ¶ Contra hanc poſitionem arguit Ockam: quia talis proceſſus in diuinis ac prioritas, ac poſterioritas in deo non ſunt ponendæ: ut patuit diſt. ix. ¶ Item ſic oportet concedere, ꝙ intellectus diuinus pro aliquo ſigno, uel inſtanti non cognoſcat euidenter futura contingentia, & pro aliquo cognoſcat: quod uidetur eſſe imperfectionis. Et ſimiliter, ꝙ accipiat quamcūque perfectionem ab alio: quod reddit intellectum diuinum uilē. ¶ Præterea ſtante illa determinatione, non uidetur, quomodo ex hoc intellectus certè, & euidenter cognoſcat contingentia. Nam, ut ille dicit: ita determinat, ꝙ pro quolibet inſtanti potuit non determinaſſe: & ergo cognitio talis contingentis determinati non erit infallibilis: cum ipſum contingens non ſit ita determinatū. quin adhuc potuit non determinatum eſſe. ¶ Ideo Ockā

Opinio Ockam

M

aliter loquitur: licet dicat modum quo deus euidenter, & certitudinaliter nouit omnia futura contingentia, nō poſſe ſufficiēter exprimi ab intellectu creato pro ſtatu uię huius. Vnde dicit, ut patebit etiam infra in dubio. viij. DD. ꝙ ipſe deus ſiue eſſentia diuina eſt cognitio intuitiua tam ſui, quàm omnium futurorum, & poſſibilium, tam perfecta, & clara, ꝙ ipſa etiam eſt euidens notitia præteritorum, futurorum, & præſentium: ita ꝙ ſicut ex notitia intuitiua extremorum in nobis poteſt intellectus noſter euidēter cognoſcere aliquas propoſitiones contingentes: ita ipſa diuina eſſentia eſt quædam cognitio, & notitia, qua non tantum ſcitur uerum, neceſſarium, & contingens de præſenti: ſed etiam ſcitur, quæ pars contradictionis erit uera, & quæ falſa. Hac ergo notitia (quę eſt ipſa diuina eſſentia) non tantum cognoſcit intuitiue, & euidenter præſentia: ſed etiam contingentia: & quæ pars contradictionis erit uera, & quæ erit falſa. Et hoc fortè non propter determinationem ſuæ uoluntatis: ſed poſito per impoſſibile, ꝙ ipſa diuina cognitione exiſtente, ſicut modo eſt uoluntas: non eſſet cauſa effectiua: nec totalis: nec partialis effectuum contingentium: adhuc eſſet notitia, qua ſciret, quæ pars contradictionis eſſet, fuit, & erit uera, quæ falſa. Et poteſt addi: ſicut notitia intuitiua in nobis, qua euidenter cognoſcimus uerum contingens præſens, non addit ipſi contin-

genti



genti aliquam neceſſitatem: licet ipſa ſit euidens, & infallibilis: ita notitia euidens, & infallibilis dei, rebus cōtingentibus futuris nullā neceſſitatem imponit. ¶ Ad hoc uidetur eſſe uerbum Boe. v. de conſol. proſa. iiij. dicentis. Sicut ſcientia præſentiū rerum nihil his quæ fiunt: ita prędcientia futurorum nihil his, quæ uentura ſunt, neceſſitatis importat. Et proſa. vj. Num ea, quæ pręſcientia cernis aliquam eis neceſſitatē tuus addit intuitus. minimè. Sequitur. Si eſt diuini, humaniq; intuitus prǫſentis digna collatio. Vt uos ueſtro hoc temporario præſenti quædā uidetis: ita & ille omnia uiſu ſuo cernit ęterno &c.

Cōcl. 3. ¶ Tertia concluſio, quæ ſequitur ex pręmiſſis. Contingentia in rebus productis dependet ex libertate arbitrij producentis. Patet ex notabili. vj. & alijs notatis.

Cōcl. 4. ¶ Quarta concluſio. Infallibilitas cognitionis diuinæ non repugnat contingētiæ creaturę. Patet ex dictis.

Cōcl. 5. ¶ Quinta cōcluſio, & reſponſalis. Deus habet ſcientiam determinatam de futuris contingentibus. Patet: quia determinatè ſcit, q̄ pars contradictionis erit

N

uera, & quæ erit falſa. ¶ Si replicas. Si ſcit determinatè: ergo neceſſariò, & per conſequens nō poteſt non ſcire, quod eſt contra dicta. Reſpondetur: ꝙ habere ſcientiam neceſſariam de futuris cōtingentibus dupliciter intelligitur.

Habere ſcientiā de futuris contingētibus dupliciter ſtat.

Vel ꝙ ſcientia illa, qua ſciuntur, ſit neceſſaria, & ſic uerum eſt, ꝙ deus habet ſcientiam neceſſariam reſpectu futurorum contingentium: quia ſcientia, qua ſcit futura contingentia: eſt ſua eſſentia: q̄ eſt unica cognitio omnium complexorum, & incomplexorū neceſſariorum, & contingentium præſentium, & futurorum, ac generaliter omnium intelligibilium, & hæc eſt neceſſaria. Secundo modo intelligitur habere ſcientiam neceſſariam reſpectu futurorum contingentium, id eſt habere ſcientiam, qua neceſſariò ſciat hoc futurum contingens. Et ſic non eſt uerum: quia ſicut ipſum futurum contingens cōtingenter erit: ita deus ipſum contingenter ſcit: quia poteſt ipſum nunquam ſciuiſſe futurum. ¶ Si dicitur. quod in ſe non eſt determinatè uerum: nulli eſt determinatè uerum: ſed futurum cōtingens non eſt determinatè uerum: quia ſi eſſet determinatè uerum: non poſſet eſſe falſum, & ſic non eſſet contingens. ¶ Solutio. Futurum contingens eſt determinatè uerum, ſic ꝙ non eſt falſum. Eſt tn̄ contingenter uerū: quia poteſt eſſe falſum, & nunquam fuiſſe uerum. Vnde patet differentia inter determinatè uerum, & cōtingenter uerum, ut patuit notabili. vij. ¶ Si dicitur. Propoſitio de prǫſenti ſemel uera, habet unam de prǫterito neceſſariam. ſi ergo hæc ſemel eſt uera: a, eſt uerum (ſit a, futurum contingēs) ergo illa erit neceſſaria: a, fuit uerum, & ſic hæc nunquam poteſt eſſe falſa: a, eſt futurum. Reſponſio: qn̄ propoſitio de prǫſenti uera dependet a futuro cōtingenti, uel æquiualet futuro contingenti, tunc non habet aliquam de præterito neceſſariam. ſicut illa: hæc eſt uera. Sortes curret cras: eſt de prǫſenti uera: poſito ꝙ ſortes cras curret. Et tn̄ illa hęc fuit uera non eſt neceſſaria: quia potuit nunquam fuiſſe uera, puta ſi ſortes non curret: quod eſt poſſibile. ¶ Sed hanc regulam impugnat dn̄s Camerac. q. xj. art. j. Vnde dat alibi inſtantiam, ut inquit; quia iſta propoſitio de p̄terito. Adam fuit oīs homo, uel aliquid, quod fuit, omnis homo fuit animal: aliqn̄ fuit uera. ſ. ſtatim poſtquam fuit creatus, & antequam Eua eſſet, & tn̄ tunc nō erat neceſſaria: quia modo eſt falſa. Similiter iſta. Omne, quod fuit poſt diluuium, fuit in arca Noe: aliqn̄ fuit uera. ſ. ſtatim poſt diluuium, & antequam fierent alia animalia &c. & tamen tunc non erat neceſſaria, quia modo eſt falſa. Cōſtat autem, quod ueritates talium non dependebant ex futuro contingenti, quia ueritas, uel falſitas alicuius propoſitionis tunc dicitur dependere ex futuro contingenti: quando ex illa euidenter ſequitur aliqua propoſitio de futuro contingenti. ſicut ſequitur: antichriſtus fuit futurus: ergo antichriſtus erit. non ſic autem eſt de illis ut ſatis patet intuenti. Ideo dico inquit Petrus: ꝙ

O

illa regula eſt uera de propoſitione de
prꝗterito: quæ eſt ſimpliciter de re præ-
terita,& non de re futura,& in qua nec
ſubiectum,nec prædicatum, aut aliquis
terminus a parte ſubiecti ,uel prędicati
poſitus eſt terminus diſtributus,qui poſ
ſit ſupponere pro re futura:pro qua re-
ſpectu copulæ talis propoſitionis non
ſupponebat antea. ¶ Per primam clau-
ſulam excluduntur propoſitiones,qua-
rum ueritas,uel falſitas dependet ex fu
turo contingenti &c. Per ſecundam
Arti. 3. excluduntur inſtantiæ prædictæ: ut pa-
Dub. 1. ter intuenti. ¶ Quantum ad articulum
P tertium, poſſunt hic moueri dubia.Pri
mum dubium eſt cōtra modum ponen-
di doct.ut in concluſione.ij .ar.ij.Nam
quæ deus nouit futura, non poteſt non
nouiſſe: immo nunc neceſſarium eſt eū
nouiſſe:quare nec poteſt non euenire ,
quod futurum eſt, & ita neceſſariò eue
niet. Antecedens probatur: quia cum
nouit pro a, inſtanti ſi poteſt non no-
uiſſe pro a,erit potentia ad oppoſita ſi-
ne quacunq; ſucceſſione: quia pro eo-
dem inſtanti: quod eſt contra conclu-
ſionem primam ſecundę partis primi ar
ticuli.Ad hoc dicitur ſecundum doc. ꝙ
quantumcunque deus ſcit de omnibus
futuris cōtingentibus, quę pars erit ue
ra, & quę falſa:tñ hæc non eſt neceſſa-
ria,deus ſcit,ꝙ hęc pars erit uera:immo
eſt contingens intantum, ꝙ quantum-
cunq; hæc ſit uera:deus ſcit,ꝙ hęc pars
conditionis erit uera:tñ poſſibile eſt,ꝙ
hæc nunquam fuit uera. Et in iſto caſu
potentia eſt ad oppoſitū illius ſine om
ni ſucceſſione:quia poſſibile eſt, quòd
nunquam fuerit uera. Nec eſt hoc con
tra ſuppoſitiones præmiſſas, ſeu conclu
ſionem, in qua dictum eſt: ꝙ non eſt po
tentia ſimul ad oppoſitos effectus, ita
ꝙ poſito effectu pro a,inſtāti ſimul poſ
ſit non eſſe. In propoſito autem per
hoc,ꝙ pro a, inſtanti ſcit deus aliquod
futurum contingens uenturum , nul-
lus nouus effectus ponitur in eſſe. Nō
enim ſcit per actum intellectus produ-
ctum;ſed ſua æterna, & immutabili eſ-
ſentia , qua ſciendo hoc, uel eius op-
poſitum nullo modo mutatur : manet
ergo ſemper potentia, qua pro quoli-
bet futuro tempore (ſaltem ante poſi-
tionem contingentis effectus in eſſe
actuali) poteſt non ſciuiſſe pro a, in-
ſtanti : nec ex illa potentia aliqua con-
tradictio poteſt induci. Nam per hoc
ꝙ ſcit pro a, effectum contingentem
uenturum poſt a, inſtans nihil tranſiuit
in præteritum cum non ſcit per aliquid
de nouo poſitum;ut dictum eſt.ideo po
teſt hic poni oppoſitum, quòd ſcilicet
non ſciat ſine renouatione cuiuſcunq;
prꝗteriti . Sic autem non eſt de uolun
tate creata:quia poſtquam pro a, in-
ſtanti uult aliquid : iam actum nouum
uolendi producit pro a, quem cum ha-
beat pro a, poſtea non poterit eſſe ue-
rum,quòd nunquam habuerit talem a-
ctum. Idem eſt de intellectu creato.
¶ Per hoc ad formam argumenti dici-
tur negando antecedens. Ad probatio
nem dicitur,ut tactum eſt : ꝙ in ſola di
uina cognitione , & uolitione eſt po-
tentia ad oppoſitum ſine ſucceſſione ,
ita ꝙ poteſt non nouiſſe contingentia
quę nouit,& non uoluiſſe, quæ uoluit.
Non tamen ſic eſt potentia ad oppoſi-
tum ſine ſucceſſione:quòd poteſt non
producere effectum pro eodem inſtāti,
pro quo producit,ut dictum eſt. ¶ Ex il Coro.1
lo ſequitur, ꝙ quantumcunq; deus in-
fallibiliter,& euidenter, ac certitudina
liter cognoſcit futurum contingens: tñ
nō neceſſariò cognoſcit. Patet: quia q̃-
tumcunque certè cognoſcit aliquem
effectum contingentem fore futuram:
poteſt tñ eum non cognoſcere futurū ,
& non cognouiſſe futurum : ſecundum
ꝙ effectus ipſe poteſt non eſſe futurus.
Ad hoc facit Boe. ubi ſupra.v. de cōſo.
proſa.vj.dicens Propoſitum quidē tuū
te poſſe deflectere reſpondeo: ſed qm̄ ,
& id te poſſe,& an facias, quoue cōuer
tas pręſens prouidentię, ueritas intue-
tur &c. ¶ Secundò ſequitur: ꝙ quantū Coro.2
cunque deus contingenter , & ſcit , &
ſciuit a effectum futurum eſſe: nō tamē
oportet eum in ſua cognitione mutari,
ita ꝙ primò ſciat , & poſtea non ſciat .
Nam effectus contingens poteſt quidē
eſſe futurus,& poteſt eſſe non futurus.



ſecundum hoc poteſt præſciri , & non
pręſciri,non tñ eſt futurus,& non futu
rus:nec primò futurus,& poſtea non fu
turus,uel econuerſo. Sed ſi eſt futurus,
ab æterno fuit futurus : licet potuit nō
eſſe futurus. Sic deus effectum futurum
ab æterno præſciuit qui tñ ſi ponitur
non uenturus: ſicut tunc nunquam fuit
futurus:ſic nunquam pręuiſus. Hoc uult
Boe. ubi ſupra proſa ulti.Quid igitur in
quies , ex mea ne diſpoſitione ſcientia
diuina mutabitur: ut cum ego nūc hoc
nunc aliud uelim: illa quoque noſcendi
uices alternare uideatur: minimè. Oīa
namq; futura pręcurrit diuinus intui-
tus,& ad præſentiam proprię cognitio
nis retorquet,ac reuocat, nec alternat
nunc hoc,nunc illud prænoſcendi uice:
ſed uno ictu mutationes tuas manens
pręuenit,atque complectitur. Hæc ille.
Et ideo iſta propoſitio deum ſcientem
a fore uerum ; poſſibile eſt non ſcire a
eſſe uerum diſtinguenda eſt ſecundum
compoſitionem,& diuiſionem; ſicut &
illa,deum uolentem a fore;poſſibile eſt
uelle a non fore. In ſenſu compoſito
falſæ ſunt,in diuiſo ſunt uerę. Et patet
ſatis differentia,& hæc etiam eſt inten
Dub. 2. tio magiſtri in textu. ¶ Secundum du-
Q bium.Cum deus omnia cognoſcit utrū
Deus utrū cognoſcat intuitiuè, uel abſtractiuè. intuitiuè,uel abſtractiue cognoſcat. Ad
hoc eſt hæc concluſio poſt dñm Came
rac.& Grego.diſt.xxxv.q.j. Deus, ſiue
diuina eſſentia intuitiuè cognoſcit non
ſolum exiſtentia:ſed etiam omnia im-
poſſibilia. Probatur: quia cum deus co
gnoſcat omnia cognoſcibilia, ut patet
ex dictis:uel ergo abſtractiuè,uel intui
tiuè. Non abſtractiuè:patet:quia quod
libet cognoſcit immediatè , & non per
aliquod medium cognitum medians in
ter cognitionem, & rem cognitam: ut
ſupra diſt.xxxv.q.iiij.& v. quoniam nul
lum tale medium eſt poſſibile:quia non
creatura,ut conſtat: nec diuinitas ipſa:
cum ex natura rei, ipſa nullo modo ſit
diſtincta a dei notitia : ergo intuitiuè.
¶ Sed contra illud uidetur eſſe hoc cō-
mune dictum: quia in diuina eſſentia ue
lut in ſpeculo relucent,& repręſentan-
tur omnia, & per conſequens non im-
mediatè intuetur creaturas:ſed median
te ſua eſſentia , & ita abſtractiuè. ¶ Ad
hoc dicitur poſt Greg. & Petrum: ubi.
ſupra,ꝙ non eſt intelligendum, ꝙ deus
cognoſcat res in ſua eſſētia: niſi ad hūc
ſenſum, ꝙ eius eſſentia eſt omnium re-
rū cognitio. ¶ Sed quod additur de ſpe
culo,& relucentia &c. dicitur ꝙ hoc di
ctum habet ueritatem , ꝙ eſſentia di-
catur ſpeculum repręſentatiuum om-
nium creaturarum ipſi intellectui crea-
to , ut patuit de ideis . quæſtione . v.
diſtinctione. xxxv. uel ad ſenſum ſta-
tim tactum , quòd tam intellectus diui
nus , q̃ eſſentia eſt immediatè notitia
ſui,& aliorum. Et non ſic,quaſi eſſentia
diuina repræſentet intellectui diuino :
ſic ꝙ intellectio diuina mediatè per eſ-
ſentiam diuinam feratur in res ad extra:
hoc enim falſum eſt:cum intellectus di-
uinus,& eſſentia diuina ſint penitus in-
diſtincta, & omnib[9] intellectus diuinus
eſt eſſentia diuina, quibus eſſentia eſt eſ Dub. 3.
ſentia. ¶ Tertium dubium. Vtrum deus R
ſit pręſcientia omnium futurorum con Vtrū deus ſit p̄ſcientia oium futurorū.
tingentium. Ad hoc dubium breuiter
dici poteſt poſt prædicta: ſuppoſito , ꝙ
deum præſcire aliquid,eſt deum euiden
ter cognoſcere rem futuram. Sunt au
tem futura contingentia duplicia.ſ. cō-
plexa , & incomplexa ſecundum modū
loquendi aliquorum. Exemplum primi.
Futurum eſt,ꝙ Chriſtus iudicabit mun
dum.i.futurum eſt , ꝙ talis propoſitio
ſit uera:Chriſtus iudicat mundum.Exē
plum ſecundi eſt de Antichriſto futuro,
prima poſſunt dici enuntiabilia futura
ſecundum illos ſic loquentes : ſecunda
uerò res futurę. ¶ Reſpondetur itaque
ad dubium per aliquot propoſitiones. Prop. 1.
¶ Prima. Deus eſt præſcientia omniū
rerum.patet ex propoſitione prima ar.
ſecundo. Siquidem deus diſtinctè ,
& intuitiuè cognoſcit omnia , igitur
præſcit omnes res futuras. Conſequen
tia tenet ex quid nominis pręſcire prę Prop. 2.
miſſo. ¶ Secunda propoſitio. Deus eſt
præſcientia omnium futurorum enun-
tiabilium . Probatur: quia deus pręſcit
multa enuntiabilia futura:ergo,& om-
nia. Tenet conſequentia : quia non eſt

repugnantia de aliquibus. Antecedens patet: quia multas ueritates futuras reuelauit, & reuelat: ut ꝙ fiet reſurrectio mortuorũ, iudicium extremũ &c. Hinc Ioan. vj. Sciebat, quis traditurus eſſet eum. Et cap. xviij. Ipſe erat ſciens omnia quæ uentura erant ſuper eum Ratione euidenti probari non poteſt.

Prop. 3. ¶ Tertia propoſitio. Deus eſt infallibilis ſcientia, immutabiliter cognoſcens omnia entia futura.

Prop. 4. ¶ Quarta. Deus eſt infallibilis ſcientia certitudinaliter cognoſcens omnia enunciabilia futura. Patet ex dictis in propoſitione ſecunda.

Dub. 4. S ¶ Quartum dubium eſt circa concluſionem primam ar. ij. Deus non cognoſcit omnia, & ſingula cognoſcibilia: ergo. Aſſumptum probatur: quia non cognoſcit omnes, & ſingulas partes continui proportionales, & illę ſunt cognoſcibiles: quia actu exiſtentes. Maior probatur. Tum primò: quia uel tm̃ cognoſceret diuiſibiles, uel etiam indiuiſibiles. Non. n. diuiſibiles: quia ſigno præciſè totam multitudinem partium, quas cognoſcit: tunc non cognoſceret omnes partes: quia quęlibet illarũ partium, cum ſit pars diuiſibilis, habet alias partes ulteriores, in quas poteſt diuidi: quas nõ cognoſceret cum eſſent extra multitudinem ſignatam. Nec cognoſcit indiuiſibiles: quia tales nullæ ſunt. ¶ Tum ſecundò: quia tunc diuiſio continui in diuina cognitione eſſet totaliter euacuata. Conſequens impoſſibile. Impoſſibilitas probatur: quia uel ſtaret euacuatio ac diuiſibiles, uel ad partes indiuiſibiles. Non primum; quia tunc poſſet fieri ulterior diuiſio: cum partes diuiſibiles poſſunt ultra in medietates diuidi. Nec ſecundum: quia continuum non eſt compoſitum ex partibus indiuiſibilibus. Probatur conſequentia, ꝙ diuiſio continui eſſet euacuata: quia ſi cognoſceret diuiſim, & diſtinctè omnes partes continui: non relinqueretur pars ultra diuidenda: quia iam in cognitione diuiſa eſt, & ſic non eſt ultra diuidenda: alioquin partes eius non fuiſſent diſtinctè cognitæ. ¶ Tum tertiò: quia quicquid deus diſtinctè cognoſcit: poteſt diſtinctè producere, & ſi productum eſt, diſtinctè conſeruare, & cum partes continui ſunt infinitę, poſſet producere actu infinita diſtincta, & ſeparata. ¶ Item quartò. Si cõcluſio illa eſſet uera: ſequeretur, ꝙ poſſet cognoſcere omnes numeros. Conſequens falſum: quia tunc progreſſus in numeris eſſet euacuatus, quod eſt impoſſibile: cum ſit proceſſus in numeris in infinitum. Etiam quia tunc in diuina cognitione ſtaretur: uel ad numerum finitum. Et hoc non: quia quolibet finito numero eſt numerus maior. Nec ad infinitum: quia nullus numerus eſt infinitus: licet in numeris in infinitum procedatur. Nam quocunque numero ſignato, poteſt ultra procedi: cum quilibet numerus ſignatus ſit radix tam numeri quadrati, quàm cubiti ab eo per multiplicationem eius conſurgentis. ¶ Item ſi cognoſceret quamlibet ſpeciem creabilẽ. Sunt autem infinitè creabiles: quia qualibet creabili poteſt aliam perfectiorem creare: cum hoc nullam implicet contradictionem, & ita cognoſceret infinitas. Conſequens falſum: quia tunc cognoſceret ſpeciem ab aliqua infinitè diſtantem, & ita infinitam: cõſequens impoſſibile: tunc enim creatura eſſet infinita, quod implicat. ¶ Si dicis, ꝙ nulla diſtent infinitè. Contra. tunc non erit proceſſus in infinitum. Et ita dabitur ſtatus in aliqua, qua maiorem non poteſt cognoſcere.

¶ Ad illas reſpondet Grego. diſtin. xxxv. q. j. ꝙ infinita cognoſcit deus: quia omnia cognoſcibilia, quæ ſunt infinita tam poſſibilia, quàm exiſtentia: ut deductum eſt de partibus continui. Conſequenter concedit: ꝙ in diuina cognitione diuiſio continui eſt euacuata: ita ꝙ diſtinctè cognoſcit omnes partes continui: nec eſt pars aliqua diuiſibilis in partes non diſtinctè cognitas, & eſt ſtatus in cognitione nõ ad aliquam partem: ſed ad omnes partes ſimul. Nec tamen propter hoc eſt aliqua pars realiter indiuiſibilis in alias partes realiter diſtinctas: licet ſit pars indiuiſibilis in partes non diſtinctè cognitas. ¶ Et cum dicitur: ſigno totam multi- Rñſio. T



multitudinem partium &c. dicitur, ꝙ illa multitudo includit omnes partes, & licet q̃libet ſit diuiſibilis realiter: tamẽ partes diuiſæ non eſſent ulteriores: nec extra multitudinem ſignatam. Non. n. poteſt ſignari multitudo partium indiuiſibilium realiter, ſed tantum in cognitione: omnes enim ſunt in dei clara cognitione. ¶ Ad aliam probationem cõcedit Greg. ꝙ deus poteſt infinita producere actu, quod intelligere oportet ſecundum numerum, non ſecundũ perfectionem. Nec uidetur ſufficere, ſi dicatur, ꝙ quodlibet poſſibilium poteſt producere: ſed non omnia ſimul, & ſeparatè: cum poſſibilia ſibi nõ repugnẽt quantum ad eſſe maximè eiuſdem ſpeciei: niſi oſtendatur contradictio, quæ ſequatur ad multitudinem actu infinitam. ¶ Ad illud de numero conceditur a Grego. ſicut de partibus continui: ꝙ cognoſcit omnes numeros poſſibiles, & ſic infinitos, & ꝙ euacuatur proceſſus in numeris, non in re, ſed in diuina cognitione. Et non ſtaretur ad aliquẽ numerum particularem: ſed ad omnes ſimul, qui ſunt infiniti poſſibiles, licet nullus numerus ſit infinitus. Et ad hoc eſt Auguſt. xij. de ciui. dei, c. xviij. ubi clariſsimè oſtendit contra philoſophos deum infinita ſua ſcientia comprehendere. Quodque omnes numeri infiniti ſunt: eo ꝙ in nullo poteſt finis numerorum conſtitui, & ſinguli finiti ſunt, & oẽs infiniti ſunt. addens. Ita nec numeros propter infinitatem ſuam neſcit omnipotens deus, & ſi uſque ad quandam ſummam numerorum ſcientia dei peruenit: cæteros ignorans: quis hoc etiam dementiſsimus dixerit. Et ſequitur. Infinitas quodam ineffabili modo: quia ſcientiæ ipſius incompræhenſibilis non eſt: deo finita eſt. ¶ Si dicis ergo ſi cognoſcit totam multitudinem numerorum infinitam; cognoſcet etiã omnem multitudinem numerorum finitam diſtinctam ab illa multitudine infinita, & ita attinget ultimum numerorum finitum, quod eſt impoſſibile. Solutio. Negando, ꝙ attingit ad ultimũ numerum finitum; quia multitudinis finitę numerorum nullus eſt ultimus numerus. Nec aliquo numero finito proceditur immediatè ad multitudinẽ numerorum infinitam, ſed inter quemcunque finitum numerum, & multitudinẽ infinitam, mediant infiniti numeri finiti. ¶ Ad aliud conceditur; ꝙ cognoſcit quamlibet ſpeciem creabilem, & conceditur, ꝙ ſunt infinitę creabiles, & ita infinitas cognoſcit ſicut de numeris, & partibus continui. Et conſequenter negetur, ꝙ cognoſcit aliquam ſpeciem a certa data infinitè diſtantem: quia nulla talis eſt: rectè ſic in numeris. ¶ Et cũ dicitur: tunc non erit proceſſus in infinitum: dicitur, ꝙ non eſt proceſſus in infinitum, id eſt ad aliquam ſpeciem infinitam, ſed eſt proceſſus in infinitum in ſpeciebus finitis: eo ipſo, ꝙ non datur ultima ſpecies finita producibilis. Et ita in cognitione diuina ẽ infinitas actualis, quia actualiter cognoſcit infinita poſſibilia. Non tamen ſequitur propter hoc infinitas actualis rerum producibilium. Valent pro dictis ea, quę habentur in ij. diſt. j. q. iij. ¶ Sed contra. quæcunque deus poteſt diſtinctè cognoſcere ſimul poteſt diſtinctè producere, & ſimul producere, & ita poteſt producere multitudinem actu infinitam. Cõſequens impoſſibile: quia tunc poſſet facere infinitum ſecundum perfectionẽ: quia tanta eſt pfectio in ſeparatis, quanta eſt in coniunctis: ſed ſi finita eſſent coniuncta & unita eſſent infinitæ perfectionis: ergo totum infinitum erit infinitę perfectionis, ſi fuerit ſeparatum. Maior patet: quia non eſt maior perfectio in toto, q̃ ſit perfectio ſuarum partium. ¶ Item arguatur de gradibus charitatis augmentabilis in infinitum: deus cognoſcit oẽs gradus producibiles, producat ſimul, & erit charitas ĩfinita. Probatur añs: quia deus habet uirtutem productiuam infinitam ſimul, & producibilia ſunt infinita, nullam repugnantiam quantum ad eſſe ſimul habentia. ¶ Item tanta eſt uirtus dei productiua, quanta eſt eius uirtus cognitiua: quia ſunt idem omnibus modis, & indiſtincta: ergo quantum poteſt ſimul cognoſcere: tan

tum poteſt ſimul producere. ¶ Ad hanc
replicam dicitur negando aſſumptum,
ꝙ tantum poteſt ſimul producere &c.
Non enim poteſt omne producibile ſi
mul producere: quia quotcunq; produ-
ctis adhuc poteſt aliud producere: etiã
ſi per impoſſibile infinita actu produ-
ceret. poſſet nihilominus aliud finitũ,
uel infinitum: uel infinita ad hæc produ
cere. de hoc. ſupra diſtinctione. xvij. q.
viij. Ad probationem conceditur; ꝙ
deus habet ſimul potentiam producti-
uam: uerius eſt ſua potentia producti-
ua prout ſimul determinat habet: non
autem ut determinat productiuam, qui
nulla eſt potentia productiua ſimul om
omnia poſſibilia. Secũdò dicitur, ꝙ nul
lum producibile habet repugnantiam
ad quodlibet aliud producibile. Et quia
non habent repugnantiam ad alia pro
ducibilia. ideo non poſſunt omnia pro
duci: quia ſi omnia producerentur: illa
haberent repugnantiam ad quodlibet
aliud producibile. Et ita quodlibet pro
ducibile habet repugnãtiam ad omnia
ſimul: quia non poteſt ſtare cum omni
bus ſimul: quia tunc non eſſet aliquid ul
tra poſſibile produci: quod reputatur
impoſſibile. ¶ Ad confirmationem: tan
ta eſt uirtus productiua, quanta cogni-
tiua conceditur, & negetur conſequen
tia: quia in ſimili non ſequitur: tanta ẽ
uirtus cognitiua, quanta productiua: er-
go quicquid cognoſcit, illud producit:
quia licet idem ſit uirt⁹, qua cognoſcit,
& qua producit. ſ. ipſa diuina, & ſimpli
cisſima eſſentia: tamen non eſt idem co
gnoſcere, & producere propter conno
tata illorum terminorum, qui non ſo-
lum important deum: ſed etiam conno
tant creaturam: propter quod aliquid
prædicatur de uno, & negatur de alio:
ſicut eadem eſt uirtus ſolis, qua calefa
cit, & qua exſiccat, & illuminat, & ta-
men non quicquid calefacit, exiccat,
& illuminat, & econuerſo. Et in homi
ne non quicquid intelligit, uult, & ta-
men idem eſt intellectus, & uolũtas ſup
poſito, ꝙ potentiæ animæ non diſtin-
guantur realiter inter ſe, & ab anima.
Quia calefacere, illuminare, non ſolum
important uirtutem ſolis: ſed etiam ca-
lorem, & lumen; quę diſtinguuntur, ſic
etiam intelligere, & uelle nõ ſolum im-
portãt potentiam animæ: ſed etiã actus
elicitos, & obiecta, quæ diſtinguuntur.
Et licet in deo nec potentia, nec actus
diſtinguantur: tamen obiecta diſtinguũ
tur: quia aliquid eſt obiectum diuinę co
gnitionis: quod non eſt obiectum pro-
ductionis. i. aliquid cognoſcitur, quod
non producitur. ¶ Adhuc contra con
clusionem primã poteſt argui ſic. Deus
non cognoſcit omnia. Probatur: quia
non uniuerſaliter nec complexa, nec
impoſſibilia. Probatio: quia cognitio
uniuerſalis eſt imperfecta, & confuſa, &
abſtractiua. Cognitio dei non eſt im-
perfecta. ſed pfectisſima, diſtinctisſima,
& intuitiua. Vniuerſale autem non co
gnoſcitur niſi uniuerſaliter, & cognitio
ne uniuerſali: alias nõ eſſet uniuerſale.
¶ Etiam non cognoſcit complexum: qa
cognitio dei eſt ſimplicisſima, nec di-
ſcurrit. Etiam impoſſibile nõ poteſt co-
gnoſci cognitione ſimplici. deus autem
non habet niſi unum actũ cognoſcen-
di, & hunc ſimplicisſimum. ¶ Item quic
quid deus cognoſcit poteſt producere:
impoſſibile nõ poteſt producere: ergo
nec cognoſcere. ¶ Ad primum negetur
añs pro duabus primis partibus: quia co
gnoſcit uniuerſalia, & cõplexa. Ad pro
bationem negetur: ꝙ uniuerſale, & cõ
plexum non cognoſcuntur niſi cogni-
tione uniuerſali, & complexa. hoc ne-
getur. Nam uniuerſale ſiue habeat eſſe
obiectiuum tñ, ſiue ſubiectiuum: eſt tñ
cognoſcibile cognitione ſimplici, & in
tuitiua: ſic etiam complexa. Vnde deus
uno ſimplicisſimo cognoſcendi actu (q
eſt realiter, & omnibus modis diuina
eſſentia) cognoſcit intuitiuè omnia co
gnoſcibilia, præſentia, præterita, futura,
& poſſibilia. Et omnes rerum exiſtendi
modos, qualitates, & circũſtantias: quia
omnia ſeipſo immediatè, & ita nec ab-
ſtractiue, nec complexè, non cogno-
ſcit unum mediante alio. Ita ꝙ cogni-
tio dei prius terminaretur ad unum, &
mediante illo ad aliud: ſed ad quodli-
bet immediatè terminãtur. Nam una



notitia intuitiua immediatè ſe, & omniã
alia intelligit: ut ſupra patuit. ¶ Pro ter
tia parte ſimiliter dicitur, ꝙ cognoſcit
impoſſibilia logica. i. propoſitiones im-
poſſibiles. Secundò dicitur, ꝙ rem im-
poſſibilem non cognoſcit: quia nulla ta
lis eſt, nec eſſe poteſt. Sicut nec intelle
ctus humanus cognoſcens chymeram,
terminatur ad rem impoſſibilem, ſed ad
poſſibilia non potentia ſe habere certo
modo quo ſignificantur per terminum
chymera. Ita deus cognoſcit tantũ poſ
ſibilia, & omnes eorum circũſtantias,
habitudines, modos, repugnantias, con
ueniẽtias, affirmationes & negationes.
Dub. 5. ¶ Quintum dubium eſt, an ſit aliqua ui-
X ciſſitudo in diuina cognitione. Ad hoc
reſpondetur unica propoſitione. Nulla
eſt uicisſitudo ſucceſſionis in actu diui
næ cognitionis. Probatur auctoritate
ſcripturę. Apud quem non eſt tranſmu
tatio, nec uicisſitudinis obumbratio.
Iac. j. ¶ Præterea deus neceſſariò omniũ
rerum, & enuntiabilium poſſibilium eſt
ſimplex, & intuitiua notitia, ſeu cogni
tio alias non eſſet omniſciens, & eum
poſſent multa latere, & eius cognitio-
nem ſimplicem fugere: ut infra latius
Replica patebit. Sed contra hanc propoſitionẽ
ſic poteſt argui, deus aliquid de nouo
cognoſcit, quod prius non cognouit:
ergo eſt uicisſitudo in cognitione diui
na. Tenet conſequentia: quia eadẽ co-
gnitione, eadem ſemper neceſſariò co-
gnoſcuntur a deo. Antecedens proba-
tur: quia deus aliquem prius reprobatũ
de nouo approbat. ſed approbatio nõ
eſt ſine cognitione: ergo de nouo co-
gnoſcit. Conſequentia uidetur nota
ex terminis. Antecedens probatur: qa
deus peccatorem aliquem de nouo iu-
ſtificat infundendo ei primam gratiam:
ſed omnem iuſtificatum approbat, &
carentem gratia reprobat. Nam ap-
probare nihil aliud eſt, quàm aliquem
iudicare dignum uita æterna: talis au-
tem iudicatur omnis habens gratiam,
& indignus omnis carens ea: quod eſt
reprobare. Confirmatur: approbatio
dei, & eius cognitio ſunt idem omni-
bus modis: igitur approbatio noua eſt
noua cognitio: ab eodem eſt ad idem.
¶ Item de nouo incipit cognoſcere
primò iuſtificatum uita æterna dignũ:
ergo noua cognitione. Tenet conſe-
quentia: quia ſi cognitione non no-
ua: ſed præexiſtenti prius nouiſſet il-
lum dignum, & ita non habentem gra-
tiam dignum uita ęterna: quod eſt fal-
ſum. Conſequentia patet: quia idem
inquantum idem ſemper facit idem ma
ximè in agente naturali: nunc autem
deus quæcunque nouit, naturaliter, &
neceſſariò nouit. ¶ Solutio; ſcientia
dei licet in ſe una ſimplicisſima eſſentia
omnium cognoſcibilium: tamen in or
dine ad cognita a quibuſdam diſtingui
tur in ſcientiam ſimplicis notitiæ, &
ſcientiam iudicatiuam enuntiabilium,
quæ eſt ueritatis complexè uel propoſi
tionaliter ſignificatę: ut qua ſcit me
legere mereri, uel peccare. Scientia
ſimplicis notitiæ eſt ſcientia dei: ſecun-
dum ꝙ eſt ſimplex appręhenſio rerum.
Scientia autem enuntiabilium eſt ea-
dem ſcientia, ſecundum quod eſt eui-
dens iudicium eorum. ¶ Scientia ſim Sciẽtiã
plicis notitiæ adhuc tripartitur: quia ſimpli-
uel eſt omnium præſentium pręterito- cis noti
rum, futurorum, & poſſibilium. Et ſi tiæ ad-
obtinet nomen generale, ſcilicet ſcien huc tri-
tia ſimplicis notitiæ. Secundò ſpecia- partitur
lius: quia eſt eorum, quæ ſunt, fuerunt,
uel tantummodo, & ab aliquibus dici-
tur ſcientia uiſionis. Tertio modo ad-
huc ſpecialius tãtummodo reſpectu fu
turorum, & hęc dicitur præſcientia.
¶ Scientia enuntiabilium, ſeu iudica-
tiua etiam poteſt diſtingui ſecundum
dſtinctionem propoſitionum affirma-
tiuè: negatiuè de ĩ eſſe: mobilis de pñti
ptõ futuro &c. Et eſt hęc diſtinctio nõ
rerum, ſed noĩm. Ad idẽ in diſt. xxxix.
in notabili primo. ¶ Per hoc ad primũ
negeť aſſumptum de ſcĩa ſimplicis noti
tię. Sed de ſcientia iudicatiua poſſet cõ
cedi: qa de nouo iudicat propoſitionẽ
ueram quæ de nouo eſt uera: ſed nõ no
ua ſcientia, & negetur conſequẽtia. Ad
pbationẽ cõſequentię uera eſt de ſcĩa
ſimplicicis notitię non aũt iudicatiua.
Vnde eadem ſcĩa ſine eius mutatione

cognoſciturān eſſe,qn̄ eſt:nō eſſe, quā
do non eſt: ſic eſſe, quando ſic eſt, &
oı̄s habitudo rei exiſtētis, & poſſibilis:
& ita diuerſæ ueritates: ſicut eadem
ſimplicis apprehenſionis notitia co-
gnoſcit rem, quando eſt: & quan-
do non eſt. Ad probationem ante-
cedentis negetur conſequentia: de no
uo approbat:ergo de nouo cognoſcit:
ut cognoſcit dicit ſcientiam ſimplicis
notitiæ:ſicut ſi ſortes ignotus poſt quie
tem currat,quāuis de nouo cognoſco
eum currere: non tamen de nouo eum
cognoſco. De ſcientia iudicatiua ad ſa
num intellectum poſſet concedi. ❡ Ad
cōfirmationem negetur conſequentia
nec arguitur ab eodem ad idem: quia:
hoc eſt arguere a ſynonymo ad ſyno-
nymum. Nunc autem cognitio, & ap-
probatio diuerſa connotant: ſicut co-
gnitio,creatio &c. quamuis ſupponant
pro eodem, & propter connotationem
diuerſa de eis uerè prędicantur. ❡ Ad ſe
cundā confirmationem negetur conſe
quentia:nam eadem cognitione cogno
ſcit eum dignum uita ęterna, dum ha-
bet gratiam,& indignū dum caret pro
diuerſis temporibus. Et ſic nouit ab ę-
terno eum pro a, inſtanti indignum, &
pro b, inſtanti dignum. ❡ Ad probatio
nem idem inquantum idem:reſpondet,
ꝙ ſemper idem cognoſcit. Nec aliquid
incipit,aut deſinit de nouo cognoſce-
re:ut dictum eſt. Quod uerò propoſitio
nem nunc cognoſcit ueram, quam nō
cognouit prius ueram,ut prius determi
nat uerum,nō arguit mutationē ſcien
tię dei, ſed rei ſignificatę per propoſi-
Dub. 6. tionem. ❡ Sextum dubium. Vtrum effe
ctus,qui ſunt a deo neceſſariò cogniti,
ſint ab eo contingenter producti. Ad
hoc dubium eſt reſponſio affirmatiua,
& talis. Effectus a deo neceſſariò cogni
ti cōtingenter ſunt ab eo ꝓducti. Prima
pars patet ex dubio v. Secunda pars
patet:quia deus nihil operatur neceſſa-
riò ad extra:ut habet cōmune dictū theo
Replica logorum. ❡ Sed contra hanc propoſi-
tionem argui poteſt. effectus a deo nō
ſunt neceſſariò cogniti:igitur. Probatio.
Effectus non ſunt neceſſariò producti:
ergo non ſunt neceſſariò cogniti. An-
tecedens patet ex ſecunda parte cōclu
ſionis nunc datę pro reſponſione ad du
bium. Conſequentia probatur: quia ſe-
quitur bene. Effectus nō ſunt neceſſariò
ꝓducti: ergo nō ſunt neceſſariò effectꝰ.
Tenet cōſequētia:qa ſicut cōtingenter
ſunt producti: ita contingenter ſunt
effectus. Eo enim ſunt effectus,quo pro
ducuntur. Vltra non neceſſariò ſunt ef
fectus:ergo nō neceſſariò cogniti ſunt
eſſe effectus. Tenet conſequencia:quia
res neceſſariò cognita, neceſſariò talis
eſt, qualis eſſe cognoſcitur:alioquin co
gnitio neceſſaria poſſet eſſe fallibilis,&
erronea. Tunc ultra. Non neceſſariò
cogniti ſunt a deo effectus: igitur effe-
ctus a deo non ſunt neceſſariò cogniti,
per cōuerſionem ſimplicem propoſitio
nis uniuerſalis negatiuæ, tam ex parte
dicti,q̄ ex parte modi. ❡ Item non mi-
nus neceſſarium eſt uelle dei reſpectu
creaturę producendę:quàm eius intel-
ligendę. Ergo ſi neceſſariò cognoſcit:
neceſſariò producit. Tenet conſequen
tia:quia ſicut actu intelligendi creatu-
ram cognoſcit:ita actu uolendi eā pro-
ducit. Antecedens probatur: quia tam
intelligere,quàm uelle in deo eſt actus
ęternus, & immutabilis: quia realiter
deus ❡ Ad primū negetur conſequētia
probationis primi argumenti. Ad pro- Rn̄ſio.
bationem,admiſſa prima conſequentia;
licet negari poſſet attenta ampliatione
cauſata per neceſſariò negetur ſecunda
.ſ. non neceſſariò ſunt effectus:ergo nō
neceſſariò ſunt cogniti eſſe effectus:qa
contingens non contingenter:ſed ne-
ceſſariò cognoſcitur a deo. Ad proba-
tionem negetur, ꝙ res neceſſariò co-
gnita,neceſſariò talis eſt, qualis cogno
ſcitur:quia Ioā. ſedēs neceſſariò cogno
ſcitur a deo ſedere, et tn̄ nō neceſſariò
ſedet. ❡ Ad ꝓbationē alioqn cognitio
neceſſaria eſſet fallibilis: hoc negetur
de cognitione illa:qua imutata cogno
ſcitur utraq; pars cōtradictionis ſuc-
ceſſiuè uera: qualis eſt cognitio diui-
na. Poſſet etiam concedi conſequens,
nō neceſſariò cogniti ſūt eſſe effectus:
quia hęc cognitio eſt iudicatiua, &
deus



deus non neceſſariò cognoſcit effectū
eſſe:ſicut non neceſſariò cognoſcit Pe
trum orare:quia poteſt cognoſcere Pe
trum non orare. Sic enim non cogno
ſcit niſi uerum: & uerum contingens
contingenter cognoſcit uerum: ſicut
contingenter prædeſtinat. Nihilomi-
nus tn̄ effectus neceſſariò ſunt cogniti,
cognitione ſimplicis notitię,uel appræ
henſionis. Vnde licet neceſſariò co-
gnoſcit omnia uera.tamen non neceſſa
riò ſcit omnia uera propter diuerſam
connotationem terminorum ſcire, &
cognoſcere. ❡ Ad ſecundum:non mi-
nus eſt neceſſarium uelle dei &c. Illa
poteſt diſtingui: quia uno modo poteſt
ſic intelligi: non minus neceſſariò uult
creaturam:hoc eſt neceſſariò uult crea
turam,ſicut neceſſariò intelligit, & ſic
eſt falſa. Quia licet intelligere, & uelle
dei idem important in deo, ipſam.ſ.di-
uinam eſſentiam: tn̄ non eodem modo
connotant creaturam:quia intelligere
connotat creaturam in eſſe obiectiuo
poſſibili:uel in eſſe actuali. Nam deum
uelle creaturam,eſt producere creatu-
ram,ſecundum illud. Omnia quæcunq;
uoluit, fecit:ſed deum intelligere crea
turam, eſt deum apprehendere creatu-
ram ut obiectum:de ratione autem ob
iecti non eſt, ut ſit. ❡ Alio modo intel
ligitur:nō minus neceſſarium &c. id eſt
actus uolendi in deo eſt neceſſarius ſi-
cut actus intelligendi,& ſic conceditur
aſſumptum & negetur conſequentia.
❡ Ad probationem:ſi ſicut dicit omni-
modam ſimilitudinem, negetur: quia
non eodem mō præciſè:ſicut actu intel
ligendi cognoſcit:ita actu uolendi pro
ducit:quia actu intelligendi neceſſariò
intelligit:ſed actu uolendi contingēter
non neceſſariò producit:ſi autem ſicut
dicit aliqualem ſimilitudinem: ut ſicut
actus intelligendi eſt immutabilis, & ę-
ternus:ſic actus uoluntatis:ut ſonat ꝓ-
batio conceditur: ſed quia ſimilitudo
non eſt ſufficiens ad propoſitum nihil
Dub. 7 probatur. ❡ Dubium ſeptimum eſt con
AA tra concluſionem tertiam .ſ. Contingē
tia in rebus productis dependet ex liber
tate arbitrij producētis. ❡ Contingen
tia in rebus productis, nō dependet ex
libertate &c. Probatur:quia nullus effe
ctus naturaliter productus dependet ex
libertate producentis. Et omnis effe-
ctus naturaliter poductus eſt cōtingēs:
ergo contingens non dependet ex li-
bertate producentis. Et omnis effectus
naturaliter productus eſt contingens:
ergo contingens non depēdet ex liber
tate producentis. Diſcurſus eſt in ſecū
do tertiæ. Maior probatur:quia in hoc
diſtinguitur effectus naturaliter produ
ctus,& effectus liberè productus: quia
iſte dependet ex libertate arbitrij: ille
uerò non. Minor ſimiliter probatur:qa
nullus effectus productus eſt neceſſe eſ
ſe:ergo omnis eſt contingens. Tenet cō
ſequētia a ſufficiēti diuiſione: quia om
ne, quod eſt,eſt neceſſe eſſe,uel contin
gens: ſed effectus non eſt neceſſe eſſe
hoc contingens:a tota diſiunctiua cum
deſtructione unius partis ad partem nō
deſtructam. ❡ Si dicis: ꝙ omnis effectus
dependet ex libertate primæ cauſæ: re-
ſpectu cuius nullus effectus ē naturalis:
quia omnia extra ſe producit non natu
ra,ſed uoluntariè. ❡ Contra ſuppono
opi. quorundam philoſophorum: ꝙ pri
ma cauſa non coagat cauſis ſecundis in
producendis effectibus: tunc ſtat argu-
mentum. ❡ Poteſt reſpōderi dupliciter:
uno modo ꝙ caſus eſt impoſſibilis, &
opi. illa philoſophorum eſt error dam-
natus a ſacra ſcriptura. Omnia per ip-
ſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt
nihil: ideo non admittendus nec mirū:
ſi ex impoſſibili ſequitur oppoſitum ue
ri:cum ad ipſum ſequatur impoſſibilę.
Aliter dicitur poſita opi. illa quamuis
impoſſibili, ꝙ effectus naturales nō ſunt
contingentes ad utrumlibet: ſed neceſ-
ſarij neceſſitate naturali. Et cum argui
tur, non ſunt neceſſe eſſe: ſimpliciter cō
cedo:quia ſunt corruptibiles,& aliquā-
do non fuerunt,& cum infertur: ergo
contingentes. negetur conſequentia:
nec eſt diuiſio ſufficiens:quia datur me
dium inter neceſſariū ſimpliciter,& cō
tingens.ſ. poſſibile:ut poſſibile dicatur:
quod poteſt eſſe,& pōt nō eſſe. Contin
gens uerò, quod oībus cauſis ad eius ꝓ

ductionem neceſſarijs poſitis,& ſubla-
tis impedimentis pōt æque nō produci.
Et nihil tale eſt, niſi quod dependet ex
Dub. 8. libera uoluntate. ¶ Octauum dubium
BB eſt contra concluſionem quartam.ſ.
Infallibilitas cognitionis diuinæ nō re
pugnat contingentię creaturæ. Infalli
bilitas diuinæ cognitionis non ſtat cū
contingentia creaturę; ergo ei repu-
gnat. Conſequentia nota: quia quę
non ſtant ſimul illa repugnant. An-
tecedens probatur: quia ſi ſcientia
dei eſt infallibilis reſpectu contingen
tium, non poſſunt contingentia non
eſſe, & per conſequens non ſunt
contingentia, ſed neceſſaria. Proba-
tur conſequentia per Beatum Augu-
ſtinum. tertio. de lib. arbit. cap. iiij.
dicentem. Aliter fieri non poteſt
quàm deus pręſciuit. Item ſexto. ſu-
per Geneſ. cap. xxij. Illud quod deus
præſciebat neceſſariò futurum erit.
Item Anſel. de concor. prędeſtin.&
lib. arbitr. cap. primo.& quarto. Id,
quod deus præſciuit: neceſſe eſt eſſe
futurum. Ex quibus uidetur ſequi;
quod præſcientia dei propter ſuam in-
fallibilitatem imponit neceſſitatem fu
turis pręſcitis: ideo repugnat con-
tingentiæ. Ad idem poſſent multę
auctoritates adduci. ¶ Ad auctorita-
tes dicitur: quòd intelligendę ſunt
in ſenſu compoſito. Ita quòd hæc
eſt impoſſibilis: deus pręſcit aliquid
taliter futurum qualiter nō eſt futurū:
uel loquitur de neceſſitate conſequen
tiæ non conſequentis, ac cōditionata.
Quia bene ſequitur: deus pręſcita, eſſe
futurum: ergo erit. conſequentia neceſ
ſaria eſt: ſed conſequens contingens ſi
CC cut añs. ¶ Præterea arguitur contra cō
cluſionem eandem rōne. Cum infallibi
litate &c. non ſtat contingentia. Pro-
batur: quia omne contingens pōt non
eſſe futurum: ſed præcognitum infalli
biliter futurum: non poteſt non eſſe fu
turum: igitur præcognitum non eſt con
tingens, & ita non ſtat contingentia.
diſcurſus eſt in feſtino. Maior manife-
ſta ex quid noīs contingentis. Minor
probatur; quia ſi præcognitū poſſet nō
eſſe futurum: non eſſet infallibiliter pre
cognitum: quia nihil potens fallere eſt
infallibiliter pręcognitum. Sed oē præ
cognitum potens non eſſe futurum, po
teſt fallere: ergo nihil tale eſt infallibi-
liter præcognitum. Diſcurſus eſt in ce-
larent. & maior nota: quia fallibile eſt,
quod poteſt fallere: ſicut animal ſenſibi
le quod poteſt ſentire. Minor patet: q̃a
fallere cognoſcentem eſt aliter ſe habe
re, q̃ cognoſcitur: ergo poſſe fallere eſt
aliter ſe poſſe habere, q̃ cognoſcitur. Se
cundò probatur illa minor principalis
.ſ. ꝙ præcognitum infallibiliter futurū
non poteſt non eſſe futurum. Quia ſe-
quitur: ſi deus pręcognoſcit Petrū pec
caturum in a inſtanti, peccabit in a. Te-
net conſequentia: q̃a pręſcientia dei eſt
infallibilis. Añs igitur non poteſt eſſe
uerum ſine conſequente. Sed añs eſt
neceſſarium: igitur, & conſequens.ſ. Pe
trus peccabit in a, & per cōſequens nō
poteſt non peccare. Neceſſitas antece
dentis probatur. Tum, quia q̄ deus co-
gnoſcit, neceſſariò cognoſcit ex dub.
vj. Tum quia ſi pręſcit: ab ęterno præſci
uit: ultra ergo neceſſariò pręſciuit. Te-
net conſequētia: quia oīs de præterito
uera eſt neceſſaria: quia hoc ſolo priua
tur deus: ingenita facere q̄ genita ſunt.
Tum quia conſequens ex a io erit neceſ
ſarium. quia ſtante antecedente, conſe
quens eſt uerum, Petrus peccabit in a.
ergo neceſſarium. Probatio conſequen
tię: quia oppoſitum conſequentis non
ſtat cū antecedente. Probatur; quia op
poſitum conſequentis non neceſſarium
non ſtat cum antecedente. quia ſi non
eſt neceſſarium Petrum peccare in a.
poteſt non peccare in a. ſed illa repu-
gnat huic: petrus peccabit in a. quia po
natur in eſſe: petrus poteſt non peccare
in a. petrus non peccabit in a. quę eſt
contradictio prioris: petrus peccabit in
a: ergo non ſtant ſimul. ¶ Ad illas reſpō
detur: ad primum negetur aſſumptum.
Ad probationem negetur minor.ſ. pre
cognitum infallibiliter futurum: nō po
teſt non eſſe futurum. Ad probationem
negetur conſequentia: quia potens nō
eſſe futurū, pōt infallibiliter præcogno



ſci eſſe futurum. ſicut Antichriſtus pōt
non eſſe futurus, & tamen infallibiliter
pręcognoſcitur futurus: quia infallibili-
ter eſt futurus. Ad probationem conſe
quentię, negetur minor: ꝙ omne pręco
gnitum potens non eſſe futurum poteſt
fallere. Ad probationem negetur con-
ſequētia. Et dicitur: ꝙ poſſe fallere præ
cognoſcentem eſt poſſe fieri, ut res pręſ
ſciatur futura, & ipſa non ſit futura.
¶ Ad ſecundam probationem minoris,
negetur antecedens: ꝙ deus pręcogno
ſcit petrum peccaturum in a. ſit neceſ
ſarium. Ad probationem conceditur:
ꝙ deus quæ pręcognoſcit, neceſſaria co
gnoſcit: ſed non neceſſariò præcogno-
ſcit: nec hoc dicit reſponſio concluſiua
in dubio. vj. quia cognoſcere ibi in con
cluſione tali dicit cognitionem ſimpli-
cis appręhenſionis, uel notitię, & illa ne
ceſſariò cognoſcit oīa poſſibilia. Sed
præcognoſcere dicit cognitionem ueri
iudicatiuam, & hoc contingenter præ
cognoſcit futura. unde ſtant ſimul. Ne
ceſſariò cognoſcit futura, ergo futura
& contingenter præcognoſcit futu-
ra: nec ſequitur. Neceſſariò cogno
ſcit futura: ergo futura neceſſariò
ſunt futura: propter ampliationem
quam cauſat cognoſcit. Sed bene
ſequitur: pręcognoſcit a futurum: er-
go a eſt futurum. Quia præcognoſcere
a, futurum eſt iudicare a eſſe futurum,
& ita eſt cognoſcere hanc eſſe ueram. a
eſt futurum. ¶ Ad tertiam probationem
minoris dicitur: ꝙ propoſitio de p̄teri-
to uera, cuius ueritas depēdet a futuro
contingenti non eſt neceſſaria: ut ſupra
patuit diſt. & q. præſenti art. ij. & habe-
tur in centilo. Ockam. concluſione.
lxxxjx. Sed poteſt eſſe falſa: unde licet
deus præſcit Antichriſtum futurum, &
ab ęterno pręſciuit: poteſt tñ non pręſci
re, & nunquā pręſciuiſſe. ſicut hęc deus
producet Antichriſtum: ab ęterno fuit
uera, & tamen poteſt non producere:
quod ſi nō faceret: nunquam fuiſſet ue
ra. Et ſi hęc de pręterito, hęc fuit uera
demonſtrando illam: deus producet An
tichriſtum: poteſt eſſe falſa, uerum ergo
eſt, ꝙ pręterita non poſſunt nō eſſe præ
terita in ſenſu diuiſo: quæ fuerunt res
aliquę in eſſe actuali poſitæ. Sed per hęc
præterita, quę dependent a futuris con
tingentibus: nihil poſitum eſt, uel fuit
in eſſe actuali. ¶ Ad quartam probatio
nem neceſſitatis conſequentis dicitur,
ꝙ illa non eſt neceſſaria: petrus pecca-
bit. Et negetur, ꝙ illa petrus poteſt nō
peccare, repugnet huic: petrus pecca-
bit: licet eius de ineſſe repugnet. Quia
de in eſſe poteſt eſſe falſa, propoſitione
de poſſibili exiſtente uera: immo nec il-
lę repugnant: petrus poteſt peccare: pe
trus poteſt non peccare. Quia ambę ue
ræ, & ambæ affirmatiuè: ſed illę repu-
gnant: petrus poteſt peccare: petrus nō
poteſt peccare. ¶ Adhuc contra totū DD
fundamentum pręmiſſarum ſolutionū.
Deus præſciens futurum neceſſariò prę
ſcit futurum: ergo futurum pręcognitū
non poteſt non eſſe futurum, & ita ne
ceſſariò futurum. ſed omne futurum eſt
pręcognitum, ergo omne futurū eſt ne
ceſſarium. Conſequētia eſt in barbara.
Et primum probatur: ꝙ.ſ deus quęcun
que pręcognoſcit, neceſſariò p̄cogno-
ſcit: quia oīa futura repręſentātur deo
per eſſentiam tanquam in ſpecie, uel
medio cognoſcendi: uel in notitia, qua
cognoſcit. Sed quicquid dei eſſentia
repręſentat naturaliter repręſentat: nō
minus, q̃ ſpecies, uel notitia creata: er-
go non poteſt nō repręſentare futurū,
& per conſequens futurum non poteſt
non eſſe futurum, alias eſſentia diuina
poſſet falſè repręſentare. ¶ Solutio ꝙ:
deus non cognoſcit aliqua per aliquid
quaſi per medium: nec propriè eſſentia
repręſentat cognita quaſi ſpecies, nec
primò cognoſcit eſſentiam ſuam, & per
illam quaſi præcognitum medium co-
gnoſcit res alias. Sicut beati cogno-
ſcunt creaturas relucentes in eſſen-
tia, cognitione rerum in uerbo. Sed
ut ſupra tactum fuit in recitatione o-
pinio. Ockam. M. deus eſt eſſentia
diuina, & notitia intuitiua, immedia-
tè oīum entium actualiū, & poſſibiliū:
& iudicium ueraciſſimum, ac euiden-
tiſſimum omniū uerorū enuntiabiliū, &
neceſſariò eſt intuitio oīum poſſibiliū

exiſtentium, & non exiſtentium. Sed nō
neceſſariò eſt iudiciū, ſiue notitia iudica
tiua oīm uerorū cōtingentiū, & ſic eſſe
conuenit ſibi non mediante aliquo qua
ſi ſpe., uel medio cognoſcendi: ſed eſt
talis cognitio ex propria ſua natura, &
perfectione infinita: cuius nihil ſimile
Dub. 9. haberi pōt in creatura. Nonum dubium
EE eſt: ſi prędicta uera ſunt de rerum cōtin
gētia: quō ſtabit illa cōis propoſitio phi
loſophi: omne, quod eſt, qñ eſt, neceſſe
eſt eſſe. hoc enim directè uidetur prædi
ctis obuiare, & contradicere. Ad hoc re
ſpondent Greg. de Arim. diſt. xxxviij.
q. j. art. iij. & poſt eum Camer. q. xj. art.
j. Item Oyta. q. viij. art. j. diſtinguēdo.
ꝙ illa dictio qñ, poteſt ibi ſtare aduer-
bialiter, uel coniunctionaliter: ita ꝙ æq
ualet huic coniunctioni ſi. Nam ut di-
cit Boe. lib. j. de hypotheticis ſyllogiſ-
mis: ita poteſt fieri cōditionalis ꝑ hoc
aduerbiū cum: ſicut per hanc cōiunctio
nem ſi: unde iſta eſt conditionalis. Cū
homo eſt, animal eſt: ſicut hæc, ſi homo
eſt, animal eſt, & idem iudicium pōt eſ
ſe de qñ. ¶ Si ergo qñ, ſtat ibi aduerbia
liter, uel illa propō ſumitur in ſenſu cō
poſito, & ſic eſt uera: quia denotatur,
ꝙ hæc ſit neceſſaria: omne, quod eſt, qñ
eſt, neceſſe eſt eſſe, & hoc eſt uerum: li-
cet non habeat aliquam ſingularem ne
ceſſariam pręter hanc: hoc quod eſt, qñ
eſt demonſtrando deum: nam quocūq;
alio demonſtrato, ſingularis eſt contin
gens: ut patet. ¶ Vel illa ſumitur in ſen
ſu diuiſo, & hoc dupliciter: uel enim ip
ſa eſt temporalis, & tunc ęquiualet huic
copulatiuę: oē quod eſt aliqñ eſt, & om
ne tale tunc eſt neceſſe eſſe, & ſic ipſa ē
falſa, ſicut ſecunda pars: quia nihil præ-
ter deum aliqñ eſt neceſſe eſſe. ¶ Vel po
teſt eſſe de temporali ſubiecto, & ſic to-
tum hoc: oē, quod eſt, qñ eſt: erit ſubie
ctum, & reliquū erit prędicatum, quod
denotabitur uerificari de illo ſubiecto
cum modo neceſſitatis, & tūc eſt falſa,
quod patet arguendo ſic. Omne, quod
eſt, qñ eſt &c. ſortes eſt, qñ eſt: ergo ſor
tes neceſſe eſt eſſe &c. Vel pōt eſſe de
tēporali prędicato, & tunc tm̄ quod ē:
erit ſubiectum & reliquum prædicatū.
Et ſic adhuc eſt falſa: quamuis aliqui dī
cant oppoſitum; patet arguēdo ſic. Oē
quod eſt neceſſe, uel de neceſſitate eſt,
qñ eſt: ſortes eſt: ergo ſortes neceſſe, uel
de neceſſitate eſt, qñ eſt. Et idem eſt iu
dicium ſi dicatur. Omne, quod eſt de
neceſſitate eſt qñ eſt. Concluſio autē ē
falſa, cum ſit ſingularis in ſenſu diuiſo,
quę eſt falſa in ſenſu compoſito. ¶ Ideo
patet, ꝙ ſi illa propoſitio ſumatur, in
ſenſu diuiſo ſicut de uirtute ſermonis
debet ſumi, & qñ ſtat aduerbialiter ſi-
cut cōiter ſolet accipi: tunc ipſa eſt ſim
pliciter falſa. ¶ Si uerò qñ ſtat condi-
tionaliter, uel poteſt eſſe conditionalis:
uel de conditionali extremo. Si primo
mō, uel neceſſe poteſt denotare conſe-
quentiam eſſe neceſſariam: & tunc eſt
uera: quia iſta eſt neceſſaria: omne qđ
eſt, ſi eſt ipſum eſt: uel poteſt denotare
neceſſitatem cōſequentis, & eſt ſenſus:
ſi aliquid eſt, quodcunq; illud ſit ipſum
de neceſſitate eſt, & ſic eſt falſa. Si ue-
rò ſit de conditionali ſubiecto, etiam
falſa eſt: quia denotatur, ꝙ de quocun-
que dicitur hoc ſubiectū ens quod eſt, ſi
eſt: dr̄ hoc uerbū eſt modo neceſſitatis,
& ſic eſt falſa: ut patet. Si autem ſit de
conditionali prædicato: tunc eſt uera:
qa denotatur, ꝙ de quocunque dicitur
hoc ſubiectum ens, quod eſt: dicatur
hoc prædicatum eſt: ſi eſt: cū modo ne-
ceſſitatis, & hoc eſt uerum. Quia quo
cunque, quod eſt demonſtrato, uerum
eſt dicere: hoc de neceſſitate eſt: ſi eſt.
Ex qua nō ſequitur ergo hoc de neceſ
ſitate eſt: ſed eſt fallacia ſecundum quid
ad ſimpliciter, & iſtū ſenſum uoluit phi
loſophus, uel primum &c. ¶ Ex hoc pa
tet, ꝙ q̃uis aliqua res contingens, quę
eſt in aliquo inſtanti de neceſſitate eſt
in illo inſtanti, ſed contingēter. & hoc
eſt uerū ut illa eſt propoſitio de condi-
tionali prędicato, & nō conditionalis.
Hæc ex doct. pręfatis ſumere placuit.
¶ Alia moueri poſſent dubia, quorum
aliqua tangentur diſtinctione ſequēti,
& pleraq; habentur apud prę fatos doc.
qui materiam illam de ſcientia dei latiſ
ſime proſequuntur. & Oyta. q. viij. ar. j.
¶ Poſſet etiam hic quæri, an deus poſſit



alicui reuelare futura contingentia: de
quo latè uide in doc. quodlib. iiij. q. iiij.
Item in cētilogio concluſione. lxxxvij.
De ſcientia dei plura uide in centilo.
concluſione. lxxxj. & ſequentibus.

## DISTINCTIO. XXXIX.

EGIT de prę ſcientię
cauſalitate, nunc de
eius immutabilitate:
quęrens. An ſcientia
dei poſſit augeri, uel
minui. Et pōt textus
ſic trium concluſio-
num numero ſummari. ¶ Prima con-
cluſio. Deus ſimul, & immutabiliter, &
ab ęterno ſcit oīa, prę ſentia, prę terita,
& futura, bona, & mala: nec ſcientia ſua
augeri poteſt, uel minui. ¶ Secunda cō
cluſio. Deus poteſt aliqua ſcire, q̃ non
ſcit, & aliqua non ſcire, quæ ſcit: pro
quanto res ſe aliter habere pñt, quàm
habent. ¶ Tertia concluſio. Deus non
pōt incipere ſcire aliquid de nouo, uel
deſinere ſcire, quod ſciuit: capiēdo ſcire
pro cognoſcere uerum. Non tn̄ poteſt
ſcire plura, q̃ ſcit illo mō: quia ſemper
altera pars contradictionis eſt uera. Et
ita ſemper tot ſunt uera, quot falſa, ſe-
cus ſi ſcire capitur generaliter pro co-
gnoſcere. Declarationem latiorem ui
de in textu.

## QVAESTIO.
### unica.

A
Artr. 1. Nota. 1 Vtrū deus pōt ſcirē plura, quã ſcit.

VTRVM deus poſſit plura
ſcire, quã ſcit. ¶ Tribus arti-
culis abſoluetur difficultas
quæſtionis. ¶ Pro articulo
primo ſuppono dicta in dubio. v. diſtin.
præcedentis. Quibus additur poſt Oy
tã. q. viij. ar. ij. ꝙ omnis notitia, ſeu ſciē
tia dei aut eſt ſimpliciter apprę henſiua,
aut cōplexè, ſiue propoſitionaliter iudi
catiua. Et iſtam diuiſionem innuit brin
ckel ubi ſupra ſaltem ſententionaliter:
ſecundum Altiſiodoren. lib. ſuo primo.
c. xlviij. dicens. ꝙ ſcientia dei uno mō
ſumitur pro notitia rerum: alio modo
pro notitia enuntiabilium, & hoc idem
ponit Adã. q. ij. tertij. Scientia apprę-
henſiua (q̃ & dr̄ rerum) ex diuerſitate,
& generalitate ſcitorum: reſpectu quo-
rum ſcientia dei dicitur multiplex: tria
ſortitur nomina. Dicitur. n. qñque ſim
plicis intelligentiæ: dicitur ſcientia ui-
ſionis: dicitur ꝑſcientia. ¶ Scientia ſim
plicis intelligentiæ, q̃ etiam ſolet dici
ſcientia dei intuitiua: eſt in plus, ſiue re
ſpectu plurium, q̃ ſcientia uiſionis: quia
eſt reſpectu omnium poſſibilium. Non
autem ſcientia uiſionis: ut patuit diſt.
præced. in dub. v. X. Item præſciētia
ſiue ꝓuiſio eſt in minus, q̃ ſcientia uiſio
nis: quia eſt ſolum reſpectu futuri. ¶ Itē
ſcientia dei ſiue cognitio dei, reſpectu
plurium eſt apprę henſio, q̃ iudicium. Pa
tet: quia tam reſpectu complexorum: q̃
incomplexorum, tam falſorum, q̃ uero
rum eſt appræhenſio, iudicium uerò ſo-
lum reſpectu uerorum. ¶ Secundò no- Not. 2.
tandum ſecundum doct. ꝙ ſcire aliqñ B
capitur large pro cognoſcere, hoc mō
dicimus: deus ſcit oīa complexa, & in-
complexa, neceſſaria, & contingentia
uera, & falſa, poſſibilia, & impoſſibilia:
id eſt cognoſcit omnia. Secundo modo
accipitur ſtrictius, pro cognoſcere ue-
rum: illo modo non ſcit falſum. ¶ Ter- Not. 3.
tiò notandum, ꝙ aliud eſt quęrere: an
deus poſſit plura ſcire, q̃ ſcit, & an deus
poſſit ſcire aliquid, quod non ſcit.
¶ Quartò notandum, ꝙ aliqui diſtin-
guentes ſcientiam dei in ſcientiam re-
rum, & enuntiabilium, dicunt, ꝙ ſcien-
tia rerum ſignificat diuinam eſſentiã,
ſecundum ꝙ deus ſimplex appræhēſio
entitatem incomplexarum. Scientia
uerò enuntiabilium ſignificat diuinam
eſſentiam, ſecundum ꝙ eſt ſimplex ap-
prę henſio propoſitionum, uel euidens
iudicium complexorum. ita ꝙ ſcientia
enuntiabilium etiam poſſit dici ſcien-
tia rerum. Sed alij ut puta Oyta & cę-
teri, ſcientiam enuntiabiliū dicunt ſcien
tiam iudiciariam, ſiue iudicatiuam. Aliã
uerò nominant appræhenſionem: cum
non eſt iudicium: non curãdo reſpectū,
cuius ſit obiectiuè, an reſpectu enuntia
tionis, uel rei diſtinctè contra ſignum.

Nota.5 ¶ Quintò notandum, ꝙ terminorum ſi
C gnificantium dei ſcientiam, quidam ſi
gnificant ſimpliciter, & præciſè appræ
henſionem dei, ut cognoſcere, appręhē
dere, ſcire, ſaltem ut in plurimum: ſalua
diſt. pręmiſſa in notabili ſecundo. Qui
d am non ſolū ſignificat diuinam eſſen-
tiam, aut deum cognoſcentem: ſed con
notant effectus uarios in creaturis, pro
pter cuius connotati alietatem de ſein
uicem ſępe negantur: licet dicant unā,
& eandem eſſentiam cognoſcētem, ſeu
cognitionem ueri iudicatiuam differē
ter tamen ſecundum diuerſos effectus,
quos connotant, ut prędeſtinare, ſiue
prædeſtinatio, pręſcientia, pręcognitio
prouidentia, approbatio, reprobatio.
¶ Hinc prędeſtinatio dicit cognitionem
ueri iudicatiuam, qua deus uult alicui
dare gratiam in præſenti, & gloriam in
futuro ¶ Reprobatio dicit notitiam eui
dentem iudicatiuam, qua uult aliquem
non ſaluare, ſed damnare perpetuò. Itē
notitia cum uoluntate beneplaciti re-
ſpectu ſic cogniti poteſt dici ſcientia ap
probationis. ¶ Præcognitio dicit co-
gnitionem ueri iudicatiuam futuri &c.
ſic de multis alijs nominibus: ut ſciētia
uiſionis, quę eſt facti. Præſcientia, quę
eſt futurorum, ſimplicis notitiæ, quæ ē
in gñe reſpectu omnium cognoſcibiliū.
Non tñ propter illa nomina multipli-
cata imaginanda eſt multiplicitas in di
uina eſſentia: ſed una, & eadem ſimplex
diuina notitia tam diuerſa ſortitur no-
Coro.1 mina propter alia, & alia ſcita. ¶ Ex his
D ſumi poſſunt aliqua corollaria, & ex pręmiſſis in diſt. pręced. & xxxv. Deus om
nium rerum pariter, & enuntiabiliū eſt
apprǽhenſiua notitia. Supponitur autē
in propoſito, ꝙ propoſitiones ut termi
nantia intellectione poſſunt dici res lar
Coro.2 go uocabulo. ¶ Corollarium ſecun-
dum. Deus omnium uirorum enuntia-
bilium eſt uera ſcientia, ſeu uerum iudi-
cium. ſeu cognitio ueri iudicatiua ut
Coro.3 alij loquuntur. ¶ Corollarium ter-
tium. Deum omnium uerē enuntiabi-
lium de præterito, uel de pręſenti, eſt no
4 titia uiſionis. ¶ Corollarium quartū.
Deus omnium enuntiabilium de futu-
ro contingentium eſt notitia pręuiſio
nis, & quandoq; dicitur largè pręſcien
tia. ¶ Corollarium quintum. Deus re- 5
ſpectu eorum, quæ bene fiunt, eſt ſcien
tia approbationis: reſpectu eorum, quæ
male fiunt ſcientia reprobationis: Iſta
omnia, & ſimilia poſſunt colligi ex di-
ctis. ¶ Corollariū ſextum: quamuis deus 6
omnium rerum, & enuntiabilium neceſ
ſariò eſt apprǽhenſio, ſiue apprǽhēſiua
cognitio: attamen reſpectu uerorū con
tingentium non neceſſariò, ſed contin
genter eſt uera ſcientia, ſeu iudicium.
Prima pars huius corollarij patuit, &
oſtendit. Oyta: quia cum deus ſit noti-
tia immenſa: ſi alicuius poſſet non eſſe
ſcientia: hoc eſt appræhenſio: tunc poſ-
ſet non eſſe appræhenſio immēſa: quod
eſt impoſſibile. Secūda pars patuit dub.
j. diſt. præcedentis: ſicut enim talia con
tingenter ſunt uera: ſic deus eorum eſt
contingenter iudicatiua ſcientia, ſeu
cognitio iudiciaria: cum non poſſit iu-
dicare falſum. ¶ Corollarium ſeptimū. 7
Eſſentia diuina ęquè neceſſariò eſt no-
titia ac utrumlibet contingentium, ſi-
cut neceſſariorū, & ęquè impoſſibilium:
ſicut poſſibilium: patet ex præcedenti.
¶ Corollarium octauum. Vnica, & ſim- 8
plex notitia ſimul eſt oppoſitorum ſine
ſui oppoſitione: falſorum ſine ſui falſita
te, & impoſſibilium ſine ſui impoſſibili
tate. ¶ Secūda pars patet ex pręmiſſis,
quia notitia appræhēſiua ſimplex eſt in
plus, quàm ſcientia uiſionis. Plura alia
corollaria poſſent formari, q̄ uide apud
pręfatos doct. ¶ Vltimò ſupponitur, ꝙ
ſemper eſt ęqualis numerus uerorū. Pa
tet: quia ſemper altera pars cōtradictio
nis eſt uera, & nunquam ambæ. Nec ali
quid eſt uerum, niſi ſit contradictionis
altera pars: unde quandocunque aliqd
eſt uerum: oportet aliud. ſ. ſuum contra
dictorium fieri falſum, & ecōuerſo: ma-
net ergo ſemper ęqualis numerus ue-
rorum, & falſorū. ¶ Iſtis præmiſſis pro Arti.2.
articulo primo eſt concluſio reſponſi- Cōcl.1
lis prima pro artic. ij. Accipiendo ſcire E
largè, deus non poteſt ſcire plura, quā
ſcit: nec ſcire aliquid, quod nūc nō ſcit.
Patet: quia nullius notitiam pōt de no-



Cōcl.2. uo acquirere. ¶ Secunda concluſio. Ac
cipiendo ſcire ſecundo modo, deus nō
poteſt ſcire plura quàm ſit. Probatio:
quia omni tempore ęqualia ſunt uera,
& non plura uno tempore, quā alio, qa
ſemper altera pars contradictionis eſt
uera: licet non ſemper eadem ſit uera.
Cōcl 3. Et omne uerum ſcit deus. ¶ Tertia con
cluſio, Deus pōt ſcire aliquid, quod non
ſcit, ſecundo modo capiendo ly ſcire.
Patet. aliquod falſum poteſt fieri uerū
& illud falſum deus neceſſariò nō ſcit:
quia modo nō eſt uerum, & ſolum uerū
illo modo ſcit deus: poteſt tñ eſſe uerū:
& ita poteſt ſciri a deo: hoc tñ non cō-
tingit propter mutationen alicuius in
deo: ſed propter mutationem in creatu
ra. Et ideo ſcientia dei nec poteſt auge
ri, nec minui. Ex illo ſequitur: ꝙ ſcire il
lo modo non dicit aliquid abſolutū in
deo pręſciente: ſed etiā creaturam. ſ. ue
rū. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ non eſt idem
ſcire ſortem ſedere: & ſcire ſortem ſe-
diſſe: quia non eſt idem uerum, ſortes ſe
det: & sortes ſedit: & una poteſt eſſe ue
Nota. ra alia exiſtente falſa. ¶ Et quamuis deus
cognoſcit omnia enuntiabilia: tñ deus
non cognoſcit cōponendo, & diuiden-
do: ſed unica ſimplici cognitione co-
gnoſcit omnia: de hoc in cētilo. Ockā
cōcluſione. lxxxiij. & ſequenti. ¶ Ex his
multa formari poſſunt corollaria: atten
ta multiplici acceptione nominis ſcien
tia in ordine ad ſcita: ut ea multiplicāt
Arti.3. doc. pręfati in ſcriptis ſuis. Quantū ad
Dub.1. articulum tertium, dubitatur circa hoc
F quod dictum eſt in concluſionibus. Nec
plura qñq; nec pauciora: ſed eadem ſem
per cognoſcit immutabiliter mens diui
na. Contra primam partem: deus poteſt
plura ſcire, quàm ſcit: & ſimiliter paucio
ra: ergo pōt plura cognoſcere, quā co-
gnoſcit: & ſimiliter pauciora. Conſe-
quētia tenet ab inferiori ad ſuperius. An
tecedens probatur: omnia uera poteſt
ſcire: ſed plura quā ſcit, poſſunt eſſe ue
ra: ergo plura quā ſcit, poteſt ſcire. Cō
ſequentia eſt in darij. Maior nota. Mi-
nor probatur: quia falſa contingentia
poſſunt eſſe uera, & illa addita his, quę
ſcit ſunt plura q̄ ſcit: ergo. ¶ Contra ſe
cundā partē: Non ſemper eadē ſcit: er-
go nō ſemp eadē cognoſcit. Tenet cō
ſequentia: quia in deo idem eſt ſcire, &
cognoſcere. Añs probatur. non ſemp
falſa ſcit, & eadem, quæ nunc ſcit, quā-
doq; ſunt falſa: ergo non ſemper eadē
ſcit. Conſequentia eſt in celarent. Ma
ior nota. Minor probatur: quia ſortes
ſedet: quàm nunc ſcit, ut ponitur: qñq;
erit falſa. Item aliqñ ſcit, quod nunc
non ſcit: ergo non immutabiliter ſcit.
Antecedens patet: quia ſolum uerū ſcit:
& aliquando uerū eſt, quod nunc nō eſt
uerum. Conſequentia probatur: quia q
nunc aliquid ſcit, quod qñque nō ſcit:
inſciendo mutatur de cōtradictorio in
contradictorium, ergo non immutabi-
liter ſcit. ¶ Ad primum dicitur, ꝙ con G
ſequentia non ualet: quia cognoſcere
generalius accipitur in hoc dicto. Cum
dicitur deum oia cognoſcere, quā ſciē
tia. Et ad probationem ab inferiori. Di
citur, ꝙ non ualet cum ſigno exponibi
li includente negationem, quale eſt cō
paratiuus. Sicut non ſequitur: frequen
tius currit: ergo frequentius mouetur.
Etiam antecedens eſt falſum: quia licet
poteſt ſcire, quod non ſcit: tñ non plu-
ra q̄ ſcit: quia ſemper numerus uerorū
eſt æqualis, cum ſemper altera pars con
traditionis eſt uera, & altera falſa. Et
ad probationem antecedentis negetur
minor: ꝙ plura q̄ ſcit, poſſunt eſſe uera:
quia licet alia, tamen non plura q̄ ſint
uera: poſſunt eſſe uera. Ad probatio-
nem dicitur; ſi plura uera adduntur his,
quæ nunc ſunt uera, erunt quidem plu
ra: ſed non plura uera, uel ſcita. Quia
quòd adduntur numero uerorum, quæ
nunc ſunt uera, tot eorum, quæ nunc
ſunt uera, erunt falſa, quia quoties unū
contradictoriorū de nouo uerificatur,
toties ſuum contradictorium falſifi-
catur. ¶ Ad ſecundum dicitur negan-
do conſequentia. Ad probationem di
citur ut ſupra: licet idem ſit in deo
ſcire, & cognoſcere, termini tamen nō
ſunt ſynonymi, ſicut idem eſt in deo
creare, & eſſe, & tamen non ſequitur,
eſt ergo creat. ¶ Ad tertium negetur
conſequentia. Ad probationem neget:

ꝙ deus, qui nunc aliq̄d ſcit, quod prius non ſcit, mutatur in ſciendo; quia ſua ſcientia non mutatur: fit tñ tranſitus de contradictorio in contradictorium, nõ propter mutationem factam in ſcientia H dei: ſed in obiecto. ❡ Finaliter circa materiam harum duarum diſt. Notandũ: ꝙ opus eſt plurimum quibuſdam cautelis in reſolutione propoſitionũ hic conſuetarum. Vna eſt: ut diſtinguantur ſecundum compoſitionem, & diuiſionẽ: ut gratia exempli: poſſibile eſt contingens prȩuiſum non euenire; quȩ in ſenſu compoſito ualet tm̃, hæc eſt poſſibilis, effectus contingens prȩuiſus non eueniet, quȩ eſt falſa: nam hȩc ſimpliciter eſt impoſſibilis immo ſequitur neceſſariò neceſſitate conſequentiȩ, non conſequentis. Effectus eſt prȩuiſus: ergo eueniet. In ſenſu uerò diuiſo ualet tm̃: effectus, qui eſt prȩuiſus poteſt non euenire: quæ uera eſt, pro quanto effectus ille poteſt non eſſe præuiſus. ❡ Secũda cautela eſt: ꝙ frequenter in hac materia ponitur oppoſitum conceſſi, uel poſiti, & tunc per artem obligiſticam oportet reſpondere. Vt cum dicitur: pone, ꝙ deus prȩuidit effectum futurũ. Quȩro. Vtrum a neceſſariò eueniret, uel non. Si primum: non eſt contingẽs. Si ſecundum: tunc poteſt non euenire: ponatur, ꝙ non eueniat: tunc prȩſcientia dei eſt falſa. Dicendum eſt ꝙ poſito ſecundo, primum poſitum cedit: quia ſecundum repugnat primo. Repugnat enim quòd a, non ſit uenturum, & ꝙ deus ipſum præſciuit uenturum, admiſſo ergo ꝙ non ſit uenturus deus nunquam prȩſciuit eum uenturum. ❡ Tertia eſt. In poſitione propoſitionum de poſſibili in eſſe: ut in illa prȩſcitum poteſt non euenire: mutetur ſubiectum connotatiuum in pronomen demõſtratiuum, demonſtras illud, pro quo ſupponit ſubiectum propoſitionis de poſſibili. Non enim prædicta debet ſic poni ſubiectũ propoſitionis de poſſibili. Non enim prȩdicta debet ſic poni in eſſe, prȩſcitum nõ eueniet, quia hæc eſſet impoſſibilis ſed ſic, hoc non eueniet demonſtrando effectũ cõtingentem p̄ſcitum, quæ licet ſit falſa, ẽ tñ poſſibilis. ❡ Quod ſufficit ad ueritatem propoſitionis de poſſibili.

## DISTINCTIO. XL.

SVPRA magĩ egit d̃ ſapientia, & ſcia dei in genere: cõſequenter agit de una eius ſpecie, quæ dicitur p̄deſtinatio: & hoc quantum ad eius effectum. In diſt. ſequenti quantũ ad eius cauſam. ❡ Cõcluſio prima textualis hȩc eſt. Effectus prædeſtinationis dici poteſt dupliciter. ſ. ſalus ȩterna bonorũ, & damnatio perpetua malorũ. ❡ Concluſio ſecunda. Licet numerus prædeſtinatorũ & ſaluandorũ certus ſit: nec aliquis prȩdeſtinatorũ dãnabitur: ipſa quoq; prȩdeſtinatio ſit æterna: nec aliquis de nouo prædeſtinatur: poteſt tñ, qui prȩdeſtinatus eſt damnari: quia poteſt eſſe non p̄deſtinatus. ❡ Tertia concluſio. Reprobatio dãnandorũ eſt: & eſt prȩſcientia iniquitatis malorũ: et præparatio damnationis eorũ, nõ iniquitatis. Nam maliciã reproborũ non prȩparat dñs: ſed eam præſcit: pȩnã autẽ ȩternam reprobatorum præparat. In ſaluãdis uerò gratiam iuſtificationis in uia: & gloriã beatificationis in patria præparat, & donat dominus. Vnde latius in textu.

## QVAESTIO. III.

VTRVM ſit poſſibile aliquem prȩdeſtinatum dãmnari, & præſcitum ſaluari. A

❡ Circa iſtam concluſionẽ primò uidendum eſt de re: ſecundò de logica. ❡ Circa primum notandum primò, circa illum terminũ prædeſtinatio, ꝙ prædeſtinatio (ut dicit magiſter diſt. xxxv. & etiam. xl.) eſt prȩcognitio dei de ſaluandis, & bonis gratiȩ, quibus hic liberantur, & in futuro coronabuntur. Ex quo patet; ꝙ prȩdeſtinatio eſt quaſi ſpecies prouidentiȩ. Nã prouidentia dei eſt oium gubernandorum, prædeſtinatio ſolum reſpectu beatificabilium. Iſta eſt reſpectum cuiuslibet: finis tam naturalis, quàm ſupernaturalis: illa tm̃ reſpectu finis ultimi ſupernaturalis. Solet aũt prȩdeſtinatio ſic deſcribi. Eſt prȩordinatio alicuius creaturȩ rationalis ad gratiam in prȩſenti, & gloriam in futuro. Ex quo ſequitur, ꝙ prædeſtinatio non eſt aliquod imaginabile in deo diſtinctum q̃uocunque a deo: ita ꝙ non eſt aliquis actus ſecũdus adueniens deitati: ſed importat deum, q̄ ẽ daturus alicui uitã ȩternã, & ita ipor tat deũ, q̄ dabit alicui uitã ȩternã, & cõnotat uitã æternã, q̃ dabit alicui. Et q̄a uita ȩterna non dabitur alicui in patria niſi ei, cui confertur gratia in uia: ideo cõiter dicitur: ꝙ etiã connotat gratiæ collationẽ in præſenti: licet fortè hoc non ſit de per ſe rõne prȩdeſtinationis. Si enim per poſſibile, uel impoſſibile, deus alicui conferret uitam ȩternã ſine gratia: ille nihilominus eſſet prȩdeſtinatus: licet non eſſet accepturus gratiam in uia. ❡ Secũdò patet: ꝙ prædeſtinatio ex parte dei eſt æterna. Patet: quia quicquid eſt deus, uel in deo eſt ȩternum. Quãtum tñ ad illud, quod importat. ſ. uitam æternaliter, uel collationem gratiæ: poſſet dici temporalis. Non tamẽ ſimpliciter: quia non ſupponit pro creatura: ſed pro deo: & connotat creaturã ſicut in ſimili dici põt de ly creator. Simpliciter ergo prædeſtinatio debet dici æterna: effectus uerò eius temporalis: eſt enim effectus prædeſtinationis uita æterña, & hic eſt principalis, ex oĩs diſpoſitio, qua aliquis redditur uita ȩterna dignus. Ex quo habetur: ꝙ nihil potens ſtare cũ peccato mortali, includitur ſub effectu prædeſtinationis: alioq̄n damnatus conſequi poſſet aliquem prȩdeſtinationis effectum manens in ſtatu damnationis. Ex quo ſequitur: ꝙ licet quicquid exiſtens in homine, & ordinãs ipſum ad uitam (tanquam illud quo poſito talis eſt dignus uita ȩterna) compræhendatur ſub effectu prȩdeſtinationis: non tamen omne quocunque modo ordinans. ſ. diſponendo, impedimentum remouendo: cuiuſmodi eſt præparatio ad gratiam. Patet: quia quicquid diſponens ad gratiam præcedit gratiã, & eſt cõmune exiſtenti in peccato mortali, ſiue digno pȩna æterna, & digno uita ȩterna. nihil tale compræhenditur ſub prȩdeſtinationis effectu. ❡ Secundò notandum. ꝙ præſcientia dei dupliciter capitur. Not. 2. B Prȩſcia dupliciter capitis Vno modo cõiter, pro præcognitione diuina, reſpectu cuiuslibet futuri, ſiue boni, ſiue mali, ut dicit magiſter diſt. xxxv. Et illo modo electi etiã ſunt prȩſciti. Hoc enim modo eſt genus ad prȩdeſtinationem. Alio mõ capitur magis ſtrictè pro prȩcognitione ſola, quam habet deus de damnatione reproborum. Et hoc mõ reſpectu eiuſdẽ eſt prȩſcientia, & reprobatio: licet reprobatio aliquid addit, ſcilicet reprobationem pȩnȩ æternȩ. Eſt enim reprobatio prȩſciẽtia culpȩ, & prȩparatio pȩnȩ, ut dicit magiſter. Vel eſt ordinatio alicuius creaturȩ ad pȩnam æternam, & hæc pȩna æterna eſt effectus reprobationis, non autem culpa, per quã reprobatus meretur ȩternaliter puniri. eo ꝙ culpæ (deus reprobans) non eſt auctor. ſed ſolum prȩcognitor: ut clarè oſtendit magiſter in textu diſt. xl. ❡ Cætera de prædeſtinatione dicta poſſunt etiam applicari hic de præſcientia. ❡ Tertiò notandum, ꝙ dñs Camerac. q. xij. ar. j. ſic diſſinit prædeſtinationem, & redit in idem cum prius dictis. Not. 3. Prædeſtinatio eſt diuinum propoſitum dandi uitam ȩternam. Reprobatio uerò per oppoſitum: eſt diuinum propoſitum non dandi uitam ȩternam. Concordat Gre. diſtin. præſenti. quȩſt. j. arti. j. ❡ Pro articulo ſecundo eſt concluſio prima. Arti. 2. Cõcl. 1. C Quȩlibet rationalis creatura a deo fuit ȩternaliter prædeſtinata, uel reprobata. Probatur: deus ab æterno diſpoſuit dare cuilibet creaturȩ rationali, uel gloriã ȩternam, uel non dare. Et hæc concluſio eſt determinatio Auguſt. lib. de prædeſtinat. cõtra pelagianos. ❡ Secunda concluſio. Cõcl. 2. Quicunque eſt prædeſtinatus contingenter eſt prædeſtinatus, & ita potuit non prædeſtinari, & per cõſequens poteſt damnari, & poteſt non ſaluari. Tum quia ſaluatio eius dependet a uoluntate diuina contingenter

cauſante, in cuius poteſtate eſt cuicunque uitam ęternam conferre, uel non conferre. Tum quia nulli adulto confertur uita ęterna, niſi propter aliquod eius meritum. Omne autem meritū eſt in poteſtate merentis quantum ad rationem operis, etſi non meriti: poteſt ergo non operari, & per conſequens nō ſaluari: ſic pręſcitus poteſt non deme-
Cõcl.3. reri, & ita non damnari. ¶ Concluſio tertia. Quælibet creatura rationalis a deo prędeſtinata poteſt damnari, & quęlibet reprobata poteſt ſaluari. Patet, quia cuicunque deus dabit gratiam, & finaliter gloriam liberè dabit; per cōſequens poſſet non dare; ergo talis po-
Cõcl.4. teſt non ſaluari. ¶ Quarta concluſio. Quęlibet creatura rationalis a deo prędeſtinata poteſt non eſſe, & nunquam eſſe prædeſtinata: ſed ęternaliter reprobata. Et ſimiliter quęlibet reprobata poteſt nunquam fuiſſe reprobata: ſed ęter-
Coro.1 naliter prędeſtinata. ¶ Ex his primò ſequitur, ꝙ licet iſta propoſitio de pręterito ſit uera. Iſte fuit prędeſtinatus. tamen non eſt neceſſaria: immo hæc eſt poſſibilis: iſte, qui fuit prædeſtinatus, nunquam fuit prædeſtinatus. Et ita dici poteſt de reprobato. Et totum patet
Coro.2 ex dictis &c. ¶ Secundò ſequitur reſpōſio ad iſtum articulum, ꝙ licet prædeſtinatio dei ſit neceſſaria, tn̄ deus non neceſſariò, uel ineuitabiliter: ſed contingenter eſt prædeſtinatio, & ita dici poteſt de reprobatione. ¶ Prima pars patet: quia prędeſtinatio dei eſt ipſa dei eſſentia: quæ eſt neceſſaria. unde iſti termini prædeſtinatio, & reprobatio pro eodem ſupponunt, & idem omnino important in deo: licet non in creatura, quam connotant. ¶ Secunda pars patet, quia ſicut deus cōtingenter aliquē p̄deſtinat: ita reſpectu cuiuslibet contin-
Arti. 3. gēter ē p̄deſtinatio, & pōt nunq̄ fuiſſe
Dub. 1. prędeſtinatio. ¶ Quantum ad articulū
D tertium, dubitatur contra concluſionem. Omne immutabile eſt neceſſariū: prædeſtinatio diuina eſt immutabilis: ergo neceſſaria, & ita neceſſariò prędeſtinat. Solutio. Immutabile eſt duplex: reale, & complexionale. Reale eſt neceſſarium. Complexionale eſt, quod non poteſt mutari de ueritate in falſitatem, uel econuerſo: ita ꝙ aliquando fuerit uerum, & poſtea fiat falſum, uel econuerſo. Et tale immutabile non eſt neceſſarium: quia licet aliquod tale uerum non poſſit mutari de ueritate in falſitatem: potuit tamen nunquam fuiſſe, uel eſſe uerum, & ideo non neceſſarium: ſicut hoc complexum, deus ſcit; ꝙ Petrus ſaluabitur: uel ſciuit, ꝙ Petrus ſaluabitur: non poteſt mutari &c. potuit tamen nunquam fuiſſe uerum: ſic de illa: deus prædeſtinauit Petrū. ¶ Sed ad hæc aliquis diceret: hoc ſolo priuatur deus ingenita facere, quę genita ſunt. vj. Ethic. ſed ſi Petrus eſt prędeſtinatus tranſiuit in prętéritum, & per cōſequens Petrus non poteſt non prædeſtinatus fuiſſe. ¶ Soluit Scot. Replica procedit ex falſa imaginatione, ſcilicet ꝙ aliquid ſit præteritum in deo: imaginamur enim actum diuine uoluntatis quaſi prętéritū, & nō ęternum. Et ideo difficile intelligimus contingentiam actus uoluntatis diuinę: quaſi iam poſiti abſolutè a uoluntate inmutabili. Si. n. deus per impoſſibile adhuc deliberaret: utrum uellet petrum ſaluare, an damnare, & nedum ſe determinaſſet ad alterā partem (ſicut apparet in actu uoluntatis noſtrę) bene poſſemus intelligere, ꝙ contingenter prędeſtinaret: ſed ita non eſt. Ideo difficulter intelligimus, quando ex noſtro modo cognoſcendi aſſurgere uolumus ad diuina, & ſimiliter imaginari ſicut de nobis. Et per hoc dicitur, quòd prædeſtinatio non tranſit in prętéritum: quia eſt in nunc æternitatis, quod coexiſtit prętéritis ſimul, & futuris: unde ſic intelligendum eſt de diuina uolitione reſpectu huius obiecti, ac ſi per impoſſibile primò inciperet uelle. Et ita liberè uult deus in nunc ęternitatis, quod uult, quaſi ad nihil eſſet ſua uoluntas determinata, & ideo idem eſt deum prędeſtinaſſe, prædeſtinare, & prędeſtinaturum eſſe, & ita contingens unum ſicut reliquum. Hæc eſt ſententia Sco. diſtin. pręſenti. Arti. 2.
¶ Sed contra. Non ſolum prętéritum princip.
E



poteſt non eſſe præteritum: ſed quod nunc ponitur in eſſe: eoipſo ꝙ nūc eſt, non poteſt mutari ad non eſſe: ideo primus modus reſpondendi eſt planior.
Arti. 2. ¶ Pro articulo ſecundo principali uidendum eſt quantum ad logicā: de quo & diſtinctione præſenti in fine patuit. Vnde dicendum, ꝙ licet illa propoſitio, prædeſtinatus poteſt damnari, non ſit diſtinguenda: tamen illa modalis prędeſtinatum damnari eſt poſſibile: poteſt diſtingui ſecundum compoſitionem, & diuiſionem: licet de rigore logicæ illa ſit diuiſa, in qua modus diuidit inter partes dicti determinans copulam, illa uerò compoſita, in qua modus eſt alterum extremum. In præſenti materia affirmatiuę compoſitæ falſę ſunt, & diuiſę ueræ. Oppoſito modo in negatiuis: ſic numerus prędeſtinatorum poteſt mutari, augeri, & minui: licet illa ſit impoſſibilis: numerus prædeſtinatorum poteſt mutari, augeri, & minui: licet illa ſit impoſſibilis: numerus prędeſtinatorum eſt actus, mutatus, uel imminutus: quia etſi mutatio eſt poſſibilis, non tantum ſucceſſio. Illa uerò: poſſibile eſt numerum prædeſtinatorum augeri: ſecundum compoſitionem falſa eſt: ſecundum diuiſionem uera: quia ſic nihil aliud importat, niſi ꝙ prętér illos, qui ſunt prędeſtinati, poſſit aliquis ſaluari: tamen hoc ipſo ꝙ ponitur ſaluari: concedendum eſt, ꝙ fuit ab ęterno de numero prædeſtinatorum.

## DISTINCTIO. XLI.

HIC agit magiſter de cauſa prædeſtinationis. Et poteſt textus ſententia ſummari concluſionibus iſtis. ¶ Concluſio prima. Neque prædeſtinationis, nec reprobationis, quę ęterna eſt: poteſt eſſe cauſa meritum temporale. ¶ Secunda cōcluſio. Prędeſtinatio eſt cauſa gratiæ, & glorię. Reprobatio uerò cauſa pęnæ æternę, non peccatorum, & malitię: de quo ſunt apud doct. uariæ opiniones. ¶ Tertia concluſio. Deus ſemper ſcit, quę aliquando ſcit, & omnem ſcientiam, quam aliquando habuit: ſemper habet, habuit, & habebit: de quibus latius in textu.

## QVAESTIO. unica.

VTRVM in prædeſtinato ſit aliqua cauſa ſuæ prædeſtinationis, & in reprobato cauſa ſuę reprobationis. A
¶ Pro articulo primo no- Art. 1.
tandum, ut & tactum fuit diſt. pręced. Nor. 1.
ꝙ prędeſtinatio non eſt aliquid, imaginabile quōcunq; in deo diſtinctum aliquo mō a deo, perſonis & deitate: nec eſt aliquis actus ſecundus additus deitati. Sed ille terminus prędeſtinatio importat deum, qui daturus eſt alicui uitā æternam. Importat ergo deum, & uitā æternam alicui dandam. Sic reprobatio importat deum, & pęnam ęternam ali-
cui infligendā. ¶ Secundò notandum; Nor. 2.
ꝙ per cauſam qn̄que intelligitur res ali B
qua, ad cuius eſſe ſequitur aliud tamq̄ effectus. Illo modo manifeſtum eſt, ꝙ cum prędeſtinatio, & reprobatio ſit diuina uoluntas, quæ illi uult dare uitam ęternam: iſti pęnam perpetuam: quę uoluntas nihil aliud eſt, q̄ deus ipſe nulla eſt cauſa ex parte creaturæ, ipſius prædeſtinationis: neque reprobationis: cū ipſa ſit ęterna, & incauſata. Et hoc eſt, quod alij dicunt, ꝙ prædeſtinationis effectiuæ ſiue ut actus diuinus, nulla eſt cauſa. ¶ Alio modo capitur cauſa, ut dicit quandam prioritatem unius propoſitionis ad aliam ſecundum conſequentiam: ſicut ſi quęritur cauſa, quare ignis nō calefacit: qa non eſt approximatus paſſo, & ſic frequēter dicitur, ꝙ añs eſt cauſa conſequentis, & tn̄ non eſt propriè cauſa: quia nec cauſa efficiens, materialis, formalis, uel finalis. Quando enim ab una propoſitione ad aliam eſt conſequentia naturalis, & non econuerſo: poteſt aliquo modo antecedens dici cauſa conſequentis, & non econuerſo. Et hoc modo quærit quæſtio, an ſit aliquid in creatura

præuiſum: unde poſſit inferri eius prędeſtinatio, uel reprobatio, quo per poſſibile, uel impoſſibile a deo non præuiſo: talis non eſſet ſic prædeſtinatus, uel pręſcitus.

Arti. 2. C ¶ Diuerſi diuerſimodè reſpondent ad hanc quæſtionem: ideo dimiſſis opin. ſancti Tho. par. j. q. xxiij. art. v. & Sco. diſt. præſentis. Item Grego. de Arimin. in diſtin. xl. & xlj. Henrici de Oyta. q. viij. art. ij. Camera. q. xij. art. ij. qui nitūtur multum profundè, & ſubtiliter huius quæſtionis difficultatē maximam (& ut exiſtimo omnino uiatori abſconditam) indagare, & perſcrutari: uideamus reſponſionem doc. a qua aliqui prędictorum non multum desſidēt,

Cōcl. 1 D ¶ Eſt ergo pro articulo ſecundo concluſio prima. Dare eſt aliquam cauſam reprobationis accipiendo cauſam ſecūdo modo: quia ſequitur: iſte peccabit finaliter: ergo damnabitur. Non enim eſt deus prius ultor, quàm ſit aliquis peccator. Aug. xj. ſuper Geneſim ad literam, & uidetur eſſe crudelitatis punire innocentem.

Cōcl. 2. ¶ Secunda concluſio. Alicuius prędeſtinationis eſt aliqua cauſa, uel ratio ſecundo modo accipiendo cauſam. Patet: quia aliqui propter meritum ſaluantur: ita ꝙ ſi non uoluntariè mererētur, non ſaluarentur, horum prædeſtinationis eſt aliqua ratio, ſicut reprobationis. Nam ſicut damnandi reprobantur, quia pręuidentur finaliter peccaturi. Ita tales prędeſtinantur: quia pręuidentur finaliter perſeueraturi in charitate.

Cōcl. 3. ¶ Tertia concluſio. Alicuius prędeſtinationis nulla eſt cauſa, uel ratio totalis. Patet: quia aliqui ex gratia ſpeciali ordinati ſunt ad uitam, ita ꝙ ſibiipſis nō ſunt derelicti: ſed præuenti ne ponere poſſent obicem, & ne poſſent peccare, uel in peccatis permanere: ſicut beata uirgo Maria, & Paulus a dn̄o percuſſus, & illuminatus. In illis enim nulla uidetur ratio, quare deus illos prædeſtinet ſic gratia præueniendo: niſi ſola dei uoluntas. Non enim poteſt poni ratio bonus uſus liberi arbitrij; quoniam gratia pręuenit uſum liberi arbitrij in beata uirgine, cui fuit gratia concreata. Et in Paulo fuit malus uſus liberi arbitrij: quia ſeuiens in diſcipulos dn̄i percuſſus eſt. Similiter ꝙ aliqui ſic ſine ratione prędeſtinantur: quidā propter meritum pręuiſum: ratio ſimiliter eſt ſola diuina uoluntas. ¶ Et nota, ꝙ concluſiones non debent intelligi, ꝙ aliquid ſit ratio illius, quod ꝑdeſtinatio importat ex parte dei: quia nihil eſſe poteſt ratio æternę; & diuinæ uoluntatis: ſed quantum ad effectum, quem prædeſtinatio, & reprobatio importat: eſt ratio aliqua modo dicta. ¶ Nec tn̄ propter hoc, ꝙ aliquos ꝑdeſtinat ſine ratione, & non alios: eſt perſonarum acceptor: nam acceptio perſonarum tunc eſt, qn̄ quod debetur æqualibus uni offertur, & non alteri. Deus autem nulli eſt debitor quocunque modo, & ideo non poteſt eſſe acceptor perſonarum.

Arti. 3. Dub. 1. E ¶ Dubitatur pro articulo tertio primo, & contra dicta. Nā gratia, qua quis meretur, eſt effectus prędeſtinationis. Nam ſecundum magiſtrum diſt. xxxv. prędeſtinatio eſt de ſaluandis, & de bonis gratię quibus hic liberamur. ſ. a patre, & in futuro coronamur: ut ſupra allegatum fuit diſtinctione pręcedenti, quæ præſuponitur merito: ergo meritum nō erit cauſa prædeſtinationis: quia poſterius non eſt cauſa prioris. ¶ Solutio. Propriè effectus prędeſtinationis eſt ſola uita ęterna. Ad illam enim prędeſtinamur: ita ꝙ propriè prędeſtinatio eſt reſpectu finis, non mediorum. Large' tn̄ accipiendo, ſicut accipit magiſter ut ſi etiam reſpectu mediorum: adhuc dicitur, ꝙ in multis etiam pręcedit gratiam bonus uſus liberi arbitrij tamquam diſpoſitio de congruo, quę eſt etiam ratio infuſionis gratię, capiendo rationē modo dicto in concluſione ſecunda. Nec tamen propter hoc gratia non eſt gratia: quia non datur propter bonum uſum liberi arbitrij tamquam propter meritum condignum: ſed tamquam diſpoſitionem de congruo, qua non exiſtente gratia non infunderetur: de hoc in ſecundo libro hic autem bonus motus, ſeu uſus liberi arbitrij non eſt effectus prædeſtinationis: licet ſit a deo: quia communis eſt etiam non prædeſtina



ſtinatis.

Dub. 2. F ¶ Dubitatur ſecundò. Medium non eſt cauſa finis: ſed econuerſo: meritum, & demeritum ſunt media ad uitam æternam tanquam ad finem, & ita non ſunt ratio ad prædeſtinationem, & reprobationem. ¶ Item temporale non eſt cauſa æterni: meritum temporale eſt, & prædeſtinatio æterna: ergo. ¶ Reſpōſio: licet uita ęterna ſit finis prædeſtinati: tamen non eſt finis dei prædeſtinantis: ſicut præmium licet ſit finis laboris apud laborantem: non tamen apud pręmiantem ſed magis econuerſo. Et ſic licet ordinatè uolens, primò, uel principaliter uult finem ſuum, & propter illum media: non tamen oportet, quòd ſic principaliter, uel primò uelit finem alterius. ¶ Ad ſecundum conceditur, ꝙ nullum temporale eſt cauſa ęterni. Reprobatio autem non eſt una res æterna quæ habet cauſam in creatura: ſed iſta propoſitio deus reprobat iſtum: bene habet cauſam eo modo, quo antecedens eſt cauſa conſequentis. Et illud antecedens. ſ. ille peccabit finaliter eſt ita æternum. i. ab ęterno uerum ſicut conſequens: deus reprobat illum.

Dub. 3. G ¶ Dubium tertium. Cum prædeſtinatio eſt certa, & immutabiliter fiet: uidetur, quòd non ſit conandum ad opera bona exercenda, uel mala fugienda: quia prædeſtinatus non damnabitur, agat, quicquid uelit: ſic econuerſo de præſcito.

Primū ſummarium. ¶ Pro ſolutione huius communis replicę ſumantur aliqua de hac materia ex prædictis, & alijs breuiter ſine probationibus. ¶ Deus tanquam uniuerſitatis creator, & dominus de creatura poteſt facere, quicquid uult ſine iniuria creaturæ. hinc poteſt ſaluare, quem uult, & damnare: ſicut habens plenū dominiū in re ſua, & ideo non iniuſte uult, & operatur, qcquid uult, & operatur. Cui nemo dicere poteſt, cur ita facis. Iob. xj. Et ad Rom. ix. O hōmo tu quis es, qui rn̄deas deo. Nunquid dicit figmentū ei, qui ſe finxit qd me feciſti ſic, Nullius igitur ē debitor, ꝑꝑ ꝙ nulli facit iniuriā: nec accipit ꝑſonam.

2 ¶ Deus contingēter operatur ad extra, & ꝑ conſequens ita poteſt non operari, ſicut operari, & ſic, uel aliter operari.

¶ Deus licet contingenter uult, quicquid ad extra uult: tamen immutabilis eſt uolendo: nec ſuccedit uelle nolle uel econuerſo: ſed quod uult, ab ęterno uult, licet poſſit ipſum ab æterno non uelle. 3

¶ Deus creauit hominem arbitrio liberum: ideo contingenter uult homo, quęcunque uult. Nec deeſt ei dominus concurrendo ſecum ad actum elicitum: licet non quantum ad actum imperatum. 4

¶ In poteſtate hominis eſt bene, uel male uti ſuo arbitrio, & ſic ponere obicem gratiæ dei, uel poſitum remouere: poteſt enim ceſſare a uoluntate peccandi, & poteſt uelle non peccaſſe. 5

¶ Statuit deus nullum damnare pęna ſenſus: niſi pro culpa perſonali. Nec adultum ſaluare regulariter ſine merito perſonali. hinc ait ſcriptura. Anima, quę peccauerit, ipſa morietur: qui iuſtus eſt, uita uiuet. Ezechiel. xviij. Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Gal. vj. 6

¶ Deus adeſt omnibus obicem non ponentibus offerens gratiam. Nec alicui adulto (rationis uſum habenti: & quod in ſe eſt facienti) ſubtrahit neceſſaria ad ſalutem: uult enim omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionem ueritatis peruenire. j. ad Timo. ſecundo. Stat ad oſtium, & pulſat &c. Apocal. iij. 7

¶ Nonnullos ex ſua liberalitate deus gratia præuenit: non expectans bonum liberi arbitrij uſum: ut patet de ſanctificatis in utero, & Paulo miraculo ſe conuerſo. Seruit huic parabola uineæ Mattheus. xx. Amice non facio tibi iniuriam: tolle, quod tuum eſt: uolo autem, & huic dare, ſicut tibi: an non licet mihi, quod uolo facere. ¶ Ex his ſequuntur aliquæ concluſiones.

¶ Prima concluſio. Stat certa, & infallibilis præcognitio futurorum in deo cum contingentia eorundem. Cōcl. 1. H

¶ Secunda. Stat immutabilis prædeſtinatio electorum, cum poſſibilitate damnationis abſque eius ſucceſſione. Cōcl. 2.

Tertia. Stat iuſta pręſcitorum re- Cōcl 3.

probato:non ſine cauſa præuiſa ſcilicet
Cõcl.4. corundem obduratione. ¶ Quarta. Stat
iuſtorum operũ retributio: quę ut prę-
uiſa ratio, ſunt beatificationis bene me
Cõcl.5. ritis ab æterno præparatæ. ¶ Quinta.
Stat etiam liberalis beatificatio, ac nõ
nullorum conuerſio: nulla congruitate
condigna ex parte beatificandi præce-
Pro.p 6 dente. ¶ Sexta. In his omnibus manet
libertas arbitrij in homine, q ſe ad deũ
conuertere poterit, & donec in uia cõ
ſtitutus fuerit gratia cooperante ſalua-
ri. Vnde patet, ꝙ non inanes ſunt pre
ces, & merita: nec fruſtra fiunt uirtutũ
opera. In quibus quiſquis in finem per
ſeuerauerit (quod in homine eſt, cui ſi-
ne ſui culpa gratia non ſubtrahitur) in
dubitanter ſaluabitur: quãuis utrũ per-
ſeuerauerit, an ne ineuitabiliter ab ęter
no deus nouit, & ita prędeſtinatus
non damnabitur: licet prædeſtinatus
poſſit damnari. ¶ Per hoc ad dubium
tertiũ. Prædeſtinatus ſaluabitur, agat,
quicquid uelit. Illa poteſt concedi de
rigore uerborum: quia prædeſtinatus
non niſi bene uult finaliter. Sed ſi in-
telligitur ſic. prædeſtinatus ſaluabitur
etiam finaliter malè uolens: ſic falſa eſt:
quia nullus eſt prædeſtinatus finaliter
maleuolens. Hæc enim repugnant, ꝙ
ſit prædeſtinatus, & ꝙ finaliter malè
uelit: licet prædeſtinatus poſſit fina-
liter malè uelle. Sed ſi ponitur in
eſſe, non prædeſtinatus: ut patuit iux
ta finem diſtinctio. xxxix. in caute-
lis &c. Vnde ſequitur, quòd nul-
lus eſt neceſſariò prædeſtinatus. ¶ So-
lent hic moueri, & alia breuia du-
Dub.1. bia a uulgaribus: quorum tamen ali-
qua ſaltem implicitè tacta ſunt. ¶ Pri
mum eſt. Quare deus creat animas,
quas ſcit perpetuò damnandas. So-
lutio: quia uoluit: & eſt ſtatus.
Voluntas enim diuina prima regula
eſt in contingentibus. Et ſi illius cauſa
quæritur: non inuenitur: ut dicit Au
guſtinus de ciuita. dei. Nec mirum
cum in mechanicis licitum eſt figulo
de eadem materia facere uas unum
in honorem: aliud in contumeliam
ſola ſua uoluntate. Et in politicis ab
inferiori recurritur ad ſuperiorem:
& ſic uſq; ad monarcham: & quic-
quid ille dictauerit: non eſt ultra ap-
pellandum. Sic in Phyſicis ignis ca-
lefacit: quia habet calorem. Qua-
re autem calor calefacit, non eſt alia
ratio: niſi quia calor eſt calor. In-
diſciplinati autem eſt quęrere cauſam,
ubi non eſt cauſa. ¶ Secundum du- Dub. 2. K
bium. Vtrum, & quare tenetur quis
reprobatus reddere graces deo de be-
neficio creationis: quod expediret ſi-
bi non recepiſſe. Solutio. Vnicui-
que parti melius eſt bonum totius,
quàm bonum proprium: ideo manus
exponit ſe pro capite. Cum autem
damnatio tendat in bonum, & deco-
rem uniuerſi: ideo bonum eſt illi crea
ri ſub hac habitudine: licet fortè ip-
ſe uellet oppoſitum. Et ideo ſi eſſet
bonus: gratias ageret deo: quia eſſet
obiectum diuinę iuſtitiæ. ¶ Tertium Dub. 3. L
dubium. Quare deus permiſit in uni-
uerſo tantum malum (ſicut eſt dam-
natio) cum tamen benigni principes
in ſuis regnis uitent omnia mala, quę
poſſunt. Solutio. Deus non permit-
tit aliquod malum in uniuerſo, quin
ex illo proueniat aliquod bonum: quia
peccatum in malis auget meritum in
bonis, dum bonos mali impugnant:
ut dicit Auguſt. ¶ Quartum. Si deus Dub. 4. M
aliquos præuidit ſaluandos, quare fru
ſtra laborant bene operando: cum ta
men qualitercunque agant, finaliter
ſaluabuntur. Solutio. Sicut deus prę
cognouit iſtius ſaluationem: ita &
omnes actus meritorios, quibus ſal-
uabitur, & conatus. Non tamen ali-
quem neceſſitabit ad bene operan-
dum. ¶ Quintum dubium. Si deus Dub. 5. N
præſciuit aliquem damnandum: quare
ille conari debet ad bonum, cum dei
præſcientia ſit immutabilis, & non
proficiet ſibi finaliter. Solutio mul-
tiplex. Primò: quia per hoc minui-
tur ſibi pęna. Secundò, quia bonum
uirtutis propter ſe eſt appetendum ſine
relatione ad pręmium, etiam ex di-
ctamine rationis. Tertiò: quia ſecun
dum Augu. deus nouit mutare ſenten-



tiam, ſi tu noſti mutare delictum. Alia
dubia mouet Franciſ. quorum ſolutio
patet ex dictis.

## DISTINCTIO. XLII.

IN prędecentibus e-
git de diuina ſapien
tia quantum ad ea,
quæ extra cogno-
ſcit: nunc de omni
potentia, qua cun-
cta in eſſe produxit.
Et primò oſtendit penes quid attendi-
tur ipſa: diſtinctio. pręſenti. Secun-
dò uſq; quo protenditur: diſtinct. xliij.
Tertiò quomodo deus ipſa operetur: di
ſtin. xliiij. In hac ergo diſtinctione mo
uet quæſtionem, quam per diſtinctiones
ſequentes per tractat: an ſcilicet deus
dicitur omnipotens: quia omnia poſ-
ſit: an tantum quia ea poſsit, quę uult.
¶ Et eſt ſententia textus his comprę hẽ
ſa concluſionibus tribus. ¶ Prima con
cluſio. Omnipotentia attenditur penes
poſſe omnia facere: quę poſſe potentia
eſt, & nihil poſſe pati. ¶ Secunda con-
cluſio. Deum nõ poſſe mori, facere ma
lum culpę, eſſe miſerum, imperfectum,
non eſt impotentia: quantum illa poſ-
ſe non eſt potentia. ¶ Tertia concluſio.
Poteſt deus quædam per ſe: quædã per
creaturas: ut loqui: ambulare. Decla-
rationem latiorem uide in textu.

## QVAESTIO.
### unica.

A VTRVM deus poſsit face-
re omne poſsibile fieri a
cratura. ¶ Hęc quęſtio duas
alias quæſtiones complecti
tur. Prima: utrum deum facere omne
poſsibile creaturę ſine cooperatione
creaturæ poſſit ratione naturali demõ
ſtrari. Secundò: utrum hoc ſit tenen-
dum. ¶ Quo ad primum recitat, & impu
Arti. 1. gnat opi. Sco. diſt. pręſenti. ¶ Notan-
Not. 1. dum pro articulo primo, ꝙ omnipotẽs
dupliciter accipitur. Vno modo quia
eſt agens, quod poteſt in omne poſsibi
le, mediatè. Alio modo accipitur pro-
priè theologicè, pro illo, qui poteſt in
omnem effectum immediatè, & in
quodcunq; poſsibile, quod non eſt ex
ſe neceſſarium, nec includit contradi-
ctionem: ita inquam immediatè, ꝙ ſine
omni cooperatione cuiuſcũq; alterius
cauſę agentis poteſt in quemlibet effe-
ctum. De hoc latius uide poſt prędicta
in diſtin. xx. Cameracen. q. xiiij. art. j.
¶ Secundò notandum ſecundum ſentẽ Nota. 2 B
tiam B. Anſel. de caſu dia. c. j. Aliquis
dicitur facere dupliciter. Vno modo
poſitiuè. Et hoc dupliciter, ſcilicet uel
de nouo efficiendo: uel factum conſer
uando. Alio modo negatiuè, non fa-
ciendo oppoſitum, ſeu ipſum non pro-
hibendo: cum tamen hoc poſſet. Et ſic
dicitur deus aliquam rem, quę erat, fa-
cere non eſſe: cum ceſſat facere eam eſ
ſe. Et ſimiliter quæ non ſunt, poteſt
dici facere non eſſe: quia cum poſſit
ea facere eſſe: non producit ea, ut ſint.
Hoc modo loquitur Auguſt. xij. lib. de
ciuit. dei. c. xvij. Res, quas deus con-
didit, & ut prius non eſſent egit, quan-
diu non fuerunt, & ut poſterius eſſent,
quando eſſe ceperunt. Primo modo
ſumitur propriè. Secundo modo impro
priè. Tertio ſuppono dicta diſtin.
xvij. de potentia dei abſoluta, & ordi-
nata, quæ uide clarius in Camera. quę.
xiiij. art. j. ¶ Iſtis pręmiſsis eſt pro ar- Arti. 2.
ticulo ſecundo concluſio prima. Sup- Cõcl. 1
poſito, ꝙ deus ſolus ſit primũ efficiẽs, C
probatur euidenter, ꝙ eſt primo modo
omnipotens. Probatur concluſio: quia
potentia actiua primi efficientis exten
dit ſe ad omnem effectum mediatum,
uel immediatum in ratione cauſæ pro-
ximæ, uel remotę. Nam quocunq; effe
ctu ſignato, uel immediatè dependet a
deo uel ab alia cauſa. Et de iſta quęri-
tur, unde dependet: cum non ſit pri-
ma, & quia non eſt proceſſus in infini
tum: eſt deuenire ad primam, quę deus
eſt. ¶ Secunda concluſio. Deum eſſe Cõcl. 2.
omnipotentem ſecundo modo non cõ
cludit naturalis ratio. Probatur: quia
non poteſt naturali ratione probari, ꝙ
deus cauſat ſe ſolo omnia de facto: cum

illud ſit falſum, & ab omnibus tam theologis: quàm philoſophis negatum. Nec poteſt probari, ꝙ concurrat immediatè effectiuè ad effectum cuiuslibet cauſæ ſecundę: etiam ſuppoſito, ꝙ ſit infinitę uirtutis, & continens eminentius cauſalitatem cauſæ ſecundæ. Probatur: quia philoſophi non potuerunt per rationem naturalem concludere deum poſſe contingenter cauſare: ergo multò minus poterant concludere deũ poſſe immediatè in quemcunque effectum cauſę ſecundæ. Item ipſi habent quaſi pro principio, ꝙ de nihilo nihil fit, ſaltem in iſtis generalibus: ideo nõ poterant concludere, ꝙ deus aliquem effectum ſic totaliter poſſet producere ſine alia cauſa concurrente. ¶ Preterea philoſophi poſuerunt deum neceſſariò agentem, ut uidentur multi eorũ ſenſiſſe. Si ergo cum hoc poſuiſſent eũ omnipotẽtem: haberent negare omnem cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ ſecundæ: quod maximum eſt inconueniens apud eos. ¶ Item omne agens naturale, & ſufficiens ſi ęqualiter reſpicit multa: uel producit quodlibet illorum, uel nullum: ergo ſi deus ſit agens ſufficiens, & naturaliter cauſans, uel cauſabit neceſſariò omnia uel nulla: ſed non omnia: manifeſtum eſt: ergo nulla. Cum ergo non poteſt probari ratione naturali, ꝙ deus ſit cauſa contingenter cauſans: non poteſt probari, quòd ſit cauſa ſufficiens ſe ſolo producere omnem effectum producibilẽ. Et ideo philoſophi poſuerunt cauſam ſecundã neceſſariò concurrere ad productionẽ, quoniam uiderunt, quod cauſa ſecunda approximata ſequebatur effectus, & ea remota non ponebatur. Veruntamen ſicut non probatur hoc modo deum concurrere immediatè ad cuiuslibet effectus productionem: ſic oppoſitum eius etiã probari nequit.

Cõcl. 3. ¶ Tertia concluſio. Deum eſſe omnipotentem eſt ſola fide creditum. Probatur auctoritate ſanctorum, & ſcripturę ac ſymboli. unde Eccleſia. j. dicitur. Vnus eſt altiſſimus creator omnium omnipotens. rex potens, & metuendus Io. j. Sine ipſo factum eſt nihil &c. Item extra de ſum. trinit. & fide catho. firmiter. Ipſe eſt creator omnium uiſibilium ſpiritualium, & corporalium. Poteſt nihilhominus rationabiliter perſuaderi: nam deus eſt cauſa omnium: ergo omnipotens. Aſſumptum probatur: quia omnia eſſentialiter dependent a deo, & per conſequens eſt cauſa omnium. Antecedens probatur: quia omne aliud a deo non minus dependet a deo, quàm una creatura ab alia: ſed una creatura depẽdet ab alia: ergo &c.

Cõcl. 4. ¶ Quarta concluſio. Omnem entitatem poſſibilem deus poteſt facere accipiendo facere primo modo: patet ex fide. Item cum ſit una: omnia poteſt. Sapien. vij. Item Sapien. xj. quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu uoluiſſes, & ſimilia multa.

Cõcl. 5. ¶ Quinta concluſio. Omne poſſibile enunciabile deus poteſt facere eſſe uerum: accipiendo facere primo, & ſecundo modo. Hæc non poteſt probari niſi auctoritate. Ad hoc autem eſt expreſſa auctoritas Matth. xix. Apud deum omnia poſſibilia ſunt. Secundò per illud Lucæ. j. Non erit impoſſibile apud deum omne uerbum, id eſt omne enunciabile non implicans contradictionem. Tertiò per illius Gen. xviij. Nunquid deo quicquam eſt difficile. ¶ Ex illis ſequitur, ꝙ deum eſſe omnipotentem eſt fide creditum: quodque ſe ſolo poteſt in omnem effectum poſitiuum ſine cooperatione cauſæ ſecundæ. ¶ Hoc. n. naturali ratione probari non poteſt, cuius Sco. quatuor ponit rationes quas auctor pertractat. Quarum duas approbat: duas dicit inſufficientes. Quòd uerò naturali ratione probari non poſſit, ſic oſtendit: quia non poteſt naturali ratione demonſtrari, ꝙ deus de facto omnia ſe ſolo cauſat: quia hoc falſum eſt: cum apud omnes philoſophos, & ſanctos ponantur cauſę ſecundę. Secundò non poteſt probari, ꝙ deus contingenter agat, & liberè cauſet, quę cauſat: quia impoſſibile eſſet deum omnia ſe ſolo producere, & cauſaret naturaliter, & non contin-

gẽter



tingẽter: quia ſi eſſet poſſibile, omnia ſimul produceret. Eſt ergo concluſio fide credita: de hoc latius uide Petrũ de Aliaco. quæſt. xiij. arti. j. & Grego. diſtinctio. præſenti.

Arti. 1. Dub. 1. E ¶ Quantum ad articulum tertium, dubitatur contra concluſionem ultimam. Deus non poteſt peccare, nec mori &c. quod poteſt creatura. ergo non poteſt quicquid creatura poteſt ¶ Item non poteſt producere relationem ſine fundamento, & termino. ¶ Item non poteſt ꝓducere odium dei: alioquin aliquis poſſet ſine peccato (immo cum merito) odire deum, ſi in aliquo produceret odium. ¶ Ad primum dicit magiſter: ut patuit in concluſionibus literalibus: poteſt deus, quicquid poſſe potentia eſt: nunc autem peccare, infirmari, mori, deficere non ẽ poſſe: ſed eſt non poſſe: quia eſt deficere. Veruntamen quicquid poſitiuum eſt in peccato: deus poteſt producere, & ſic omne poſitiuum, quod poteſt producere creatura: poteſt producere deus. Nec tamen ideo ſequitur, quòd poſſit peccare, mori, mentiri &c. ¶ Et ſi arguitur: Omne poſſibile fieri a creatura poteſt deus: peccare eſt quoddam poſſibile fieri a creatura: ergo peccare poteſt deus. Reſpondetur, quod eſt fallacia figuræ dictionis: quia ſub termino abſoluto, uel minus connotatiuo ſubſumitur terminus magis connotatiuus: ſicut quando ſub termino prędicamenti ſubſtantię ſubſumitur terminus prędicamenti accidentis. Sicut non ſequitur. Omnem rem abſolutam poteſt facere deus: actus meritorius eſt res abſoluta: ergo actum meritorium poteſt facere deus. Vel ſic. Omne poſſibile poteſt deus: mereri eſt poſſibile: ergo mereri poteſt deus. ¶ Sed diceres optimè ſequitur. Omnis homo eſt animal: pater eſt homo: ergo pater eſt animal: immo cuiuſcunque prædicamenti terminus ſubſumitur ſub ly homo, ualebit argumentum; nec uidetur poſſe dari inſtantia. Ideo poteſt aliter dici, quòd argumentum eſt bonum ſi ſub termino abſoluto ſubſumitur connotatiuus cæteris paribus. Sed quando maior extremitas eſt terminus connotatiuus, qui in maiori connotat ſignificatum ſuum formale adiacere ſubſtracto ſubiecti, quod eſt medium: & in concluſione appellat ſuum formale adiacere formali minoris extremitatis: tunc non ualet argumentum propter uariationem appellationis: & eſt fallacia figuræ dictionis: & ęquiuocatio large: dum autem appellatio non uariatur, nec alia proprietas logicalis: eſt bonum argumentum. ¶ Per hoc ad argumentum primum dicitur: quòd ſi in conſequente peccare deus poteſt: peccare determinat ly poteſt, quantum ad ſuum formale: ſicut ſecundum logicam ualet in illa: deus poteſt peccare, ꝙ diſcurſus non ualet: quia poteſt in maiori importat poſſe ſimpliciter: in concluſione poſſe ſecundum quid. Si autem in conſequente peccare determinaret ly poteſt quantum ad ſubſtractum: ut ſit ſenſus. Id, quod eſt peccare, hoc eſt actum poſitiuum, qui dicitur peccatum poteſt producere: ſic poſſet conſequens concedi: de quo infra diſtinctio. xlvj. Ad ſecundũ. Si nulla relatio in creaturis eſt quid diſtinctum ab abſolutis: poteſt deus producere relationem, id eſt conceptum relatiuum ſine fundamento, & termino. Si ponitur relatio quid diſtinctum ab abſolutis: tunc non poteſt deus omnem effectum ſe ſolo producere. Nec hoc poteſt creatura: poteſt tamen deus omnem effectum abſolutum ſe ſolo producere. ¶ Ad tertium de odio dei: non uidetur quin entitatem illam abſolutam, quam importat odium dei: deus poteſt producere: ſicut poteſt eam in damnatis conſeruare. An autem reliquis poſſit recipere talem qualitatem, & ea tendere in deum: alibi uidendum in. iij. lib. ¶ Plura alia moueri poſſent dubia de cauſalitate dei, de quibus uide in ſecundo diſtinctio. j. quęſtio. ij. Item ſanctum Tho. de potentia. q. j. arti. vj. Item de malo. q. iij. arti. ii. de cauſa peccati.

## DISTINCTIO. XLIII.

OSTENDIT de
omnipotentia, ex
quo attenditur: de-
terminat quouſque
protenditur. Et po
teſt textus ſic ſum-
mari. ¶ Prima con
cluſio. Multa poteſt deus facere, quæ
non uult: & multa dimittere, quæ fa-
cit: & tamen eius uoluntas nec alia,
nec noua, nec mutabilis eſſe poteſt.
¶ Secunda concluſio. Licet quæ deus
facit, aut dimittit, iuſtè facit, & di-
mittit: tamen ſi alia faceret, aut di-
mitteret, iuſtę ea faceret, uel dimit-
teret. ¶ Tertia concluſio. Non res
ipſę: ſed diuina uoluntas eſt prima re
gula omnis iuſtitię, & rectitudinis. Vi
de latius in textu.

## QVAESTIO. I.

A VTRVM deus poſſit ali-
qua facere, quæ non fecit,
nec faciet. ¶ In iſta quæ-
ſtione de quatuor uiden-
dum. Primò ſupponen-
dum eſt deum eſſe cauſam effectiuam
rerum. Secundò inquirendum, an ra-
tione naturali probari poſſit deum eſſe
cauſam effectiuam liberam, & non na
turalem. Tertiò, an hoc ſic ſecundum
ueritatem fidei tenendum. Quartò,
Arti. 1. ex his ad quæſtionem. ¶ Articulus
primus ſatis habetur. q. ij. diſt. j. ſecundi
collec. ¶ Circa articulum ſecundum
Arti. 2. duę adducuntur per doc. opi. & impu-
gnantur: q̃ (ut apparet nituntur) demon
ſtrare: ſeu naturali ratione probare,
quod deus extra liberè agat. ¶ Prima
eſt ſancti Thomæ. qui tenet de poten
tia. quæſtio. prima. articulo quinto.
quòd impoſſibile eſt deum agere ex
neceſſitate creaturæ. Hanc adſtruit
quatuor rationibus de potentia: in de
creatione. quęſtio. iij. artic. xv. ¶ Alia
eſt opinio. Sco. diſtinctio. ij. quæſtio. j.
primi, & in ratione ſecunda diſtinctio.
viij. q. ult. Hæc opi. ſic arguit. Aliquid
cauſatur contingenter: ergo prima cau
ſa contingenter agit. Tenet conſequen
tia: quia quęlibet cauſa ſecunda agit in
quantum mouetur a prima. Si ergo pri
ma cauſa neceſſariò mouet: quælibet
alia neceſſariò mouetur, & ita neceſſa-
riò cauſat. Secundò. Ens ſummè neceſ
ſarium non poteſt non eſſe quocunque
alio a ſe non exiſtente: ſed ſi neceſſa-
riam haberet habitudinem ad primum
cauſatum: illo cauſato non exiſtente
non eſſet. Maior patet: quia ex minus
impoſſibili non ſequitur maius, uel ma
gis impoſſibile. nec ex minus falſo ma-
ius falſum: ut ſi aliquod falſum habeat
duas cauſas falſitatis, & min⁹ falſum ha
beat unam cauſam falſitatis: circumſcri
pta una cauſa falſitatis, utrobiq; quod
erat minus falſum, iam ẽ uerum: quod
uerò magis falſum erat: manet falſum. B
¶ Sed nec illæ rationes concludunt cõ
tra philoſophum. Nam dicit philoſo-
phus, ꝙ contingentia effectus depen-
det ex contingentia actionis alicuius
creaturæ. ſ. uolũtatis creatæ neceſſariò
requiſitæ ad hoc. Et ideo cum ſecundũ
eos, uoluntas creata neceſſariò concur
rat ad multos effectus, & iſta ſimpliciter
contingenter cauſat, quantumcunque
aliæ cauſæ naturaliter cauſent, effectus
erit contingenter productus. Et quãdo
dicitur. Cauſa ſecunda non cauſat, niſi
inquantum mouetur a prima: illa põt
habere multiplicem intellectum, uel
inquantum mouetur a prima. i. inquan-
tum dependet a prima in ſuo eſſe, aut
in ſuo agere. ita ꝙ non poſſit agere ni
ſi concurrente prima coactiuè: uel ꝙ
recipit aliquam influentiã a cauſa pri-
ma, qua agat. Si primis duobus modis
intelligitur, conſequentia nihil ualet.
Poteſt enim cauſa aliqua prior neceſſa
riò conſeruare aliam, & tamen eam nõ
neceſſitare ad agendum: ut ſi cęlum, uel
angelus conſeruaret uoluntatem huma
nam: nõ per hoc neceſſitaret ipſam ad
agendum ſimiliter licet uoluntas non
poſſit producerę uolitionem, niſi con-



currat cognitio, quę agit naturaliter:
non tamen ideo neceſſitatur ad uolen
dum, dum cognoſcit. Si tertio modo
intelligitur: ſic non oportet uoluntatẽ
accipere influentiam, qua agat: cum ex
ſe ſit principium agendi. Et ſi re-
ciperet influentiam, uel facultatem,
qua ageret: non tamen ideo neceſ-
ſitaretur, ut illa recepta neceſſariò a-
geret: quia etiam iam obiecto præſen-
te uoluntati per cognitionem, ha-
bet uoluntas facultatem uolendi il-
lud: nec tamen neceſſitatur, quin poſſit
non uelle. immo ſic probaretur, ꝙ uo
luntas non ageret liberè: quia non po-
teſt agere niſi mota a deo cũ mouetur,
non poteſt non agere, eſſetq; libertas
in ſola uoluntate diuina, & nulla in hu-
mana. ¶ Secunda ratio etiam non co-
git: quia philoſophi negarent maiorẽ.
Dicerent enim, ꝙ ad negationem alicu
ius alterius a prima cauſa, ſequitur ne-
gatio primæ cauſę. Sicut ad poſitionẽ
cauſæ primæ, ſequitur poſitio alicuius
effectus, & hoc propter naturalitatem
cauſę primę in agendo. ¶ Ad probatio
nem ſi ſunt gradus in impoſſibilibus
(quod tamen non uidetur) tunc ex mi
nus impoſſibili ſequitur magis impoſſi
bile: quia ab uno conuertibiliũ ad aliud
ualet conſequentia affirmatiuè, & nega
tiuè: Et ideo ſequitur: homo non eſt
riſibilis ergo homo non eſt homo, & ta
men conſequens eſt impoſſibilius ante-
cedente. Similiter ex oppoſito con-
cluſionis ſequitur oppoſitum princi-
pij, & tamen oppoſitum principij
eſt impoſſibilius oppoſito concluſio-
nis. ¶ Ad probationem conſequẽter
dicitur: ꝙ licet falſum aliquod habet
duas cauſas falſitatis: non tamen poteſt
circumſcribi falſitas antecedentis infe-
rens hoc conſequens: quia neceſſariò
falſum, uel ſaltem circumſcribi non po
teſt, quin circumſcribantur ambę cauſę
falſitatis conſequentis: niſi fortè per in
tellectum, ſed conſideratio intellectus
nihil facit ad propoſitionum ueritatẽ.
uel falſitatẽ. Qualitercunq;. n. conſide
ret intellectus ſemper hæc eſt falſa: hõ
eſt aſinus, & illa uera: homo eſt animal.
¶ Iſtis ſic præmiſſis uidenda eſt reſpon C
ſio doct. ad articulum iſtum. Prima con
cluſio. Non poteſt naturali ratione pro
bari, quin ſicut ex perfectione ſolis na-
turaliter ſequuntur effectus multi: ita
ex perfectione naturę diuinę ſequũtur
effectus multi qui aliter eſſe nõ poſſunt.
¶ Eſt itaque pro artic. iij. conclu. iſta. Arti. 3.
Fide tenendum eſt, ꝙ deus contingen D
ter, & liberè cauſat oĩa alia a ſe. Proba
tur: quia fide creditur, ꝙ deus eſt omni
potens, ut patuit. q. & diſt. pręcedenti,
& potens omnia producibilia ſe ſolo, &
immediatè producere, & cum non pro
ducat omnia producibilia ſimul: ſequit̃,
ꝙ non neceſſariò, ſed liberè producit.
Tenet conſequentia: quia poſita cauſa
naturaliter agente ſufficienter eo mõ
quo ſufficit, neceſſariò ponit̃ effectus.
Siquidem ſuppoſito, ꝙ deus poſſit om-
nia ſe ſolo producere, & ꝙ non indiget
concurſu cauſę ſecundę: euidenter pro
batur eum producere contingenter, &
liberè. Nam ſi produceret naturali ne-
ceſſitate, omnia producibilia ſimul pro
duceret, cũ ſit cauſa ſufficiens infinita,
& nõ impedibilis. ¶ Pro articulo quar Arti. 4.
to eſt concluſio reſponſalis ad quæſtio Concl.
nem. Deus poteſt facere aliquid, uel ali reſpon-
qua quod non facit, & aliter producere ſalis.
quã producit. Patet: quia contingenter B
cauſat: ergo poteſt cauſare, & non cau
ſare ſic uel aliter. ¶ Corollarium. Coroll.
Deus poteſt aliquid facere quod nõ eſt
iuſtum fieri a deo; ſi tñ faceret, iuſtum
eſſet fieri. Vnde ſola uoluntas diuina
eſt prima regula omnis iuſtitię, & eo ꝙ F
uult aliquid fieri, iuſtum eſt fieri, & eo
ꝙ uult aliquid non fieri, non eſt iuſtum
fieri; unde quod non eſt iuſtum fieri, po
teſt eſſe iuſtum fieri ſine tamen uolun-
tatis mutatione aut noua uolitione, de
quo ſupra de ſcientia dei. Ad hoc plu-
ra uide in Camerac. quæſtio. xiij. artic.
ij. Et in Greg. diſtinct. præſenti. Item
in ſancto Tho. quæſt. j. de potentia art.
v. & quæſt. iij. de creatione. artic. xv.
& xvj. ut allegatum fuit. ¶ Plura hic poſ
ſent moueri de infinitate potentię di-
uinę. ¶ Poſſet enim quæri, utrum de-
us ſit potentia uigoris infiniti ſiue in-

finite productiua. Hanc quæſtionem determinat Camerac. ubi ſupra arti. iij. Et Ockam in quodlib. vij. in diuerſis quæſtionibus latè diſputat hanc materiam. Item utrum ſit potentia alicuius entis infiniti abſolutè productiua: de hoc aliquid habetur in ſecundo. q. iij. diſtin. j. de poſſibilitate infiniti cathegorematicè: & hanc poſſibilitatē probabiliter tenet Camerac. ubi ſupra uide ad hoc Grego. diſt. præſenti. Item de hoc diſtinct. xxxviij. huius collect. de hoc etiam habet doct. quæſt. iiij. ſecundi quodlib. & quæſt. viij. ij. ſententiarū. Sed quia in locis nunc allegatis & etiā ſupra diſt. xxxvj. q. unica in dub. iiij. plura de hoc diſputatiuè habentur: nunc pro parte illa nunc pro alia: ideo hic reſcinduntur.

## QVAESTIO. II.

A VTRVM plus conueniat deo nō poſſe facere impoſſibile: quàm impoſſibilia non poſſe fieri a deo. ¶ In hac quæſtione doct. recitat & impugnat opin. Henri. Gandauen. vj. quodlib. quæſt. iij. & doc. ſub-
Art. 1. Not. 1. tilis diſtin. præſenti. ¶ Quibus hic dimiſſis notandum primò eſt pro articulo primo, quod omni relatiuo correſpondet (ſi bene aſſignetur) correlatiuum: de quo ſupra diſt. xxx. quæſt. iij, & v. ¶ Se-
Not. 2. cundò notandum, quod omnia relatiua ſecundi modi quæ important reſpectum mouentis ad motum, ſunt ſimul natura & mutuò ſe inferunt, & ideo neutrū eſt magis cauſa, quod hoc referatur ad illud, quàm econuerſo: ut quia pater, & filius ſunt ſimul natura (eo modo quo loquitur philoſophus in prædicamento relationis) ideo non plus filius eſt filius; quia pater eſt pater: quàm econuerſo. Nec plus filius eſt: quia pater eſt, quam econuerſo. Nec plus filius habet patrem: quia pater habet filium quàm econuerſo. Nec una harum propoſitionum magis eſt cauſa alterius, q̃ ecōuerſo, & ſic uniuerſaliter in his quę ſunt ſimul natura. ¶ Concluſio prima Arti. 2. Cōcl. 1. B pro articulo ſecundo hæc eſt. Simul natura conuenit deo non poſſe facere impoſſibile & impoſſibilia non poſſe fieri a deo, & neutrum eſt prius altero. ¶ Se- Cōcl. 2. cunda concluſio. Non prius competit deo poſſe facere poſſibile quàm poſſibile poſſe fieri a deo: ſed ſunt ſimul natura. Vtraq; concluſio patet ex notabili Arti. 3. Dub. C ſecundo. ¶ Circa prædicta eſt dubium pro articulo tertio. Quicquid creatura habet: habet a deo: ergo eſſe poſſibile competit ſibi a deo: ſed eſſe factiuum nō competit deo ab alio: ſed a ſe. Prius autem competit quod competit a ſe: q̃ quod competit ab alio: ergo prius cōuenit deo eſſe factiuum quā creaturę eſſe factibile. Solutio. Quicquid habet creatura tanquam reale aliquid ſibi inexiſtens, habet a deo tanquam a principio: ſed non quicquid cōpetit ſibi per prędicationem, habet principiatiuè a deo: niſi quando illę prędicationes ſunt in actu: tunc habitum ſunt a deo. Item non eſt proprius modus loquendi eſſe poſſibile cōpetit creaturæ: immo creaturę non exiſtenti nihil competit: ſed hæc eſt propria creatura eſt poſſibilis. Hęc autem uera non propter aliquid inexiſtens creaturę non exiſtenti: ſed quia creatura non exiſtens actu poteſt eſſe in rerum natura, & ſecunda ſolutio ē formalior. Cætera uide latius in doc.

## DISTINCTIO. XLIIII.

HABITVM eſt a magiſtro de omnipotētia unde attendatur, & uſquequo protendatur: nunc uidendum quomodo ea deus operetur. Et poſſunt colligi concluſiones literales numero tres. ¶ Prima concluſio. Deus melius aliquid facere poteſt quàm facit, & alio modò facere poteſt quàm facit. ¶ Secunda concluſio. Deus ſemper poteſt facere quæ olim potuit: uel facta conſeruare eadem potentia qua fecit. ¶ Tertia cōcluſio. Licet deus non



non poſſit mundum de nouo creare, poteſt tamen eum olim de nouo creatum ſemper conſeruare. Declarationes earūdem uberiores uide in textu.

## QVÆSTIO VNICA.

A VTRVM deus poſſit facere mundum meliorem iſto mundo. ¶ Pro articulo pri-
Arti. 1. Notbi 1 mo notandum, quod mundus capit dupliciter. Vno modo pro tota congregatione omnium rerum creatarum quæ ſint ſubſtantię ſiue accidentia. Et ſic excluditur deus qui non eſt quid creatum: & cum deus non poſſet meliorem ſe facere: claret quod illo modo deus non poteſt facere mundum meliorem iſto mundo. Alio modo pro toto quodam compoſito, uel aggregato ex multis contentis ſub uno corpore, & illo continēte. Et hoc dupliciter uel præciſè pro partibus quæ ſunt ſubſtātiæ, uel indifferenter pro omnibus. Sed in iſta quæſtione accipiendus eſt mundus præciſè pro uno uniuerſo: quaſi compoſito
Nota. 2 ex partibus quæ ſunt ſubſtantiæ: & non
B ſecundum quod includit accidentia. ¶ Secundò notandum quod cum dicitur. Deus poſſet aliquid melius facere quàm facit: diſtinguendum eſt ſicut & magiſter diſtinguit. Nam ly meli⁹, poteſt referri uel ad faciendi modum uel ad effectum factum. Si primo modo: tunc (ſicut bene dicit magiſter) ſi modus faciendi ad ſapientiam artificis refertur: non pōt aliquid melius facere ſiue meliori mō ex ſapientia uel artificio. Si autem ſecundo modo: concedit magiſter, quod poteſt aliquid melius facere, ideſt aliquam rem melio-
Nota. 3 rem. ¶ Tertiò notandum quod aliquid poteſt eſſe melius alio: uel bonitate eſſentiali aut ſubſtantiali, uel accidentali.
Nota. 4 ¶ Quartò conſiderandum, quod intellectus quæſtionis poteſt eſſe triplex ſcilicet utrum poſſit deus facere mundum meliorem iſto bonitate eſſentiali, & ſubſtantiali: & hoc diſtinctum ſpecie. Secundò: utrum diſtinctum ſolo numero. Tertiò: utrum poſſit facere mundum meliorem bonitate accidentali. ¶ Quintò notan- Nota. 5 dum quod ſecundum diuerſas opi. de ſtatu ponendo in rebus: alię, & alię ponendę ſunt concluſiones. Si non ponitur ſtatus perfectionis in rebus creatis tam ſubſtantialibus quàm accidentalibus: ita quod non eſt dare ſummum creabile prout uidetur magiſter tenere. ¶ Et hæc concluſio ge- Arti. 2. C neralis pro intellectu primo quæſtionis: ut in notabili quarto, & articu. ſecundo quæſtionis. Deus poteſt creare mundum perfectiorem diſtinctum ſpecie ab illo. Patet: quia poteſt perfectiorem ſpeciem facere, perfectiſſima iam facta. Tenendo autem quòd dabilis ſit ſubſtantia perfectiſſima producibilis a deo quæſtio eſt problema neutrum. ¶ Pro quo notandum, quòd tripliciter poſſet poni ſtatus in producibilibus. Vel ſic. Primò quod dabilis eſt ſuprema ſpecies producibilis, ſiue ſit producta ſiue non. Secundò quod omnium ſpecierum producibilium aliqua indiuidua ſunt producta: ita quòd non ſit producibile indiuiduum, quod differat ſpecie a quolibet indiuiduo producto. Tertiò quòd ſuprema, & infima ſpecies ſit producta, ideſt indiuidua ſupremę, & infimę ſpeciei: licet multa ſint producibilia indiuidua ſpecierum mediarum nondum productarum. Tunc ſunt Cōcl. 1. D concluſiones. ¶ Prima concluſio. Quod Cōcl. 2. deus poteſt facere mundum meliorem iſto ſpecie diſtinctum quantum ad partes ſubſtantiales, tenendo ſtatum ſecundum primum, uel tertium modum: non autem ſecundum ſecundum. ¶ Secunda concluſio. Deus poteſt facere mundum meliorem iſto diſtinctum ab illo numeraliter quantum ad partes ſubſtantiales. Patet: quia cum non ſit determinatus ad certum numerum indiuiduorum eiuſdem ſpeciei: poteſt producere alium mundum eiuſdem ſpeciei cū illo: & in eo plura indiuidua quā in iſto. ¶ Si uerò ſermo eſt de perfectiori mundo accidentaliter non eſt dubium quin poſſit facere alium mundum eiuſdem ſpeciei cum illo: & tamen in eo ponere qualitates intenſiores, quàm in iſto. Et ſic eſſet accidentaliter per fe-

ctior: quia haberet plures accidentales perfectiones intenſiue. Sic etiam poſſet concedi: ꝙ deus poteſt aliquid facere melius, quàm facit, ſiue ipſum idem numero, ſiue aliud, numero, uel ſpecie diſtinctum ab eo. hoc enim non eſt aliud, niſi deum facere illud, quod nunc facit (ſiue ſit idem numero, aut ſpecie cum illo, quod prius fecit, aut non) eſſe informarum perfectioribus accidentibus: poſſunt enim illa accidentia intendi quæ ſunt in iſto ſecundo mundo ultra prioris mundi accidentia: ergo habetur propoſitum.

Artic.3. Dub. 1. E

¶Pro articulo tertio, eſt dubium circa illa. Et primò quomodo uerum eſt dictũ magiſtri, & Auguſtini in litera. Talem deus potuit feciſſe hominem, qui nec peccare poſſet, nec ueller: an ille ſit uerè homo, & eiuſdem ſpeciei nobiſcum: de hoc dubio uide in ſecundo diſt. xxij. q. unica.

Dub. 2.

¶Secundum dubium. Quid ad rationem philoſophi primo cæli arguẽtis: ſi eſſet alius mundus: aut terra illius mũdi moueretur ad medium illius: & ſic eſſet unus mundus: aut non. Sed hoc ſecundum dici non poteſt: quia corpora eiuſdem ſpeciei mouerẽtur ad eundem locum naturaliter. Dicitur, ꝙ non mouerẽtur ad mediũ illius mundi: ſed quieſceret naturaliter in medio ſui mund: quod eſſet eiuſdem ſpeciei cum medio illius mundi. Et hoc ſufficit: ꝙ corpora eiuſdem ſpeciei moueantur ad eundẽ locum in ſpecie: licet non numero: quãuis ſi omnia eſſent in eodem loco: ſucceſſiuè mouerentur ad eundem locum numero. Exemplum eſt de igne exiſtente in oriente, & occidente, qui moueretur ad eundem locum, non numero, ſed ſpecie. Indiuidua enim eiuſdem ſpeciei tendunt ad eundem locum, non numero ſed ſpecie: ſic quælibet terra inclinaretur ad ſuum medium, quæ tamen media eſſent eiuſdem ſpeciei: & hoc ſufficit: ſic duo ignes unus in Roma, alius in Anglia tendunt ad eundem locum ſpecie, ſed non numero: de hoc latè uide Ockam diſt. præſenti. ¶Ex illis ſequitur reſponſiuè, ꝙ deus poteſt facere mundum meliorem tam ſubſtantialiter, quàm accidentaliter, tam intenſiuè quàm extenſiuè: patet intuenti prædicta.

Dub. 3. F

¶Tertium dubium. Vtrum quicquid deus producit, infinitè producit. Hic diuerſi diuerſimodè reſpondent. Quidam enim dicunt: ꝙ ſic: quia deus ad cuiuslibet rei productionem concurrit ſecundum ſuum totum uigorem infinitum: cum ille ſit indiuiſibilis: & per conſequens concurrit concurſu finito, & productione infinita: igitur &c. Alij dicunt, ꝙ non: quia nihil plus producitur a deo, quàm ipſum ſit. ſed quodlibet ad extra productum ſolum finitè eſt: ergo ſolum finitè ſit, & producitur a deo: igitur &c. Sed reſpondet hic Cameracen. quæſt. xiij. artic. iij. ꝙ difficultas huius dubioli magis eſt in nomine, quàm in re. Vnde notat, ꝙ illa uerba producere, facere, cõcurrere: & alia huiuſmodi ſignificantia actionem dei poſſunt capi dupliciter. Vno modo propriè, prout dicunt actum diuinæ uoluntatis intrinſecum: & cum hoc beatitudinem ipſius ad effectum extrinſecum. Et iſto modo ſatis patet: ꝙ ſecunda opin. eſt uera, & ꝙ deus non producit infinitè, quicquid producit: ſed inæqualiter, & magis, & minus ſecundum ꝙ maior, uel minor eſt effectus productus: & ſic procedit ratio. Alio modo poſſunt capi impropriè prout præciſè dicunt actum diuinæ uoluntatis intrinſecum, quo deus uult aliquid eſſe, uel fieri. Et iſto modo probabilis eſſet prima opin: quia nihil eſt aliud dicere: deus infinitè producit a, ideſt infinitè uult a eſſe, uel fieri: & hoc eſt probabile cum actus, quo ſic uult ſit infinitus: quia eſt idem, quod deus: & ſic procedit ratio illius opinionis. ¶Videtur tamen opin. ſecunda probabilior etiam qualitercũq; capiantur illa nomina ſecundum eundem doct. Nec ualet ratio adducta pro opin. prima quamuis enim cauſalitas diuina ſit infinita, uel productio actiua infinita: uel concurſus infinitus: non propter hoc deberet concedi: ꝙ deus quemlibet effectum infinitè cauſet, uel infinitè producat, uel concurrat. Tum primò, quia licet producere diuinum ſit æternum cum ſit ipſe deus: non tamen concedimus, ꝙ deus æternaliter producat effectum aliquem. Tum ſecundò, quia licet dilectio dei, qua diligit omnia ſit infinita: non tamen concedimus, ꝙ infinitè diligit omnia: quia tunc æqualiter omnia diligeret: nec plus diligeret ſeipſum, quàm creaturam: nec unã creaturam plus, quàm aliam. Tum tertiò, quia quamuis cauſalitas, & productio dei actiua ſit neceſſaria: quia eſt omnibus modis idem deo: non tamen propter hoc concedimus, ꝙ deus neceſſariò cauſet, uel producat aliquem effectum. Igitur nec talis conſequentia ualet: concurſus, uel conatus dei, quo producit a, eſt infinitus: ergo infinitè producit a. Tum quartò: quia quamuis actus diuinus, quo uult a, eſſe, uel fieri ſit infinitus: non ꝓpter hoc oportet concedere, ꝙ deus infinitè uult a eſſe. Et ideo probabiliter poteſt dici, ꝙ licet deus ſit potentia infinita: non tamen æqualiter, nec infinitè producit omnia: nec eſt alicuius entis finiti infinitè: ſed ſolum finitè productiua, & tantæ præciſè, quantæ entitas ꝓducta eſt perfecta &c. Hæc ille. De hac materia uide in Greg.



## DISTINCTIO XLV.

SVPRA Magiſter egit de omnipotentia: cõſequenter agit de uoluntate diuina in diſtinct. iiij. finalius. Primò quoad ſe. diſt. præſenti. Secundò de ea comparatiuè quantum ad affectum opiniones pertractando diſtinct. xlvj. Tertiò idem oſtendit ueritatem clarius explicãdo diſtinct. penult. Quartò comparatiuè ad uoluntatem humanam diſtinct. finali. In hac diſtinctione oſtendit primò, quid ſit uoluntas diuina ſecundum propriam uolũtatis acceptionem. Secundò, quid nomine uoluntatis accipitur ſecũdum figuratiuam locutionẽ. ¶Et poteſt textus ſummari his concluſionibus. ¶Concluſio prima. Voluntas, ſiue uolens de eo ſecundum eſſentiam dicitur: quia nõ eſt ei aliud uelle, aliud eſſe. ¶Secunda concluſio. Hæc ſummè bona diuina uoluntas cauſa eſt omnium, quæ naturaliter fiunt facta, aut futura ſunt: cuius cauſa quærẽda non eſt: cum immutabilis ſit, & æterna. ¶Tertia concluſio. Voluntas aliquãdo accipitur pro effectu, uel ſigno uoluntatis: ut ualet tantum .i. præceptio, prohibitio, conſilium, operatio, permiſſio: quæ non ſunt ipſa uoluntas propriè dicta: quæ dicitur utrum uoluntas beneplaciti: ſicut alia dicitur uoluntas ſigni: neq; omnia fiunt, quæ deus uult fieri uoluntate ſigni .i. quæ deus præcipit, conſulit, uel prohibet. Vide latius in textu.



## QVAESTIO VNICA.

A

VTRVM uoluntas dei ſit cauſa immediata, & prima omnium eorum, quæ fiunt. ¶De materia quæſtionis huius latè habetur in ſecundo diſt. ij. q. ij. Ideo hic breuiter deſcindetur: ſolum abbreuiando dicta doct. in illa diſ.

Artic. 1. Not. 1.

¶Notandum, ꝙ cauſa immediata eſt res abſoluta, qua poſita ponitur effectus, & ipſa non poſita omnibus alijs, eodẽ modo ſe habentibus nõ ponitur effectus: de quo etiam in iiij. diſt. ij. q. j. Nec uidetur aliquid aliud poſſe aſſignari: propter qđ cauſa diceretur immediata.

Coro. 1

¶Corollarium. Cauſa uniuerſalis, qua amota nõ ponitur effectus: eſt cauſa immediata ita ſicut particularis.

Coro. 2

¶Secundum corollarium. Duabus cauſis ad eundem effectum concurrentibus, quarum una illarum quæcumq; fuerit remota effectus non ſequeretur: neutra eſt cauſa totalis: ſed tantum partialis: tamen quælibet eſt cauſa totius effectus. Vnde patet differentia inter cauſam totalem, & cauſam totius effectus: de hoc in iij. diſtinct. j. quæſt. j. immo uidetur: ꝙ partialis cauſa ſimpliciter non ſit cauſa: quia ea poſita, non ponitur effectus: ſcilicet ſi ponitur ſine alijs concauſis. Verum ſi dicitur in deſcriptione cauſę: quo poſito cũ

aliјs correquiſitis ponitur effectus:& om
nibus aliјs poſitis, & eo non poſito non
ſequitur effectus:tunc partialis cauſa ue-
3 re eſt cauſa.¶Tertium corollarium. Oīs
cauſa propriè dicta eſt cauſa immediata.
patet:quia eadem eſt deſcriptio cauſæ,
4 & cauſæ immediatæ. ¶Quartum. Non ſe
per cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati: unde
pater filij non eſt cauſa nepotis: ſic nec
materia,quæ eſt ſubiectum formę eſt ſub
iectum alicuius inhærentis formæ. Sicut
materia quæ eſt ſubiectum animæ intel-
lectiuæ,non eſt ſubiectum intellectionū.
¶Itē notādum,ꝙ cauſa dicit̄ prima, uel
perfectione uel illimitatione, uel dura-
Arti. 2. tione in eſſe,uel in cauſare.¶Pro articu-
Cōcl.1. lo ſecundo eſt concluſio prima. Volun-
B tas diuina,ſiue eſſentia ꝙ omnino idem
eſt:eſt cauſa immediata omniū, quę fiūt:
quamuis hoc ratiōe naturali probari nō
Cōcl.2. poſſit.¶Concluſio ſecunda.Deus eſt cau
ſa prima perfectione,illimitatione,& du-
ratione quantum ad eſſe:quia perfectiſſi
Cōcl.3. mus,infinitus,æternus.¶Concluſio ter-
tia.Deus non eſt cauſa prima duratione
in cauſando.Patet:quia dum cauſa ſecun
da cauſat:non prius cauſat, quàm cauſa
ſecunda:ſed ſimul cauſant: quamuis deꝰ
poſſit & prius,& ſe ſolo cauſare.

## DISTINCTIO XLVI.

DE voluntate diuina in
ſe nūc actū eſt: conſe-
quenter magiſter agit
de ea cōparatiuè ad
effectus, oſtēdens qm̄
oīa fiunt,quę uult: &
& in hac diſtinctione
plurimas recitas opi.¶Poteſt ergo ſen-
tentia textus breuiter ſic ſummari con-
cluſionibus tribus. ¶Prima concluſio.
Voluntas dei beneplaciti nō poteſt cau
ſari. ¶Secunda concluſio. Deus non eſt
auctor malorum:ſed permiſſor. ¶Tertia
concluſio. De auctore non ſit homo de
terior. Vide eorundē intellectum,
& explicationem latius
in textu.

✠

## QVÆSTIO I.

VTRVM uoluntas diuina A
poſſit impediri per quācūq;
potētiam creaturę. ¶Quia
materiam hanc de uolunta
te diuina in expoſitione cano. late pro-
ſecuti ſumus lect. lxviij. & lxix. ideo pla-
cuit lectorem ad dicta ibidem remittere:
ne fruſtra contingat idipſū crebrius mul
tiplicari:pauca itaq; uel nulla adijciemꝰ
in diſtinct. præſenti & ſeq. dictis ibidem.
¶Notandum ergo breuiter: ꝙ uoluntas Arti. 1. Not. 1.
diuina quandoque accipitur propriè pro
diuina eſſentia:qua uult deꝰ aliquid fieri
uel non fieri. Alio modo accipitur im-
propriè pro aliquo habente aliquo mo-
do ordinem ad diuinam uoluntatem: &
ſecundum hoc communiter diſtingui-
tur in uoluntatem beneplaciti, & uolun
tatem ſigni. Voluntas beneplaciti eſt
duplex:antecedens, & conſequens. Vo-
luntas ſigni eſt quintuplex: ſcilicet pro-
hibitio,præceptio,conſilium, operatio,
permiſſio.uerſus.Præcipit, & prohibet,
permittit,conſulit,implet. Hoc eſt: ille
terminus uoluntas aliquando idem eſt
quod prohibitio:quandoque idem ſigni-
ficat quod præceptum &c. Vnde patet
quòd hæc diſtinctio non eſt diſtinctio
rerum: ſed eſt diſtinctio huius uocabuli
uoluntas: ſecundum diuerſas ſuas ſigni-
ficationes:quibus accipitur in ſcriptura;
ut uult magiſter. Secundò ſequitur, ꝙ
uoluntas propriè acccipiendo uocabu-
lum dicit ſolum uoluntatem beneplaci-
ti conſequentem. ¶Secundò notan-
dum, quòd uoluntas dei antecedens:
non eſt aliquid in deo quomodocunque
diſtinctum a uoluntate cōſequente. Sed
ille terminus uolūtas antecedens, eſt ter
minus connotatiuus ſignificans multa;
deum ſcilicet, & creaturam. Et poteſt
ſic deſcribi. Voluntas antecedens eſt
uoluntas diuina dans alicui anteceden-
tia ad conſequendum aliquid:cum præ-
cepto, & conſilio exequendi: ſine re-
uelatione contrarij parata ei coagere
ſi uelit. Et uelle antecedenter, eſt ſeu
dicit deum dare antecedentia (hoc eſt
neceſ-



neceſſaria) ad aliquod pręceptum,
Coro.1 uel conſilium exequendum. ¶Corol-
larium. Deus antecedenter uult om-
nes uiatores iuſtè uiuere. Patet: quia
dat potentiam intellectum,& affectum,
Coro.2 cum pręcepto &c. ¶Secūdum. Deus nō
uult antecedenter aliquem peccare. Pa
tet:quia nec præcipit: nec conſulit pec
Coro.3 care.¶Tertium.Deus non uoluit Abraā
antecedēter immolare filium ſuum. Pa
tet: quia licet dederit potentiam im-
molandi cum pręcepto: tamen oppoſi-
Coro.4 tum reuelauit.¶ Quartum.Deus uult an
tecedēter pręſcitos ſaluari.Patet tranſ-
Coro.5 currendo omnes particulas. ¶ Quintū.
Deus non uult dęmones,uel damnatos
ſaluari uoluntate antecedente. Patet:
quia nō uult illis coagere ad opera me-
ritoria,quibus cōſequantur ſalutē:neq;
Coro.6 ſine meritis conferre ſalutem. ¶Sextū.
Deus uult omnes homines uiatores ſal
uos fieri uoluntate antecedente: quia
dedit potentiam merēdi cum pręcepto:
paratus coagere ſi uelint: nec reuelat
contrarium. ¶ Quis autem ſit intelle-
ctus huius, ꝙ uoluntas beneplaciti di-
ſtinguitur in antecedentem, & conſe-
quentem uoluntatem:& quid dicit ſin-
gulum eorum: uide in expo. cano. lec.
Not. 3. lxviij.¶Tertiò conſiderandum, ꝙ uolū
tatem diuinā poſſe impediri a creatura
non eſt aliud dicere, quàm homo non
ſeruat pręceptū dei: uel homo nō uiuit
uoluntati diuinæ:homo nō ſequitur di-
Arti. 2. uinum conſilium. ¶Quantum ad arti-
culum ſecundum eſt concluſio prima.
Cōcl.1. Voluntas dei ſigni non ſemper adimple
C tur. Probatio:quia nō ſemper fit, quod
deus præcipit fieri: nec ſemper non fit,
quod deus prohibet ne fiat: ſed multa
fiunt contra pręcepta,& prohibitiones
ac conſilia,ut manifeſtū eſt. Vnde Aug.
in de ſpiritu & littera: Infideles (inqt)
contra dei uoluntatem faciūt:cum eius
euangelio non credunt: ergo uoluntas
ſigni non ſemper impletur. Tenet con-
ſequentia: quia nihil aliud eſt uoluntas
ſigni, quàm pręceptum dei, uel prohi-
bitio: ut dictum eſt ergo cum non im-
pletur præceptum: nec uoluntas ſigni.
Cōcl.2. ¶ Secunda concluſio. Voluntas dei be
neplaciti antecedens poteſt impediri.
Probatur:quia uoluntas illa impeditur
contra quam agitur:ſed manifeſtum eſt,
ꝙ deus dat cuilibet naturalia,quibus po
teſt conſequi actum meritorium:& para
tus eſt coagere cuilibet ad huiuſmodi
actum:& dat præceptum, uel conſilium
ut exequatur:& tamen non quilibet eli
cit actum meritorium: immo multi eli-
ciunt actus demeritorios: & per conſe-
quens tales faciunt contra uoluntatem
dei antecedentem. ¶Tertia concluſio. Cōcl.3.
Voluntas dei beneplaciti conſequens
non poteſt impediri.Probatur: quia uo
luntas omnipotens uolens efficaciter
aliquid non poteſt impediri: talis eſt uo
luntas dei beneplaciti conſequens: er-
go. Minor nunc ſupponitur: & maior
patet: alias enim non eſſet omnipotēs.
¶ Pręterea illud,cuius uoluntas efficax
poteſt impediri,poteſt triſtari:deus non
poteſt triſtari: ergo eius uoluntas effi-
cax non poteſt impediri: illa autem eſt
uoluntas beneplaciti conſequens: ergo
&c.¶ Ex concluſione ſequitur, ꝙ deus
non ſemper uult uoluntate efficaci il-
lud,quod uult uoluntate ſigni, uel an-
tecedente:immo quandoq; uult oppo-
ſitum. Patet: quia quod non fit: non
uult efficaciter:ſed multa quæ pręcipit
&c. non fiūt:ergo. Patet etiam de obla
tione Iſaac, quam præcipit Abraæ:& ta
men eam noluit fieri.¶ Quarta conclu Cōcl.4.
ſio. Simpliciter loquendò, & ſecundū
proprietatem ſermonis:non eſt conce-
dendam, uoluntatem dei non impleri.
Patet:quia uoluntas dei (ſecundum pro
prietatem ſermonis) non ſignificat niſi
uoluntatem dei efficacem, & ęternam:
quæ impediri non poteſt. Quod uerò ac
cipitur pro uoluntate antecedente uel
ſigni,eſt ſecundum metaphoricam,& fi
guratiuam locutionem: ut dicit magi-
ſter diſt. xlv. ergo cōcluſio uera. ¶Quin Cōcl.5.
ta concluſio. Licet contra uolunta-
tem dei operatiuam, aut permiſſiuam
nihil fit: poteſt tamen aliquid contra
eam fieri. Patet: quia quæ fiunt a crea
tura, fiunt contingenter. Et deus con
tingenter cooperatur,& permittit: po-
teſt igitur non cooperari & non ꝑmitte

re. Etiam poteſt creatura aliter agere: ut patet ex prędictis de contingentia, ſupra diſt. xxxviij. Hęc omnia latius habentur in expo. cano. lec. lxviij. ¶ Quan- (Arti. 3.) tum ad articulum tertium eſt dubium. (Dub. 1.)

E Vtrum aliquid in uniuerſo eueniat præter uoluntatem dei: uidetur, ꝙ ſic: quia aliqua deus permittit, quę tamen non facit: ut mala culpæ: & ita fiunt præter uoluntatem eius. In oppoſitum, quod fit ſecundum aliquem actum uoluntatis poſitiuum: non fit pręter uoluntatem: ſed permiſsio eſt aliquis actus poſitiuus uoluntatis: alioquin non plus permitteret, quę fiunt, quàm quę non fiũt: cum reſpectu omnium quæ non fiunt: etiam habet actum negatiuum. ¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ aliquid fieri ſecundum uoluntatem: contra uel pręter accipi poteſt per ſimilitudinẽ eius, quod eſt natura. Natura autem aliquando dat alicui inclinationem ad aliquid determinatum, ut graui ad locum deorſum, & ad deſcenſum ad illum ſi fuerit extra eum: & quia dat talem inclinationem: concomitanter dare dicitur eidem repugnantiam ad oppoſitum illius ad quod determinatum eſt. Sic quia graui naturaliter cõuenit motus deorſum: ideo ei repugnat motus ſurſum. Aliquã do dat neutralitatem: ſicut lignũ ex natura eſt indifferens ad omnes figuras artificiales: ſcilicet reſpectu arcæ, domus, ſcamni &c. Sic ſuo modo uoluntas quandoq; determinat ſe ad aliquid, uolendo aliquid, quod tunc ſequitur. Quandoq; uerò determinat ſe ad aliqd nolendo illud: & ideo ipſum fugit. Quã doq; ſe habet neutraliter reſpectu alicuius obiecti, non eliciendo aliquẽ actũ circa illud: neq; determinans ſe ad proſecutionem neq; ad fugam. Sicut ergo ex parte naturæ, quando fit aliquid, ad quod res habet inclinationem: fieri dicitur ſecundum naturam. Quando autem fit illud, ad quod habet repugnantiam, fieri dicitur contra naturam. Et quando fit illud, ad quod ſe habet neutraliter: dicitur fieri præter naturam: non ſecundum uel contra naturam. Ita etiã ex parte uoluntatis, quando euenit aliquid ſecundum determinationem uoluntatis per actum uolendi dicitur fieri ſecundum uolũtatem: quando uerò accidit, quod eſt contra determinationẽ uoluntatis per actum uolendi dicitur illud accidere contra uoluntatem. Cum autem hoc fit, ad quod uoluntas habet ſe neutraliter dicitur fieri: non contra uel ſecundum uoluntatem: ſed præter uoluntatem. ¶ Quo præmiſſo notabili, (ppo. 1.) eſt propoſitio iſta prima. Nullum bonũ (F) uniuerſi euenit pręter uoluntatem dei. Probatur propoſitio: quia omne bonũ fit ſecundum uoluntatem dei: ergo. Antecedens eſt beati Aug. iij. de tri. dicentis. Volũtas dei eſt prima & ſumma cauſa omnium ſpecierum atq; motionum. Nihil enim fit quod non de interiori atq; intelligibili aula ſummi Imperatoris egrediatur ſecundum ineffabilem iuſtitiã &c. ¶ Pręterea ad quęcunq; ſe extendit obiectum alicuius potentię: ad eadem extendit ſe uirtus illius potentię: ſed obiectum diuinę uoluntatis eſt bonum ſimpliciter: quod extendit ſe ad omne bonum: ergo & uirtus diuinæ uoluntatis extendit ſe ad omne bonum. Quare nihil boni fit pręter uoluntatem dei. ¶ Secunda propoſi. Malum (ppo. 2.) culpę quantum ad formale, euenit in uniuerſo pręter uoluntatem dei. Probatur: quia reſpectu deficientię, uel deformitatis mali culpę, deus non habet actum uoluntatis efficacem. Sicut nec natura uniuerſalis intendit monſtruoſitatem: nec ad hoc habet uoluntatem: quia tunc nullo modo poſſet fieri actus aliquis deformis. Et per conſequens fit præter uoluntatem dei: ita ꝙ deus non habet reſpectu eius actu poſitiuum: nec uelle: nec nolle: ſed non uelle. Hæc eſt intentio magiſtri diſtin. xlvj. ¶ Per hoc ad argumentum in oppoſitum dicitur: ꝙ permiſsio non dicit actum poſitiuum, ſcilicet uelle, uel nolle: ſed negat actum prohibitionis, ſiue nolle. Vnde deus permittit, quod non uult prohibere: ſic ergo permiſsioni, quę eſt ſignum uoluntatis: non correſpõdet in deo actus poſitiuus. ſed tãtũ non uelle prohibere.



## QVAESTIO. II

(A) VTRVM per rationem naturalem probari poſſit, ꝙ uoluntas diuina ſemper impletur. ¶ Notan- (Art. 1.) dum, ꝙ uoluntatem aliquam impleri non eſt aliud, quàm effectum uoluntatis poni in eſſe: ſi uult eum poni in eſſe: uel non poni: ſi non uult eum poni. ¶ Sed hoc poteſt eſſe dupliciter: quia poteſt uelle eum poni a ſe, uel ab alio. Et tunc ſi ponatur a ſe (ſi uult eum poni a ſe) impletur: aliter non. Similiter ſi ponatur in eſſe ab aliquo a quo uult eum poni in eſſe, impletur: & aliter non. Eodem modo proportionabiliter poteſt dici de nolle eum poni in eſſe a ſe, uel ab alio &c. ¶ Iſto pręmiſſo eſt concluſio prima pars quæſtionis affirmatiua naturali ratione probari non poteſt. (Arti. 2. Cõcl. 1. B) Patet: quia non poteſt probari euidenter, ꝙ deus uelit alia a ſe. ¶ Secunda concluſio. Poſito, ꝙ deus uelit alia a ſe: poteſt probari, ꝙ uoluntas impediri non poteſt. Probatur: quia deus triſtari non poteſt. Sed omnis cuius uoluntas poteſt impediri, poteſt triſtari: ergo facile reducitur ad ſyllogiſmum ad impoſsibile.

## DISTINCTIO. XLVII.

OSTENDIT magiſter quoniam omnia, quæ uult deus fieri: fiũt: opinionum per tractatione. Idem nunc declarat per claram ueritatis explanationem: & poſſunt ex textu elici concluſiones illę. ¶ Prima. Voluntas dei ſemper eſt efficax: ut fiant om nia, quę uelit: & nihil fiat quod nolit. ¶ Secunda concluſio. Voluntas dei beneplaciti de homine ſemper impletur, quocunq; ſe uertat: ſecus de uoluntate ſigni. ¶ Tertia concluſio. Voluntas ſigni bona pręcipit, mala prohibet, optima conſulit. Non ꝙ illa ab omnibus fieri uelit: ſed ut iuſtitiam ſuam omnibus oſtenderet & mali excuſationem non haberent: & boni ex obedientia gloriam: mali ex inobedientia pęnam ſentirent. Declarationem recipe ex textu.

## QVAESTIO. vnica.

VTRVM deus poſsit pręcipere malum fieri. (A) ¶ Plura deſeruientia intellectui quæſtionis huius habẽtur infra in ſecundo in tractatu de peccato: & pręſertim diſtinctio. xxxvij & in pręcedentibus: ideo hic ſolum placuit doc. dicta abbreuiare. ¶ No- (Arti. 1. Not. 1.) tandum ergo, ꝙ aliud eſt malum facere: & aliud malefacere: patet. ij. Ethi. Non eſt iſtius, qui iuſtum operatur: ſed qui operatur quomodo iuſti. i. iuſtè: ſic de facere iniuſtum, uel malum. ¶ Secun- (Not. 2.) dò nota, ꝙ ſecundum ſtrictam logicam illę differunt: malum facit: & facit malum: ſecundum appellationem formę. Nam prima ualet. i. facit actum, qui eſt malus; ſecunda facit actum malè. nam cum facit ſequitur terminus connotatiuus a parte eiuſdem extremi: denotat factionem ſecundum quid. i. factionem connotati. Si uerò terminus connotatiuus ponitur a parte alterius extremi: importat factionem ſimpliciter, ideſt factionem ſubtracti termini connotatiui. Verum illam differentiam auctor hic non attendit: quia pro eodem reputat dicere. Deus uult malum: & malum uult deus. De hoc infra diſtinctione. xxxvij. in ſecundo. ¶ Tertiò (Not. 3. B) notandum, ꝙ idem actus eſt bonus, & malus: iuſtus, & iniuſtus. Patet: quia idem actus poteſt fieri a duobus: ab uno bene: ab alio malè. Vnde ſi idem actus uni pręcipiatur: alij prohibeatur: faciant tamen ambo: ut ſi ſubditus neſciens ex obedientia bellat cum

domino ſuo habente cauſam malam. ¶ Ex quo ſequitur: ꝙ conſequentia nõ ualet: ille actum malum facit: ergo eſt malus: quia non malum actum facere, facit hominem malum: ſed actum male facere. Secundum hoc dici poſſet, ꝙ deus malum uult, & facit: non tamen facit male, & ita non facit malum. propter quod nec eſt malus, nec peccat.

Arti. 2. Cõclu. C ¶ Concluſio reſponſalis. Deus non poteſt facere malum: nec præcipere malum ſecundum intentionem ſanctorũ, quia non poteſt facere malum, nec male prȩcipere. Ita ſi ex uſu loquendi idem ualet. Deus malum facit, & deus facit malum, & deus facit male. omnes ſunt negandȩ: quia uſus tenendus eſt, ne detur occaſio erroris ſimplicibus. ¶ Sed diceres deus poſſet præcipere: ꝙ contra prȩceptum ageretur ſicut dixit Oſeȩ. Accipe fornicariam. & ita præcipere male agere. ¶ Solutio: in caſu tollit præceptum quantum ad illum. Sed manente præcepto, non poteſt oppoſitum præcipere: quia hoc implicat: præcipere, & non prȩcipere.

## DISTINCTIO. XLVIII.

EGIT de uoluntate diuina comparatiue ad effectum: nunc de ea quantum ad humanum affectum, ſeu uolũtatem. ¶ Et eſt concluſio literalis illa. Voluntas hominis uoluntati diuinȩ conformis in uolito, non eſt ſemper bona: ſicut uoluntas Iudȩorum Chriſtum crucifigentium: nec uoluntas deformis hominis ſemper mala: ut Dauid uolentis ȩdificare templum domino. ¶ Secunda concluſio. Poteſt homo male uelle quod deus bene uult, & econuerſo bene uelle, quod deus bene uult. Tertia concluſio. Sancti poſſunt bene uelle, & nolle Chriſti paſſionem diuerſis reſpectibus. Patet eorum declaratio ex textu.

## QVAESTIO. unica.

A VTRVM quȩlibet uoluntas creata teneatur ſe conformare diuinæ uoluntati. ¶ De hoc late in expo. cano. lec. lxviij. & lxix. ideo dũtaxat hic abbreuianda ſunt dicta doctoris.

Arti. 1. Not. 1. ¶ Notandum ergo pro articulo primo, ꝙ uoluntas creata poteſt ſe conformare uoluntati diuinȩ tripliciter. In uolito, uolendo uolitum. In actu ſcilicet uolendi, uolendo id, quod deus uult ipſum uelle. In modo: quia eodem modo uult quo deus uult. ¶ Et poteſt illa conformitas eſſe actualis: actu .ſ. elicito nunc inexiſtente. Vel habitualis, & hoc dupliciter. Vel per habitum immediate inclinãtem: ut quia genitus eſt ex actibus circa aliquod cõformiter uolitum: uel per habitum mediate inclinantem: quo modo habitus principiorum mediante actu proprio inclinat ad aſſenſum concluſionis. Sic habitus circa illam, conformandum ſe eſt diuinæ uoluntati: non inclinat ad aliquid particulare uolitum immediate: ſed requiritur actus, quo oſtendatur illud particulare eſſe uolitum. ¶ Item quædam ſunt a deo abſolute uolita: nõ propter prȩcedens aliquod: quædam propter aliquod prȩcedens. Primo modo uult omnia bona: quæ nec ſunt mala pȩnȩ, nec culpȩ. Secundo modo uult mala pȩnȩ.

Arti. 2. Cõcl. 1 B ¶ Quantum ad articulũ ſecundum eſt concluſio prima. Quælibet uoluntas creata uiatoris, uel beati tenetur ſe conformare habitualiter mediate diuinæ uoluntati beneplaciti: quantum ad uolita primo modo abſolute ea uolendo, non uolendo oppoſitum ſub conditione. Patent cõditiones oppoſitæ. Nam quia in quolibet habente uſum rationis, deum cognoſcente, debet eſſe uoluntas: qua habitualiter ſibi complacet omne uolitum a deo: quamuis non immediate: quia non tenetur ſcire omne uolitum.

Cõcl. 2 ¶ Secunda concluſio. Volita a deo ſecundo mõ tenetur uiator, & cõpræ-





henſor ſimpliciter uelle: poteſt tamen ex conditione nolle habitualiter: mediate, uel immediate: tenetur enim ſimpliciter uelle iniuſtum finaliter puniri a deo: licet cum conditione poſſet uelle eum non puniri, ſi non peccaſſet.

Cõcl. 3. ¶ Tertia concluſio. Non quilibet tenetur prȩdictis modis ſe cõformare habitualiter immediate diuinæ uoluntati. Patet: quia non ſemper tenetur eam ſcire: teneretur tamen, ſi ſciret.

Cõcl. 4. ¶ Quarta concluſio. Quilibet tenetur ſe conformare uoluntati diuinæ ſigni præceptiuȩ, uel prohibitiuȩ habitualiter ſibi notȩ: prohibitiuȩ ſimpliciter: prȩceptiuȩ pro loco, & tempore.

Cõcl. 5. ¶ Quinta concluſio. Non tenetur ſe conformare uoluntati ſigni, quȩ eſt conſilium: patet.

Cõcl. 6 ¶ Sexta concluſio. Tenetur ſe conformare uoluntati diuinæ uolendo id, quod uult eam uelle uoluntate beneplaciti, uel prȩcepti: ſecus de uoluntate conſilij. ¶ De tertia conformitate pertinet ad tertium: quia includit, an teneatur ex charitate, & meritorie uel le: ubi ſunt plures difficultates.

Arti. 3. Dub. 1. C ¶ Quantum ad articulum tertium eſt dubium primum: per quid innoteſcit nobis uoluntas beneplaciti conſequens.

Dub. 2. ¶ Secundum dubium: an & quomodo nobis debent placere incendia, & cætera damna temporalia, & an liceat ſe contra huiuſmodi munire.

Dub. 3. Tertium dubium: an quis debeat uelle ſuam damnationẽ: ſi ſibi reuelatur a deo, ꝙ ſit prȩſcitus.

Dub. 4. ¶ Quartum dubium: an uoluntas beneplaciti ſit regula ſua conformitate noſtram uoluntatem regulans.

Dub. 5. ¶ Quintum dubium. Vtrum ſancti in cȩlo poſſint ſe diuinæ uoluntati difformare. De his omnibus uide in expo. ca. lec. lxviij. & lxix. & multa alia. ¶ Si dicis: quid de uoluntate operationis, uel permiſſionis poteſt dici: cum operatio ſit ſignũ diuinæ uoluntatis beneplaciti: ſine quo nihil poſitiuum fit. Dicendum eſt ſicut in concluſione prima, & ſecunda. Permiſſio enim eſt mali a deo non prohibiti, & quantum ad actum poſitiuum in malo culpæ: dicendum erit ſicut de operatione quantum ad id, quod eſt negatiuum: ſed defectus circumſtantiæ debitæ in eſſe non eſt uolendum: quia nec hoc deus uult: ſiquidem negatio eſt in re nihil, & ita non uolita a deo. ¶ Hæc de uolũtate breuiter tetigiſſe ſufficiat: eo ꝙ de hac materia in expoſitione canonis miſſæ latius diſputauimus. Et in hoc finem imponere placuit huic abbreuiaturæ primi ſcripti Guil. Ockam: cuius ſententiam ſȩpe inſecuti ſumus, & nonnunquam uerba recitauimus. Placuit tamen quandoque, & ex alijs doctoribus aliquid in medium adducere pro clariori dicendorum elucidatione: ut ſcholaſticȩ paleſtræ mos habet. Animaduertat itaque lector ſtudioſus, quando ipſius doct. ſententiam recitauimus, & quando aliquid ex alijs: uel pro ingenioli tenuitate ſuperaddidimus humili cum ſubmiſſione pro dei gratia, & fidei orthodoxæ illuſtratione maiorum ſententia ſemper ſalua.

LAVS DEO.

# REGISTRVM.

✣ ✠ ✠✠ ✠✠✠ A B C. A B C D E F G H I K L M N O

P Q R S T V X Y Z.

Omnes ſunt quaterniones, præter ✣ ✠✠✠ & C, qui ſunt duerniones, & Z, qui eſt quinternus.